4°
Exeg (th. 307
Fiche


Natus Plauiæ
Ao. 1564.
Denat. Wittebergæ
Ao. 1628.
WOLFGANGUS FRANTZIUS. S S.
THEOL. D. IN ACAD. WITTEB. PROF. P. NEC
NON IBID. TEMPLI ARCIS PRÆPOS.

TRACTATUS THEOLOGICUS
NOVUS & PERSPICUUS,
De
INTERPRETATIONE SACRARUM SCRIPTURARUM MAXIME LEGITIMA,

Duabus conſtans regulis eſſentialibus & perſpicuis illis, qvæ B. LUTHERO, ad feliciſſimam Papatus Romani deſtructionem, in Verſione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, præter morem antea ſub Papatu conſuetum, explicatione, unicè uſitatæ & familiares fuêre,

Et CLII. exemplis ſelectis & difficilioribus elucidatus.

Simul in his pagellis Lutherani, Hollandi, & alii, abſoluto decreto nervos omnes omni modo inciſos videbunt.

OPUSCULUM OMNIBUS SACRARUM PAGINARUM Interpretibus, cum qvocunqve adverſario diſputaturis, Paſtoribus & Studioſis Theologiæ, ut & Politicis Viris de unoqvolibet Theologorum Commentario & Sermone judicaturis, maximè profuturum.

ANTEHAC IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI CONSCRIPTUM,
diu à plurimis deſideratum, & Anno Chriſti 1619. *poſt cenſuras Aulicas & Academicas, ex gratiâ Sereniſſ. ELECTORIS SAXONIÆ ſingulari, primâ vice cum Indice Oraculorum & rerum publicatum,*

AB IPSO AUTORE
VVOLFGANGO FRANZIO, SS. TH. D.

Nunc verò denuò, novô Indice, tum Oraculorum præcipuorum, nec non locorum incidenter explicatorum, *juxta ordinem librorum Biblicorum,* tum vocum Hebræarum & Græcarum additô, qvinta vice editum.

VVITTEBERGÆ,
Sumptibus CHRIST. THEOPHILI LUDOVICI,
ANNO M D C C VIII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

SERENISSIMO & POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. JOHANNI GEORGIO,

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, & Montitium Duci, Sacri Romani Imperii Archimarschallo, Electori,& per Territoria Saxonico Jure gaudentia, aliaqve huc pertinentia SECUNDUM VICARIO, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Burggravio Magdeburgensi, Comiti de Marca,& Ravensburg, Domino in Ravenstein, Domino suo Clementissimo

Pacem corporis & animi, à Pacis Angelo magno Domino nostro JESU CHRISTO, ex alto P.

SIcut DEUS ipse supra omnes & supra omnia est; ita Scriptura ejus omnibus aliis scripturis anteferenda est. Qvemadmodum nemo unqvam hominum in rerum extitit natura, cui hæc non constiterit religio, & *nomen*, & majestatem DEI esse supra omne, qvod nominatur in hoc & in futuro seculo, ideoqve non modò supra aurum ipsum & super obryzum, verùm & supra omne illud nomen reliqvum toto corde, totà animà & tota virtute esse diligendum nomen DEI: ita qvoqve solas DEI *Scripturas* toto cœlo præferendas esse cunctis aliorum hominum inde ab orbe condito editis Scripturis; nocte qvoqve & die præ reliqvis ita versandas, ut verum sensum asseqvaris,& ad nutum & genuinum sensum illarum hanc vitam componas, & æternam conseqvaris, extra omnem controversiæ aleam positum esse, singuli cordati satis intelligent, & judicabunt.

Et, cùm ob rationem jam indigitatam Mundus facilius Sole, qvàm Verbo Domini carere possit, cumqve juxta Christi admonitionem, *qvi legit Danielem*, debeat laborare, ut *intelligat Danielem*: cùm item juxta Hiero- *Matth. 24, 15.*

Causæ perditionis multorum in genere humano.

Hieronymi admonitionem in 1. caput ad Galat. *non putare debeamus, in VERBIS Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla, non sermonum foliis, sed in radice rationis:* utiqve sine DEO vivere existimabuntur meritò utriqve, tum qvotqvot verbo DEI revelato carere videbitur, tum qvotqvot falsas ejusdem interpretationes & sensus alienos amplecti animadvertentur, qvæ etiam ipsæ magnæ sunt caussæ, cur omnibus seculis maxima hominum agmina perditè vivant, & perditè intereant.

Porrò, cur aliqvot gentes verbo DEI revelato destitui videantur, qvales fuerunt Americani ante hoc seculum, & in hunc usqve diem Turcæ & alii, nunc nihil verborum facio, dicturus in eam aliqvid sententiam infra *de Vocatione Dei generali*; aliàs prolixæ, accuratæ, eruditæ & cordatæ disqvisitionis illud est thema.

I.
DUÆ HYPOTHESES.
I. Verbum DEI tandem satis est facile intellectu diligentibus.

Qvod ad ipsam *Verbi revelati genuinam interpretationem* attinet, de qva hic meus est institutus Commentarius, duo ante omnia ab uno qvolibet homine sunt notanda, seu præsupposita, seu axiomata.

Et *primò* qvidem facilè spero cunctos in hanc inclinare velle sententiam, neqvaqvam DEUM tales hasce verbi sui epistolas hominibus suis transmittere voluisse, qvæ qvasi tam obscuris insolitorum stylorum barbarismis concinnatæ, & tot rerum involucris & ambiguitatum labyrinthis intricatæ essent, ut ex infinitis hominum myriadibus vix qvovis seculo reperietur unus, qvi aliqvam earundem particulam intelligere & expedire posset. Si enim Reges & Principes sua diplomata & mandata, genere qvidem dicendi splendido, & depositionum artificio gravissimo, contexere consueverunt, interim tamen omnia in hanc moderantur formam, ut subditi, ex illis prælectis & relectis, ad imperata facienda citra ambiguitates moveri possint: qvanto magis à divina clementia prorsus alienum esse censebimus, qvasi tale verbum nobis hominibus communicasset, cujus sensum aut vix unqvam, aut prorsus nunqvam asseqvi liceret.

Frustra CHRISTUS juberet *scrutari Scripturas*, Johan. 5, 39. *Frustra* ab Apostolo, *qvæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse dicerentur* Rom. 15, 4. *Frustra* Petrus scriberet, *nos benè facere, attendentes Prophetico sermoni, qvasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur*

oriatur in cordibus nostris, 2. Pet. 1, 19. *Frustra* Abrahamus ex cœlo proclamasset: *Habent Mosen & Prophetas, audiant illos*, Luc. 16, 29. *Frustra* itidem Apostolus scripsisset 2. Tim. 3, 16, 17. *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*. Frustranea, inqvam, essent hæc omnia, si vix unqvam ex ipsa Scriptura hinc inde inter se collata Scriptura ista sacra ab hominibus intelligi valeret, præsertim illis, qvi investigationi ejusdem tempus non parvum nec diligentiam exiguam tribuere voluerint. Unde autem & cur NOBIS MULTIS Scriptura & obscura & ambigua esse videatur, postea animadverterunt.

Scripturas debemus interpretari per Scripturas.

2. *Menti Scripturarum nihil est addendum, nihil detrahendum.*

Deinde sub fulminis æterni pœna cuivis Scripturas legere & intelligere, exponereqve volenti, norma hæc debet constare qvovis momento in corde suo, qvam tradit DEUS ipse. Deut. 4. v. 2. *Nunc ergo Israel audi statuta & judicia, qvæ ego doceo vos, non addetis ad verbum, qvæ ego præcipio vobis, neq; diminuetis ex eo. custodiatis præcepta Jehovæ Dei vestri, qvæ ego præcipio vobis*. Deu. 5, 32. *Custodite ergo, ut facitatis, qvemadmodum præcepit Jehova Deus vester vobis, ne declinetis ad dextram, vel sinistram*. Deut. 12, 32. *Qvicqvid ego præcipio vobis, custodietis ut faciatis, nou addas ad illud, neq; diminuas ex eo*. Prov. 30. v. 5. *Omnis sermo Dei igne purgatur, clypeus est sperantibus ..., v. 6. ne addas verbis ejus, ne forte increpet te, & mendax deprehendaris*. Idem Apoc. 22. v. 19. *Si qvis abstulerit ex verbis libri Prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus ex libro vitæ, & ex urbe sancta, & ex iis, qvæ scripta sunt in libro isto.*

In his omnibus nihil aliud qvicqvam mandari, spontè fatebitur qvilibet, qvàm hoc, ne videlicet verbo divino, vel ex parte vel in totum, alius sensus affingatur, immisceatur, intrudatur, vel vi, vel dolo, vel calliditate, præter, supra, contra, ultra eum, qvem Deus ipsemet verbo suo exprimere, & unicuiqve constare voluit. Tunc enim, [in hoc nimirum casu jam indigitato] Scriptura, stultè intellecta, non est Scriptura.

Laudat CHRISTUS Marc. 12, 34. Scribam, qvod de summo Præcepto ex Scripturis νȣνεχῶς responderit, & simul innuit, nos qvoqve νȣνεχῶς Scripturas legere & exponere debere. Hoc qvid sit, ex similibus locis patebit. Sic enim CHRISTUS ipsemet Luc. 24, 45. *aperit νȣ̃ν discipulorum ut intelligerent Scripturas*, quando videlicet exponit: Sic *scriptum esse, &* sic *oportuisse Christum pati & resurgere, & prædicari in nomine ejus*. Rom. 1. v. 28. *Ethnici traduntur* εἰς νȣ̃ν ἀδόκιμον ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, *in sensum seu mentem judicii expertem*. Rom 7, 23. 25. *Caro rebellat legi* mentis. 1. Cor. 1, 10. *jubemur*

Νȣνεχῶς ex Scripturis est respondendum, hoc est, cum intellectu.

bemur esse eadem mente *& sententia*. 1. Cor. 2, 16. *qvis novit mentem Domini, nos autem Christi habemus*. 1. Cor. 14, 14. 15. 16. νοῦς ἀκαρπ@, mens *sine fructu dicitur*, cùm qvis audit lingvas, qvas intelligit. Philip. 4. 7. *Pax Dei superat omnem* mentem *nostram*. Coloss. 2, 18. *qvidam sunt inflati* mente *carnis suæ*, 2. Thess. 2. 2. *Apostolus rogat, ne cito moveantur à* mente *sua per epistolas fictitias sub nomine Pauli scriptas*.

Ergo νουνεχῶς vult responderi CHRISTUS, nimirum ut in Scripturis & ex Scripturis rectè intelligas, qvod vis respondere, hoc autem ut possis facere, necesse est, ut sensum ipsum Spiritus Sancti ita rimeris, scruteris, sicut naribus & odoratu canes vestigia venantur & discernunt, & tandem incidunt in feram, ut inter verborum meditationes tandem intra corticem invenias, & aperias nucleum Spiritus Sancti.

Qvomodo oracula divina non sint immutanda. Non qvoad verba simpliciter, nec qvoad sint cognatis sensibus applicanda.

Non autem in Oraculis sacris, jam allegatis, pueriliter de syllabis & vocalis est qvæstio, qvasi Oracula DEI insigniora vel aliis, vel pluribus, vel paucioribus, vel transpositis verbis recensere, aut etiam sensibus cognatis applicare interdictum esset. Siqvidem hæc omnia in usu & consvetudine fuisse videmus apud ipsosmet Prophetas, apud CHRISTUM & Apostolos. Id qvod ad oculum patebit conferenti loca veteris instrumenti allegata, Deut. 8, 3. Matth. 4, 3. & Deut. 24, 1. Matth. 5, 31. & Esa. 9, 2. Matth. 5, 15. & Esa. 45, 23. 24. Rom. 14 11. & Micheæ 5, 2. Matth. 2, 6. & Habacuc 1, 5. Act. 13, 41, ubi marginale Lutheri diligenter est expendendum.

Patres etiã reqvirunt νουνέχειαν in exponendis sacris. Hieronymus.

Ex his Spiritus Sancti Oraculis [de sententia non nisi propriis fontibus Scripturarum inqvirenda citra cerebri humani omnia figmenta admixta] Patres eruditi admontiones suas utilissimas desumserunt.

Hæc igitur seqventia scribit Hieronymus in Apologia contra Jovinianum: Commentatoris officium est, non qvid ipse velit, sed qvid sentiat ille, qvem interpretatur, exponere; alioqvi, si contraria dixerit, non tàm interpres erit, qvàm adversarius ejus, qvem nititur explanare, *Hæc ille*.

Hilarius.

Et Hilarius lib. 1. de Trin. Extiterunt plures, qvi cœlestium verborum simplicitatem, pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent aliter interpretandam, qvàm dictorum virtus postularet. *De intelligentia enim hæresis, non de Scriptum est, & sensus, non sermo fit crimen*. Hæc ille.

Ambrosius.

Tunc fit, qvod *Ambrosius dicit lib. 5. epist. 31.* Cœli mysterium doceat nos DEUS ipse, qvi condidit, non homo, qvi se ipsum ignoravit, Cui magis de DEO, qvam DEO credam? *Hæc ibi.*

Sed qvod sensus EXPORTARI non IMPORTARI debet in Scripturam Sac.

Ergo jam stat illud fundamentum de Sacræ Scripturæ interpretatione, nimirum sensum non esse IMPORTANDUM in Scripturas, sed EXPORTANDUM ex Scripturis, adeò, ut neqvaqvam liceat nobis ullas humanas immi-

immiſcere phantaſias, ubi ſenſum Spiritus Sancti expromere jubet conſcientia. Si non verbis, ſed gladiis coerceret forſan Princeps petulantiam illorum, qvi pro affectibus ſuis diplomata principalia torqvere, & explicare auderent; qvanto plus adulterum cenſebitur, impium proclamabitur, & ſacrilegum divinitus vindicabitur, ſeu errore, ſeu affectu, ſeu furore divinas ita rotare Scripturas, ut intentio divina obnubiletur, confundatur, diſſipetur, aboleatur.

II.
QVÆSTIO PRINCIPALIS.
QVÆSTIO, qvo pacto inqviri poſſit verus ſenſus ſacrarum Scripturarum?

Hoc fundamento jacto utroq; prorſus infallibili, jam qvæſtio nobiliſſima reſtat circa verbum DEI á DEO miſſum ad homines, & ita miſſum á DEO, ut illud ab hominibus ipſo actu & opere obedienter cupiat ſervari, non aliter, qvám ſicut Princeps ad ſubditos mittit diploma vel mandatum aliqvod, & illud qvoqve ſuum verbum ſeu mandatum ab omnibus ſubditis reipſa compleri & expediri cupit, Qvæſtio, *inqvam*, oritur, *qvomodo pius homo verbum DEI illud tractare debeat*, *ut ſenſum verbi reperire qveat illum*, *qvem verbo ſuo indidit ipſe DEUS*.

Et ut rem exactius tangere poſſim ipſiſſimam, ac licet de qvovis hominum ordine dicturus ſim, tamen exempli gratiâ cum primis proponam mihi nunc hominem illum, qvi docendi munere defungi voluerit, qviqve alios qvam plurimos cupierit de ſenſu verbi divini fideliter & ſufficienter inſtruere, qvomodo ille verbum DEI tractare debeat, ne á verbi divini ſenſu ipſiſſimo, veriſſimo vel ad dextram vel ad ſiniſtram aberret.

RESPONSIO PRIMA.

Reſponſionis certiſſimæ *loco primo* aliud dari neqvit, niſi illud ipſum, qvod in ſacris indigitat ipſemet Spiritus Sanctus, nimirum homines pios, & Scripturam veram intelligentiam ſcrutantes, debere inſtructos eſſe illis linguis, qvibus locutus eſt hominibus Spiritus Sanctus. Sic enim Eſa. 19. *Ægyptii rectè faciunt*, *& ut laudati introducuntur*, *qvod diſcunt loqvi lingvâ Chanaan*, ut poſſent Iſraeliticæ veræ Eccleſiæ intra Chanaan audire & intelligere myſteria & magnalia. Sic qvæ 1. Cor. 14. *de precibus in aliena lingua* dicuntur, huc qvoq; applicari debent. Niſi lingvam Spiritus Sancti intelligat interpres Scripturarum, nec ſeipſum, nec Eccleſiam ædificabit aut juvabit in eo genere, de qvo nunc in præfatione eſt ſermo. Malum eſt, qvando linguæ Spiritus Sancti ejusmodi, in eo genere, de qvo nunc loqvimur,

1. Lingvæ ſunt addiſcendæ, qvibus locutus eſt Spiritus S.

qvimur,

qvimur, interpreti ſunt ſicut tibia, & ſicut cithara, & ſicut alia inanimata qvæ ſonum qvidem edunt, citra tamen diſtinctionem; immò qvando ſunt ipſi, velut homo barbarus, aut Turcicus, aut Indianus Germano, qvi nec barbaram, nec Turcicam nec Indicam linguam vel legere vel intelligere novit. *Talis interpres cogitur oculis alienis videre, auribus alienis audire, cogitur habitare in alterius cerebro, intellectu & Judicio*; & tum facilè contingere poteſt, qvod habet Chriſtus Luc. 6. v. 39. *Nunqvid poteſt cæcus cæcum ducere, nonne ambo in foveam cadunt?* Qva de re infra ſeqventur per aliam occaſionem plura.

Conditio miſerrima interpretis lingvarum ignari.

RESPONSIO SECUNDA.

II. Reſponſionis certiſſimæ *loco ſecundo* aliud dari neqvit, niſi iſtud, qvod non ſufficiat, habere peritiam lingvarum Spiritus Sancti, niſi accedat conſideratio accurata, ſancta, & plusqvam ſæpius iterata conſideratio (exempli gratiâ) integri verſus unius, integrorum verſuum aliqvot, tum verſum iſtum, de cujus interpretatione genuina agitur, qvàm proximè antecedentium, & qvám proximè conſeqventium, immò qvandoqve aliqvot librorum antecedéntium & conſeqventium, & qvin tamen aliorum Biblicorum librorum, ubi ſimilia Oracula, ſimiles tanqvam paralleli textus, ſimilia dogmata extant. Hæc omnia & ſingula nominare mihi placet contextus, antecedentia & conſeqventia, præpoſita & poſtpoſita, textum cum gloſſa, rubricam cum textu, parallelos, locos, circumſtantias, harmonias. Ut autem lector mox ſub initium habeat aliqvem guſtum, qvid nominem contextus, iccirco facillimi exempli unius gratiâ aliqvot textus proponam, in qvibus continetur vox cœli, ſed tamen non in omnibus in ſignificatione eadem. In qva autem ſignificatione in unoqvolibet loco accipi debeat, hoc æſtimatio cujusqve loci circumſtantialiter & breviter facta ſtatim patefaciet. Sint igitur loca ſacra hæc ſeqventia:

Commentarios non decet reſpuere, & hanc notationem ante inſpectionem & poſt inſpectionem Commentariorum unicè ut ſtellam ſpectare & ſervare decet. Contextus ſunt conſiderandi.

Exemplum breve, de vero ſenſu juxta antecedentia & conſeqventia inveniendo.

Matth. 21. v. 25. *Baptiſmus Johannis fuitne ex cœlo, an ab hominibus?*
Marc. 13. v. 25. *Aſtra cœli decident.*
Pſalm. 8. v. 9. *Volucres cœli.*
Job. 2. v. 12. *Amici Jobi ſparſerunt pulverem ſuper capita ſua in cœlum.*
Deut. 28. v. 23. *Erunt cœli tui, qvi ſunt ſupra caput tuum, ferrei.*
Luc. 12. 56. *Pharisæi norunt contemplari faciem cœli.*
Phil. 3. v. 20. *Noſtra converſatio eſt in cœlis.*

Jam

Jam fac lector æstimationem circumstantiarum in hunc modum, ut rationes decidendi sponte invenias.

In *primo* Oraculo Matthæi, qvia cœlum opponitur hominibus, statim elucet, qvod vox *cœli* accipatur pro DEO, ut sensus qvæstionis sit, An Baptismus Johannis fuerit ex DEO, an ex hominibus.

In *secundo* Oraculo Marci, v. 24. fit mentio Solis & Lunæ, versu 25. astrorum cœli, unde statim patet, qvod vox cœli ibidem accipiatur pro firmamento, in qvo sunt Sol, Luna & astra.

In *tertio* Psalmi Oraculo, qvia volucres in aëre volant, ideò cœlum ibidem pro aëre accipi necesse est, qvemadmodum etiam in *qvarto* Jobi, & in *qvinto* Deuteronomii, de loco aëris prorsus infimi, qvi est supra capita hominum, in qvem potest spargi pulvis, ut accipiatur, restrictio addita cogit.

In *sexto* Lucæ loco, qvia versu 54. de nubibus agitur, iccirco cœlum pro illa parte aëris capi necessum habet, in qva moventur nubes.

In *ultimo* ex Epistola Paulina, *Nos ut municipes cœlorum nos gerimus, unde etiam Servatorum expectamus Jesum Christum*, vel, ut habet vetus versio; *Nostra autem conversatio est in cœlis, unde etiam Salvatorem expectamus, Dominum nostrum Jesum Christum*, necesse est cœlos accipi pro beatitudine æterna in cœlestibus, seu pro altero regno, & altera vita, pro qva impetranda pii sese in hac vita dignos gerunt.

Non autem intra unum versum, ut in hoc brevi exercitio jam factum fuit, concludi sese patitur semper illud, qvod voco *contextum*; verum qvandoqve pro nativa acceptione unius vocabuli investiganda, ut innui, nedum pro sensu integri Oraculi capiendo consideratio illa sese extendere necessum habet ad aliqvot versus antecedentes & conseqventes, ad aliqvot capita antecedentia & conseqventia, imò ad alios libros Biblicos, ubi vel similia vocabula vel similis textus, & similia dogmata extant. Istius rei exempla per totum hunc meum tractatum exhibui plurima, qvæ in præfatione repetere, vel nova inserere multa non licet.

Qvid nominetur in hoc tractatu ANTECEDENTIA & CONSEQVENTIA, nimirum non tantum præcedentes versus, sed antecedentia capita alii libri Biblici.

Usus immensus CONTEXTUUM.

Postqvam interpres & lingvam & contextum primò ipsemet satis æstimavit, tum etiam Commentarios itidem consulat doctorum virorum non modo ego concedo, sed & svadeo, ita tamen ut in eis ipsis exploret juxta lingvam & contextum Spiritus Sancti omnia ea, qvæ in Commentariis istis scripta reperiet, præsertim verò faciat illud periculum in Commentariis juxta contextuum seu antecedentium & conseqventium rationem.

Post considerationem contextuum commentarii consulendi.

Etenim hæc ipſa methodus ſeu via antecedentium & conſeqventium lectori non oſcitanti ſemper in manum præbebit, qvamnam ſignificationem unaqvælibet vox, unoqvolibet Oraculo ſacro admittat; qvem ſenſum propriè principaliterqve genuinum, unusqvilibet verſus, unumqvodlibet caput Biblicum recipiat, adeò, ut ſicut imposſibile eſt intra unam viam & orbitam ſeſe centinenti, qvo nimus perfectè ad locum & oppidum deſtinatum veniat; ita qvoqve fieri neqveat, qvin ſi hoc modo lectionem ſacram urgeas, qvo minus exoptatæ ſententiæ ſacrarum literarum nativam mentem aſſeqvaris. Inprimis diligentiæ laboribus eſt opus, unde pro uno vocabulo, pro uno verſu ſæpè ter, qvater decies, vicies una epiſtola, exempli gratia, Paulina, eſt perlegenda; toties qvoqve unus & intiger Propheta, propter unum difficiliorem ita prima intentione viſum locum, nedum propter Prephetam ritè intelligendum, eſt attentè perluſtrandus, & ita de reliqvis.

III
Utrum plus lingvæ qvàm Contextus proſint.

Lingvarum uſus cum corpore, æſtimatio contextuum cum anima comparatur.

Porrò, ut de his ipſis breviter indigitatis plenius edoceam lectorem, inprimisq; ut conſtet, qvanta beneficia interpretis & lectori cuivis præbere poſſit & ſoleat antecedentium & conſeqventium exercitium, utiqve Uſum lingvarum Spiritus Sancti cum *corpore* rectisſimè aliqvis comparabit, & exercitium contextuum, ſeu æſtimationem antecedentium & conſeqventium cum *anima*, qvæ eſt ἐντελέχεια corporis. Manifeſtum eſt, nec negari vel poteſt vel debet, qvod qvoad lingvas, exempli gratiâ, Hebræarum vocum declinabilium & indeclinabilium ſint variæ & multiplices ſignificationes. Manifeſtum item eſt, qvod plurima ſint verba Hebræa, qvæ contrarias ſignificationes recipiant, verbi cauſſa, *Sanctificare & polluere, peccare & expiare à peccatis, expetere & abominari, benedicere & maledicere, laborare & cesſare a labore.* Manifeſtum eſt, qvod aliqvot literarum Hebræarum in ſcriptione ſit magna cognatio, adeò, ut facilè Reſch pro Daleth, & vice verſa collocetur: ſic qvoqve unum punctum pro altero. *Utut autem hæc ſeſe habeant, & qvicunq; caſus varii, multiplices & gravisſimi accidere posſunt, ibi contextuum conſideratio facillimum medicamentum adhibebit.* Sicut enim evincit, ubi cœlum pro loco aſtrorum, ubi pro aëre infimo prorſus, ubi pro æterna vita debeat exponi: ita & multò magis oſtendet, ubi literarum unam ſcriba poſuerit pro alia litera. Cujus rei exemplum infra fol.494. illuſtrisſimum ex Ezech. 34. capite depromtum reperiet lector benevolus.

In

In illos casus & difficultates seu angustias qvando incidunt Pontificii, ibi unici ad traditiones, ad Ecclesiæ autoritatem, ad Patrum consensum confugiunt, ex qvibus sæpenumerò magis fluctuante conscientiâ discedes, qvàm accessisti. Ad legem enim & ad testimonium, non verò ad Pontificias traditiones, ad Ecclesiam, ad Patres, Esa. 8. v. 20.

Qvomodo tractari debeat exercitium æstimandi antecedentia & conseqventia.

Et ut de illo nunqvam satis laudando & pariter svavissimo, sufficientissimo & securissimo antecedentium & conseqventium exercitio plenius dicam, *primùm* seriò illud ita est instituendum, ita, ut textus & conciones Propheticas [primis vicibus in versione tua vernacula] ita legas, ita consideres, ita æstimes, ac si nunc temporis, tui cives, tui auditores, *tui* populares essent, qvos Esaias, qvos Jeremias, qvos Ezechiel, qvos alii, modò *his* capitibus, modò aliis capitibus alloqvuntur, arguunt, convertere satagunt, aut calamitatibus obruendos, implicandos, destruendos prædicunt. *1. In Vernacula prima vice legas textus, & ad personas tui temporis accommodes.*

Ubi Psalmum aliqvem decantas aut perlustras, toties tibi in mentem capias hostem aliqvem similem tuæ Politiæ, tuæ regionis, tuæ Ecclesiæ: Sic omnia plus te movebunt, plus tibi erunt sapida, sic plus penetrabunt, sic plus intelligentur, juxta illud Bernhardi ad fratres de monte DEI: *Qvo spiritu Scripturæ factæ sunt, & spiritu legi desiderant, ipsæ etiam intelligendæ sunt. Nunqvam ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonæ intentionis in lectione ejus & studio assiduæ meditationis spiritum ejus imbiberis. Nunqvam intelliges David, donec ipsa experientia ipsos Psalmorum affectus indueris, sicq́ de reliqvis.* Hæc ille. *Bernhardus*

Huc illud Cyrilli lib. 8. cap. 2. Johannem: *Ante omnia, qvando locum Scripturæ rectè intelligere volumus, tria diligenter consideranda sunt,* Tempus, *qvando scriptum est, qvod dicitur:* Persona *qvæ dicit, vel per qvam, aut de qva dicitur: &* Res, *propter qvam, aut de qva scribitur. Sic enim absq́ errore sensum poterimus verum investigare.* Hæc ibi. *Cyrillus.*

Prorsus maximam partem mutila erit lectio sacrarum Scripturarum interpreti, nisi hoc granum salis adhibuerit: è contrario primas cum omnibus circumstantiis mediis & postremis in unoqvolibet loco perfectissimè asseqvetur interpres, si primariò intra illas metas sese sacrosanctè continuerit. Postea enim pro suo tempore, & pro auditoribus sui loci speciales doctrinas facilè eruet idem Doctor, modò primo omnium textus de illis rectè explicabit, de qvibus per Prophetas sunt scripti, idq́; jussu divino, & inspiratione spiritus divinissimi.

Circumspiciendum est prius de paraphrasi & mente textuum, qvàm de doctrinis.

Semper enim prius solicitè circumspiciendum est de paraphrasi, deqve genuina mente sacrorum textuum, non de locis communibus, aut de doctrinis: hæ enim ex phrasi sponte magno numero fluent, præsertim pro tuo populo, proqve tuo tempore.

2. In exercitio antecedentium & conseqventium inhabites.

Deinde exercitium antecedentium & conseqventium ita est urgendum, ut in eodem inhabitasse dici possis. Magna est differentia inter peregrinantes & inter inhabitantes, qvorum illi cum festinatione de loco in locum discurrunt, adeoqve obiter in via aspiciunt hinc inde sitos pagos & sitas urbes, obiter cum hominibus colloquuntur, breviter dormiunt, vix necessariis cibis sese recreant, qvia semper properant versus patriam. Inhabitatores autem toti sunt addicti suæ patriæ, hic emunt agros & hortos & silvas, hic ducunt uxores, hic exercent artificia manuaria, hic de re œconomica, qvantum fieri potest, sibi prospiciunt, hic immoriuntur.

Simili modo pro venando genuino intellectu integri Prophetæ, integræ epistolæ Apostolicæ, integri cujuscunqve libri sacri in exercitio antecedentium & conseqventium, pium interpretem non decet versari obiter, leviter, previter, perfunctoriè somnolenter, qvasi peregrinum in peregrinis locis, sed diligentissimè qvasi in habitare, incubare & vel immori. An non fieri potest, ut rusticus etiam obtusus modo si decies aut vicies diploma regium in gratiam vicini sui scriptum; aut etiam testamentum paternum stylo qvamvis Juridico per Notarios exornatum, prælegi audiat, ita tamen asseqvi soleat & valeat mentem diplomatis aut testamenti, ut etiam Advocato in gratiam vicini adversarii sui contrarium opponenti, & ex litera evincere satagenti, dubia qvædam movere possit, qva in parte ad experientiam provoco. Qvantò magis pii & cordati Scripturarum interpretes. in exercitio antecedentium & conseqventium assidui, crebri, freqentes, & pro viribus omnibus conscientiosi hunc fructum reportabunt, qvod, qvæ primâ lectione non videbant, ea in tertia & decima & vicesima qvam bellissimè animadvertant, adeoqve sibi habitum in hac re jucundissimum comparent.

3. Collocutiones instituendæ sunt cum viris doctis. Usus colloqviorum.

Tertio exertitium antecedentium & conseqventium reqvirit etiam familiares collocutiones cum viris doctis, conversationem candidam & sinceram & liberalem judicii cujusqve communicationem, traqvillitatem animorum, pacem & concordiam Collegarum. *Sicut* enim ferrum ferro acuitur; *ita* vix dici potest, qvantum prosint hac parte colloqvia & sententiarum eruditæ collationes, immò etiam qvalescunqve cum imparibus & inferioribus discursus. *Plus enim vident oculi, qvàm oculus etiam.* Et hac qvoqve in parte sæpe aut est sutor non importuna locutus,

cutus,

cutus, aut saltem eruditioris animum extimulavit, & cogitandi plura præbuit occasionem· *Et ubicunq; duo aut tres congregati sunt in nomine Christi, ibi ipse est in medio eorum*, Matth. 18, 20.

Deniq; ad ætatem & experientiâ & tentatione spirituali cum piis precibus conjunctim accedente, benedictio Domini in hoc genere studii seqvetur largissima, juxta illud: *Qvantò magis Pater cœlestis dabit Spiritum Sanctum petentibus*, Luc. 11. 13. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθεν ἐςὶ καταβαῖνον ἀπὸ τȣ̃ πατρὸς τῶν φώτων, Jacob. 1, 7. Agit autem ibi de ipsa sapientia sicut versus præcedens tertius innuit: *Qvod si cui vestrum de est sapientia, postulet ab eo, qvi dat, Deo.* Nam etiam prophetica, cùm qvis hominibus loqvitur ædificationem & exhortationem & consolationem, & ita ædificat Ecclesiam, numeratur inter dona spiritualia 1. Cor. 14, 3. *4. Accedant experientia, tentatio, piæ preces, &c.*

Etiam Lutherus præfert studium antecedentium & conseqventium linguis.

Porrò huic responsioni jam datæ ad illam qvæstionem: (*Utrum lingvarum Spiritus Sancti notitiâ, an vero antecedentium & conseqventium contextuum Spiritus Sancti exercitio pius interpres in invenienda genuina mente Oraculorum sacrorum plus adjuvari possit?*) astipulatur ille per annos qvam plurimos in tantis & tam variis controversiis Theologicis, inter calamitates persecutionesque quam plurimas, & tentationes ipsorum Diabolorum acerrimas exercitatissimus & ex certis infallibilibusqve indiciis ipso Spiritu Dei plenus Theologus Lutherus. Is postremis decem annis vitæ suæ Genesin seu primum librum Mosis explicavit & super caput XVI. hanc seqventem nobis reliqvit seu parænesin, seu regulam: *Hanc sententiam nobis dat non Grammatica qvam solam Rabbini habent, sed* RERUM *sacrarum cognitio. Eâ cum destituantur Rabbini, prorsus negligendi sunt, vos curate, ut primò* RES *bene habeatis notas postea facilius erit, Grammaticam discere. In ea qvi peccat, peccat venialiter, sed in rebus peccare, est peccatum mortale. Porrò voco notitiam rerum aliud nihil, qvàm notitiam novi Testamenti, eo bene cognito, patet universa veteris Testamenti Scriptura.* Hæc ibi. *Lutherus etiam præfert studium antecedentium & conseqventium lingvis.* *Notitia N. T. facit patere V. T.*

Sed & paulò antea ibidem: *Particula, Nonne vidi posteriora videntis me, valdè cruciat Grammaticos. Ego autem, priusquam de sententia aliorum opiniones refero, moneo, ne ullo modo Rabbinorum expositiones legentes, eis fidem adhibeatis. Grammatica qvidem necessaria est & vera, sed ea non debet regere res, sed servire rebus. Amiserunt autem Judæi excæcati rerum cognitionem omnem, & tantùm de vocabulis Grammaticè disputant. Sic, qvia rerum cognitionem nullam habent, tantum hærent in vocabulis explicandis: sensum autem verum non attingunt.* Hæc ibi. *Grammatica non regat res, sed iis serviat.*

Et

Et iterum ibidem, paulo antea: *Si rem habeas bene notam, facilis est Grammatica, sicut Horatius qvoq; monet, verba non invita seqvi, ubi res bene prævisa, cognita & meditata sit, ubi autem notitia, qvid rei, non est, ibi notitia, qvid nominis, frustra est. Ego autem verbosius vos de hac re admoneo, ut cum legetis aliqvando Rabinos, sciatis, qvales sciamini Magistros. Norunt, qvid nominis, qvid rei non norunt. Itaq; nihil sani docere possunt. Nos Dei benignitate habemus cognitionem rerum, ipsi excæcati sunt. Etsi igitur Grammaticam norunt, tamen sententiam veram Scripturæ non norunt. Est eis Scriptura, ut Esaias ait, liber, qvem non possunt legere. Qvis igitur eos sibi imitandos proponet? Non autē accipienda ea hoc modo sunt, qvasi Grammatices studiū damnem, qvod omnino necessarium est; sed nisi cum Grammatica etiam ipsas res discas, nunqvam fies bonę Doctor. Oratio enim, ut ille dicebat, in pectore, non in ore nasci debet.* Hæc ille.

Rabbini sciunt qvid nominis, nō qvid rei.

Et iterum paulò antea: *Nugæ Judæorum arguunt, eos nihil scire sacrarum rerum, & tamen trahunt secum magnos viros, sicut Lyram, nostro tempore viros in ipsorum lingva doctissimos, qvi tales nugas sæpè admirantur. Accidit autem hoc Judæis ideò, qvia amiserunt cognitionem rei. Notitiæ enim duplices sunt, alia qvid nominis, alia qvid rei. Qvi notitiam rei non habet, illum notitia nominis non sublevabit. Item, Judæus, qvi nescit* PERPETUAM *sententiam sacræ Scripturæ, qvod Deus velit humiliari omnes inferiores sub superioribus, nugatur fœdissimè de afflictione, & fingit novum & inusitatum miraculum, ubi miraculo prorsus nihil opus est. Qvantò rectius & ad vitam instituendam utilius esset docere, qvod eos Deus diligat, qvi sciunt se castigare, & benefaciat eis.* Hæc omnia Lutherus.

Lingvæ seu Grammaticæ studium est necessaria pars hujus exercitii.

O qvàm divinæ sunt hæ exercitatissimi viri Dei admonitiones, qvi svadet, ut in interpretationibus Scripturarum ante omnia RES, hoc est contextus, seu antecedentia & conseqventia expendantur, & tunc Grammatica rebus, non res Grammaticæ applicentur.

Insigne est, qvod addit, PERPETUAN sententiam Scripturæ esse attendendam. Et hoc est, qvod supra sub nomine contextuum, antecedentium & conseqventium, præpositorum & postpositorum, glossæ cum textu, rubricæ cum nigro dixi, certis de causis me simul complecti non tantum capita, sed & libros qvoscunqve sacros de iisdem rebus tractantes. Hæc enim omnia si prudens interpres spectaverit attentè & piè, fieri non potest, qvin in genuinam perveniat sententiam uniuscujusqve Loci; siqvidem DEUS in suo verbo sibi contrarius esse non novit, & qvod uno loco brevius proposuit, altero dilatavit fusius.

PERPETUA Sententia Scripturæ est attendenda.

O qvàm præclarè gereretur res ab omnibus, qvi cum Judæis immo cum qvibusvis aliis hæreticis in disputationem descendunt, si has ipsas Lutheri, immò ipsius Spiritus Sancti admonitiones unicè sectarentur. Una præcipua

causa

causa est, quod disputant contra Judæos multi viva voce frustra & inaniter, quia hunc processum non observant, sed cum Rabinizantibus Grammatica liter ipsi qvoq;, ne inferiores forsan, aut in lingva ignorantes videantur, tantum ad Grammaticales Rabinizationes sese abduci patiuntur.

Qvid in disputationibus cum Judæo & qvovis hæretico ante omnia attendendū.

Plenior assertionis illius (qvod contextuum prior qvam Grammaticæ ratio habenda,) enucleatio.

Sed ut pleniorem assertionis datæ afferam enucleationem, audi lector benevole plura & nunc distingue inter hæc duo; 1. inter Oraculi sacri genuinum sensum *qværendum & inveniendum*. 2. inter Oraculi sacri genuinum sensum *exponendum*.

Qvomodo Grammat. libelli & Lexica possint formari & solide conscribi ex Cōcordantiis, & inductione exempl.

In *priore actu*, contextuum tractatio præcedit, lingvarum ratio vel miscetur vel seqvitur: in *posteriore* actu fit contrarium.

Porro *Res* æstimandæ sunt ex contextibus.

Lingua æstimanda est *vel* ex Grammaticis libellis, *vel* ex Lexicis vulgatis; *vel* etiam, & qvidem multo plenius, ex Concordantiis.

Modus exēpla Concordantiarum examinandi ad analogiam regula antecedentiū & conseqventium.

Verum enimvero etsi Concordantiarum usus plane est absolutus, perfectus, & divinus, & ex eis Grammatica Hebræa perfecta comparari, Lexica quoque Hebræa plene conformari possunt, aut alia jam modo conformata sufficienter compleri, sed & dijudicari debent: tamen, ut hoc subjiciam, *nisi Regulæ Grammaticæ & significationes Lexicorum probentur & roborentur inductione exemplorum, tanqvam antecedentium & conseqventium exercitio*, quæ tamen exempla solæ suppeditant Concordantiæ satis sufficienter, satis plene, satis solide, adhuc res prorsus manet incertissima. Exempla enim, qvæ a Concordantiis suppeditantur, singula & universa iterum sunt non nisi ad analogiam regulæ antecedentium & conseqventium examinanda, idqve in hunc seqventem modum, qui est certissimus, quem proponam ad eum modum, quo ego illum tractare soleo.

1. Consulendæ sunt Concordantiæ. 2. Vocabula omnia inqvirenda sunt in Bibliis. 3. Versus primi loci adducti ante omnia considerandus. Concordantiæ Latinæ factæ sunt juxta veterem Versio.

1. Quando dictum aliquod seu Oraculum sacrarum prima fronte obscurius visum cupio explanare, & sensum ipsius Spiritus Sancti in eo latentem scrutari & eruere satago, & in eodem Oraculo animadverto unum aliquod vocabulum in qvo singularis vis est opposita, ibi ingredior in Concordantias, seu Hebræas, seu Nov. Testamenti Græcas, seu (qvando illis destituor) Latinas saltem, cum illo vocabulo (quod extat in versione ad quam factæ sunt Concordantiæ) cujus significationem cupio eruere. 2. Quia in Concordantiarum codice, una vocula sub una radice interdum plus qvam centies ponitur, aut etiā ducenties & pluries, nulli parco labori & tempori, sed ordine, juxta manductionem & indicationem Concordantiarū, quæro omnia centum, ducenta aut plura loca, in ipsis Bibliis Hebræis, aut Nov. Test Græco. 3. In capite Biblico, in qvo juxta annotationē Concordātiarū, reperio thema-

nem Latinā unde pro- verſione pagnini aut alio non profūt, niſi ſimul videam, qva- le vocabu- lum poſue- rit vetus LatinaVer- ſio. 4, A- liqvod in- terdum ca- pita per- legenda.

tis ſeu radicis iſtius voculam primum notatam, ante omnia diligenter conſidero illum ipſum verſiculum, in qvo primum extare illam voculam mihi Concordantiæ demonſtrarunt. 4. Nondum acquieſce; ſed interdum illud totum caput, ab initio ad finem, immo interdum tria capita, unum quod antecedit, alterum quod ſequitur cum intermedio voculam complectente percurro. Ratio hæc eſt, quia interdum una radix habet varias ſignificationes. Ut igitur certiſſimus eſſe poſſim, quænam etiam ſignificatio iſti cuique in loco attribui debeat, illud non aliter niſi ex æſtimatione integrorum capitum, tanqvam contextuum certo eſt venandum. Sic enim, puerilis exemgli gratia, an vox cœli ſit exponenda pro loco aſtrorum aut pro loco nubium, hoc mihi etiam, ut ſupra probavi, contextus ipſi indicare ualent. Hoc ordine procedo cū reliquis ſub eodem themate ſeu ſub eadem radice notatis locis viginti, quinquaginta, centum, ducentis: & hunc ex laboribus iſtis conſequor fructum, quod in hoc proceſſu nihil me poteſt ſubterfugere, quin etiam certiſſimus & tranquilliſſimus & adverſus adverſarios potens & confidens evado: qui eſt omnino hujus exercitii uſus plane divinus. Interdum cum facilior eſt res non opus eſt tot laboribus, ſed poteſt horis abſolvi paucioribus. Exemplis illud infra illuſtrabitur & confirmabitur.

Videt igitur lector benevolus, regulam illam de collatione antecedentium & coſequentium eſſe normam, qva res difficilimæ viſæ, tum etiam quoad lingvam & non tantum quoad ipſam materiam penitiſſime certiſſimeque ita inveſtigantur, ut Grammaticarum regularum certitudo exploretur, Lexicorū perfectio vel imperfectio inveniatur, rerum ipſarum circumſtantiæ omnes pateſiant, ſicque ſufficienter conſcientiæ firmiſſime tranquillentur, adeo, ut ne minimum dubium ipſis relinquatur.

Qvid reqvi- ratur in hoc pio & ſan- cto ſtudio.

Opus autem etiam eſt ardentibus precibus; *opus* eſt pace & tranquillitate mentis; *opus* eſt tempore non anguſto; *opus* eſt ſudoribus & laboribus indefeſſis ac ſanctis; *opus* eſt colloquiis familiaribus & candidis; *opus* eſt experientia; ſano & maturo judicio; abeſſe debet omnis pigritia, voluptatum illecebræ, feſtinationes noxiæ, æmulationes moroſæ, præpoſteræ judiciorum & affectuum omnium perturbationes.

Atque ſi hunc modum omnium religionum homines docti omnes obſervarent, cum veritatis ſincero & conſcientioſo ardore, utique expoſitiones Scripturæ futuræ eſſent ubivis locorum feliciſſimæ & veritatis inventiones planiores. An vero omnium locorum & religionum homines illis lucubrationum indeſinentibus & indefeſſis ſolicitudinibus Oracula ſacra difficiliora de articulis Chriſtianæ confeſſionis graviſſimis expediant & ſuos libros de ſua religione perſcribant, tuo, quisquis es lector, judicio & arbitrio, ipſiq; experientiæ, æſtimandum committo & concredo.

Utque

Utqve ad captum noſtrorum hominum illud applicem hiſce de cauſis jam dictis, Conſultū omnino eſt, ut, exempli gratia Germanus quotidianis indeſinentibus Bibliorum Germanicorum lectionibus inde a pueritia Biblicos contextus ſibi quam familiariſſimos reddat, adeoqve qvantum poteſt, perfecte cognoſcat omnium hiſtoriarum ſedem, hominum & perſonarum diſtinctionem, inſignium Oraculorum, conſolationum, admonitionum, dehortationum, objurgationum materiam & verba, & ante omnia ſucceſſu ætatis, qua occaſione, quo conſilio, quo ſcopo, ad qvos, propter quos, de quibus ſingula introducantur & commemorentur, ut hac ratione contextuum, antecedentium & conſeqventium, præpoſitorum & poſtpoſitorum, rubricarum cum nigris ordinem & ſenſum apprime ſibi imprimat & teneat.

Qvi a pueritia in hunc modum in lectione contextuum fuerit educatus, & aſſuefactus, ille ſimul a pueritia phraſium ſacrarum vim ſenſim animadvertit, & tandem in lectione & intellectu contextuum rarius hæſitabit, cum a phraſeologiis asſveverit, & ſimul in contextibus dijudicandis & indicandis ſit ſuo modo potens factus. Qvi a teneris ungviculis nulla alia re, niſi phraſibus ethnicis caput complevit, ille, qvia & phraſibus & contextibus ſacris non asſvevit, tandem in hoc Theologico ſtudio maximas experietur difficultates, & hinc natæ ſunt Italorum qvorundam voces, ut & hodie aliorum incogitantes ſermones de Bibliorum ſtylo admodum ſimplici, cum tamen ſub cœlo nullus ſit gravior, plenior, potentior & qvoad externa magis majeſtaticus ſuper omnem grandiloqventiā Græcam & Latinam, ut eſt ſtylus Propheticus in Vet. & Nov. Teſt. Hinc eſt qvod Politianus rogatus, num Biblia legat, reſpondit, qvod ſemel hoc a ſe factum eſſet & qvod tempus nunqvam pejus perdiderit. Sed, Politiane, in acerrimo examine eo deduci potuiſſes, ut cum gravitate & cum grandiloqventia Prophetica nullum ſtylum ſub cœlo alium conſiſtere poſſe, omnino profiteri neceſſum habuiſſes.

Hunc autem finem non ignorarunt illi, qvi longe ante Lutherum in Academiis, & qvidem inter Theologos Doctores unum peculiarem eſſe voluerunt, nomine & re CURSOREM BIBLICUM. Sic enim habent verba Statutorum, qvæ univerſitatis Wittebergenſis Theologicæ Facultati præſcribi curavit ipſius Fundator laudatiſſimus, FRIDERICUS III. cognomento Sapiens, Dux & Elector Saxoniæ, *Anno 1508. capite VI.* Promovendus in Biblicum, legitime doceat, vel ſi Facultati videbitur, inſpecta ſua qvalitate, jurejurando aſtringat, ſe in aliqvo ſtudio Generali & privilegiato ſacræ Theologiæ operam navaſſe qvinqvennio, a tempore Magiſterii in artibus ſuſcepti, vel, ſi eo careat, ſeptennio, qvod audiverit CURSOREM BIBLICUM atqve Sententiarium, qvatuor ordinarias lectiones. *Hæc ibi*, & rectiſſime.

Statuta Facultatis Theologicæ Wittebergenſis laudatiſſima.

Lectio Biblica frequens ad qvid utilis.

Qvi enim integra Biblia aliqvoties percurrit, & qvi præsertim in Academia sub viro docto integrum curriculum jam dictum perficere potest; Is cũ styli sacri conditionibus res ipsas seu contextuum, concatenatorum cohærentiam indivulsam optime addidicit, ex hac de intermediis dubiis aut obscuris judicium facilius proferet, ac ubi opus est, ex lingva vel Grammatica eandem stabiliet & illustrabit, sicqve rationibus decidendi abundabit.

Non in Grammat. tantum hærendum est, sed cõtextus insuper cũ aliis attendendus.

Sola Grammatica, in qva multi totum tempus consumunt, tantum negotium non perficiet, nisi accedant RES, hoc est, illa nunqvam satis laudata & nunqvam satis deprædicanda circumstantiarum, contextuum, perpetuæ sententiæ, ut nominat Lutherus, antecedentium & conseqventium individuorum concatenatio arctissima, qvam infra in libro, tum in prima parte per regulas, tum in altera per exempla qvam plurima pro virili lectoribus diligenter & perspicue ob oculos proponere volui.

Dialectica veritas cum judicio eruenda.

Sensus cujusq; loci nativus primo eruendus ex qvo demum instituendus dispertiendi modus venit.

Lutheri monitio de Biblico textu rite divid.

Porro qvæ de Grammatica ex ipsis fundamentis veritatis, cum annexo gravissimo & verissimo pariter judicio Lutheri annotavi, illa qvoq; de Dialecticis qvibusdam cautelis observari debent. Qvod in διχοτομίας primas & in distinctiones similes secundas, atq; pares subdistinctiones tertias & qvartas Scripturæ sacræ sese ita dirimi rarissime patiantur, hoc experti haud ægre profitebuntur. Sanctius igitur fecerit interpres, si ante omnia de sensu cujusq; loci nativo & interno reperiendo juxta legem antecedentium & conseqventium æstimandorum laboraverit, & hasce constituerit curarum suarum partes primas, secundas & tertias, posteaqve perinde habuerit, sive διχοτομίαν, sive τριχοτομίαν admittere voluerit locus ille ipse. Non enim res sacræ Dialecticis præceptis, sed Dialectica præcepta rebus sacris sese accommodare debent. Unde iterum sic cum Luthero loqvi & mutatis mutandis interpretem Scripturæ compellare possumus: Dialectica divisio qvidem necessaria est: At vos curate, ut primo res bene habeatis notas, postea facilius erit adhibere divisionem Dialecticam, &c.

Rhetor. sensui vero prius invento flores postea addere qvos q; suos potest. Sæpe sub concionando & disput. rerum non cogitatarum subeunt pondera graviora Qvibus Patres profecisse se fatentur.

Sed & ad enunciandum sensum cujusq; Scripturæ, hanc ipsam παράφρασιν Rhetoricis tropis & figuris necessario accommodare decet. Cui serio res agitur, qvi sancto ardet desiderio inveniendi & docendi non nisi ipsissimum internum genuinum sensum sacrarum scripturarum, illi nec per somnium ante inventum verum sensum in mentem venient vel tropi vel figuræ. Reperient enim cordati viri, inter ipsam lectionem, disputationem & concionem, & sub ipsa expositione, disputatione & concione alicujus difficilioris loci Scripturæ ita qvoqve per Spiritus Sancti gratiam incidere plurium & rerum ab initio non cogitatarum sacrarum pondera meliora & faciliora plura subinde & subinde; unde sunt etiam illæ Patrum confessiones & voces, qvod docendo & scribendo proficiant, qvibus ego meum vo-

tum & meam confeſſionem largiſſime adjicio, qvod nunqvam plus didicerim & diſcam, qvam ſub meis diſputationibus & prælectionibus & concionibus.

Qvomodo & autor libri hujus.

Si qvis igitur tunc cogitationum ſuarum acumina plus in Rhetoricos colores intendere ſategerit, is hoc jam dicto magno ueneficio & ſeipſum & ſuos auditores ſpoliabit, nec gratiæ Dei, veritatis lumini, & Eccleſiæ publicis commodis unice vacaſſe dici poterit; ſed etiam cogetur audire illud Chriſti de ſcrutandis Scripturis loqventis, Joh. 5, 44. *Qvomodo vos poteſtis credere, qvi gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, qvæ a ſolo Deo eſt* (in ſcripturis nimirum revelata) *non qværitis.*

Qui in pingendis Rhetoricis coloribꝰ multus eſt, & in rebus ƀ. fere nullꝰ ille ædificat parum ſed ſpoliat multis bonis ſuos auditor.

Non loqvor nunc de concionibus Germanicis: Sermo mihi nunc eſt de illis, ſi qvi velint uti iſtis in Biblicorum ſive librorum, ſive capitum, ſive verſiculorum, ut uſitate cognominari conſveverunt, ſenſu vero enunciando, ubi ſchematum illorum itidem aliam rationem habendam nego, qvam longe longe magis neceſſariæ, Grammaticæ haberi LUTHERUS, nimirum ut omne punctum reportent verba prorſus facilia, perſpicua, aperta, fluentia, qvibus exprimatur ſenſus loci inventus. Hoc unice curandum eſt, & ita ſatisfecerit interpres ſuo officio. Si ſponte ſeſe obtulerint homæoptata & homæoteleuta vel alii tropi, & aliæ figuræ, ut illa adjiciat, moroſe non prohibeo. Ut autem in illis inveniendis multum temporis inſumat Theologiæ Sacerdos, nemo conſultum judicabit, præſertim cum rem ipſam ſine præjudicio æſtimantibus neqvaqvam ſit ignotum, plures torqveri, violenterq; rotari textus iſtis ſchematibus, qvam clare explicari & enucleari poſſe.

Interpretis cura hæc ſit ut veri loci ſenſũ enunciet absq; ſchematiſmis. Schematiſmi qvando adjiciendi ſunt.

Hilarius de Trin. lib. 5. Verba ſenſum enunciant, ſenſus rationis motus, rationis motum veritatas incitat. Ex verbis igitur ſenſum ſeqvamur, & ex ſenſu rationem intelligamus, & ex ratione veritatem apprehendamus. *Idem lib. 4. de Trin.* Intelligentia dictorum ex cauſis eſt ſumenda dicendi, qvia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus.

Hilariꝰ verum interpretãdi modũ mõſtrat. Sermo rei dicitur ſubjici, nõ cõtra

Sed & cumprimis notatio LUTHERI applicari debet ad Allegorias: Illæ cum interprete textuum iſto, qvi qværit nativam mentem Scripturarum, nihil habent negotii, etiamſi prophetias nondum completas etiam in Apocalypſi exponere debeat. Prophetiarum enim impletiones non intelliguntur niſi ex eventu. Unde qvoqve Apocalypſi de ſenſu textuali recte exponendo occupabitur interpres, & prædictiones eventibus commendabit.

Allegoria in ſenſu textuali rite explicando locum non habent, nec in prophetis. Allegoriarum Prophetarum Deus audit autor, ac proin utilitas earum ſumma eſt.

Allegoriæ, qvæ a Prophetis admiſcentur, ſunt divinæ & utiliſſimæ allegoriæ, ut qvando Eſaias tyrannos comparat cum ſerris. Sicut enim ſerra nihil facit niſi adhibita & tracta ab homine, ita in te nihil poſſet ullus hoſtis aut tyrannus, niſi divina indulgente providentia. Talibus allegoriis ſcripta Theologo-

Tyranni ſerris comparantur.

Allegoriæ ab hominibus excogitatæ illustrare res, cõfirm. nõ dicunt nec possunt.

logorum abundare poterant desumtis ex Vet. & Nov. Test. Reliqvæ, qvæ ab hominibus præsertim pro integris textibus excogitantur, illustrare possunt, confirmare articulos fidei neqveunt. Sicut enim picturæ domum non firmant, id qvod officium est lapidum & lignorum & ferri; ita allegoriæ qvoqve non sustinent, sed pingunt articulos, nec contra adversarios vel tantillum prosunt. Ibi enim potenter textuales Theologi, sunt potenter optimi Theologi.

Declaratur simili a picturis desumpta.

Textuales Theol optimi Theologi.

Luth. de allegoriis. Pauci commẽt. extãt in Mosen apud Latinos.

Canon ad S. Scripturã intelligẽdã necessarius.

Duplex intellect9 nõnullorũ LL.

Et hæc qvoqve confirmantur sufficientissime ipsius B. Lutheri & gravissimis & plurimis testimoniis, qvæ postremis X. annis vitæ suæ ad studiosam juventutem promulgavit. Ex illis pauca qvædam huc afferam. *Sic igitur habet ipse super caput 15. Gen.* Latina Ecclesia habet paucos Commentarios in Mosen. Lyra præcipuus est, ex eo nati sunt postea alii, Hugo Carrensis &c. Admonet autem hoc in loco de Canone qvodam ad sacram Scripturam intelligendam pernecessario, qvod multi loci Scripturæ habeant duplicem intellectum, Literalem unum de terrenis, alterum de spiritualibus & æternis donis, atqve in eo numero præsentem qvoqve locum ponit.

Maxima theolog. de qvadruplic. Script. sẽsu.

At in Scholis Theologorum notissima regula est, Scripturam qvadrupliciter intelligendam. Alium enim esse sensum historicum seu literæ, alium tropologicum, alium anagogicum, alium allegoricum. Ego qvidem facile patior unumqvemqve abundare suo sensu. Sed nostrum studium in hoc præcipue ponendum est, si sacra dextre tractare volumus, ut habeamus unum simplicem, germanum & certum sensum literalem.

Unic9 & simplex sens9 rei & recti9 statuitur. Cur nõ plures sens9 Scripturæ qvam unus.

Nam plures sensus Scripturæ tribuere, non solum periculosum esse judico, & ad docendum inutile; sed etiam Scripturæ autoritatem elevat, cujus unam eandemqve sententiam perpetuo esse convenit.

Et ibidem illico: Etsi autem ad docendum non inepta est allegoria, tamen sententia infirma est, & ad pugnam inutilis. Qvis enim prohibeat tales multas sententias fingere, sicut ex una cera multæ possunt formæ fingi.

Nobis autem cura debet esse certæ & veræ sententiæ, ea alia non potest esse, qvam literæ & textus seu historiæ.

Allegoriæ ad docendũ commodæ, sed ad disputãdum inutiles.

Et iterum illico: Hæc rudiorum causa dixi, qvi cum incidunt in tales Doctorum locos gemmam se reperisse putant, cum tamen periculo non careant, & a vera via abducant, hoc est, a litera & historico sensu, qvæ sola retinenda, & urgenda est. *Hæc in illo loco Lutherus.*

Vera veri interpretis cura allegoriæ historias ornãt.

Iterum Lutherus super caput 26. Genes. (fol. 49.) Postremo qværendæ erant hoc loco Allegoriæ. Sed ego iis non perinde delector, ac Origenes aut Hieronymus. Non curo eas, nisi qvatenus ornant historicam sententiam, qvæ ex simplici historia colligitur. Atqve ibi sunt veluti flores interspersi, sed nihil probant.

Iterum

Iterum Lutherus super 30. caput Gen. (fol. 171.) Sæpe autem testatus sum, me valde abhorrere ab allegoriis, & damnare earum studium. Qvia exempla & vestigia Patrum me terrent, qvi suis allegoriis obscurant doctrinam, & ædificationem charitatis, patientiæ, spei in DEUM, qvando speculationibus illis allegoriarum nos avocant a doctrina & genuino sensu verborum. Idqve inprimis studio habent Hieronymus & Origenes, qvin Augustinus etiam eo adductus fuisset, nisi esset revocatus per certamina & disputationes cum hæreticis. Ego vero qvia hos tanqvam summos Theologos admirabar, idem initio secutus sum. Cum legerem Biblia, non seqvebar sensum literalem, sed illorum exemplo, omnia in allegorias vertebam.

Allegoriæ sub Papatu obscurarit religionem veram. *Origenes & Hieron. allegoristæ.* *Lutherus est initio exemplo Patrum allegoriis delectatus.*

Hortor itaqve Studiosos Theologiæ, ut fugiant hoc genus interpretationis in sacris literis. Qvia allegoria est perniciosa, qvando non congruit cum historia, præcipue vero, qvando in locum historiæ succedit, ex qva rectius eruditur Ecclesia de mirabili administratione DEI, in omnibus ordinibus vitæ, in OEconomia, Politia & Ecclesia: qvæ dum negligunt isti interpretes in historiis, necessario omnia in allegorias, & alienum sensum transformant.

Allegoriis qvando perniciose qvis utitur.

Idem ibid. Nam in Turcia etiam multi religiosi sunt, qvi id unum student, ut Alcoranum Mahometi interpretentur allegorice, qvo in majore admiratione sint. Est enim allegoria tanqvam formosa meretrix, qvæ ita blanditur hominibus, ut non possit non amari, præsertim ab hominibus ociosis, qvi sunt sine tentatione. Tales putant se in medio Paradisi & gremio DEI esse, si qvando illis speculationibus indulgent. Ac primum qvidem a stolidis & ociosis monachis ortæ sunt, & tandem ita late serpserunt, ut qvidam Metamorphosin Ovidii in allegorias verterint. Mariam fecerunt Laurum: Apollinem Christum, qvæ qvantumvis sint absurda, tamen cum proponuntur imperitis adolescentibus, sed amantibus & Studiosis literarum, initio valde adlubescunt, ut totos se illis interpretationibus dedant.

Alcoranum allegorice interpretantes Turcis magnæ sunt æstimationis. *Allegoria meretrix formosa.* *Allegoriæ monachorum fœtus.* *Maria Laurus, Christus Apollo Monachis.*

Ego itaqve odi allegorias. Si qvis tamen volet iis uti, videat, ut cum judicio eas tractet. Primum omnium enim qværendus est historicus sensus, qui recte & solide nos erudit, qvi pugnat, defendit, vincit & ædificat. Hic si fuerit genuinus & purus, postea qværatur allegoria, sed non monastica, nec de vita speculativa, sed qvæ concordet cum historia, & complectatur reliqvias Scripturæ crucis, hoc est, doctrinam crucis, fidei, spei, charitatis, patientiæ. Non monachum qvi sedet, & loqvitur cum Christo, & jactat apparitiones & voces angelorum, aut beatæ Virginis Mariæ auditas. Is enim sedet ociosus sine cruce & tentatione. Talis vita speculativa est maledicta & damnata.

Lutherus odit Allegorias. *Allegoria ubi & qvomodo qværenda.*

Con-

Consentiat igitur allegoria cum historia, & super hanc velut fundamentum ædificetur gemma, aurum, argentum. Alioqvi est perniciosa allegoria, & tantum errores parit, vel si est optima, meræ sunt stipulæ, & ineptiæ meræ, *Hactenus omnia vera Lutheri.*

IV.

IV. Ejusdem methodi, qvæ erat in explicando, in transferendo observatio.

Qva methodo Oracula sacra explicantur, eadem methodo & non alia Fontes Hebræi & Græci sunt transferendi in alias lingvas qvasvis.

Porro, qvæ præcepta, qvæ methodi, qvi ordines, qvi processus servari debent in Oraculis qvibusvis sacris ita explicandis, ut eorum nativam, & genuinam sententiam rite & solide asseqvaris, eadem præcepta, eædem methodi, iidem ordines, iidem processus etiam servari necessario debent in Biblicis libris ex fontibus in qvamcunqve vernaculam lingvam aliam ita transferendis, ut translatio veram mentem fontium tibi qvovis die porrigere possit.

Declaratur exemplo.

Cogita enim qvæso, benevole lector, si qvis versus cunctos in primo libro Æneidos Virgilianæ in Germanicam prosam orationem ita converteret adhibitis Grammaticis, Dasypodiis, Calepinis, ut verbum verbo secundum ordinem redderet, qvanta qvæso tunc proditura esset distorta, barbarica, confusa & ineptissima versio.

Eodem pacto, si qvi Biblicos libros simili ratione ex Grammaticis & Lexicis tantum Hebræis convertere cogitarent & tentarent, illi nullius intelligentiæ, nullius saporis, nullius utilitatis darent Germanicas & Latinas metaphrases. E contrario, qvi & Grammaticam & contextuum concatenationem respexerunt simul & semel, ut fecit noster Lutherus, illi rem omnem felicissime absolverunt & Ecclesiæ ædificationem admirandam operati sunt. Per omnia igitur processus explicandis Oraculis sacris servatus, etiam servari debuit in versionibus adornandis.

Qvi Grammaticam & contextuũ concatenationem simul attendit, feliciter interpretatur Scripturas.

Qvam in explicandis scripturis methodum Lutherus servavit, ut hactenus docui, eandem ipse qvoqve simul & semel in transferendis Bibliis in Germanicam lingvam sanctissime observavit & strictissime, laboriosissimeqve secutus fuit. Atqve lector aliqvid saltem olfacies, qvam in hoc officio solers fuerit, sufficiat paucis delibare.

Et primo qvidem statim post Reformationem, anno Christi 1517. cæptam, Beatissimus Lutherus nihil ad veritatis divinæ propagationem feliciorem, nihil ad Pontificiarum idololatriarum exstirpationem celeriorem

riorem conducere posse satis prudenter animadvertit, qvam si vulgus qvoqve promissuum Biblia sacra in sua vernacula lingva legere, intelligere, & per DEI gratiam consulere posset: unde prorsus mature, nimirum anno jam ipso dicto ad Bibliorum conversionem in Germanicam lingvam accessit, & in eo studio sudavit usqve ad annum Christi 1541. qvo anno ultimam correctionem apparavit, ut in libro infra dicetur, semper hoc in opere usus lingvarum & contextuum collatione accurata.

Qvam utilis sit Versio Bibliorum

Qvam diu Lutherus sudarit in conversione Bibliorum.

Ad lingvas enim qvod attinet, *Institutiones Hebraicas Fabricianas sitio*, scribit ad Johannem Langum ann 1517. *Veni Wittebergam & inveni hominem Hebraica professurum satis eruditum, ideoq; nobis visum est, qvando ille veteranus omnino maturat recessum hoc assumpto invicem illius, recessus ejus feratur, forte Dominus qvoqvo nostro studio intentus consulit, sine nobis. Qvare sat respondeas qvanto ocyus, qvid Illustrissimo Principi videatur*, ad Spalatinum concionatorem aulicum anno 1519. *Hebræum istum vestrum, qvem commendas, omnibus modis suum officium implere, ut cures ad nos ire, idq; eo magis, qvo ille noster* Bossenstein, *nomine Christianus, re vera Judæissimus ad nostræ Universitatis ignominiam recessit, cum & tu nonnihil nostro studio debeas, dabimus operam, ut honeste alatur in Christo, & digna conditione hic agat*, ad Langum eodem anno 1519. *In fine de Hebræo iterum te moneo, qvo adolescentibus optimis optime Theologizantibus mireq; ardentibus, in rectas literas cooperemur.* Ibidem. *Anteqvam abeas, qvæso exploratam nobis relinqve mentem Illustrissimi Principis de Hebraico Professore, fuit nobiscum, rediturus propediem Johannes Cellarius, qvi Heidelbergæ Hebraica professus est, hic omnia nobis promisit, qvæ possit, fideliter se traditurum, modo Lipsiæ agit, nostras literas expectans, respondeergo citius*, ad Spalatinum eodem anno: *Scribit ad me Matthæus Adrianus Lovaniensis Hebræus petens apud nos Hebræa profiteri, nosti hominis famam & eruditionem. Qvare illustrissimo Principi velis hæc suggerere opportunitatis pro Hebræa lingva promovenda apud nos dona Dei, atqve id qvæso qvam ocyus respondeto*, iterum ad Spalatinum 1519. *Opto unus in Hebræis esse discipulus*, ad Amsdorffium 1521. *Lexicon Hebræum remitto, sed primum illud, qvod olim Erphordiæ emeram ab initio, nam tuum propter crebras annotationes pro mea teneo memoria qvanqvam & istud aliqvot habeat qvibus ægre careo, & tu illis non omnibus crede: aliqvando enim divinavi*: ad Langum 1522. ad Spalatinum scribit & *rogat, ut aliqvas voces Hebræas in vernaculum redditas brevi mittat*, 1524.

Interpres sine Hebræa & aliis lingvis est sicut tabellarius sine pedibus

Fabricius insignis Hebræus.

Joh. Cellarius Professor Hebr. L. Heidelb.

Qvid, qvod etiam Judæos conduxit & aluit propter hanc ipsam caussam optimus Lutherus noster.

Lutherus Judæos conduxit ad melius vertenda Biblia.

Deinde ad contextus qvod attinet, paulo infra videbis vestigia de Miglaim & de Mitta, sed & insuper huc pertinet illud, qvod in hunc modum

Oratione incipiendum studium Theol. Interpres sine contextuum circumstantiis est, ut corpus habens pedes, sed non amplius animam.

modum scribit: *Primum id certissimum est, sacras literas non posse vel studio, vel ingenio penetrari, ideo primum officiũ est, ut oratione incipias, tali videlicet, qva ores, si Domino placuerit, per te aliqvid fieri in gloriam suam, non in tuam, non in ullius hominis, tibi concedat misericordissime verum suorum verborũ intellectum. Nullus enim est divinorum verborum Magister præter ipsummet verbi sui autorẽ, sicut dicit: erunt omnes docibiles Dei. Igitur de tuo studio desperes oportet omnino, simul & ingenio, Deo autem soli confidas, & influxui Spiritus, experto crede ista deinde statuta, humili desperatione Bibliam ab initio legas ordine usq; in finem, ut simplicem primo historiam memoria capias*, ad Spalatinum de methodo seqvenda Studioso Theologiæ anno 1518.

Putasne, *Psalterium exigit integrum virum*, ad eundem; anno 1519.

Si vires meas metiri velim; ne uni qvidem Psalterio me traderem etiam SEPTIES *Lutherus, tantum exigit is liber ingenii, eruditionis, diligentiæ, Spiritus & gratiæ*, ad Electorem FRIDERICUM anno 1521. *Psalterium exigit tres viros*, ad Langum 1521.

Collationes qvoad lingvas & cõtextuum. Interpretatio Scripturæ opus grave.

Collationes qvoad lingvas & contextum qvod attinet, qvantum amaverit, hinc patet, qvod scribit: *Interim Bibliam transferam, qvanqvam onus susceperim supra vires. Video nunc qvid sit interpretari, & cur hactenus a nullo sit tentatum, qvi profiteretur nomen suum. Vetus vero Testamentum non potero attingere, nisi vobis præsentibus & cooperantibus, si qvo posset fieri, ut secretum cubile apud vestrum aliqvem haberem, mox venirem & vestro auxilio totum ab initio transferrem, ut fieret translatio digna, qva Christianis legeretur. Magnum & dignum opus est, qvod nos omnes laboremus, cum sit publicum & publicæ saluti donandum*, ad Amsdorffium ex eremo anno 1522. die octava Epiphaniæ.

Non solum Johannis Evangelium, sed totum Testamentum Novum in Pathmo mea verteram, verum omnia nunc elimare cœpimus, Philippus & Ego, & erit (Deo volente) dignum opus, sed & tua opera aliqvando in vocabulis apte locandis necessaria, ideo sis paratus, sed sic, ut simplicia, non castrensia, nec aulica suppedites. Hic enim liber simplicitate volet illustrari. Et ut ordiar, vide, ut Gemmarum Apoc. 21. tum nomina, tum collores, & utinam aspectus nobis ex aula, aut unde potes, ministres, ad Spalatinum scribit anno 1523.

In vertendis Bibliis vocabula non castrẽsia nec aulica, sed simplicia usurpentur

Ad diligentiam & laborem qvod spectat, *jam absoluta altera parte veteris Testamenti, simul ad tertiam me dedo difficillimam & maximam*, ad Hausmannum 1525. *Prophetas molimur, vel parturimus in vernaculam, Esaias primus laboratur*, ad Spalatinum 1528. *Nos jam in Prophetis vernacula ornandis sudamus, Deus! qvam molestum & qvantum opus, Hebraicos scriptores cogere Germanice loqvi, qvi resistunt, qvam Hebraicitatem suam relinqvere nolunt, & barbariem Germanicam imitari, tanqvam si Philomela cuculum cogatur, deserta*

elegantissima melodia utrisonam illam vocem detestans imitari, ad Lincum 1528 *Zachariam meditor, ut seqvatur Habacuc & Jonas. Ecclesiastes Salomonis multum mihi facit negotii, velut nolens legi, cogatur tamen legi, adeo jacuit hactenus is liber*, ad Hausmannum, 1526.

Utq; suum in urgendis textibus seu contextibus studium indefessum fuisse doceret, sæpenumero in ultimis suis laboribus in Genesin illud ipsum indicat, qvod & ego supra docui, plus nimirum in contextibus, qvam in Grammaticalibus situm esse. Audi enim aliqvot indicia haud gravatim, optime lector.

Sic igitur ipse scribit super 20. caput Genesis, 16. versiculum, ubi Rex Abimelech ad Saram dixit: Ecce, dedi mille argenteos fratri tuo, ecce est tibi in velamen oculorum ad omnes.

Lutherus plus de contextu qvã lingva solicitus. Gen. 20. sententia vera depromitur. 1. Ex CIRCUMSTANTIIS

Hic locus aliqvo modo difficilis est propter *Grammatiam*, ideo interpretes mire variant: Sed sententia tamen ex *circumstantiis* facile potest colligi. Clare indicat Moses, Regem Abrahamo donasse, qvæ donavit, & non Saræ. Si enim dicit Rex: fratri tuo dedi, qvem scilicet tu appellas fratrem, tibi scilicet dedi. Addit autem causam, cur Saræ nihil donet, hoc, inqvit, erit tibi in velamen oculorum.

Non mirum est, esse aliqva loca Scripturæ sacræ, qvæ non satis possunt intelligi. Qvis enim hodie intelligit scripta Scholasticorum, postqvam Parisiensis modus loqvendi desiit. Qvando enim res & usus rerum pereunt, tunc etiam vocabula non possunt intelligi. Qvi jura non didicit, forensia vocabula nullo modo intelligit, sic medicina habet sua propria vocabula, sic Astronomia, qvæ nemo intelligit, nisi res prius teneat.

Judæi post Christum negatum amiserunt genuinam mentem omnium contextuum veteris Testamenti, unde illud tam mire torqvent, qvemadmodum excollationibus hodiernis cum ipsis patet. 2. Ex SENTENTIA.

Certum autem est, Judæos post negatum Christum amisisse res, nihil igitur sani docere possunt, & frustra in Grammatica se torqvent. Sæpe unum vocabulum in decem significata partiuntur: Amiserunt enim verborum lucem, res scilicet. Ita hoc in loco difficultas in verbis est, cum dicit: erit tibi in velamentum oculorum. Nescis enim velamentum passive ne, an active accipiendum sit, sed posterior particula, præsertim si interpretes consulas, impeditior est.

Reprehendit Lyram Burgensis. Sanctes qvoqve discedit a reliqvis Hieronymus verbum *memento* addit, ut expleat sententiam, ac fine dubio vertit reprehensam: Sed indocti depravarunt locum, & fecerunt deprehensam. Verbum enim notum est, qvod significat reprehendere, arguere, castigare, corrigere, ut Psalmo sexto: Domine, ne in furore tuo arguas me. Et Esaiæ primo: Arguito me.

Sed omissa Grammatica disputatione *sententiam* videamus, qvam

ego hanc eſſe ſimpliciſſimam judico. Tibi, inqvit Rex ad Saram, ne qvidem obulum do, ut ſcilicet habeas velamen oculorum, hoc eſt, certum teſtimonium tuæ pudicitiæ, qvod te non attigerim. Si enim tibi donarem peculiariter, ſuſpicionem injicerem aliis violati pudoris: Igitur velamen oculorum paſſive accipio, ut ſit phraſis ſingularis, ſicut nos latine dicimus, obſtruere os: Ita ipſi dicunt velabunt oculos, hoc eſt, non audebunt te accuſare, ſed potiut teſtabuntur te retinuiſſe illæſum pudorem.

Gen. 20. Velamen oculorum Luth paſſive explicat.

Huc facit ultima particula, & reprehenſa eſt, ſeu redarguta, hoc eſt non-ſolum nullo affecta eſt munere a Rege, ſed etiam reprehenſa non ex odio, ſed ex mera charitate, hoc enim modo conſuluit Rex famæ & pudori Saræ. Hanc puto veram ſententiam hujus loci eſſe, de argenteis mille affirmare nihil poſſum, qvid valuerint, ſed qvia Rex donat, exiſtimo non exiguam fuiſſe argenti ſummam. *Hactenus Lutherus ibi.*

Gen. 42. Meraglim exploratores notari innuunt.

Idem ſuper caput 42. Geneſ. & qvidem illa verba: Exploratores eſtis, veniſtisq;, ut nuditatem terræ videatis.

Meraglim) Venit a nomine (Rægal) qvod peditem ſignificat. Itaqve qvod nos exploratores vertimus, proprie peditem, vel pedeſtrem ſonat. Sed lingva Hebræa utitur hac voce pro exploratoribus, & proditoribus, *qvod tamen ex Etymologia ſive Grammatica* non potuiſſemus colligere, niſi *circumſtantiæ & exempla* docerent. Ideo multarum vocum vim in hac lingva ignoramus: qvia magna ex parte Grammatica poſitiva periit Hebræis. Ego curſorem expoſuiſſem, ſed ipſi ſic appellant exploratores, qvi diſcurſant ad videndas munitiones aut nuditatem terræ, hæc enim vis eſt vocis (Arvath) qva ſæpe uſus eſt Moſes, ut Levit, 18. & alibi: ac proprie ſignificat nudum. Sed qvia homo non dicitur nudus, niſi revelentur pudenda ejus, remotis foliis ficus, aut perizomate. Ideo Moſes uſurpat pro turpitudine aut verendis. Sic oculos non velamus, qvia non ſunt nudi, ſicut nec alias partes corporis honeſtiores. Peccatum autem Originis facit nos nudos, qvando membra generationi deſtinata deteguntur. Hic igitur per translationem vocat nuditatem terræ, hoc eſt, loca non ſatis munita, aut ſplendida. Sic in Prophetis minatur DEUS, ſe nudaturum turpitudinem gentium, hoc eſt, vaſtaturum & redditurum terram eorum ſqvalidam, incultam, turpem & deſolatam. *Hæc iterum Lutherus.*

CIRCUMSTANTIÆ.

Arvath Gen. 42. qvid ſignificet.

Nuditas terræ qvid ſignificet.

Idem paulo poſt: Atqve hinc iterum apparet, Hebræam lingvam non prorſus occultam eſſe, ſed plurimas phraſes, figuras, Etymologias ab ipſis ignorari. *Hæc ibi.*

Idem ſuper caput 47, Inclinavit Iſrael verſus caput lecti; Hoc in loco variant

Locus Gen. 47. varie exponitur.

variant interpretes propter diversitatem punctorum, qvæ in Hebræa lingva multiplicem ambiguitatem pariunt, qvia ratio punctandi admodum incerta est? Ac nisi Novum Testamentum haberemus, nullus usus esset Hebrææ lingvæ, neqve qvicqvam certi ex ea colligere possemus, id qvod apparet ex Hebraistis, qvi misere & horribiliter depravant & obscurant Scripturam Sanctam, propterea, qvod veræ scripturæ luce destituti sunt, nihil aliud seqventes in illa caligine, qvam rationem punctorum levissimam & plenam ambiguitatis. Patres & Prophetæ lingvam sanctam habuerunt notissimam & certissimam, sed ea simul cum regno suo periit. Hodie Judæi multa sumunt ex Novo Testamento, sine qvo nihil prorsus scirent. *Nullus usus Hebrææ lingvæ absq. N. T.*

Non possum qvidem rationem punctandi negare, sed non delector ea propter ambiguitatem, qvæ reddit Scripturam incertam, eamqve distrahit & discerpit. Munsterus alicubi allegat Rabinum, qvi dicit: Sine supra & infra non potest intelligi Scriptura Sancta, hoc est, sine superioribus & inferioribus punctis. Idqve verum est apud Hebræos. Sed autorem hujus lectionis non monstrant, nec adferunt certa argumenta, qvare in hunc modum puncta addi oporteat, qvin etiam arbitrariam punctorum usurpationem faciunt. Credo aliud vocabulum aliter legendum & intelligendum esse (Mitta) & (Matta) sed qvis me certiorem facit, utra lectio sit verior, tametsi dicunt, secundum supra & infra legendum esse. *Rabini cujusdam sententia de intellectione Bibliorum.* *Mitta, Matta.*

Tempore Hieronymi nondum sane videtur fuisse usus punctorum, sed absqve illis tota Biblia lecta sunt. Recentiores vero Hebræos, qvi judicium de vero sensu & intellectu lingvæ sibi sumunt, qvi tamen non amici, sed hostes Scripturæ sunt, non recipio. Ideo sæpe contra puncta pronuncio, nisi congruat prior *sententia* cum Novo Testamento. Ex punctis enim nihil aliud relinqvitur, qvam meræ divinationes, utrum Matta aut Mitta legendum sit, & sic in aliis multis, qvæ scribuntur iisdem literis. Ideo non multum curo supra & infra Rabinorum, melius esset legere Scripturam juxta intra, Ac novum Testamentum præbet nobis intellectum intralem, non superiorem aut inferiorem. Hic locus vero manet ambiguus, propter veritatem punctorum.

Septuaginta sic verterunt: Et adoravit Israel fastigium virgæ ejus, & retinent præpositionem (Al) super fastigium, & legunt (Matte) qvod significat virgam aut tribum, qvæ vox sæpe in Mose usurpatur, & præterea multa alia vocabula sunt idem significantia. *LXX versio hujus loci*

Sic igitur intelligunt, qvod Jacob, cum jurasset filius, inclinerit caput, vel corpus erga sceptrum Joseph, & adorarit ad summitatem ejus.

Auguſtini explicatio.

Auguſtinus etiam valde ſudat, & adfert aliam ſententiam, qvod Jacob ſenex decrepitus greſſus ſuos rexerit & ſuſtentarit baculo, ſicut ſenes tripedes ſolent, & ſic adorarit ſuper caput baculi ſui, hoc eſt, inclinaverit ſuper baculum, & invocaverit DEUM. Hæc diverſitas ex ambiguitate Grammatica oritur.

LXX. reſpexere ad hiſtoriam Eſther.

Septuaginta vero ſuæ interpretationis ſimilitudinem qvandam habent ex hiſtoria Heſter, ubi Aſſueverus porrigit virgam ſeu ſceptrum Reginæ; atqve ea accedit, & tangit manu caput ſceptri.

Fuit forte talis ritus, qvalis hodie in promotionibus Magiſtrorum & Doctorum ſervari ſolet, ut protenſo ſceptro jurarent, aut oſcularentur id ad declarandam humilitatem & obedientiam ſuam erga ſuperiorem.

Gen. 47. legit Lutherus Mitta, lectulum & addit rationem.

Lutherus non rejecit. Hebrææ Li ſtudium, ut calumniatur Gretſerus.

Non poſſum igitur per Grammaticam ex hoc loco me expedire, ubi divinationes & *circumſtantiæ* ſeqvendæ ſunt, ſicut ſeptuaginta videntur reſpexiſſe ad geſtum illum Eſther, qvæ oſculatur ſceptrum in ſignum reverentiæ erga regem. Sed retineo uſitatam noſtram & Germanicam translationem. Et accipio Mitta, lectulum, & hac potiſſimum ratione moveor, qvod hactenus Moſes non eſt uſus altero vocabulo Matta. Supra enim de Jacob, decorticante baculos, item tranſeunte Jordanem baculo ſuo, vocabulum Makkel ponitur. Relinqvo igitur Grammaticis æqvivocationes & lites ſuas. *Hactenus omnia Lutherus*: qvi neqvaqvam rejicit ſtudium Hebrææ lingvæ, ut Gretſerus in frontiſpicio ſui tractatus de novis translationibus Bibliorum ex tomo 3. Lutheri Latino Witteb. & qvidem ex commentatione Lutheri de noviſſimis verbis Davidis ex hujus ipſius libri Lutheri præfatione verba qvædam prave allegat, ſed ſolummodo collationem inſtituit vel comparationem, inter lingvam & circumſtantias ſeu contextum, adeoqve docet, utrumqve qvidem maxime neceſſarium eſſe, attamen nihil prodeſſe lingvam, niſi cum primis accedat & omnia etiam in lingvis moderetur circumſtantiarum ceu contextuum accurata meditatio & tractatio. Qvæſo autem lector percurras diligenter illam præfationem Lutheri jam indicatam.

V. Lutheri in vertẽdis & explicandis Bibliis ſolertia. Duo præcepta & explicandi & vertendi Biblia.

V.

Qvantam ſolertiam Lutherus in verſione & explicatione Bibliorum adhibuerit.

Sed ut Lectori benevolo tædium in immenſum ne augeam, qvod duo præcepta explicandi difficillimos qvosqve Sacrarum literarum textus, per omnia correſpondeant duobus præceptis, qvæ Lutherus in vertendis Bibliis unice ſecutus fuit, illud clariſſime & evidentiſſime patet ex qvinto tomo Jenenſi Germanico, ex epiſtola vere Divi Lutheri Germanica, de verſionibus von Dollmetſchen.

Facere autem non potui, qvin illam epistolam totam plane divinam infra post oracula omnia absoluta, folio 959. ascriberem Germanice. Nulla est syllaba in isto epistolio, qvæ non verissimam veritatem in sese habeat, qvamqve ego adversus qvoscunqve hodie defendere, & animatissimus & paratissimus sum.

Scio enim & plusqvam bene scio, qvantopere in malam & sinisterrimam partem rapiantur a Pontificiis plurimis hæc ipsius verba, qvando scribit: Wenn euer Papist sich viel unnütz machen wil mit dem Wort Sola, so sagt ihm flugs also/ D. Martin Luther wils also haben/ und spricht/ Papist und Esel sey ein Ding/ Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Denn wir wollē nicht der Papisten Schüler und Jünger/sondern ihr Meister und Richter seyn/ wollen auch stoltzieren und pochen mit den Eselsköpffen. Item. Ich kan Psalmen und Propheten/ etc. *Lutheri exempla von Dolmetschē.*

Verissima sunt omnia, & nullo modo, vel unum verbum eorum jure culpandum, qvæ scribit. Vidisti enim hactenus, amice lector, ex qvalicunq; tenuissima qvamvis adumbratione, & plus videbis per totum hunc librum, sed ex tua experientia longe magis plus certior & certissimus redderis, qvāta reqviratur ad interpretandum & vertendum sacras Scripturas solertia, diligentia, cura, rerum plurimarum notitia, conscientia, precationum oratio, conferendi industria, laborum indefessa & ineffabilis patientia citra omnem humanæ autoritatis respectum, qvam diuturna, diurna, nocturna, perpetua, per omnem vitam solicitudo, Dei timor. *Immensus labor & cura reqviritur ad interpretandum & vertendum Scripturas.*

Tunc autem temporis isti ipsi, qvi inter Pontificios dilatabant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias suas, amabant primos concubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, pleriqve omnes nihil nisi traditiones Patrum crepabant, meris allegoriis integra volumina chartarum, qvæ adhuc reperiuntur, commacularunt, qvia nec lingvas sciebant, nec contextuum seu antecedentium & conseqventium rationem in ipsis qvandoqve Patribus, qvantum vis non obscuris indigitatam, instar noctuarum visu suo asseqvi valebant. *Pontificiorum præpostere in iis dem cura.*

Doceant vel hodie contrarium Pontificii, de seculi istius annis, de qvibus hæc scripsit Lutherus: iterum dico de seculi istius annis, de qvibus hæc scripsit Lutherus, qvidem de translationibus in vernaculam lingvam. Qvid igitur, o Pontificii, in hac sua epistola contra veritatem peccavit Lutherus taxans ex zelo suo divinissimo maxima vitia vestra. Ipse vero Lutherus in Biblicis textibus non versari, sed habitare; non laborare, sed sudare solitus, & hinc Spiritus Sancti magna gratia repletus de die in diem in Sacris factus potentior Jehovæ ipsius, & oraculorum sacrorum Jehovæ mentem intimam asseqvebatur, πληροφορίαν q; tantam acqvirebat, ut nec scribendo, nec dis- *Defendit autor Lutherum contra Pontificiorum calumnias.*

putan-

putando juxta hanc suam methodum cuiqvam concederet; sed hoc gladio armatus interpride cunctos hostes provocaret, & felicissime sub pedibus suis contereret. Scripturis enim secundum methodum toties hactenus dictam suam pugnabat; unde hodie qvoqve ad exemplum Lutheri tum scribentes, tum viva voce congredientes omnium suarum disputationum rationem hanc inire debent, nimirum, ut proposituri theses unice contendant, ut singulas assertiones suas roborent, si non pluribus, saltem paucis ejusmodi oraculis, qvæ ad dictam methodum satis mature & prolixe æstimarunt, deinde ut opponentes omnia a Præside & Respondente allegata oracula sacra juxta eandem methodũ examinent & inter sese de iisdem in colloqvio conferant.

Modus disputandi viva voce & scriptis optimus per solas Scripturas.

Et qvia non statim omnia in actu disputationis apposite incidere in memoriam possunt in gravissimo negotio, idcirco decisio interdum debet differri in congressum seqventem, propter δευτέρας φροντίδας σοφωτέρας, ne in fervore, & ex impræmeditatione aliqvid immature pronuncietur.

Cautela in disputationibus valde necessaria.

Ex nulla enim re magis patescit veritas, qvum in mutuis conflictibus, id qvod cuivis pio experientia testatum faciet, unde etiam *Hilarius lib. 7. de Trinit.* Magna vis est veritatis, qvæ cum per se intelligi non possit, per ea tamen ipsa, qvæ ei adversantur, elucet, ut in natura sua immobilis manens, firmitatem naturæ suæ qvotidie dum attenditur, acqvirat. Hoc enim Ecclesiæ proprium est, ut tum vincat, cum læditur, tum intelligat, cum arguitur, tum obtineat, cum deseritur. *Hæc ille.* Et apud *Augustinum* de vera religione cap. 25 Si non essent hæretici, pigrius veritas qværeretur.

Maxima disputationũ utilitas.

August.

Et ut rectius intelligas, etiam, post libros, in ipso conflictus disputationis actu sæpenumero DEUS benedicit, ut adhuc saniora incidant: hic igitur opus est candore, & plus veritatis, qvam proprie rationis habendam esse curam meminerit, qvisqvis DEUM ex puro corde vult timere. Hæc igitur debent esse sacrarum disputationum & sacrorum Collegiorum statuta, judicia & præcepta. Hoc uno pacto ad exemplum Lutheri peritos disputandi artifices habuit, habet, & habitura est Ecclesia, adversus quos nec portæ inferorum prævalere poterunt, possunt & potuerunt. Vivus est enim DEI sermo, & qvovis gladio ancipite penetrantior &c. juxta Apostolum ad Heb.

Candori & studio veritatis studeant disputantes.

Sub Papatu vix aliqvod oraculum sacrum in plerisqve disputationibus, ut & concionibus audiri potuit, qvoad sensum historicum, proprium & genuinum: sed omnia ineptas speculationes humani cerebri personabant, aut ex Patrum allegoriis & cerebris. Qvid igitur mirum, qvod tandem in judicio acri Doctores ipsi tum non potuerunt stare; & quomodo isti ad methodum dictam Scripturas interpretari valuissent? Qvapropter sarta, tecta celin-

Ineptus disputandi modus Papistis usitatus.

relinquatur a Papiſtis iſta de SOLA verſio, & excuſatio. Sed qvid opus eſt multis, audiantur de hac usqve expedita re qvanqvam involutæ, tamen ſatis graves ipſorum Pontificiorum confeſſiones.

Audi hac de re, Lector, judicium hoſtis Lutheri, Johannis Cochlæi qvod recitat ſub anno Chriſti 1522. in libro de actis & ſcriptis Lutheri, *Verba Cochlæi habent in hunc modum*: Anteqvam vero prodiret liber Emſeri, mirum in modum multiplicabatur per Chalcographos novum Teſtamentum Lutheri, ut etiam ſutores, & mulieres, & qvilibet Idiotæ, qvi Teuthonicas literas utcunq; didicerant, novum illud Teſtamentum, tanqvam fontem omnis veritatis, avidiſſime legerent, qvicunq; Lutherani erant: illudq; ſæpe legendo memoriæ commendarent, in ſinu ſecum portantes codicem. Ex qvo tantam intra paucos menſes ſibi doctrinam arrogabant, ut non ſolum cum Laicis partis Catholicæ, verum etiam cum Sacerdotibus & Monachis, atq; adeo etiam cum Magiſtris & Sacræ Theologiæ Doctoribus, disputare de fide & Evangelio non erubeſcerent. Qvin immo repertæ ſunt mulierculæ, qvæ propoſitis Thematis editisqve libellis Teuthonicis, auſæ fuerint ultro provocare: & qvidem procaciſſime inſultantes, ignorantiamqve improperantes & contemtui habentes viros, non modo Laicos atqve privatos homines: verum etiam qvoslibet Doctores & Licentiatos totius facultatis Theologicæ, ac totas etiam Univerſitates: Id qvod de Argula, Nobili qvadam muliere, compertum habetur.

Pontificiorum & cum primis Cochlæi Pontificii de verſione Lutheri judiciū.

Et paulo poſt: cum igitur mobile vulgus ubique magis intentum ſit & avidum ad res novas late divulgandas, qvam ad res conſuetas in ſuo ſtatu conſervandas: factum eſt, ut turba Lutheranorum longe plus operæ impenderit diſcendis ſacris literis ita translatis, qvam impendit populus Catholicorum, ubi Laici eam curam potiſſime in Sacerdotes & Monachos rejiciebant. Unde contigit nonnunquam, a Laicis Lutheranis plures Scripturæ locos ex tempore citari in colloqviis, qvam citarentur a Presbyteris & Monachis Catholicis. At jam dudum perſuaſerat Lntherus turbis ſuis, nullis dictis habendam eſſe fidem, niſi qvæ ex ſacris literis proferrentur. Idcirco reputabantur Catholici ab illis ignari Scripturarum, etiamſi eruditiſſimi eſſent Theologi. Qvin etiam palam aliqvando coram multitudine contradicebant eis Laici aliqvi, tanqvam mera pro concione dixerint mendacia aut figmenta hominum. Accedebant & alia incommoda. Nam cum antiqvi Theologi multis retro annis peritiam lingvarum, & politiores literas neglexiſſent, Lutherus mox ab initio per Philippum Melanchthonem, & per Zwinglium, Oecolampadiumq; & Bucerum (anteqvã ab eo in nonnullis articulis diſſentire cæpiſſent) totã fere juventutẽ, eloqventiæ literis, lingvarũq; ſtudio deditam ac ingenio ex acutis & expolitis Eraſmi Roterodami opuſculis

pulcherrime excultam, in partem suam traxit. Juvenes vero & ingenio alacres, & laborum patientes, mox in sacris literis (qvibus Lutherus unicum tribuebat sensum, & eum solummodo literalem) ita profecerunt literaliter, ut XXX. annorum Theologi tam prompti in citandis Scripturæ locis non viderentur, qvam erant illi. Qvi & de peritia lingvarum, & de styli elegantia superbientes, mox qvoslibet veteris farinæ Theologos non solum contemnere, verum etiam provocare cæperunt, maxime, qvando ad populum verba faciebant. Qvod si qvis novitatibus eorum contradiceret, mox prætendebant lectionem Græcam vel Hebraicam, aut aliqvem ex vetustissimis autoribus. *Hactenus verba illius Cochlæi.*

Variæ Bibliorum a variis editæ versiones. Extabant antea qvoqve Biblia Germanica, cumprimis Ditenbergii & prodierat una editio & versio Bibliorum Germanica Norinbergæ anno Christi 1477. alia ibidem anno 1483, tertia Augustæ anno Christi 1518. Qvantum autem different istæ veteres versiones ab hac nitidissima, limpidissima, & ad methodum confecta jam dictam facillima, longum esset dicere & jam modo ex Cochlæi verbis constare potuit.

VI.

4. Pontificiorum impugnatio ductu methodi

Objectio Pontificiorum contra methodum interpretandi huc usq; indigitatam.

Etsi vero hæc omnia hostis istius conscientia vera esse compertum habebat, tamen opere precium est, ut expendas lector, qvænam interim adversus illam ipsam claram interpretationis methodũ tunc protulerit somnia; siqvidem illis ipsis in hunc usq; diem Pontificios oblectari, & contra Lutheri datam illam sanctam methodum triumphare velle animadvertimus.

Lutheranorũ consiliũ. *Verba ejus extant in libro Cochlæi antea allegato sub anno Christi 1533. fol. 241. & sese habent in hunc modum*; Dicebant in eodem responso suo Lutherani, Ad officium Cæsareæ Majestatis pertinere, ut Cæsar curet, rem ex verbo Dei cognosci ac judicari, qvandocunq; Rom. Pontifex veritati adversatur: Ne Papa, cum pars sit, simul etiam Judex sit. Ad hæc ita respondit Cochlæus, Qvomodo in Consilio Judex præcipuus & solus erit Scriptura (ut Lutherani volunt) qvæ sententiam per sese neq; sentit, neq; intelligit, neq; eloqvi potest? Nihil per hoc derogaverim Sacræ Scripturæ, quam ut opus Spiritus Sancti veneror, & sacrosanctam habeo, a qva & pendeo, ac sciens prudensq; ne latum quidem digitum ab ea discesserim. At verum ejus sensum in controversiis non ab ipsamet reqviro, qvia eloqvi nescit: sed a Sanctis Patribus, qui vivo DEI Spiritu inspirati, locuti sunt: Aut a Rom. Pontifice, pro cujus fide CHRISTUS ipse rogavit: Aut a Generali Concilio, in cujus medio CHRISTUS ipse est, & Spiritus veritatis realiter præsens existit, sententiamque per ora Patrum (qvi Ecclesiam repræsentant) veraciter dictat. Habitat enim

Cochlæi responsio verũ Scripturæ sensum a P.P. peti debere censentis, & qvare.

Spiri-

Spiritus ille, non in mortua litera, sed in vivo corpore Christi, qvod est Ecclesia, qvam gubernat, sicut anima corpus: Non in verbis aut syllabis scriptis, sed in cordibus fidelium, qvæ sunt epistola viva (ut ait Apostolus) nam vere vivunt per fidẽ. Sicut enim corpus ex anima: Ita & anima ex fide vivit.

Qvando ergo clamant Lutherani (verbi gratia, circa hæc verba: Hoc est corpus meum) suum sensum verum: Contra vero clamant alii hæretici, ut Zwingliani suum esse veriorem: Catholici vero reclamant utrisq;. Qvis hic, qvæso, eloqvatur sententiam? Nemo profecto justius, qvam summus Pontifex, aus Generale Concilium. Divina enim Scriptura in controversiis non ad Scripturam mutam, sed a d summum Sacerdotem ire jubet, ut ab eo petatur judicium veritatis. Deut. 17. Sic & Malachias ait: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem reqvirunt ex ore ejus. Qvia angelus Domini exercituum est.* Sic CHRISTUS jubet audire, non mutas literas, sed Ecclesiam vivam. Deniq; & Paulus cum Barnaba in controversia de circumcisione exorta, appellaverunt non ad Scripturam, qvæ decernere neqvit, sed ad Apostolos & Seniores in Hierusalem. Et illi eam controversiam determinantes, non Scripturam, sed Spiritum Sanctum, & se ipsos posuerunt judices, dicentes: Visum est Spiritui Sancto & nobis &c.

Responsio ad Objectionem.

Respondetur ad objecta Scripturæ dicta.

Hactenus verba illius irrisoris verbi divini, ad qvæ pluribus qvidem responderi posset; sed vel hæc recensuisse refutasse censebunt etiam pii Laici. Etsi enim Sacra Scriptura sonis aëreis sententiam suam proferre non potest, id qvod etiam patrum & veterum conciliorum monumenta facere non possunt, tamen eandem, ut ipsam Spiritus Sancti mentem in sese continet conclusam, omnibus modis constantem, veram, unicam, ut, sicut epistola tui Regis dictamen, ita ipsa DEI tui præcepta suppeditare qveat sufficientissime, modo eam debita cum reverentia, & diligentia summa legas & inqvitas.

Hinc enim in Scripturis vitam æternam dicimur habere Joh. 5, 39. & ILLÆ SUNT QUÆ TESTIFICANTUR DE ME, expresse addit CHRISTUS. *Et qvæcunq; scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem* SCRIPTURARUM *spem habeamus*, Rom. 15. *Et omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ut perfectus sit homo DEI*, 2. Tim. 3, 16.

Scripturæ, non patres testificantur.

Sed & Deut. 17, 8. 9. 10. 11. 2. Par. 19, 10. Sacerdotes veteris Testamenti controversias decidere jubentur juxta legem & præcepta & judicia & statuta, qvæ ita cognominantur Deut. 4, 1. 8. & 5, 1. & 6, 1. & alibi sæpe, atqve usurpantur de divinis legibus moralibus, ceremonialibus, forensibusq; promiscue, qvemadmodũ Mosis Scripta diligentius evolventibus constare poterit.

Sacerdotes debebant custodire scientiam.

Malach. 2, 7. locus loqvitur de jure, non de facto, sicut e vestigio seqvens textus monstrat: *Vos autem recessistis de via, offendiculo fuistis multis de lege &c.*

Matth. 18. sermo est de corrigendis, qvi impie vivunt. Act. 15. si legisset versum 15. vidisset Cochlæus, in Concilio non decisum fuisse sine scriptis Propheticis.

VII. Frustranea Pontificiorum instantia.

VII.

Instantia Pontificiorum, ut putatur, fortissima adversus methodum interpretandi huc usq; datam.

Bellarm.

Sed adhuc aliam movent objectionem Pontificii, qvam his seqventibus verbis recenset *Bellarminus lib. 3. de verbo Dei, cap. 9. fol. 238.*

At, inqviunt, ex collatione variorum locorum facile potest a qvovis lingvarum perito erui verus sensus. Sed qvid si multi sint linguarum periti, & eadem loca inter se conferant, & tamen adhuc convenire non possint, qvis tum erit Judex? certe multi Lutheranorum, multi item Zwinglianorum linguarum periti fuerunt, & scripturas inter se magno labore contulerunt, & tamē in explicatione illius sententiæ, HOC EST CORPUS MEUM, cōvenire nunqvam potuerunt. At Zwingliani, dicet Lutheranus, excæcati sunt, proinde nihil mirum, si clarissima Domini verba non intelligant. Sed qvid si Zwinglianus Lutheranos excæcatos dicat, qvis erit Judex? *Hactenus verba Bellarm.*

Responsio ad instantiam.

Responsio ad Instantiam istam.

Verum enimvero in promptu est responsio verissima, & fatebor, tum hos, tum illos, tum tertios, tum qvartos, adeoq; plurimum religionum Theologos in interpretationibus Scripturarum adhibere usum linguarum Spiritus Sancti, & simul instituere collationem antecedentium & conseqventium.

Unde sint tot contraria de uno & eod. articulo sententiæ.

Qvi fit ergo, inqvies, qvod adeo contrariæ ab ipsis proferuntur de uno & eodem articulo sententiæ? Nimirum, adhibentur qvidem ab omnibus linguæ & collationes textuum, sed non ab omnibus semper & satis plene, satisq; pure & satis sufficienter.

Qvod enim attinet ad linguas Spiritus Sancti, Hebræam, Chaldaicam, Syriacam, Græcam, sunt phraseologiæ linguarum Spiritus sancti plerumq; semper diversissimæ a phraseologiis humanis, sicut in prima parte hujus tractatus ostendi. O qvam exoptandum esset, inde ab infantia cunctos, etiam apud Pontificios; Ecclesias, cum qvibus nunc est sermo, ita alevisse idiotismis Spiritus Sancti, sicut multi in Scholis Jesuiticis sese asuefecerunt ad phrases Oratorum & Poetarum Ethnicorum, & ad terminos ac stylum Doctorum Scholasticorum.

Explicationes phrasiū non sufficiunt.

Possunt qvidem phrasium explicationes pro interprete ex Lexicis tandem mutuo sumi, verum nec illud sufficere, nisi Concordantiæ accedant, itidem

dem

dem ſufficienter demonſtravi. Et qvidem nec Concordantiæ aliqvid præſtabunt, niſi adhibeantur ad eum modum, qvem indigitavi.

Et hic poteram pro gloria Dei ex zelo excurrere in ſuperiorum & nuper elapſi, præſertim interPontificios, ſeculi mores linguarum ſacrarum contẽtum,nimium qvantum.Cum enim nunc videre liceat, aliqvos duodecennales pueros, immo virgunculas in aulis qvorundum Magnatum,& Dominos & Dominas Illuſtres Hebræa perfectiſſime, & ſine omni titubatione legere, & ſufficienter interpretari, utiq; ſub Papatu & mere Papizantibus vel prorſus talia ignorarunt, vel frigidiſſime ſciverunt, qvi tamen interim in explicandis ſacris magiſtri noſtri audire volebant ſoli. Qvi igitur ex Lexicis & Concordantiis vocabula & phraſes ſacras æſtimare volent, illi qvandoq; ſuper uno vocabulo vel integrum abſumere cogentur octiduum,id qvod mihi inter occupationes meas alias ſæpenumero contigit, & nemo miretur, qvia & Lutherus in ſcripto von Dolmetſchen fatetur, qvod inqviſiverit cum ſuis collegis in verſione Bibliorum ſuper uno vocabulo ſæpe per duas, ſæpe per tres, ſæpe per qvatuor ſeptimanas & tamen nondum invenerit:qvin & ſuperius dixit qvod non ſufficiat pſalterio vel SEPTIES Lutherus, hoc eſt, ſi ſepties tantam eruditionem &c. haberent. Uniuscujusq; enim allegati vocabuli totũ caput,aut aliqvot capita iterum ita ſunt evolvenda æſtimanda, judicanda, ac ſi integrum articulum fidei intra ſeſe continerent fundamentalem. Ubi autem fuerunt novem,qvibus hæc laborioſa ſemper placuiſſet inveſtigatio. *Pontificii contemnũt linguas ſacras.*

Eadem ratio poſtea eſt in ipſis collationibus antecedentium &conſeqvẽtium,ſub qvibus egoSIMILES qvoscunq; textus in totisBibliis complecti volui,meo ductus judicio, qvod mihi ignoſci peto, cum nemini plures regulas interpretandi conſtituenti qvicqvã præjudicare,aut detrahere praſumſerim, ſed unicuiq; ſuam methodũ & methodi partes permittam & non modo non carpam,ſed cũ illa hic deſcripta rectiſſime conciliari poſſe lubens profitear.

Labor ergo & attentio & tempus reqviritur ingens,cum invocationeDei pro auxilio Spiritus Sancti, cum reiteratione multiplici, cum converſatione &collocatione fraterna,cum candore,citra ſomnolentiam, citra affectũ, citra præjudicia ſeu præconceptas opiniones, citra malitiam & perverſitatem. *Qvid reqvi ratur ad interpretandas ſacras literas.*

Utq; clarius res intelligi qveat,cur non ſemper,licet adhibitis regulis interpretandi indigitatis, illico veritas prodeat, exemplum ſubjicio arithmeticũ puerile. Sæpenumero in illa ſpecie arithmetica, qvam in Scholis nominare ſolent ADDITIONEM,occurrunt in unam ſummam coacervandi numeri conſtantes ex peculiaribus lineis octodecim, aut etiam qvinqvaginta, & in una qvalibet linea ponuntur numeri, qvos vix ſatis enunciare poteris,propter ingentes, ex qvibus conſtant ſingulæ lineæ, myriadas. Ibi ergo ſumma additorum numerorum interdum examini non ſatisfacit, ſed arguit, *Declaratur ſimili in arithmeticis*

 in ipſo

in ipſo actu additionis vel per infirmitatem humanam, per torporem, vel per malitiam aliqvid præteritum fuiſſe. Immo nec qvinqvies vel decies repetitus actus ille, tamen veram concluſionem ſeu ſummam pruduceret, donec tandem vel excitatior ejusdem Arithmetici animus; vel alius ſuperveniens excellentior artifex, vel etiam plures adhibiti amicorum plurium oculi, errorem inqvirant, inveniant, corrigant.

Eadem ratio per omnia uſu venire poteſt, & ſolet in hiſce tam gravibus & ſanctis negotiis, ut magis exſtimulari debeant Theologi & Poſtores animarum in qvibuscunq; locis ad mutuam concordiam, fraternitatem, collocutionem cum paribus, aut cum infimis, etiam ſtudioſis, comprecationem, converſationem, idqve omne pro gloria DEI, pro Eccleſiæ confirmatione, pro hoſtium intrinſecorum & extrinſecorum converſione. Veriſſimum enim non eſſe non poteſt illud CHRISTI: *Ubi duo aut tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*: & experientia ipſamet oſtendit, DEUM congreſſibus ſanctis benedicere ex alto.

IIX. Exempli circa regulas interpretandi obſervandi probatio. Jac. Gord. Huntlaus Jeſuita.

XII.

Exemplum pulcerrimum pro duabus regulis interpretandi.

Porro, qvod reſponſio ad objectionem Cochlæi ita ſeſe habeat, etiam uno exemplo, & qvidem recenti planum lectori benevolo faciam.

Prodiit ante ſexennium Jacobi Gordani Huntlæi Scoti, Jeſuitæ, controverſiarum Epitomes tomus 1. approbatus gravium hominum Societatis ipſius judicio, ut poteſtate ſibi a generali Præpoſito ejusdem Societatis Claudio Aqvaviva, data teſtatur Claudius Campobonus. Autor in Præfatione ad lectorem jactat hujus Epitomes ſuæ maximam firmitatem, in qva ſatisfactum eſſe ſcribit etiam hæreticis illis, qvi pertinaciores ſint.

Secunda enim cauſa eſt, *inqvit*, qvod nonnulla ſint adverſariorum argumenta, qvæ qvanqvam ſatis diſſoluta ſint ab his, qvi ante nos ſcripſerunt, judicio virorum non omnino pertinacium; tamen illi, qvi inter adverſarios pertinaciores ſunt, palam jactitant, ea nondum plene ſoluta eſſe. His argumentis, ſi qvis hæc noſtra legere voluerit, plenius & copioſius reſponſum eſſe inveniet. Nam in hujusmodi argumentis diluendis diutius moramur. Hactenus verba iſtius auctoris.

Eundem primum tomum 1. Matthæus le Heurt, Doctor Theologus Pariſienſis, & Turoniæ Vice Provincialis. 2. Matth. Dardin actu Regens in Facultate Theologica in Univerſitate Pictavenſi. 3. Henricus Ludovicus, Epiſcopus Pictavenſis ſummis præconiis ornant, qvæ poſt præfationem conſpiciuntur.

Ex

Ex illo tomo primo (prætermissis multis aliis impietatibus & sacrilegiis, quibus tomus ille plene scatet) tantum ob oculos lectoris subjiciam controversiæ primæ de verbo DEI caput VI. qvod ad hunc meum jam indicatum scopum facit. Ascribam ipsa verba; ut lector judicium plenius facere possit; & ne injuriam aliqvam sibi illatam fingere qveant adversarii:

Caput VI.
Jacobi Gordoni Huntlæi:

Sancta hæc lingua ita divinitus constituta est, ut vel sola ejus natura evidenter convincat, Verbum Scriptum minime sufficere ad certam fidem e Scipturis eliciendam; sed præterea necessariam plane esse Traditionem & doctrinam non scriptam: adeo enim est ambigua lingua ista, ut nulla sit fere sententia, qvæ non possit in diversa, immo etiam contrarios sensus verti, nisi adsit Traditio & doctrina vivæ vocis, qvæ ostendat verum & certum sensum. Qvare recte admonuit olim S. Hieronymus, mirum non esse, si eadem verba, in diversis locis, diverse transtulerit, magnam enim esse sylvam apud Hebræos ambiguorum nominum atqve verborum, qvæ res diversæ interpretationi materiam præbet. Hujus rei plures sunt causæ, qvæ omnes ex ipsa natura Hebraicæ linguæ desumuntur.

Tom. 1. cap. VI. Jacobi Gordoni Huntlæi.

Hieronym.

Causa ab Huntlæo hic adducuntur diversæ interpretationis.

Prima causa est multiplex significatio omnium fere vocum, tum verborum, tum nominum, tum dictionum: nulla est enim radix, nulla dictio, nulla litera significans apud Hebræos, qvæ non habeat diversas significationes: ut sciunt omnes, qvi linguam Hebraicam vel modice degustarunt. Hinc multiplicia & ingentia illa Lexica & Dictionaria radicum Hebraicarum. Atqve unum adferamus hujus rei exemplum: unica illa litera Hebraica ו, qvam vocant Vau, omnia hæc significat, *Et, Qvia, vel, Neqve, Super, Qvanto magis, Ad, In, Cum, Numqvid, Si, anteqvam, Postqvam, Nunc, Qvando, Sic, Sed, Qvamvis, Ut, Ne forte*: qvorum omnium exempla ex Scripturis adducit Pagninus lib. 1. Grammaticæ Hebraicæ, cap. 22, 23. & 24.

1. Causa, multiplex vocum significatio.

Exemplum de Vau.

Secunda causa est, qvod plurima sint verba apud Hebræos, qvæ in diversis conjugationibus habent contrarias omnino significationes, verbi causa תאב in prima conjugatione, qvam vocant Cal, significant, desiderare, appetere; at in secunda conjugatione, qvæ vocatur Piel, significat, abominari, detestari: שרש in prima conjugatione significat, radicare seu radicem ponere: In Piel significat, eradicare, seu radicem evellere: חטא in prima conjugatione significat peccare: in Piel significat, expiare, seu, mundare a peccato. Sunt & alia plurima ejusmodi.

2. Causa, contraria prorsus in diversis flexionibus significatio. Exempla.

Ter-

3. Causa, contraria in eadem conjugatione significatio. Exemplis declaratur.

Tertia causa est, qvia sunt non pauca verba, qvæ in eadem conjugatione, eodemqve modo scripta habent contrarias omnino significationes: qvæ proinde in multis locis discerni, aut saltem certo dignosci neqveunt, nisi sola Traditione: verbi gratia בָּרַךְ significat benedicere, & maledicere, סָכַן significat, thesaurizare & depauperare, סוּר significat, accedere & recedere, קָדַשׁ significat, sanctificare & prophanare, item, mundare & immundum reddere: נָכַר significat, cognoscere, & incognitum esse. נִחַם significat, consolationem seu gaudium accipere, & rursus accipere desolationem, tristitiam & pœnitentiam: נָעַר significat servare & destruere: חרשׁ significat operari, seu arare, & cessare ab opere. Deniqve, שׁוּב significat convertere & avertere & recedere. Sic & nomina eodem modo scripta contrarias habent significationes, verbi gratia, חַטָּאה significat, peccatum, & sacrificium, qvo aufertur peccatum, חסד significat misericordiam, & immisericordiam seu crudelitatem, execrationem & rem nefariam. Sunt & alia complura similia. Qvod cum non satis animadvertant adversarii, reprehendunt sæpe vulgatam nostram versionem immerito, ut satius declarabimus.

4. Causa, vocis a diversis radicibus derivatio ac diversa proinde significatio.

Qvarta causa est, qvia vox, eodem modo scripta, potest descendere a diversis radicibus, qvæ dissimiles habent significationes: verbi causa ישׁנו potest descendere vel a radice שׁנה, qvod significat dormire, vel a radice שׁנה, qvod significat mutare vel commutare. Est enim summa difficultas apud Hebræos in investigandis veris vocum radicibus.

5. Causa, literarum qvarundam, ut & distinctionum ac punctorum similitudo.

Qvinta causa est maxima similitudo qvarundam literarum: Idem distinctionum & punctorum, qvæ proinde facillime inter se commutantur, ex qva mutatione diversi omnino proveniunt sensus. Ut de unico puncto hic ostendemus, שׁכר, qvando habet punctum in dextra parte, significat inebriari, seu ebrium esse: at vero שׂכר cum puncto in sinistra parte significat, mercari, aut mercede conducere.

6. Causa, literarum ac punctorum dissimilium inter se commutatio.

Sexta causa est, qvod literæ etiam valde dissimiles, & similiter punctis inter se commutantur; ita, ut una litera ponatur sæpe loco alterius dissimilis, & unum punctum, alterius loco; qvæ omnia multum variant sensum.

7. Causa, literarum & dictionum integrarum subintellectio.

Septima causa est, qvod sæpe subaudiuntur non tantum literæ, sed integræ dictiones: qvarum defectus mutat valde sensum.

8. Causa, literarum & dictionum etiam integrarum redundantia.

Octava causa est, qvod sæpe redundant tam literæ, qvam integræ dictiones. De his & aliis multis similibus, qvæ longum esset referre, multa exempla habet Pagninus.

Hinc est, qvod nulla fere sit sententia veteris Testamenti in Hebræo

bræo textu tam aperta, qvæ non possit verti in varios, immo & impios sensus, si auferatur Traditio & autoritas Ecclesiæ. Qvod ut manifestius fiat, uno exemplo id ostendemus. In 1. versu primis capitis Gen. qvi qvamvis sit perspicuus juxta vulgatam nostram versionem, tamen perferri potest variis modis, si solam Hebraicam literam attendamus semota autoritate Ecclesiæ.

Huntlæus hac omnia exemplo declarat ex Gen. 1 qvem locum varie putat posse perverti.

Prima perversio est. In principio crearunt dii gentium cœlum & terram; constat enim אלהים sæpe significare Deos gentium: & apud Hebræos non raro ponitur verbum singularis numeri cum nomine pluralis numeri, & præsertim cum nomine אלהים etiam qvando significat falsos Deos, ut videre est Exod. 20. v. 3.

Per אלהים *intelligendo 1. gentium. Deos.*

Secunda perversio. In principio crearunt Angeli cœlum & terram. *2. angelos.*

Tertia perversio. In principio crearunt Magnates seu Judices cœlum & terram: satis enim constat vocem אלהים & Angelos & Magnates seu Judices significare. *3. magnates*

Qvarta perversio. In principio succidit, vel destruxit Deus cœlum & terram. Nam ברא significat etiam succidere vel destruere, Ezech. 23. v. 47.

4. per ברא *succidit s. destruxit.*

Qvinta est. Propter primitias (id est pingues fructus vel bona terræ) elegit Deus cœlum & terram. Nam ברא, in secunda conjugatione Piel significat eligere. Ezech. 21. v. 19. Ubi S. Hieronymus notat hanc vocem etiam posse significare conjicere vel divinare.

5. elegit primitias.

Atqve ita sexta perversio erit. In principio divinabat vel conjiciebat Deus de cœlo & terra. *6. divinavit.*

Septima perversio. In principio renovavit DEus cœlum & terram, Nam ברא significat etiam renovare, Psal. 103. (vel secundum Hebræos. 104.) v. 20. *7. renovavit,*

Octava perversio. In principio creatus est Deus ex his cœlis & ex hac terra. Nam tertia persona præteriti primæ conjugationis potest sumi passive: & particula את aliqvando significat, ex, ut videre est 1. Reg. 18. v. 22. Qvod si verba hæc tam aperta, tot diversis modis verti possunt, facile est intelligere, qvot & qvam diversæ excogitari possint interpretationes in obscuris, & difficilibus Scripturæ locis.

8. Creatus est, ut passive significet. Significatio vocis את.

Hactenus verba istius Goliathi religionis Pontificiæ.

Ergone jam refutata, victa, in nihilum redacta sunt illa omnia, qvæ hactenus ex sententia ipsius veritatis, experientiæ, naturæ rerum sanctarum, & ex testimonio Lutheri, de interpretatione Scripturarum proposui?

Finis capitis V. tom. 1. Huntlæi.

Et hæc ille Huntlæjus in publicum emisit cum approbatione virorum qvatuor autoritate publica tantopere pollentium, tantis Universitatibus, & conventibus & provinciis de religione viam monstrantium

& jura promulgantium, qvorum autoritate Augustoriti Pictonum ex prælo AntoniiMesnerii Regis & Academiæ typographi 1612. cum privilegio Regis liber tam bellus exivit in universum mundum.

Biblia liber Jehovæ.

Itane igitur a Jesuitis beantur sacra Biblia, Liber ille (ut appellari debet ex Esaiæ cap. 34. 16.) Jehovæ?

Itane DEus ille cœli & terræ cum hominibus loqvi voluit, ut meris ludat ambigvitatibus: ignoscat DEus mihi illa recensenti.

Cogita enim lector illa, *ubi post reliqva tandem idem Goliathus & novus Gigas, Jesuita Huntlæus, ita infit*: Hinc est, qvod NULLA fere sit sententia Veteris Testamenti in Hebræo textu tam aperta, qvæ non possit verti in varios, immo & IMPIOS sensus, si auferatur TRADITIO, & autoritas Ecclesiæ. *Hactenus illa verba istius Huntlæi.*

V*Erum enim vero* ex ills, qvæ in hoc tractatu, & in hac Præfatione dixi, hæc audacissima & impia Huntlæi pronunciata sufficientissime & largissime profligare unicuilibet plusqvam facillimum est futurum.

Octo Huntlæi perversiones putata ordine excutiuntur.

Videantur ordine istæ, ut nominat, perversiones octo.

Primæ tres perversiones Gen. 1, 1. cum responsione firmissima & invicta.

Prima perversio (*inqvit*) est: In principio crearunt Dei gentium cœlum & terram. Constat enim אלהים sæpe significare Deos gentium: & apud Hebræos non raro ponitur verbum singularis numeri cum nomine pluralis numeri, & præsertim cum nomine אלהים, etiam qvando significat falsos DEos, ut videre est Exod. 20. v. 3. Secunda perversio est: (*inqvit*) In principio crearunt Angeli cœli & terram. *Tertia perversio*: In principio crearunt Magnates seu Judices cœlum & terram. Satis enim constat vocem אלהים & angelos & Magnates seu Judices significare. *Hæc illa.*

Responsio ad priores tres perversiones in voce אלהים

Respondeo, 1. Verum qvidem est, nec negari potest, qvod אלהים habeat diversas istas significationes, & qvod in primo capite Geneseos tricies & bis usurpetur in historia creationis istud ipsum vocabulum. 2. Attamen vice versa clarum est, qvod qvi אלהים appellatur capite primo, ille ipse, qvando contextus, circumstantiæ, conseqventia, aspiciuntur, appellatur & seorsim & conjunctim, etiam Jehovah in secundo capite ut & in aliis.

Gen. 2, 4. *Istæ generationes cœli & terræ, qvando creatæ sunt die in qvo fecit* יהוה אלהים *Jehovah Elohim, Dominus Deus terram & cœlum.*

Gen. 2, 6. *Et formavit* יהוה אלהים *Jehovah Elohim, Dominus hominem e pulvere terræ.*

Gen. 2.

Gen. 2, 18. *Et dixit* יהוהאלהים *Jehovah Elohim, Dominus* Deus, *non est bonum, hominem esse solum, Faciamus ei adjutorium, tanqvam coram eo. Et formavit* יהוהאלהים *Jehovah Elohim, Dominus Deus e terra omnem bestiam agri, & omne volatile cœli,*

Gen. 2, 21. *Et fecit cadere* יהוהאלהים *Jehovah Elohim, Dominus Deus super hominem soporem, & dormivit, & cepit e costis ejus, & clausit carnem pro ea, & ædificavit* יהוהאלהים *Jehovah Elohim Dominus Deus costam, qvam ceperat de homine, in mulierem &c.*

Gen. 3, 1. *Serpens erat callidior omni bestia agri, qvam fecerat* יהוהאלהים *Jehovah Elohim, Dominus Deus. Et dicit* אלהים *Elohim Dominus: Non comedetis ex omni arbore horti.*

Ecce ergo, qvi primo capite dicitur Elohim seorsim, ille capite secundo dicitur conjunctim Jehovah Elohim.

In *Primo capite 27. Elohim creavit masculum & fœminam hominem.*

In *Secundo capite* v. 6. & 21. *Jehovah Elohim facit masculum & fœminam.*

Seorsim Gen. 1, 24. *Elohim facit omne reptile.* Gen. 3, 1. *Jehova Deus fecit illud.*

Similiter Gen. 6, 7. *Dixit Jehovah: Delebo hominem, qvem creavi, super faciem terræ, ab homine usq; ad jumentum & usq; ad reptile, & ad volatile cœlorum; qvia pœnitet me, qvod feci ea.* Sed hæc omnia in primo capite Geneseos dicuntur *facta & creata esse ab Elohim, a Deo.*

Cum igitur ille *Elohim* à Spiritu Sancto describatur, qvod sit JEHOVAH, nullo colore prætendi potest, *Elohim* in primo versiculo esse dubiæ intelligentiæ, ita, ut creatio possit ratione hujus vocabuli vel Diis gentium seu Diabolis, vel Angelis sanctis, vel magnatibus mundi, & judicibus populorum applicari. Hic tantum opus fuit illi, cui dubium oboriebatur po-
pulorum applicari. Hic tantum opus fuit illi, cui dubium oboriebatur, inspectione & collatione aliqvot antecedentium versuum & capitum ipsius primi libri Mosis, ut ita ex ore ipsius Spiritus Sancti & ex ipso stylo Dei certissimus reddatur, hanc & non aliam significationem & interpretationem primi versiculi, qvoad hanc voculam, servari debere. *Elohim est Jehova.*

Non igitur opus est traditionibus & autoritatibus Ecclesiæ & Patrum; immo annon erit cœcus dux, ut nihil dicam gravius, qvi aliis viam monstraturus hoc pacto a verbo Domini expresso, claro & perspicuo & nihil dubio, ad hominum arbitria & interpretamenta unice confugiet. *Responsio ad qvartā perversionem in voce* ברא

Qvarta perversio cum responsione invicta.

Jam ad alia vocabula accedit ille Huntlæus.

Qvarta (inqvit) perversio: In principio succidit vel destruxit DEus cœlum & terram. Nam בּרא significat etiam succidere vel destruere Ezech. 23, 47, *Hæc ille.*

Respondeo & de varia significatione vocabuli בּרא itidem concedo, & qvis in istis diversis significationibus unius vocabuli Hebræi sit processus, ut supra jam modo feci, ita infra in tractatu meo doceo & accurate demonstro. Eodem igitur pacto hanc objectionem adversarii qvam facillime subvertam, & omnem ambiguitatem tollam, & dubium eximam, iterum ex primo & secundo capitibus Geneseos, qvoad voculas, diligentius collatis.

Qvid per בּרא *intelligatur, seqventia alia vocabula demonstrant circumstantialiter.*

Gen. 2, 4. *Istæ sunt generationes cœli & terræ, qvando creati sunt, in die, qvo fecit Jehovah Elohim terram & cœlum, & omne virgultum agri, anteqvam esset in terra, & omnem herbam agri, anteqvam oriretur, qvia non pluere fecerat Dominus Deus super terram, & homo non erat ad colendum terram,* &c.

Ecce, candide lector, qvid clarius his verbis potest exoptari? *Dominus Deus, Jehovah Elohim fecit cœlum & terram, & omne virgultum & omnem herbam* (QVOMODO? & QVANDO?) *anteqvam oriretur* (eo modo qvo nunc fit, nimirum per pluvias & per culturam hominis) *& anteqvam esset in terra, qvia non pluit tunc Jehovah,* & homo non poterat arare & serere terram, qvia nondum creatus erat homo, qvando creabantur virgulta & herbæ agri.

Sed & audiatur plusqvam perspicue, qvid sit intelligendum per illud בּרא, nimirum hoc ostendunt hæc seqventia.

Versu 3. SIT *lux*, & FUIT *lux*.

Versu 6. SIT *expansio in medio aqvarum* & DIVIDAT *aqvas ab aqvis*. Et FECIT *Deus expansionem* & VOCAVIT *Deus firmamentum cœlum.*

Versu 9. 10. CONGREGENTUR *aqvæ sub cœlo in locum unum, ut appareat arida, & ERIT ita & VIDIT DEUS, qvod esset bonum.*

Versu 11. *Germinet terra germen, & PRODUXIT, PROTULIT herba germen juxta speciem suam, & VIDIT Deus, qvod esset bonum.*

Versu 14. *Sint luminaria, & illuminent terram, & FUIT ita, FECIT igitur Deus duo luminaria, & posuit in expansione cœli, & VIDIT Deus, qvod esset bonum.*

Gen. 10. *Reptificent aqvæ reptile & volatile, & CREAVIT Deus omnem animam reptantem & benedixit illis Deus, crescite & multiplicamini & replete aqvas, & volatile multiplicet se in terra.*

Versu

Versu 24. *Producat terra animam viventem, & fuit ita, fecitq; Deus bestias terræ* &c.

Versu 26. *Faciamus hominem; & creavit Deus hominem, masculum & fæminam creavit illos, & benedixit eis crescite & multiplicamini, & replete & subjicite vobis terram, & dixit: Ecce dedi vobis omnem herbam, & omne lignū. Viditq; Deus omne qvod fecerat, & ecce valde bonum erat.*

Considera qvæso lector themata Hebræa, qvæ in hac descriptione pro uno & eodem usurpantur. SIT, FUIT ab הוה, FECIT עשה, *Congregentur, germinet, producat* יצא, *facit Deus lumina, facta ponit, posita illuminant terram.* Nominatim & in specie de homine עשה & ברא, ut & infantulo ratiocinari incipienti constet, ea duo æqvalis significationis esse debere, nimirum talis, qvalis per circumstantias prolixe describitur, ubi aliqvid fit, profertur, ponitur, videtur, benedicitur, &c.

Nolo tempus & chartam infinitis similibus allegandis perdere. Poteram enim eodem pacto examinare loca de magistratu & ostendere ex circumstantiis talia & alia similia nunqvam de magistratu aut Diabolo, aut Angelo dici, qvæ de DEO Gen. 1. dicuntur.

Qvinta perversio cum responsione invicta.

Qvinta est: propter primitias (id est pingves fructus vel bona terræ) elegit DEUS cœlum & terram. Nam ברא in secunda Conjugatione Piel significat eligere, Ezech. 21, 29. Ubi S. Hieronymus notat hanc vocem etiam posse significare, conjicere, vel divinare. Atqve ita *Sexta* perversio erit: In principio divinabat vel conjiciebat DEus de cœlo. *Hæc ille.*

Responsio ad qvintā perversionem in voce ברא.

Verum enimvero respondeo, qvod tria hoc loco falsa ab Huntlæjo conglutinentur. 1. qvasi sensus debeat esse, propter primitias elegisse DEum cœlum & terram. 2. qvasi sensus alius debeat esse, Deum elegisse, & non creasse cœlum & terram. 3. qvasi deniqve sensus esse debeat, Deum conjecisse vel divinasse de cœlo & terra. 1. 2. 3.

1. Primum prorsus est ineptum, cum nihil sit aliud principium, qvam initium primi diei, unde cap. 2. dicitur cœlum & terra & omnis exercitus ejus perfecta *die septimo*, adeo, ut septimus dies dicatur respectu principii, & primi diei, & principium & primus dies respiciat ad septimum diem. 2.

Versu 4. dicuntur istæ *generationes* cœli & terræ, (Huntlæjus, pro generationibus, facit supra corruptiones, perditiones) qvando creata sunt, die qva fecit Jehovah DEus cœlum & terram. Qvia & ab illo principio creationis numerantur anni Adami, qvos vixit, Genes, 5, 1. 2. 3. 4. 5.

Et inde anni omnium Patriarcharum, qvin & anni mundi, adeo, ut Bereschith ad primitias ullas accommodari nullo jure qveat.

Secundum & tertium prorsus non stare possunt, propter eas causas, qvas antea adduxi de vocabulo Bara, qvod exponitur longe per alia συνώνυμα, qvam per *eligere vel per conjicere & divinare.* Nulla enim minimarum rationum dari potest, cur debeat hoc loco exponi per conjicere & divinare, vel per diligere. Nec opus est hic pluribus.

Responsio ad septimã perversionẽ in voce ברא.

Septima perversio cum responsione facili.

Septima perversio (inqvit Huntlæus: In principio renovavit DEus cœlum & terram. Nam ברא significat etiam renovare, Ps. 103. (vel secundum Hebræos 104.) v. 30. Hæc ille.

Verum nec hæc significatio verbi ברא in primo capite Genesis locum habere potest; si qvidem explicationes synonymicæ Facere, producere, facere ea, qvæ antea non erant, ut loqvitur Deus. Gen. 2,4. non significant renovare, sed creare ex nihilo.

Responsio ad octavam perversionẽ.

Octava perversio cum responsione facili.

Octava perversio (inqvit Huntlæus) In principio creatus est DEUS ex his cœlis, & ex hac terra. Nam tertia persona præteriti primæ conjugationis potest sumi passive, & particula את aliqvando significat ex, ut videre est 3. Reg. 18. v. 32. Hæc ille.

Respondeo, & concedatur ex hypothesi, ne Grammaticalia plurima hoc loco adducere sit opus, qvæ Huntlæus adducit, tamen ideo stare neqvit hæc expositio phrasis in hoc loco, nisi etiam velis imas circumstantias summis miscere. Notat autem diligenter Gen. 2, 1. 2. dicitur in hunc modum: *perfecti sunt cæli & terra, & reqvievit DEus ab omni opere suo, qvod fecerat.* Si ergo Deus fuit factus, qvis fecit reliqva, & qvis tandem reqvievit. Clare enim dicitur & nullam admittit caput secundum perversionem *perfecit DEus die septimo opus suum, qvod fecerat, & reqvievit in die septimo ab omni opere suo qvod fecerat.* Plura argumenta refutationis adjicere supersedeo.

Concludit Huntlæus: Qvod si verba hæc tam aperta tot diversis modis verti possunt, facile est intelligere, qvot & qvam diversæ excogitari possint interpretationes in obscuris & difficilibus Scripturæ locis. *Hæc ille*

Qvid autem tibi, lector, animi est, qvas putas columnas Ecclesiæ esse Jesuitas. Nugæ in Theologi ore, secundum veteres, sunt blasphemiæ. Qvo autem titulo cognominabis hasce insignes blasphemias? Uno verbo. Tota facies rerum evincit, Jesuitis hoc unum propositum esse, ut autoritatem Ponti-

Pontificis Romani & Ecclesiæ Romanæ salvam tectam custodire valeant. Hinc igitur qvovis modo torqvendæ, inflectendæ, rotandæ, corrumpendæ sunt scripturæ, hinc cœlum terris, qvadrata rotundis misceri debent. Hinc autem intelliges ex iis, qvæ breviter adduxi, qvam facile & certo vera sententia eruatur, defendaturqve per lingvas, & per collationem textuum.

Propositum Jesuitarum

Qvod Huntlæus fecit in hac sua praxi ex malitia (aliter enim interpretari & mitius cognominare non possum) illud etiam faciunt alii Jesuitæ & hæretici aut ex malitia aut ex affectibus, ex torpore & negligentia, id qvod multis exemplis roborari poterat. Sed quo pacto in nihilum redacta jam modo sunt fucamenta Huntlæi, eadem methodo, nimirum hactenus indigitata dissipari etiam poterunt qvalescunq; aliæ aliorum offuciæ.

IX.

De intentione Auctoris in hoc Tractatu.

IX. Auctoris intentio Scriptura S. omnibus aliis scriptis sanctius tractanda. Sensus in Scripturas non importetur, sed ex iis exportetur.

Atqve ita satis constabit de modo interpretandi Sacras scripturas ad mentem ipsammet Spiritus Sancti, & de invicta certitudine istius modi, qvod nimirum sicuti Deus est supra omnia, ita scripturæ ejusdem omnibus aliis Scriptis sanctius sint tractandæ, & qvod unice intendendum, ut earundem sensus ex ipsismet exportetur, non vero alienus ex nostro arbitrio importetur, nimirum diligenter consideratis linguis Spiritus S. & sanctæ æstimatis illis, qvæ antecedunt locum, & qvæ sequuntur locum, cujus qværitur sensus, cum fieri non possit, qvin dubio & obscuro illi, tum antecedentia, tum conseqventia Oracula lucem porrigant. Siqvidem æstimatio contextuum est in omni consideratione omnium sacrarum Scripturarum Sol qvidam, & si qvod Sole ipso est præstantius lumen.

Contextuali consideratio Sol ubiq; est. Methodus hac interpretandi Scripturas 1. deducit nos in genuinam cujusq; loci mentem: 2. exarmat contra qvosvis hostes.

De his omnibus accuratas pro virili mea cogitationes suscepi, & experientiam, seu in magistram, seu in testimonium & confirmationem adhibui, tum per alios annos qvam plurimos, tum cumprimis per totum Professionis meæ Academicæ intervallum, & inde tam in me, qvam in auditores meos fructum sensi redundare multiplicem illum, qvod nimirum methodus illa hominem non prorsus stupidum deducat in genuinam Scriptorum Sacrorum & in iis articulorum qvorumvis divinorum mentem & sententiam genuinam. Deinde, qvod hominem adversus qvosvis adversarios ita faciat potentem, ut in conflictibus non modo nihil qvicqvam metuere habeat, sed etiam dici possit, ὅτι ἐφίμωσε ἀντιλέγοντας, qvod ipsis os occluserit & obturaverit.

Supra CHRISTUS laudavit scribam, qui ex lege respondit νουνεχῶς, seu, *ut Sirica versio habet*, qvi sapienter reddit rationem seu responsum,

Marci

Declaratur exemplo Scribæ. Exemplo ipsius Christi. Marci 12. verſ. 34. Exemplum etiam Chriſti notum eſt, qvi ἐφίμωσε τοὺς σαδδουκαίους, obturavit os, ſilentium impoſuit Sadducæis Matth. 22, v. 34. ubi Lucas cap. 20. v. 39. 40, addit, *qvod bene fuerit ab ipſo reſponſum, qvod amplius non auſi non fuerint qvicqvam interrogare*, ubi Syriaca verſio, *Doctor, perbelle dicis tu, nec rurſum ſunt auſi eum interrogare ſuper aliqvo.* Chriſtus etiam dicitur docuiſſe ὡς ἐξουσίαν ἔχων, *ut poteſtatem habens*, Matth. 7. verſ. 29.

Exemplo Apollo. Potens in Scripturis erat Apollo, *qvi etiam poſtqvam ex Priſcilla & Aqvila exqviſitius exponi audiiſſet viam Domini, poſtea multum contulit iis, qvi crediderant per gratiam, ſiqvidem magna contentione Judæos magis ac magis redarguebat publice oſtendens per Scripturas qvod Jeſus eſſe ille Chriſtus.*

Syrus. Verſio Tremellii ſuper Syram verſionem ita habet: *Apollo Judæus* & eruditus erat in ſermone, & argutus erat in Scripturis, cui Priſcilla & Aqvila plene oſtenderunt viam Domini, qvi multum juvit omnes fideles per manum gratiæ, Fortiter enim diſputabat contra Judæos coram turbis, oſtendens ex Scripturis de Jeſchua, qvod Chriſtus eſſet.

Apoſtolus etiam *ad Titum primo capite verſu 8. & ſeqventibus* docet, qvod Epiſcopus debeat talis eſſe, qvi poſſit contradicentes redarguere, ſeu convincere, qvi poſſit contumacibus & vaniloqvis & mentium ſeductoribus os obturare. qvi poſſit eosdem redarguere præciſe ſeu increpare dure.

Et ſi hæc Oracula altius expreſſeris, invenies pathetica vocabula, qvæ paucis explicabo.

חכם. Marci 12, 34. in Syriaco eſt vox a themate חכם qvod *ſignificat* ſapere, doctum, peritum, eruditum & prudentem eſſe. Extat eadem in Hebræo Codice 1. Reg, 4, 29. 30, 31. de Salomone, *cui dederat Deus Sapientiam ampliorem præ omni ſapientia filiorum orientalium*, ut & Geneſ. 41, 39. de Joſepho, *qvod non ſit talis ſapiens ſicut ipſe*, ubi nimirum qvis diligenter rem aliqvam cognovit & judicavit, ſicut easdem ſignificationes hanc vocem habere, vel ſolum Schindleri Lexicum docere poteſt.

שתק *Patheticis Verbis Sp. S. utitur de Scripturis.* Matth, 22. v. 34. in Syriaco eſt vox a themate שתק, qvod habet ſignificationem tacendi & obmuteſcendi.

שקט Matth. 7, 29. in Syriaco eſt שקט, qvod habet ſignificationem dominandi, inſtandi, potenter pollendi, ſicut Gen. 3. de viro dicitur, *qvod dominabitur ſuper mulierem*, & Pſ. 110. *CHRISTUS dominatur ſuper omnes inimicos ſuos*, & 1. Cor. 6, 12. *Apoſtolo nemo dominabitur vel præcipiet* in adiaphoris, ita nimirum, ut mulier cogatur viro, inimici Chriſto obedire, ſicut Princeps ab eodem verbo in Syriaco derivatus habet jus dominandi ad obediendum, unde Eccleſiaſtes cap. 8, 4. *Secundum verbum Regis eſt poteſtas*, Er hat Krafft und Macht.

Actor. 18. v. 24. *Potens in Scripturis*, est in Syriaco vox a themate מלא מלא. qvod significat esse repletum & absolutum, & saturum, & multiplicatum, & perfectum, plenum, fortem ab omnibus viribus. Deut. 1. *implevit post Dominum*, id est, plene secutus est Dominum. Num. 31, 11. *qvia non impleverunt post me.*

Pulcrum est exemplum Psalm. 126, 2. post mutatam servitutem Babylonicam dicunt lætissimi Israelitæ, *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingva nostra exaltatione.* Ex Cicerone passim inaudii phrases illas, *Maxima lætitia afficere vel extollere alterum, exultare gaudiis & lætitia, omnibus lætitiis lætum esse, alacrem & lætum volitare.* Aliqvid hoc est; Sed vide phrasin Hebræam, qvæ multo est augustior, ab homine manducante sumta. *Phrasis magnifica, Repletum est gaudio os nostrum &c.*

Qvi os plenum habet cibo, is ne ad ictum oculi patitur dentes cessare, quia subinde dentibus sine omni intermissione molit eundem. Ita qvicunq; ex corde lætum nuncium accepit, is qvasi os plenum factum esset ab ejusmodi lætitiæ materia, subinde de eodem læto nuncio ita ore loquitur, ut nunqvam qviescere possit, non satis attendat, qvæ alii aliena interfantur, ægre fert aliorum ἀλλότρια, subinde revertitur ad illud ipsum ore suo extollendum & collaudandum, quasi os repletum esset reali materia læti nuncii. Tam sunt Phraseologiæ divinæ prorsus majestaticæ, & in summo genere dicendi superant grandia poetarum & oratorum genera infinitis parasangis. *Simili illustratur duplici.* *Phraseologiarum sacrarum majestas summa est præ reliqvis.*

Actor. item 18, 28. est in Syriaco vox a themate תקפ, quod habet significationem roborandi, fortificandi, durandi, gravandi, fortiter & vehementer apprehendendi, invalescendi, vim faciendi, cogendi, superandi, prævalescendi, tenendi, capiendi captivandi & incarcerandi. Vide Schindleri saltem lexicon, cum non possit habere copiosa, Chaldaica, Arabica, Syriaca monumenta Concordantiarum &c. תקפ.

Et hæc igitur huc usq; indigitata pondera verborum & exempla a Spiritu Sancto collaudata si qvis expenderit, atq; ad rem propositam de Scripturis sanctis rite tractandis accommodare allaboraverit, is illud ita faciet, & ita sponte videbit & agnoscet, cunctos in Theologia res sacras tractaturos debere omnem adhibere talem solertiam, ut ex verbo Domini ipso prius omnē materiam solerter inqvirant, inqvisitam sapienter juxta Verbum Dei dijudicent, dijudicatam connitantur eo pacto concinnare & adversario potenter & præcise & apte proponere, ut ipsum illa sua solertia, ἀκρίβεια, prudentia, argumentandi gravitate ex verbo Domini unice mutuo sumta & apte applicata in eandem suam sententiam ita trahant, ut sponte tædeat, pigeat, pœniteat adversarium contrariam sententiam ulterius defendere, & ut dimissis aliis suis opinionibus lubentissime incipiat recta docentibus obedire, quod *Qvæ solertia in Theologicis adhibenda.*

quod videat tam esse perfecta, & completa irrefutabiliaque, & est ipsius Spiritus sancti mente profecta tradita, quibus ita valide apprehendatur & contineatur, ut, quod solide contradicat, non inveniat, ideoqve non possit & non debeat non sese captivum illis ipsis committere. Ita ergo sese instruere singuli contra adversarios debent, ut ita fiant potentes in Scripturis, ut sapientia reddant responsa, & rationes decidendi adjungant, ut nullam diluere aut dissolvere valeat hostis, sed os sibi obstructum agnoscere necessum habeat. Ideo autem cum omni spiritu mansuetudinis (Galat. 6. v. 1.) & lenitatis in his disputationum certaminibus erranti manum porrigere decet, ut qvemadmodum innui, eummet ipsum in opinionum suarum pulveribus & lutis diutius hærere tædeat, quin potius erigentibus & assumentibus manum conjungat, & citra omnem moram cum piis in via veritatis perfecte ambulare gestiat, idque in hunc finem solum & unicum, ut maneat omnis gloria Verbo Domini illa, qvod vivus sit sermo Domini & qvovis gladio ancipite penetrantior.

Methodi hujus infallibilis certitudo cumprimis tentata ab autore in articulis de causa peccati, de Prædestinatione, de Reprobatione.

Etsi autem certitudinem methodi istius in omnibus articulis fidei, & in variis Oraculis sacris ad quosvis articulos pertinentibus tentavi, exploravi, & expertus sum plane invictam: tamen cumprimis & ante omnia animo prorsus præmeditato illud facere sategi in illo articulo, qui est de causa peccati, de Prædestinatione seu Electione absoluta, ut etiam de reprobatione absoluta. Ab illo enim, qvod de hisce articulis ab Helveticis, ab Archipalatinis, & a Belgicis, & ab aliis Theologis ex mente Calvini propugnari videbam, totus spiritus meus ex omnibus viribus suis abhorrebat. Animadvertebat, ipsos electionem illam absolutam, ad vitam æternam inculcare hominibus suis pro summa consolatione: Ego contra olfaciebam, nihil ista ipsa προσωποληψία injustius de DEo excogitari & prædicari posse; nullam etiam erga reprobos & damnatos decreto absolutæ reprobationis inveniri posse crudelitatem majorem; & DEo nullam videbam superesse vel excusationis minimæ umbram, cur non potius increatas reliquisset creaturas illas suas, quam quod cum tanto zelo eas ita perpetuo exitio gehennæ destinasset.

Hæc etiam, & nulla alia fuit causa, cur post methodum illam interpretandi Scripturas conscriptam, & in ejusdem illustrationem nulla initio alia, nisi de iisdem materiis jam indicatis, exempla proponerem; quæ etiam ipsamet propter gloriam æterni, justi & misericordissimi DEi, propter vulnera Domini nostri Jesu Christi a Theologis jam primum nominatis exopto & cupio examinari quam conscientiosissime, & quam fieri potest accuratissime, ut ne amplius illam omnino a Dei mente plusquam horribiliter alienam doctrinam, ut nihil durius dicam, agnoscere satagant, & contrarium asserentibus mitiores sese præbere studeant.

Illis

Illis eexmplis expeditis amici quidam alia quævis promiscue proposuerunt & adjicere coëgerunt, adeo, ut præter omnem meam cogitationem tractatus ita excreverit, qui juxta meas nunc cogitationes posteriores, aut per omnes articulos fidei Christianæ, aut per omnes libros Biblicos & per eorundem capita ordine transire, & in singulis difficilioribus prima fronte visis Oraculis eundem laborem sustinere debuissem & potuissem. Stat σὺν Θεῷ decretum, deinceps aliis libris benevolo lectori, si non inutile & ingratum cognovero, plura Oracula divina difficiliora expedire & communicare, una cum aliis qvibusdam, qvæ hactenus promisi, si Deus vitam, & valetudinem, pacem & tranqvillitatem indulserit.

X.
Protestatio Auctoris.

X. Auctoris modesta protestatio.

Cæterum in hoc, quem nunc emitto, tractatu, rogo, ne lectorem moveat, quod ipsos textus sacros nunc ex hac, nunc ex alia versione prolixius descripsi. Aliter enim facere non potui, ut quam maxime perspicue lectori inculcarem viam & methodum instituendi accuratas interpretationes Oraculorum sacrorum in ipsis exemplis, quamvis parcior tamen fuerim, & norint, qui talia exercitia privatim ex me contemplantur, quod longe prolixiores contextus propter unam brevem sententiam sacram, immo propter unam vocem sacram sæpenumero urgeam. In aliis libris posthac, DEO volente, in textibus sacris describendis potero supersedere magno labore, postquam in hoc tractatu rem illam satis indigitasse visus fuero.

Hujus autem cumprimis tractatus mei, quod me, ut & quosuis alios Theologos ipsa jubet facere pietas, meditationes & exemplorum expositiones liberrimæ censuræ totius Ecclesiæ Orthodoxæ, & fraternæ admonitioni omnium Theologorum Evangelicorum lubentissime submitto.

Monitus auctor de minus commode vel recte dictis sententiam lubens mutare promittit.

Neque enim quod vel hoc, vel alio Scripto meo & mea dictorum sacrorum explanatione tyrannidem quæram, aut in mea Commentaria jurari postulem, aut ullius Theologi Orthodoxi vel Scriptis, vel explicationibus quicquam derogatum aut detractum cupiam, omnes & singuli norunt, qui me norunt, & qui in specie hoc de me norunt, quod (memor humanæ conditionis ad nævos proclivis, & donorum Dei diversimode inter plures distributorum,) contradicentem quemvis patientissime & lubentissime non tantum exaudire, sed & ad veritatem magis illustrandam exoptare soleam, id quod etiam solenniter protestor.

Aug. Christiani etiam annosissimi

Optime novi & maxime laudo illud *Augustini epist. 3.* Tanta est Christianorum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab incunte pueritia, usque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo

sacrarum literarum altam sapientiæ profunditatē non possunt exhaurire.

mo studio, mediocri ingenio conaret addiscere, non quoad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perveniatur difficultate, sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummaverit homo, tunc incipit. *Hactenus verba Augusti ni.*

Quapropter his sanctissimorum Patrum vestigiis innixus non tantum quibusvis liberum facio; sed etiam oro cunctos & universos lectores, ut hæc mea probe expendant, & si quid monendum esse censent, illud ipsum haud gravatim seu publice seu privatim faciant. Erit mihi illud plusquam gratissimum, ut ex mutua collatione veritatis splendor emicare possit clarior.

Autor sine Scripturis aut rationibus secum non vult agi.

Unicum autem oro, ne mecum agant sine Scripturis aut sine rationibus & consequentiis unice ex ipsa Scriptura petitis, adeoq; sine rationibus ejusmodi decidendi, ut vulgo loqui solent. Post Augustinum vix ullus retractationum libros scribere voluit: sed quod multi in initio imprudenter effuderunt, in extremis annis mordicus retinere contenderunt. Ego vero cum Ethnico illo etiam usq; ad sepulchrum veritatis monstratæ amorem nunquam dimittam; & eandem mentem omnibus piis viris ex animo exopto.

XI. Submissa Dedicatio.

XI. DEDICATIO.

HUNC meum tractatum, Serenissime & Potentissime Princeps Elector, JOHANNES GEORGI, Domine Clementissime, Vestræ Illustrissimæ Celsitudinis nomini, per omnem Ecclesiam Christianam celebratissimo humillime inscribere volui & debui. Ex hoc enim luce meridiana Solstitiali æstiva clarius elucebit, me semper studiosam juventutem in Professione mihi concredita in hac Academia Electorali ad intima fontium & contextuum sacrorum penetralia assuefacere, & ita præparare studuisse, ut in conflictibus vivis adversus hostes qvosvis intrepidi stare, nihil metuere, & certam victoriam cum Ecclesiæ amplificatione reportare possent, præsertim cum quovis tempore Professionis meæ Theologicæ etiam nihil magis urserim, qvam illud, ut ex longa Oraculorum sacrorum farragine adversus hostes non nisi omnibus modis indubitata & invicta expromerentur, & solerter, prudenterq; hostibus opponerentur.

Autor cur historiam animalium conscripserit.

Itaque etiam in qvadam præfatiuncula ad lectorem scripta in editione Historiæ meæ sacræ animalium, ostendi, pro concionibus ad amplificandum & illustrandum peti materiam & similia ab animalium quorumvis proprietatibus mutuo sumpta, idq; feci, non quod vellem a sacris ad Physica & historica profana; nedum ad fabulas narrandas abducere auditorem. Statim enim in eadem

dem Præfatione promisi hunc ipsum tractatum, quem tunc alii suis verbis PERSPICILLUM vocare voluerunt, hunc, inquam, tractatum de expositione & interpretatione Scripturarum juxta maxime propriam & nativam mentem Spiritus Sancti, citra omnes violentas & alienas a mente Sp. S. detorsiones ita temperatum, ut non tantum Theologis ex professo futuris, sed aliis, nimirum Politicis, ad dijudicanda scripta sua & aliorum, viam certissimam demonstrare queat. *Methodus hæc utilis etiam Politicis viris.*

Hoc promissum meum non nisi jam tandem exolvere potui, post elapsos annos multos. Et jam modo pro clementissima affectione gratias eidem debeo magnas, quod eadem Serenissima Celsitudo Vestra tractatum hunc diutius latere noluerit ipsamet, verum singulari ex gratia in publicum prodire jusserit & mandarit; simulque humillime rogo, ut hanc dedicationem clementissimo animo accipiat.

Illuminet Dominus noster Jesus Christus vultum suum super Te Christum suum, & super omnes, qui sunt de semine veterum Saxoniarcharum, super Generosissimam Electorissam, conjugem pientissimam, super illustrissimas Viduas, expandat magnam misericordiam suam super Generosissimas novellas olivarum, columnas domus DOMINI, & soli Saxonici, ut fiant sicut sagittæ in manu potentis. Adjicias, magne DEUS, omnibus illis tuis servis annos, super annos, sis memor omnium sacrificiorum, quæ offeruntur tibi quotidie pro ipsis, reperiantur semper usque ad gloriosum adventum Filii tui ad judicandum vivos & mortuos, sub alma sede rutæ Saxonicæ, qui in his terris te Dominum confiteantur, & te laudent in Sanctis tuis, in mirabilius tuis, in virtutibus tuis. *Votum.*

Magnifica salutes tuas super inclytam omnium & singulorum, Magnificorum Nobilissimorum & Splendidissimorum Consiliariorum coronam, mirifica bonitates tuas in ipsis usque ad cœlum & ultra, inter omnis postulatio eorum in conspectu tuo JESU CHRISTE, effundas abunde super corda eorum promissum Patris tui, & Spiritum Sanctum tuum, Spiritum pietatis, Spiritum consilii, Spiritum prudentiæ, Spiritum fortitudinis ponas in medio eorum, induas eos virtute ex alto, ut habitet, maneat cum ipsis, & super ipsos in aeternum. Fiat, Fiat, Amen, Amen. Witteberga, Calendis Augusti, Anno Christi 1619.

Serenissimæ Celsitudini Vestræ

Subjectiss.

WOLFG. FRANZIUS, TH. D.

AD LECTOREM BENEVOLUM.

JOHANNES AURIFABER in Præfatione ſuper Colloquia Lutheri, Anno Chriſti 1569. dedicata Reip. Argentoratenſi, Auguſtanæ, Ulmenſi, Norinbergenſi, Lubecenſi, Hamburgenſi, Lunæburgenſi, Brunſvicenſi, Francofortenſi, & Regenſpurgenſi *refert*: Lutherum ſæpenumero recenſuiſſe, quod D. Andreas Carolſtadius jam modo per octennium Doctor Theologiæ ſalutatus fuerit, anteqvam Biblia legere inceperat. Creatus autem ille fuit Doctor Theologiæ totidem circiter annis ante reformationem Lutheri, & in Diſputationibus & examinibus pro Licentia, ut vocant, inventus fuiſſe ſcribitur *in Statutis Collegii Theologici hujus noſtræ Academiæ Wittebergenſis* SUFFICIENTISSIMUS. Cogita lector. Et ita ſub Papatu olim contigit; & nihil frequentius contigit, de qua re ſupra plus dixi. Poſt reformationem B. LUTHERI meliora fuere ſecuta tempora, & hodie quoque non pauci melioris ſortis hominum ſolertiam ſequuntur, ut & Scripturas legant inſtanter, & easdem pro viribus intelligere ſatagant ſolide.

Andr. Carolſtadius Th. D. per octennium nondum Biblia legit.

Et Sacra Scriptura, ut omnia ſuperiora in breviſſimam epitomen redigam, eſt interpretanda 1. aut ex ſe ipſa per uſum linguæ, ac per collationem antecedentium & conſequentium. 2. aut ex analogia fidei. 3. aut ex arbitrio Patrum & Commentatorum.

Quomodo Sacra S. ſit interpretanda.

Linguæ ſunt illæ, quibus uſus eſt Spiritus Sanctus.

Quæ linguæ addiſcantur. 2. Quomodo & quæ antecedentia & conſequentia intelligantur.

Antecedentia & conſequentia intelliguntur, aut in illis linguis ipſis, aut in verſionibus, qualis cum primis hanc ad rem noſtra Lutheri Germanica appoſitiſſima deprehendetur eſſe Germanis. Et hæc antecedentia & conſequentia itidem intelliguntur, non tantum de proxime antecedentibus & conſequentibus verſibus aut capitibus; ſed etiam de antecedentibus & conſequentibus libris totius codicis ſacri: ſeu de ſimilibus textibus, qui de ſimili materia agunt, ſive quoad ſimiles, ſive quoad Synonymas phraſes.

3. Duplex Analog. fidei.

Analogia fidei dupliciter poteſt intelligi. 1. ut accipiatur pro clariſſimis dictis Scripturæ, ſecundum quæ intelligi & explicari debeant ſic obſcuriora viſa. 2. ut accipiatur pro aliquo Catechetico libro, aut pro Confeſſione alicuius Eccleſiæ, conſcripta ab Autoribus Theologis.

Patrum autoritas eſt duplex.

Autoritas Patrum & Commentatorum veterum & recentium etiam dupliciter poteſt intelligi. 1. ut accipiatur pro fundamentis ſeu rationibus interpretationis Patrum, quia Patres ſæpenumero ſuarum interpretationum rationes exponunt, deſumptas & ex Linguæ fontibus & ex contextibus ſive in eodem capite & libro, ſive alibi extantibus. 2. ut accipiatur pro nuda autoritate Patrum juxta illud: αὐτὸς ἔφα.

At

At jam *nemo* dicet, Scripturam esse interpretandam ex sola auctoritate Patrum vel Commentatorum, quando etiam nulla fundamenta monstrant. *Nemo* etiam dicet interpretandam juxta mentem publicarum confessionum quarumvis promiscue, quæ ab hominibus quibusvis sunt compositæ, nisi prius per alia media constet de confessionum puritate. Hinc enim ab omnibus Consiliis & confessionibus suo tempore appellare necessum habuit Lutherus ad Scripturam. *Qvomodo S. S. non sit interpretanda. 1. 2.*

Ergo reliquum aliud non est, quam ut in acerrimis conflictibus interpretemur Scripturam per Scripturam, tum ex Linguæ, tum ex antecedentium & consequentium exercitiis. Sic enim obscurior declarabitur per clariorem tanquam per analogiam fidei, ubi obscuriora dicta lucem accipiant ex clarioribus, prolixioribus. *Scriptura per Script. interpretanda.*

Et de hoc ego in tractatu isto benevolum lectorem instruere satago, quem tractatum Luthero usitatum & familiarissimum tandem deprehendi, ideoque nunc nomine Lutheri, ut Lutheri manuductionem unice exosculor & prædico.

Non ignoro, Theologos alios atque alios, tum ex nostris, tum ex Adversarits constituere interpretandi Scripturam modos seu præcepta interdum tria, interdum quatuor, interdum quinque, interdum plura, nec pugnant illa mecum, vel ego cum illis. Mihi enim facilioris meæ methodi gratia, cum unicuilibet methodus soleat libera relinqui, ita placuit informare lectorem, ut ad methodum eam, qua Lutherus usus esse deprehenditur in vertendis Bibliis & explicationibus suis Scripturarum, ipsemet explicationem textuum instituere assuesceret. Utatur quilibet hac in parte suis methodis, secundum suas, quas habet, rationes, quas ego non impugnabo. *Alii etiam sunt modi interpretandi Scripturas frequentes.*

Interea etiam temporis ab amicis accepi Psalterii Lutheri Germanicam versionem priorem, de qua fol. 44. dico infra, & ex qua lector de multis haud inutiliter edoceri posset. Animus etiam fuit, eandem huic tractatui adjungere, nisi tandem temporis brevitas dissuasisset.

Allegationes Latinas modo ex vulgata, modo ex aliis versionibus convenientioribus desumere, mihi visum fuit consultius, id quod neminem movebit.

Nemo etiam aliter interpretabitur prolixas responsiones, quia in gravibus negotiis, ubi fundamentalis desideratur explicatio, necesse est, ut contextus urgeantur, id quod breviter expediri nequit. *Qvomodo in prolixis responsionibus & colloqviis procedendum.*

Idem in singulis Colloquiis Theologicis fieri utilissimum foret, ac tunc singulos codicem Biblicum secum habere & attentissime quærere & auscul-

Methodus præsens verbi Ministris perquam accommoda.

auſcultare decebat: quanquam poſtea longas reſponſiones in breves ſyllogiſmos contrahere neceſſarium duco.

Cæterum juxta manuductionem in hoc tractatu porrectam, non tantum alii recte & feliciter procedere, ſed & cumprimis juvari poterunt Miniſtri verbi, ubivis locorum, ſive in urbibus ſive in pagis. Inveniuntur enim ex ipſis illis Paſtoribus quoque, qui maxima per totum miniſterii ſui curriculum Biblia Germanica aliquoties integre & ordine perlegerunt, atque hinc contextuum notitiam & familiaritatem magnam ſibi compararunt. Qui igitur hac contextuum notitia inſtructi fuerint, & juxta hanc manuductionem Lutherique noſtri methodum deinceps denuo in ſacris evolvendis occupabuntur, ii ſponte profitebuntur, quod fructus inſigniores ex ſacris perceperint plures.

Votum.

Et hanc ipſam rem ipſis cunctis a Deo Patre luminum ex alto benedictionem divinam & donorum Spiritus Sancti argumenta ampliora ex animo comprecor & exopto. Dominus ſit cum Spiritu tuo.

Wittebergæ Anno Chriſti

1619.

ARGUMENTUM. HUJUS TRACTATUS.

QVemadmodum in hisce terris nemo pius thesaurum agnoscet alium pretiosiorem, qvàm ipsam sacram Scripturam, ut puta, in qva singulis momentis Deum loqventem, & de omnibus rebus, ad hujus, & ad futuræ vitæ commoditates pertinentibus, consulentem audire potest; ita qvoq; singuli nihil sanctius, nihilq; studiosius sibi faciendum esse existimabunt, qvàm ut literas sacras, tanqvam Epistolas à Deo ad nos transmissas, & indesinenter legant, & non tantùm legant, sed etiam rectè & sapienter intelligant. Hujus igitur Tractatus hic erit scopus unus, *ut ostendam σὺν Θεῷ, qvomodo nos legere Scripta sacra deceat, & qvomodo procedendum sit, ut possimus asseqvi genuinum sensum omnium, etiam difficillimorum & obscurissimorum* (ita primâ specie apparentium) *oraculorum & dictorum sacrorum.*

I.

Qvando, qvo ordine, qvantum & qvâ lingvâ qvotidie in sacris Bibliis sit legendum.

Ante omnia necessarium est, ut Scripta sacra, tanqvam Epistolæ divinitùs nobis scriptæ & relictæ, à nobis legantur. Non tantum autem illi, qvi ex professo futuri sunt Theologi & pastores animarum; sed etiam reliqvi pii omnes, & cumprimis literati, adeoq; Consiliarii ac Nobiles ubiq; locorum, nullum diem abire patientur, cumprimis in ætate adolescentiore & Juvenili, ubi non aliqvid ex sacris ordine perlegant Scripturis.

I. Tempus ætatis qvodnam Bibliis legendis aptissimum.

Nullam ante omnia excusationem obtinere possunt illi Theologiæ addicti, qvi in teneris annis, & in vegetâ ætate, hoc pietatis exercitium negligunt, & ad annos differunt seros. Memoriæ vis tunc temporis est florida, unde omnia, qvæ intra sese recipit, tenacissimè & diutissimè optimeq; retinet. Ipsa ratio svadet, istis capacissimis, pariter & recentis integritatis loculis memorialibus, primo loco imponenda, & ad custodiendum tradenda esse κειμήλια sacra, qvorum usus nobis, in hac & altera vita, est summoperè & unicè necessarius.

 1.Sæpe-

Experimenta damnorum ob Bibliorum lectionem in teneris annis prætermissam.

1. Sæpenumero inqvisivi ordine ex piis alioqvin Studiosis, qvæ nam essent verba primi versus in prima Ecloga Virgilii, qvæ nam primi versus in secunda, qvæ nam in tertia, & ita deinceps ordine: qvis esset versus primus in primo, secundo, tertio, &c. Georgicorum & Æneidos: Hos versus isti mihi expeditissimè, & citra omnem cunctationem atq; hæsitationem recensuerunt memoriter; Cumq; Studiosos Theologiæ esse scirem, è vestigio interrogavi, qvæ essent prima verba in Genesi, Exodo, Levitico, qvænam essent prima in Esaia, Jeremia, Ezechiele, Daniele, Osea, Joële, Jona, Nahum, Malachia, &c. Ibi cogitabundi steterunt, & ignorantiam suam agnoverunt & deplorarunt, ejusq; rei causam nullam aliam proferre, vel agnoscere potuerunt ipsi, qvam hanc, qvod à Præceptoribus pueritiæ ad maturam Bibliorum lectionem non fuissent assvefacti, & qvod à pueritia nihil, nisi profanos tantummodò versus ediscere, jussi fuissent.

2. Judaicæ sunt, & non malæ admonitiones, absq; dubio ex veterum Patriarcharum Scholis natæ, qvas edidit *Sebastianus Lepusculus Basiliensis*, anno 1559. hisce verbis comprehensæ:

Filius qvinq; annorum ad Biblia:
Filius decem annorum ad Mischna:
Filius tredecim annorum ad præcepta:
Filius qvindecim annorum ad Thalmud: Hactenus verba admonitionis indigitatæ, cujus prima pars est hæc: Filius qvinq; annorum ad Biblia scil. legenda debet adhiberi, cum apud nos dicere cogamur: *Barbatus juvenis 25. annorum jam ad legenda Biblia accedit.*

D. Bartholomæus Schonbornius, olim Professor Wittebergensis, in præfatione super libellum de sententiosis versibus à se collectis, commemorat, Philippum Melanchthonem in itineribus solitum fuisse, comitibus unum aliqvem proponere versiculum ex probato qvodam Poëta; verbi causâ: *Discite justitiam moniti, nec temnite divos*; & postulasse à comitibus, ordine alium sententiosum versum, cujus initialis litera congrueret cum finali litera versus prius resuscitati in Divos, qvalis posset dari: *Sis asinus, qvemcunq; asinum sors aspera fecit*, sicq; alium ab alio, qvi à T. litera inciperet, *Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam.* Tentavi hoc exercitium ego sæpius inter Studiosos, & potuerunt illi expeditissimè ex variis Poëtis respondere. Mox converti me ad sacra oracula, proposuiq; dictum unum aliqvod Gen. ex 1. cap. *In principio creavit Deus cœlum & terram:* Et petii sententiosum oraculum divinum, cujus litera initialis esset M. ex Esaia, ex Jeremia, Osea, Habacuc, Malachia, Proverbiis Salomonis, Jobo, qvinq; libris Mosis: hic hærebat ipsis qvoq; aqva, difficilius procedebat exercitium, itidem propter causam jam allegatam.

Vete-

Veteribus qvibusdam uſitata & grata fuisſe ejusmodi tyrocinia, inde colligo, qvia in octava forma anno Chriſti 1526. menſe Majo, cum præfatione Emerici Gies, editus eſt libellus, cujus titulus hic eſt: *Auctoritates allegabiles totius Veteris & Novi Teſtamenti, in Alphabeticũ ordinem ſummâ diligentiâ, redactæ.* In hoc libello ſecundum ordinem alphabeti ex Veteri & Novo Teſtamento ſunt collecta dicta ſacra, maxime ſententioſa. Et hoc libello uti posſent non ſine fructu, qvi horis vacuis ſimilia, non inutilia tyrocinia inter ſeſe experiri, & tractare vellent in juventute.

Multi ex Concinatoribus & Theologis conqveruntur, qvi jam in miniſterio ſerviunt, & ſermocinationes ad plebem concinnare debent, qvod dicta qvidem Scripturæ norint, loca autem, in qvibus continentur, expeditè & fideliter allegare neqveant: niſi ante ſingulas, concionis cujusq;, horas de novo inqviſiverint, & capita notarint. Nimirum omnem teneræ & florentisſimæ ætatis partem contriverunt ipſi qvoq;, evolvendis tantummodò profanis comœdiis, & carminibus, Epiſtolis aut orationibus profanorum auctorum, & diligentem, accuratam atq; asſiduam ſacrorum Bibliorum tunc omnem lectionem prætermiſerunt, demumq; eam anno ætatis pluſqvàm viceſimo inchoarunt, ubi arculæ memoriarum iſtis profanis jam modo erant expletæ & commpletæ.

Conſultius etiam eſt, ut *omnium optima hora, nimirum matutina*, huic pietatis lectioni attribuantur qvotidiè. *Aliqvi* cenſent, lectionem Bibliorum dividendam inter horas aliqvas matutinas, & aliqas veſpertinas, & qvidem in ſpecie circa finem diei, adjungendas esſe veſpertinas horas illas à Cœna, qvæ ſomnum qvàm proximè antecedunt. *Suffecerit autem, ſi horis matutinis hoc exercitium fuerit continuatum,* ubi memoriæ aliqvid melius infigitur, qvam veſperè.

Diei tempus lectioni Bibliorum accommodatiſſimum

II. Qvo ordine qvovis tempore legendum in Bibliis.

Svadent aliqvi, ſingulis diebus duo esſe capita ex Bibliis perlegenda, unum manè ex Veteri, alterum veſperi ex Novo Teſtamento. *Etſi* autem unicuilibet ſuum non immerito, placet conſilium, *tamen* longè conſultius esſe deprehendetur, ſi qvis, præſertim Tyronum & Studioſorum, ordine libros totius Veteris Teſtamenti evolverit, iisq; abſolutis, iterum ordine percurrat libros Novi Teſtamenti, & eâdem methodo, qvoties potuerit, lectionem hanc ſacram inchoët ab initio. Ratio hujus conſilii eſt iſta, qvia hiſtoriarum & materiarum cohærentiam, & contextuum ſeriem, *in lectione, citra omnem intermixtam interruptionem inſtituta & continuata*, facilius conſervare, & deprehendere asſveſcet. Qvæ autem immenſa, & nunqvam ſatis laudata ſit utilitas notitiæ cohærentiarum in libris ſacris, infra, cum jucunditate animi, advertet lector.

Qvi verò in Academicis & Ecclesiasticis versantur functionibus, & ante istos annos exercitium, jam indicatũ, fideliter tractarunt, ad hanc methodum rigidè alligati esse neqveunt. Habent verò isti tunc temporis particularia sacrâ scripta, qvæ auditoribus enucleare debent, & qvæ in Academiis dictata, tandem per typos aliis Ecclesiis comunicare solent. Ut ergò Suos, qvos vivâ voce erudiunt, & alias tandem Ecclesias rectiùs & fideliùs informare & juvare qveant, in analogo qvodam labore solertissimos sese præbere gestient. Nimirum in textibus, qvos præ manu habent, integros ordine evolvendis, & aliis huc pertinentibus conferendis, ut diutius & attentissimè habitent, necesse est. Hi, inqvam textus, qvos auditorio scholastico explicare debent, vel in Propheta aliqvo, vel in Apostolo aliqvo, integros perlustrare sæpius satagant, ut ex reiterata sæpiùs unius & ejusdem scripti particularis lectione, tum totius istius Prophetiæ, aut Epistolæ scopum & cohærentiam, tũ singulorum dictorum, in eadem Prophetia & Epistola, sensum genuinum asseqvi valeant. Utq; exemplum meum ostendam, verè affirmare ausim, me unam aliqvam Epistolam Paulinam, qvandoq; in una septimana, perlegisse cum attentione qvinqvies, qvoties nimirum, vel in prælectione publicâ, vel in thesibus meis allegandum fuit, primâ fronte difficilius & obscurius visum aliqvod testimonium.

Verè illud qvoq; affirmo, me in prælectionibus, & in excusis disputationibus, ne unum unqvam allegasse, ex tanto numero, Scripturæ dictum, cujus sedem, & cum proximè antecedentibus, & proximè conseqventibus testimoniis connexionem, non de novo, ante collectionem & conscriptionem, inspexerim, probaverimq. Utinam Typographorum incuria posteà allegationum numeros, non adeò depravatos, reperissem. Cœperam consilium, in allegatis dictis non adhibere nummeros: sed integra ponere verba, sicut faciunt ipsa sacra Biblia, unde ad posteritatem numerus annorum incorruptus pervenire potuit. Exempli gratia: ut scriberem pro Luc 2. vers. 5. in hunc modum: Lucæ secundo, versu qvinto, nisi in nuperè excusis Auctoribus similem depravationem, & negligentiam Typographorum deprehendissem; verbi causa, pro Exodi tricesimo tertio, à Typographis positum: Exodi vicesimo tetio: & præterea Typographi metuebant, ex hac prolixitate, suis chartis. Nimis autem sæpè deprehendet Lector, numeros allegationum depravatos, ut non possit in repetitionibus privatis invenire fundamentum alicujus assertionis, qvæ ab Auctore Theologo posita est. Sed ad rem. Unius igitur dicti Scripturæ, seu testimonii ritè allegandi, causa sæpius de novo integram prolixam Epistolam Pauli, integra aliqvot benè multa capita Esaiæ, Jeremiæ, Geneseos, Librorum Regum aliqvoties evolvi magno cum fructu, & aliis similem methodum persvadeo unicè.

III. Qvæ

III. Qværitur, qvantùm qvotidie legendum ſit in ſacris Bibliis.

Qvantum qvotidiè in ſacris Bibliis legendũ.

Reſpondent *aliqvi* de duobus capitibus, uno manè, altero veſperi: *Aliqvi* de qvatupr: Id qvod de plebejis & ſimplicib9 Laicis, Viris ac Fœminis, facilè largiri poſſum. *Reipſa autem deprehendent ſinguli Literati*, ex Eccleſiaſticorum & Politicorum grege, qvotqvot ultra vulgi ſimplicioris hac in parte procedere volent captum, *longè conſultiſſimum eſſe, ſi qvis qvolibet die tot perlegerit capita, qvot de una materia congruere conſpexerit*.

Exempli gratiâ, qvinqve priora capita Geneſeos de hiſtoria antediluviana, ſimul & ſemel fructuosè abſolventur, ut & ſeqventia ſex, de hiſtoria poſtdiluviana, usqve ad Abraham: Similiter qvatuordecim conſeqventia utiliter conjungentur, aut in biduum unum dividentur de hiſtoria Abraham: duo copulabuntur alia de Iſaac: Iterum qvatuor alia connectentur de Jacobo peregrinante; Septem alia de Jacobo reverſo in patriam; Octo alia de hiſtoria Joſephi, reliqva de morte & ſepultura Jacobi Patriarchæ.

Hujus conſilii ratio jam etiam dicta eſt iſta, ut unius hiſtoriæ integræ, integram congeriem cohærentiamq;, & ex illa factorum, & dictorum conſeqventium cauſas ex antecedentibus contextibus ipſis, adeoq; ex verbis ipſis Spiritus Sancti, citra Interpretis aut Commentatoris admonitionem odorari, videre, palpare, & demonſtrare paulatim diſcat homo pius. Ex cohærentia enim contextuum Lector paulatim adſveſcet, venari ex ipſis verbis Spiritus S., aliis aliorum verborum genuinos ſenſus, qvem fructum in hoc Tractatu parare Lectori benevolo ſudabo. Et ſciat ille, ſe multum in Sacris profeciſſe, qvi ex aliis ſacris, ſacra difficilia alia, expedite enucleare ſufficiet.

Neq; alto ſupercilio rejicio & abjicio doctorum Virorum Commentarios, imò veterum & recentiorum labores gratâ mente excipiendos ſvadeo. Singulis enim ſuam gratiam aliqvam, & ſuum Spiritus S. talentum aliqvod contulit divina Majeſtas. Cum autem, qvod nemo negabit, *aliqvorum talenta ſint aurea, aliqvorum argentea, aliqvorum ferrea;* deinde cum nonnihil, qvovis tempore, inſatiabile ſcribendi cacoëthes dominetur, cum etiam à Lectoribus vulgaribus accuſari audiam, & videam plurimos veteres & alios, qvod Commentarios ſuos ex aliis Commentariis exſcripſerint, cum deniqve pro variis circumſtantiis ſæpe etiam boni Homeri Theologici dormitent, imò cum ex imbecillitate humanâ, & qvia Deus nunqvàm uni dat omnia, ut agnoſcamus ipſum ſolum perfectiſſimum, Lyncei qvantumvis ſibi viſi aliqvi oculi, tamen aliqva prætereant, nec ſatis, ut in ſeſe ſunt, intueri & aliis referre valeant, in rei veritate qvilibet

libet pius attentus, ex methodo allegata, hoc emolumenti consequetur, ut ipse incipiat & valeat videre cohærentiam materiarum sacrarum, & valeat ipse qvoq; judicare; num Interpretes veram ubiq; arripuerint ejusdem ipsius textus sententiam in suis Commentariis. Exempla inferius seqventur illustria.

Neq; igitur nimium esse videatur, qvod uni diei qvandoq; septem aut octo capita destinavi. Nam cum evidentissima insigni utilitate, jam indigitata, exercitium istud est conjunctnm, qvod nimirum hoc uno modo qvilibet pius ipse sensum genuinum omnium Scripturarum divinarum paulatim, & pedetentim qværere, & invenire consvescet. Et cur Studiosus Theologiæ, cur alius cœlestium meditationum ardore flagrans, de multitudine ista, vel tantillum qviritaretur. Qvod semper melius discantur, qvæ suo genere, jam indigitato, integra discuntur, aliarum disciplinarum periti testantur.

Qvi officiis Academicis & Ecclesiasticis constituuntur, illi longè maximo cum suo, cum suorum, qvos nunc voce tandem verè editis illis ipsis informare debent, commodo *integrum aliqvem librum Regum, integrum Prophetam, integras Epistolas, qvas explicare debent, tempore certo perlegent, & sæpius relegent.*

Sic enim & non aliter ipsi qvoq; integri Auctoris divini scopum, ejusdemq; varias materias, & partes totius scripti, & partium συνέχειαν iterum facilius certiusq; investigabunt. Qvandoq; enim causa facti, ut supra dixi, in benè multis præcedentibus capitibus, eventus autem in seqventibus aliqvot capitibus enarrantur. Qvantum in politicis referat, ut talia connexa simul & semel æstimentur, prudentes judicabunt, & indicabunt, & clasicum est illud: *turpe esse, integrá lege non inspecta, judicare seu pronunciare.* Optandum igitur multò magis est, ut fervore, & labore non minore versemur in evolvendis divinis.

Qvid faciendum, si inter legendum difficiliora, & obscuriora offerantur dicta?

Sed, inqvient, impossibile est, methodo jam indicatâ, Sacros evolvere Codices. Sæpe enim numero occurrunt sententiæ prorsus obscuræ, & plusqvam difficiles, in qvibus enodandis longi, diuturni & continuati occupantur Theologorum magnorum labores? *Respondeo:* Inferius in hoc ipso Tractatu dabitur modus perveniendi ad facilem intellectum qvorumvis, in Scripturis passim occurrentium, obscuriorũ & difficilium locorum, qvem, qvi assiduò seqventur, ii de nimis insuperabili, multis in locis, obscuritate, & sacrarum Scripturam difficultate, conqveri desinent σὺν Θεῷ. Interim donec ad istam rationem omninò facilem, & jucundam sese assvefecerint, ita sese gerant.

Difficilia loca & obscura visa nunc prætereant, seponant, aut notent

in charta qvadam, peculiariter compacta, ad hunc usum, ut in ea tales difficiles locos colligant. Pergant igitur in contextuum lectione, & postea difficilis loci declarationem, aut in Commentatore qvodam qværant, aut à docto qvodam petant, donec ex hoc Tractatu ipsi talia etiam difficillima enodare didicerint. Nec mirum ipsis videatur hoc consilium, siqvidem qvadragenarii & qvinqvagenarii reperiuntur etiam Theologi, qvi non ægrè fatebuntur, sibi plurima loca, imò etiam plurima capita Bibliorum, nondum satis hactenus constare potuisse. Pergent igitur in contextuum lectione continuanter, qvia ista contextuum lectio, continuata præsertim per annos aliqvot, erit fundamentum unum, præcipuum & filum, ex qvo in omnium textuum & locorum totius Scripturæ, qvantumvis difficilium & obscuriorum, verum & genuinum sensum, & penetralia deveniant. Id ita sese habere, exemplis, tanqvam sponsoribus regularum, infra ad utrumq; oculum demonstrabo, & corroborabo.

IV. Qværitur, qvâ lingvâ sint Tyroni, in hac methodo interpretationis, legenda sacra Biblia?

Et respondetur, gravibus de causis *initiò, ea lingva, qvæ tibi est vernacula, vel, qvâ lingvâ tu aliqvando ad plebem seu concionem sermocinari debes.* Germanus igitur Germanicam, Misnicus Misnicam, Saxo Saxonicam legat versionem: Ungarus Ungaricam, Svecus Sveciam. *Ratio est*, qvia nullam lingvam melius, & altius intelligit homo, qvam eam, qvâ qvotidie, & in momenta singula utitur. Idcirco ad venandas contextuum cohærentias, qvæ erunt fons unus felicissimus, ad hauriendas veras sententias omnium obscurorum & difficilium locorum, unicè proderit, *Contextus* in idiomate sibi notissimo, & sibi tritissimo, sibiqve facillimo *spectare, & legere & judicare.* *Qva lingva Tyroni sint legenda sacra Biblia.*

Optandum erat, *Theologis qvasi vernaculum esse Hebræum & Græcum Textum Veteris & Novi Testamenti.* Optandum erat, & qvidem cumprimis istud singulis erat optandum, nimirum iisdem omnibus, de qvibus nunc sermo est, *tam notas esse in ipsis fontibus phraseölogias, qvibus Spiritus Sanctus familiariter utitur.* Sunt enim ut phrases certæ Ciceroni, & certæ Poëtis; ita certæ qvoq; Spiritui Sancto intra ipsos fontes. Ac qvemadmodum phrases latinæ non possunt, verbo ad verbum, commodè in aliam lingvam ita transfundi & verti, ut sono, pondere, vi congruant utrobiq;; ita qvoqve pulchriores & puriores sunt phrases Hebrææ, nec tamen facilè, concinnè pureq; in alias transferuntur lingvas.

Iterum igitur hic vide ingentem defectum. A pueritia assvefecimus nos, ad concinnandas latinitatis phraseölogias, ex Oratoribus & Poëtis,

Poëtis;&c. & habent iſta ſtudia, ſuo in genere, ſuum uſum. *E contrà* fontium ſacrorum proverbia, adagia, *φρασεολογήματα* Scripturarum, noſtra puerilis & juvenilis ætas, aut non, aut rariſſimè maturo tempore fuit juſſa obſervare, intelligere, æmulari. Hinc ad fontes ipſos Scripturarum, qvæ talibus conſignatæ ſunt ſingularibus phraſeölogiis, adducti, obſtupeſcimus & trepidamus, tanqvam in ignota ingenti ſylva, circumqvaqve circumſpicientes, de auxiliatoribus Interpretibus, & aut tunc de novo Scholaſticos agere, & iſtas res novas neceſſarias addiſcere cogimur incipere, aut ſæpe præ tædio, præ difficultatis ſpectro, omnia intacta relinqvimus, & ex Bibliis, juxta fontem conſiderandis, fugimus. Qvomodo huic malo medicamen ſit parandum, & qvomodo phraſeölogias Scripturarum, à phraſibus profanis diſtinctas, cognoſcere & explicare liceat, infra etiam oſtendetur. Interim tantummodò perlegantur Biblia in ſermone nobis vernaculo, & iſthic cohærentiam tenaciſſimè notare & ſcrutari diſcamus. Uſum horum conatuum plusqvam evidentem, qvod iterum repeto, & neceſſariis de cauſis inculcare cogor, infra benevolus Lector palpando palbabit, & plusqvam maximum.

An proſit, multos ſubinde novos Codices ſibi comparare Biblicos, abjectis veteribus, plus ſatis tritis.

Utqve uſum hunc, non auro contrà æſtimandum, qvilibet pius cujuscunqve ordinis & profeſſionis eò pleniorem ſibi comparare qveat (*poterit enim etiam lingvarum Hebrææ & Græcæ ignarus, & officii variis occupationibus aliis diſtrictus, eundem ex ſolis Contextibus, in ſua vernacula liugva evolutis, magnâ facilitate, felicitate, jucunditate, & conſcientiæ comprobatione, ſibi ſatis proprium facere textum)* Tum leve qvidem & exile, attamen hanc ad rem neceſſarium eſt illud qvoqve, ut, exempli gratiâ, *Miſnicus* non qvotannis nova ſibi comparet Germanica Miſnica Biblia. Sæpe enim in tertio folio *primæ Editionis*, & in folii iſtius ſumma linea deſcribunt Typographi, qvæ *in ſecunda Editione* folio tertio, in fine ejusdem, deſcripta extant. Nominare igitur poteram inſignes Theologos, qvi Codicem priorem illum ipſum in ætate ſenili mutare noluerunt, cui in pueritia aſſveverant, qvamvis nunc erat uſu nimio attritus, nonnihil commaculatus, & laceratus. In veteri enim ſingula folia ita innotuerant, ut, cum aliqva ſententiola vel hiſtoria qværenda eſſet, citiſſimè eam reperirent. Sæpe enim ſciſſura, aut macula aliqva, in folio aliqvo per imprudentiam facta, ſæpe ad marginem gloſſa aliqva excuſa extabat. Optimè igitur meminerant, qvid antea, in eodem ſciſſo, vel commaculato folio, legerant, qvid

item

item in foliis proximè antecedentibus, qvi in conseqventibus contineatur.

Ratio hujus monitionis est ista, cum ad locorum difficilium enodationem nihil tam prosit, qvàm similium & cognatorum collatio, qvod memoriam valdè juvet, si qvis non qvotidie libros novos comparet, verùm semper unico & eodem contentus veteri suo vivat.

Id qvod alios qvosvis libros, in qvibus evolvendis aliqvot insumsisti annos, jure meritoq; accommodabitur. *Etsi* verò interea prodierunt Editiones, qvoad glossemata auctiores & meliores, qvas omnio non rejicio, & qvas emere & consulere proderit, *tamen* pro qvotidiano superius indigitato usu plusqam aureo, cum facilitate magna, obtineo, vetus & consvetus præsertim Bibliorum vernaculorum Codex semper usq; ad finem vitæ servabitur, & commodissimè usurpabitur.

Præterea hanc qvoq; utilitatem ex Bibliis vernaculis obiter percipiet Lector, *ut nimirum ad verba formalia*, qvæ inter docendum & concionandum, qvantum omninò fieri potest, strictè servanda erunt, *paulatim sese assvefaciat*, nec in una Concione, unum aliqvod dictum Scripturæ his Germanicis verbis, in alia verò aliis idem ipsum proponat, & recitet. Ex hac enim diversitate, non adeò multum utilitatis ad plebejum hominem, redundare posset.

Hactenus prima rudimenta consilii dedi, qvomodo sacra Scripta legi debeant: *nunc veniendum est ad illud*, in qvo Theologi & cujusq; hominis literati ac pii, omne versatur desiderium; *an qvomodo omnis sacræ Scripturæ genuinus sensus sit sperandus, & investigandus.*

II.

De oraculis Biblicis rectè intelligendis.

Postqvam brevibus verbis demonstravi, qvomodo sacra Biblia diligentissime, qvotidieq; ab omnium ordinum hominibus, perlegi debeant, nunc, qvod anima erit hujus Scripti mei, & qvod omnium plebejorum, & Eruditorum desiderium est unicum, perspicuam proponam methodum, juxta qvam sedulus Bibliorum Lector omnia sacra Scripta ritè possit intelligere.

Ac *initio*, etsi graviter taxare poteram; tamen nihil moror Pontficios, qvi disputant, Scripturam non qvidem in sese obscuram esse, sed propter mentium nostrarum infirmitatem, & cum propter hanc caussam vix à paucis rectè intelligi posset, ideò non esse eam communem fidelium regulam & magistram, à qva in qvæstionibus fidei doceri infallibiliter omnes oporteat. Imò contrarium verum est, & cum nullus Regum

Gregorius de Valentia lib. 5. analys. fidei catholicæ cap. 2.

aut Principum diplomata ſua, ſupra captum Subditorum ſuorum, conſcribat unqvam, qvinam credendum eſt, Deum in præſcribenda ſua nobis voluntate, ſeſe non attemperasſe ad naturæ, prout nunc eſt, infirmæ ſtatum & conditionem. Non igitur infirmitas naturalis, vel phyſica, ſed infirmitas, ut ita loqvar, Ethica erit in cauſa obſcuritatis Sacrarum Literarum, cui medelam adhibere, idem in Verbo ſuo nos commodè docet. Et iſtius ipſius tyrocinium dabitur pio Lectori in hoc ipſo Tractatu, qvod ſpero, & Deum rogo, non infeliciter. Ad locum, ex Epiſtola Petri allegari ſolitum, reſpondebitur etiam infrà, ubi dicit, in Epiſtolis Pauli eſſe qvædam obſcura.

Infirmitas Ethica

An & qvid Philoſophica ſtudia ad Scripturarum enodationem conferant.

Deinde, anteqvam ad rem ipſam cominus deveniam, dicendum aliqvid eſt, de artium liberalium, & philoſophiæ ſtudiis, *an, & qvidnam ad ſacrarum Scripturarum enodationem conferant ſtudia Lingvarum.* Doctrinam Dialectices & Rhetorices, artes Phyſicas & Mathematicas, cum ſuis ſpeciebus, & alias maximoperè laudo, & non nego, qvod homini Theologo artes iſtæ decus concilient non exiguum, & multis Scripturæ locis, diffusè enucleandis, plurimum conducant. Sunt enim iſtæ artes ſingulare donum Dei præpotentisſimi, qvod ſtatim Adamo, & poſteris ipſius, ipſe patefecit & contribuit. Omninò hominum nullus, qvod ego ſeriò ſtatuo, ſine Dei iſta inſpiratione, altitudines, qvantitates & motus ſiderum, unqvam reperisſet. Et omninò Ethnici, in hiſce rebus inveniendis, parum profecisſent, niſi ipſorum Majores vitulis Patriarcharum arasſent, hoc eſt, à vicinis Patribus ſanctis, eorundem ſtudiorum initia, & rudimenta, jam indigitata, accepisſent, id qvod demonſtratu mihi difficile non eſſet.

Apud qvosnam populos primitus fuerit inventa Philoſophia

Nihil dicam ex Joſephi Hiſtorici *lib.* 1. *antiqvit. cap.* 2. de Sethe, filio Adami, cujus, à Patribus edocti, ſideralis ſcientiæ præcepta columnis inſcripsère.

Nihil dicam ex eodem *lib.* 1. *antiqvit. cap.* 9. de Abrahamo, qui Ægyptios in hujusmodi Philoſophicis diſciplinis erudiit, à qvibus Ægyptiis ſtudia eadem pervenerunt ad Græcos.

Nihil dicam de annorum 1903. obſervationibus variis, qvas ad Ariſtotelem miſit è Babylone Calliſtenes, ut refert Ariſtotelis Interpres, Simplicius, non adeò longè à fine, ſuper librum ſecundum, de Cœlo, id qvod, præter. P. Ramum, annotat etiam Chytræus, ſuper Deut. 4. Initium iſtarum Hiſtoricarum, & Philoſophicarum obſeruationum, incidit (ſi finem eorundem annorum conſtitueris in morte Alexandri Magni, cujus ope rem tantam Calliſthenes obtinuit in anno nimirum mundi 3640.) in annum mundi 1737. qvi eſt annus octuageſimus poſt diluvium, adeoq; incidit obſervationum iſtarum rerum initium in tempora, qvæ præcesſerunt, & turrim

rim Babylonicam, & divisionem lingvarum, & distributionem terrarum, fuitq; ille thesaurus talium rerum, qvalem nunc mente satis complecti non valemus. *Plin.lib.7. c.56.* citat Epigenen, gravissimum Auctorem, qvi docuit apud Babylonios 720. annorum, observationes coctilibus laterculis inscriptas fuisse. Ubi autem prius indicatas, tam diversorum temporum, experientias reliqverit Aristoteles, rationem utiq; reddere posteritati debuisset, ut nihil addam gravius. Cæterum de peripatetica Philosophia, unde nam desumta videri debeat, legatur apud Sixtum Senensem lib. 4. sub titulo Aristobuli junioris, qvæ hic prolixè recensere non libet.

Illud prætermittere unum nolo, qvod *1.Reg. 4.33.* Salomon plurima dicitur disputasse, *de arboribus, de animalibus, de volatilibus, de piscibus, de reptilibus, & qvod fuerit* (nimirum in his ipsis ita à nobis vocatis Philosophicis) *ipsius sapientia amplior, omni homine, atq; adeo ipso Ethan Ezrahite, & Heman, & Calchol, & Darda, filius Mahol, & qvod celeberrimum fuerit nomen ejus in omnibus gentibus per circuitum.* Hactenus verba Scripturæ; qvorum sensus est, ut jam modo innui, Salomonem fuisse sapientiorem, qvatuor viris, sapientiorem inqvam, nimirum in subjectâ materia de arborum, animalium, volatilium, piscium & reptilium naturâ. Ergo illi qvatuor, Ethan, Heman, Chalchol & Darda fuerunt Philosophi insignissimi, & propemodum conferendi cum Salomone: Idq; annis forsan 700. ante Aristotelem. Etsi verò nomina istorum qvatuor Philosophorum insignium, in posteriorum scriptis, (qvantum ego scio), non celebrantur, tamen doctrinæ copià & eruditione Aristotelem longocuplo superarunt, si vera dicit, sicut vera dicit sacratissima Scriptura. Sed in his nolo esse prolixior, & forsan non adversos sum habituros, in ferendis calculis, saniores Christianos, qvod utilissimæ scientiæ Philosophicæ, primitùs Deo monstrante, qvâ omninò Philosophiæ laude, major nulla potest dari alia, cœperint & floruerint apud Patriarchas, sicut ego e contrariò lubens profiteor, in istis artibus lucere magnos radios sapientiæ divinæ, cumprimis in eruditissimis Mathematum disciplinis.

Tantum igitur abest, ut hæc studia, Theologo negligenda, censeam, ut ipse pleras q; illas partes & artes, in hac ipsa Academia, una cum historiarum necessariò, & non satis collaudato studio, publicè, privatimq; docuerim, nec sine fructu. Qvæ ideò commemorare volui, ne in aliam partem aliqvis mihi interpretetur istud, qvod è vestigio, sed ex necessitate, & pro gloria Dei, subjiciam:

Et *primò*, nimis apud aliqvos diu se detinere solet juventus, in Philosophicis tractandis. *Hebrææ & Græcæ* lingvæ studium deserere non potest

TheologiæStudiosus,&Theologus,qvamdiu huic facultati,in his terris,operam aliqvam navabit,id qvod paulo post ex usu firmabo. Usu *Logicæ & Rhetoricæ*,ad nullum diem carere potest. In *Physicis verò* & *Mathematicis*, totum vitæ suæ tempus terere, Studioso Theologiæ vix concedetur, isti cumprimis,qvi in Scripturæ expositione genuinâ,potens fieri volet, qvi *unicus est scopus hujus mei libelli,efficere,ut in genuino sensu Scripturæ inveniendo, cuncti fiant potentes.*

Extat in Statutis, Collegio Theologico Academiæ Wittebergensis, præscriptis,per Academiæ istius fundatorem *Fridericum III.*, Electorem Saxoniæ,lex qvædam,hisce verbis: *Promovendus in Biblicum* (erat is inter qvinq; qvosdam Theologicos gradus infimus) *legitimè doceat, vel si facultati videbitur,inspectâ suâ qvalitate, juramento astringat se, in aliqvo studio generali & privilegiato,Sacræ Theologiæ operam navasse QVINQVENNIO, à tempore Magisterii,in artibus suscepti,vel si carebit eo, SEPTENNIO, qvod audiverit cursorem Biblicum & Sententiarium.*

Hactenus verba legis, qvam Princeps laudatissimus, tunc temporis, aut ipse promulgavit,aut ab aliis,qvod verosimilius est, ante se sapientibus Doctoribus,mutuò sumtam repetivit. Optandum esset, hujus decreti cunctos,& singulos Theologiæ Studiosos, esse observantissimos: Omnino Theologos in Scripturis potentes habituri eramus plusqvam plurimos.

Ecce verò,qvid nunc usitatò fieri soleat. In Academiam profecti aliqvi Juvenes, Philosophiæ sese sub primum statim ingressum dedunt, illiq; soli soli soli vacant, usq; ad tempus Magisterii Philosophici: cujus honores petunt, circa annum ætatis 22.23.24.25.& plerumq; propter hanc causam,qvia circa annos,jam nominatos,norunt,sibi paratam in Patria,vel alibi, esse vocationem, ad Sareptas aliqvas, seu Theologicas,seu Scholasticas.Pleriq; etiam,statim post impetratos honores Philosophicos, illico ex Academia discedunt,coëmtis Postillis,& libris aliqvibus Theologicis.Viva voce interpretantem paginas sacras,audiverunt nullum,sed in Theologicis evadunt *αὐτόχθονες* & *αὐτοδίδακτοι*, qvos totus mundus infelices esse, & multa inconvenientia gignere, proclamat. Tales etiam, num gloriam Dei ritè & in solidum qværere possint, num adhortari alios ad solidæ pietatis studium, judicent,qvi non sunt ex professo Theologi. Mihi non est dubium, qvin sint sæpenumero publicarum calamitatum in orbe terrarum continuanter,& graviter grassantium,causæ præcipuæ isti,qvi Theologiam ex suggesto docent, qvi ad pedes Theologorum Academicorum, ad qvos patrocinio suorum fautorum ablegati fuerant, nunqvam sederunt, & nec per horas qvidem omnino paucas, iis auscultandis operam ullam navarunt.

An non etiam videndum sit iis, qvi jus Patronatus obtinent, & potestatem eligendi Ministros Verbi habent, ne ejusmodi ἀδιδάκτους recipiant, judicium cuivis committo gloriam Dei, Ecclesiæ publicam, & privatam utilitatem amanti, citra affectus. Navis gubernatorem nemo creat, nisi idoneum; cur itaq; in hac parte, animarum multarum Salutem concernente, adeò volens cæcuties?

Econtrario qvi sub primum in Academica tabernacula introitum, uno oculo Theologiam, altero Philosophiam spectant, qvi maturè horas omnes Academicas dividunt, non paucas, nec importunas consecrant Sacris, reliqvas itidem satis multas & bonas artibus Philosophicis, adeoq; qvi jam maturè cumprimis ea, qvæ olim unicè tractabunt, in Suggestis exercere satagunt, isti qvàm potentes in Sacris evadant, Experientiam testem produco. Illam autem proponam in exemplo filii, qvem maturè literis Hebræis & Theologiæ mancipavit, Vir celebris & clarissimus Janus Drusius. Is igitur in præfatione super annotationes in totum Jesu Christi Testamentum, sive, super decem libros præteritorum, hoc scriptum nobis reliqvit: *Ex qvo tempore prima pars opusculorum meorum lucem vidit, amice Lector nihil à me fuit editum, non culpâ ullâ, vel ignaviâ meâ; sed qvod tempora inciderunt hujusmodi, qvæ mihi sapientiam omnem, ut ita loqvar, expectorarunt. Nam primum lites mihi conciliavit ex induciis qvorundã improbitas, ita, ut hactenus non potuerim prædia mea, mihi à Parentibus meis relicta, divendere. Deinde filium amisi, qvem unicum, ac proinde charissimum habebam, in qvo spes omnis rerum mearum sita erat, qvo tanqvam Scipione senectus mea innitebatur. Qvi etiam, ut alia taceam, eos progressus fecerat in linguis Orientalibus, ut, non dico superiorem, sed ne parem qvidẽ, in Europa ullum habuerit. Qvi, noverunt autem plurimi, cùm in Anglia, tùm in Belgio, sciunt, me verum dicere. Anno qvinto ætatis cœpit, cum latinis discere literas Ebraicas: qvibus postea Græcas, Chaldaicas & Syras adjecit. Anno septimo interpretabatur optimè Davidem in sua lingva, sic adeò, ut Judæus qvidam, qvi tunc Leidæ Arabicum profitebatur, cum admiratione illum audiverit. Biennio post legebat Ebræa sine punctis vocalibus, & qvod ipsi Rabbini, doctissimiq; Judæorum hodiè ignorant, rationem callebat ex arte Grammatica, qvâ singulas voces punctari deberent. In Lingva Latina, qvã usu magis, qvàm ex præceptis Grammaticis didicerat, promtus & expeditus erat, qvàm in vernaculâ. Anglicè garriebat cum Anglis, ita, ut benè ipsum intelligerent. Anno duodecimo scribebat ex tempore, tàm prosâ, qvàm carmine rythmico, ut mos est Ebræis. Anno septimo supra decimum, cum in Anglia esset, oratiunculam habuit latinam coram Rege magnæ Britanniæ, tantâ animi præsentiâ, ut omnes admirarentur. Aderant Regi præter Walliæ Principem, & Archiepiscopum Cantuariensem, Proceres Aulici: qvorũ omniũ conspectus, vel virum fortissimum, facilè consternasset.*

Insigne exemplum studiosis Theologiæ omnibus apprimè observandum.

Ingenium ei erat promtum, judicium, supra ætatem, exactum & maturum, qvale ferè præcocia ingenia habent, memoria tenax, labor indefessus, mores amabiles, & grati omnibus: unde ab omnibus amabatur, juxta illud: ut ameris, amabilis esto. Prætermitto indolem egregiam, qvalis esse solet eorum, qveis meliore luto finxit præcordia Titan, & rarampietatem. Qvicqvid audiebat, memoriâ dignũ, notabat in pugillaribus suis, qvos ad hoc semper paratos habebat: Inde in codicem referebat, cum domum venisset. Reliqvit post se Ebraicas Epistolas, puro ac eleganti stylo, in qvo genere felicissimus erat: Item rythmos qvamplures, & notas breves in Proverbia Salomonis. Reliqvit etiam nomenclatorem Eliæ, Levitæ Germani, in ordinem alphabeticum, additis vocibus, qvæ in prima Editione desiderabantur. Cœperat vertere in latinum sermonem, ex Hebræo, Chronicum Templi secundi, & Itinerarium Benjamini Hispani, Tudelensis Judæi. Qvod si vita ei longior contigisset, & ad justam ætatem pertingere potuisset, dicam præfiscinè, (absit vero invidia) fuisset Interpres Literarum Sacrarum eximius, qvalem fortasse orbis Christianus alium non habuisset. Nam prætereà, qvæ diximus, versatissimus erat in textu sacro, notaveratq; in Editione qvadam vulgata, cui charta inserta erat, expositiones variorum Theologorum, tàm veterum, qvàm recentiũ: adhæc suppetebant ei à me adjumenta, qvæ nemo mortalium alius ipsi suppeditare potuisset, videlicet Lexicon Theologicum, Onomasticum sacrum, Dictionarium Ebraicum ex LXX Hiero. Aqvila, Symmacho, Theodocioneq; collectum: item Hellenisticum, Chaldaicum, Syriacum, Syriacis characteribus descriptum, Thalmudicum, Rabbinicum, Arabicum: nec non fragmenta veterum Interpretum Græcorum cum scholiis, & alia qvamplurima, summo labore â me, per totam vitam, collecta & annotata. Obiit ex calculo anno ætatis vigesimo primo, apud optimum, & nunqvam satis laudatum Virum, D. Gvilielmum Thorne, Decanum Cicestrensem, qvi, qvem vivum honesto stipendio ad se vocaverat, posteà mortuum per honorificè sepeliri curavit. Deus largiatur ei præmium, talibus meritis dignum. Utinam occasio mihi esset, vicissim de illo benè merendi. Facerem non solum libenter, sed etiam largiter. Hactenus verba *Drusii* Patris, qvi & ipse ad istud summũ Hebrææ eruditionis fastigium nunqvam pervenisset, nisi maturè in adolescentiæ ætate Hebræa tractare, & Hebræos Scriptores evolvere cœpisset. Scatent autem eruditione multiplici Hebræa Theologica, & Theologis utilia, bonaq; sunt omnia istius Viri scripta, inprimis propter hanc causam, qvod ex Hebræis scriptoribus multa nobis proponit talia, qvæ nos tanta lingvæ istius scientiâ, & libris Hebræorum destituti nunqvam legere, ac percipere valeremus. *Alterum*, qvod monendum erit, & cum jam dictis cohæret, est, qvod multos sæpius legere cogimur Scriptores, qvi nihil, nisi mera Philosophica proponunt argumenta, & volumina solis Philosophicis speculationibus complent, & audivisses sæpe integram disputationem,

Vide Drusiũ 1. Cent. Miscell. c. 45.

nem, in qva nec unius dicti Scripturæ mentio ab opponentibus fieret, ad illum modum, qvo olim disputarunt & docuerunt sub Papatu isti, sic propriissimè nominati, Doctores Scholastici. Et nemo hodie Jesuitis, & his similibus, docti Theologi titulo dignus censebitur, nisi qvi sine Scriptura, & extra Scripturã, de summis Articulis fidei sermocinari, & chartas suas complere potest magno numero. Sine dubio qvoq; suis Ecclesiis plurimum gratulati fuerunt Jesuitæ, de veteri per Lutherum, nobis qvidem commendatâ, sed tamen à nonnullis ex Scholis proscriptâ, ratione Theologizandi, in qva Lutherus ne unum admittere voluit Syllogismum, qvi fundamentum suum non superstrueret super Scripturã, & hoc uno pacto, destruxit omnem vanitatem Papatus Romani. Qvâ de re malo loqventem audire Theologum summum nostri Seculi, *D. Johannem Wigandum*, Episcopum Pomezaniensem, in præfatione super librum de Schwenckfeldismo. Verba ejus sunt hæc: *Johannes Wigandus.*

Eqvidem ingens & inenarrabile est Dei beneficium, qvod in hisce postremis hujus mundi temporibus, sincerum suum Verbum, ut in Prophetarum & Apostolorum scriptis comprehenditur, in lucem produxit, repudiatis atq; discussis Scholasticæ Theologiæ subtilitatibus, labyrinthis & vanitatibus, remota summâ in rebus fidei authoritate Patrum & Conciliorum, exusto atq; ad inferos damnato & maledicto jure Pontificio. Et meminimus nos seniores, Ecclesiam Dei hoc nostro Seculo, omnium maximè ædificatã esse, simplici Dei Verbo, qvod Biblia in manus hominum reducta sunt, etiam Laicorum, & fideliter translata in vernaculã: Qvod in Scholis & Academiis, loco Lombardi, Thomæ, Scoti, Bonaventuræ, Durandi, & aliorum Spirituum tenebrarum, Veteris & Novi Testamenti libri sunt propositi & explicati, monstratâ partium serie, evolutione Phrasium, & ostensâ applicatione dextrâ, ad nostram institutionem & consolationem. Non igitur est renata Ecclesia Dei, aut ex tenebris Antichristi emersit, ex Patrum scriptis, ex placitis Conciliorum, aut ex decretis Pontificiis, sed ex puro Dei Verbo.

Vidi initia Lutheri, qvomodo is, adhuc in cappa degens, totum Psalterium tàm attentè perlegerit, ut de verbo ad verbum suâ manu glossârit, item Epistolam ad Romanos, & ad Hebræos, autographa enim ipsius in mea manu habui atq; inspexi, & miratus sum. „

Nam ea res testabatur, qvod ex assiduâ Verbi Dei lectione & meditatione, germanum, nativum & proprium ejus intellectum, per Dei singularem gratiam, hauserit, qvo postea tot errores, idolomanias & furores Antichristi detexit, refutavit, prostravit, & Ecclesiæ, ipsum Dei Verbum lucidum, & defecatum, ab omnibus humanis opinionibus & commentis restituit. Solo itaq; Dei Verbo, *non Patribus, non Conciliis, non Decretis hominum,* Lutherus *tantam Papistici status mutationem obtinuit, & victoriâ adversus omnes Papistas & Hæreticos potius est, Ecclesiamq; Christi suo pristino nitori reddidit.*

Nota

Nota est vox Eccii, oblata Ecclesiarum nostrarum confessione, & Apologiâ Augustæ Vindelicorum, anno Domini 1530. Hanc scilicet confessionem ex Verbo Dei, qvo fundata esset, labefactari & everti minimè posse, sed ex Patribus & Conciliis posse. O vanum Theologum. Num Deus uspiam se alligavit Patribus & Conciliis, ut suo Verbo? Num Patres & Concilia sunt majora & superiora Deo, & Verbo ipsius? Num Patres pro nobis passi sunt? Num sua scripta immediatè ex ore Christi acceperunt? Num in nomine Patrum & Conciliorum baptizati sumus?

Scimus in aliqvot, cum Papistis habitis colloqviis, hoc ingenti impetu & pertinaciâ, postulatum & pugnatum esse, ut parem in dijudicandis controversiis Religionis auctoritatem haberent, Verbum Dei & Patres, cum Conciliis: Sed piè, graviter, constanter factum est à nostris Majoribus, qvod solidis fundamentis edocti, soli Dei Verbo *omnem, & solam auctoritatem judicandi, & pronunciandi & statuendi, de qvavis Ecclesiæ doctrinâ, attribuerunt, neq; ab ea sententia sese ullis vel coloribus, vel terriculamentis absterreri, aut dimoveri passi sunt. Nam in Verbo Dei comprehenso, in authenticis libris Veteris & Novi Testamenti, tanqvam in solido atq; immoto fundamento, omnes omnium sanorum & piorum mentes, consistere & conqviescere possunt. In placitis autem & statutis hominum, neqvaqvam. Regulæ notæ sunt: Hunc audite. Ad legem & testimonium. Si qvis non dixerit juxta verbum hoc, non erit matutina lux. Si qvis Evangelizaverit, præter id, qvod accepistis, anathema sit. Attendite à falsis Prophetis, potens sit, eos, qvi contradicunt, arguere, &c.*

Ista tamen non eò pertrahenda sunt per calumniam, qvasi Patrum sinceriorum scripta, & puriorum Conciliorum Decreta, prorsus fastidiamus, aut rejiciamus: Habent enim & humana, in Ecclesia Dei scripta suum locum atq; usum, nimirum, qvatenus cum Verbo Dei rectè congruunt, atq; vero judicio ex eo depromta sunt. Sed hoc intendimus, qvod Deo suus honor, & Verbo ipsius sua auctoritas incorrupta & inviolata sit relinqvenda. Sicut enim Deus solus est noster Deus, Creator & Redemptor, sic solum ipsius Verbum summam, in Ecclesia Dei tenere debet & oportet, auctoritatem, potestatem, judicium. Omnia autem omnium hominum scripta, censuræ, decreta, sint inferiora, subjaceant Verbo Dei, patiantur se ab eo judicari, & qvatenus consentiunt, tolerentur, qvatenus verò discrepant, tollantur, explorantur, anathematisentur. Qvamdiu itaq; tenebimus Deum suo Verbo, Deus ipse cum sua doctrinâ, & largissimâ suorum cœlestium donorum in nos effusione, erit nobiscum. At, verbo Dei neglecto, posthabito, obscurato, Deus ipse homines deserit, succedunt tenebræ, errores, furores, id qvod omnium seculorum historia faciunt manifestum. Sed de his rebus non hic prolixius disserendum existimo. Hactenus verba Wigandi.

Commoverunt illa qvorundam, Philosophicè tantùm de Articulis fidei disputantium, machinamenta Drusium, ut in fine Præteritorum hæc scribe-

ret

ret verba: Super illud Matth. 16. *Cavete à fermento Pharisæorum: Hoc Christus olim, si nunc in terris esset, meliori jure clamaret: Cavete à fermento Philosophorum, in qvo nunc, proh dolor! tota Theologia jacet. Ipse Oceanus Theologiæ, Moses, si viveret hodie, nihil minus, quam Theologus esset. Idem dicendum de Prophetis & Apostolis. Qua propter, qvia nunqvam sederunt ad pedes Aristotelis sine quo, inquiunt, Theologus non fit. Phui, phui in malam crucem, nam hinc oriuntur novæ indies, & nunqvam finiendæ qvæstiones, quæ Ecclesiam in his locis non parum perturbant: Utinam ad hæreses, & impias, de Deo ejusq; providentia, opiniones, non prolaberemur. Certè de nihilo non est, qvod Tertullianus Philosophos appellat Patriarchas Hæreticorum, nec ratione caret decretū illud, qvod prisci Heroes Hasamonæi qvi nobis Machabæi dicuntur, cum urbem ac Templum purgarent, decrevisse memorantur; Maledictus qvi filium suum instituit in Disciplina Græca. Animadvertebant enim Viri sapientissimi, per Philosophiam Græcam legem adulterari, & corrumpi: nec ullam communionem, aut symphatiam esse inter sapientiam Israelis, & sapientiam Gentium, qvæ tunc illis obtrudebatur. Ergone, inqvis, damnas studium Philosophiæ? nihil minus, sed nolim illudi misceri eo modo, qvo nunc fit, cum Verbo Dei, hoc est, cum vera Theologia, qva purior est, qvam ut hujusmodi mixtionem admittat. Nihil luci cum tenebris. Limpidior fons Israelis, non indiget lacunis talibus: unde nihil præter contentiones & jurgia. Nam rationes, qvæ ex intimâ, ut ajunt, Philosophiâ petuntur, contrariis rationibus eadem Philosophia facilè confutantur. Semper enim λόγοι ἀντιπαλαίουσι τοῖς λόγοις, rationes obluctantur rationibus, ut ille ait.*

Hactenus Drusius, qvem neqvaqvam contra Studium Lingvæ Græcæ, qvotidiano pane Theologis magis necessarium, & usq; ad finem vitæ Theologis necessarium oppono; sed Jesuitis, & Jesuitas imitaturis, & de articulo aliqvo fidei, tantum ex speculationibus humanis, ad modum Græcorum veterum Philosophorum disputaturis, produco.

Extat & Lutheri nostri consilium divinum, de Scholis erigendis, ad omnes Senatores Germaniæ tom. 6. Witeb. & 2. Jen. tam necessarium hodie, qvam aliud qvidvis, ad tuendam Lutherani depositi puritatem, necessarium cogitari potest maxime. Nec dubium mihi, & forsan prudentibus ullum est, hisce proxime elapsis annis, ex nulla re tam prosperos successus in multis Regnis obtinuisse, & spectasse Pontificiam Idolomanniam, qvam ex reducta per Jesuitas, & hisce similes, in Academias Scholasticæ Theologiæ magna parte, qvam, cum infinitarum animarum salute, ex Scholis exploserat Lutherus, de qva felici explosione Academia Wittebergensis, in plurimis publicè habitis orationibus, Lutheri & Philippi temporibus, gratias agere solita fuit inter lætitias. Cur autē à Lutheranis, tam aureum Lutheri consilium de Scholis non semper attenditur? Aut peccavit in consulendo, & suadendo Lutherus, aut

multi delinqvunt, qvod consilio isti morem gerere recusarunt, & recusant. Si peccavit Lutherus svadendo, monstrentur rationes, adversus qvas consilium ipsius impingit; id qvod utiq; in æternum nemo jure faciet. Si enim consilium idem, suo ipsius Lutheri tempore, Ecclesiis nostris, & infinitorum hominũ æternæ saluti, tam extitit salubre, cur hodie insalubre perhiberetur, aut videretur. Rogo autem unum qvemvis pium, ut istud consilium Lutheri, in loco allegato, integrum ipse qvam attentissimè evolvat, & penissime consideret; addo etiam, ut & opere ipso & facto, illud seqvatur.

Addo & illud egregium votum *Lutheri*, qvod extat in 1. tom. Ep. Lutheri editarum per *Cælestinum* fol. 60. *istis ingeniis, par est, ut meum non præferam. Atq; cum ipsi in Scholastica Theologia sint, ut nosti, exercitatissimi, patere qvæso, me cum eis sapere aut desipere, donec discutiatur per Ecclesiam. Atq; ut me etiam resolvam, ego simpliciter credo, qvod impossibile sit, Ecclesiam reformari, nisi funditus Canones, Decretales, Scholastica Theologia, Philosophia, Logica, ut nunc habentur, eradicentur, & ad alia Studia instituantur; atq; in ea sententia adeo procedo, ut cottidiè Dominum rogem, qvatenus id statim fiat, ut rursum Biblia, & S. Patrum purissima Studia revocentur. Tibi videor non esse Logicus, fortè neq; sum, id autem scio, qvod nullius Logicam timeo, in defendenda ista sententia.* Hactenus ille.

INTERIM tamen non stringo istos, qvi sæpe Syllogismos ex Scholasticis Doctoribus in medium proponunt, ex Scripturis Sacris extructos, etsi Scripturas Sacras nullas expresse allegant. Tantum enim istos carpo, qvi Articulos fidei, humanæ ratiocinationis scrutinio metiri, & expedire conantur, indeqve non Deo, sed sibi gloriolam aucupantur.

Ut igitur hanc parænesin concludam, sic statuendum est, Præceptorum in Scholis hanc reqviri magnam prudentiã & fidem, ut præter Catechismum in triviales Scholas, etiam lectionem aliqvam Bibliorum publicè introducant, sicut aliqvi Græcũ Novum Testamentum, loco Isocratis; Proverbia Salomonis, loco Catonis; Latinos Patres eruditos, loco qvorundam Ethnicorum Auctorum, introducendos existimant: ego saltem una tractandos svaserim. Iidem Præceptores Scholarum sæpe discipulos examinent, & dicta insigniora memoriæ mandari, & memoriter recenseri jubeant: Professorum vero in Academiis hanc reqviri dexteritatem, ut istos, qvi ex professo Theologiæ Professores, aut animarum Pastores sunt futuri, admoneant, ut Philosophicas utiles & necessarias disciplinas, maturè & celeriter addiscere satagant, hac servatâ methodo, ut continuò horas Academicas ita partiri jubeant, ut sacrarum paginarum aliqvas explicationes, statim à primò ingressu in Academiam, una cum artium & liberalium declarationibus audiant, & sic, divisis horis, toto Academiæ vitæ curriculo, in utrisq; proficiant. Hac unicâ metho-

methodo Theologos procreare poterunt, potentes per omnem nostram Germaniam; hac ratione benè promerebuntur de communi Patria, gloriæ Dei laudem, & publicæ utilitatis commodum, quàm maximè promovebunt, calamitatesqve publicas à tergo Germaniæ avertent.

Atq; hisce omnibus Procemii loco præmissis, jam tandem venio ad rem ipsam, ostensurus in præceptis & in exemplis, qvo pacto, tum particularium difficilium locorum, tum integrorum Scriptorum Biblicorum genuinum, & á Spiritu sancto ipso indigitatum, verbis ipsis impressum & inditum, latentemq; sensum, qvilibet homo, præsertim vero qvilibet Literatus, tum Politicus, tum Ecclesiasticus investigare, eruere, proferre & aliis confirmare debeat, ac possit. Cui labori, ut benedicat ex alto, misericordia & bonitas Domini nostri Jesu Christi, utq; gratia Patris, & Spiritus Sancti, mihi, & Lectori adsit ex mera clementia, votis & precibus exopto ardentissimis.

DUO PRÆCEPTA PRÆCIPUE ATTENDENDA in omnium, qvarumvis Scripturarum interpretatione.

Duo tantùm maximopere homogenea, & ea valdè jucunda, valdeq; facilia observanda veniunt, & ad usum transferenda sunt præcepta, qvotqvot particularium textuū seu dictorum, qvotqvot etiam integrorum Librorum, Sacri Codicis genuinum intellectum, nativum sensum & scopum, ab ipso Spiritu Sancto intentissimè indigitatum, inclusam & latentem scrutari, reperire & proferre voluerint. In primo *nimirum reqviritur ipsa notitia Scripturæ, in lingva sua, qvoad voculam & qvoad phraseologiam, nativa.* In secundo *ipsa notitia integræ cohærentiæ contextuum, antecedentibus & suis essentialibus conglutinata*, de qvo utroqve ordine est agendum.

Primum Præceptum pro intelligendis Sacris Bibliis.

Qui igitur obscura, primo aspectu, existimata dicta explanare volet, is ante omnia fontes ipsos consulet. *Hebræos* nimirum, & propter paucissima qvædam capita, nimiruum Gen. 31, v. 47. Jer. 10, v. 11. Daniel capita. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Esdr. 4. 5. 6. 7. *Chaldæos* in Veteri Testamento, postea *Græcos* in Novo Testamento, &, qvod simul svaserim, *Syros*.

1. Hic igitur initiò mihi aliqvid dicendum venit, de Versionibus Sacrarum Literarum in sermonem Latinum. Ad Veterum versionem, qvæ Hieronymo tribuitur, & qvam Concilium Tridentinum canonizavit, adeoq; ipsis fontibus æqvavit, qvid opus est aliqvid verborum facere? Legatus Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta *lib. 8. sub titul. de translationibus Sacræ Scripturæ, hæresi 13.* ubi omninò sub finem hæc habet verba inter alia:

Qvos tamen errores, mendas ac depravationes Divus Hieronyusus, in veteri EditioneNoviTestamenti, se consultò reliqvisse testatus est, & Ecclesia similiter in nova Editione ex professo reliqvit, non qvia tot eruditissimi ac sanctissimi Ecclesiæ Patres ea errata, vel non agnoverint, vel approbaverint: sed qvia ad ea dissimulāda, justis se causis, impelli viderint. Primo, qvod animadverterint, nihil periculi in fide ac moribus ex his tam levibus erratis imminere. Deinde, ne fideles importunæ ac nimium exactæ correctionis novitate offenderentur, qvorū aures usqve ab infantia vetus illa Editio occupaverat. Postremo, ut vetustam illam Editionē venerarentur, quæ nascentis Ecclesiæ fidem educaverat, & crescentis roboraverat, & evexerat, utq; sanctam ac venerandā illam simplicitatē antiqvi Interpretis, qvi non sermonis ornatum sed historiæ veritatē quæsivit, suâ ipsorum approbatione honorarent, & vestigia Majorum suorum seqverentur, qvi eosdem errores, sacrâ qvadam pietate ducti, tolerarunt, exemplo Sanctorū Apostolorum, qvi, qvàmquā scirent, Editionem LXX Interpretum in multis redundare, & in multis deficere, eam tamen non contempserunt; sed ubiq; eam prædicarunt, & ex ea prima nostræ fidei fundamenta jecerunt. Hactenus ille. Per Dei gratiam hodie incipiunt, etiamnon adeo docti adolescentes, varias corruptelas istius redditionis agnoscere. Exemplis paucis ostendenda erit nobis Versionis istius, in multis locis, plusquam magna imperfectio.

Pontificii ipsi fatentur, veterem latinā versionem esse imperfectā, & tamen canonizant ipsam.

2. Gen. 2, 8. Vetus latina versio habet: *Plantaverat Deus Paradisum voluptatis à principio,* Fontes Hebræi habent: *Plantaverat Jehova Deus hortum in Eden ab oriente. Qvod* Eden sit locus, & non cognomen horti, patet ex eodem capite *vers. 10. Fluvius egrediebatur ex Eden, ad irrigandum hortum illū:* Aliud igitur Eden, aliud hortus fuit. *Eden* insuper fuisse locum, circa Babyloniam, constat 2. *Regum 19, versu,* 2. *Esa. 37, versu 12. Ezech. 27, versu 23.* ubi unà cum locis aliis Goran, & Aran, & Resech Regi Assyriæ subjicitur. *Gen. 4. v. 16.* Cain relegatus habitat in terra Nod, ad orientem Eden. Hæc de pravata Versio, difficillimam reddidit disputationem de loco, in qvo fuerit Paradisus, ut aliqvi eum in sublunarem regionem extulerint: Aliqui prorsus de loco, in qvo fuerit, tacendum putarint, cum tamen ex fontibus res fiat planissima. *Moses enim in exitu ex Ægypto Genesin scripsit,* qvod alias planum reddidi. *In illo situ constitutus monstrat ortum,* & dicit, versus ortum esse Eden, & juxta Eden fuisse plantatum Paradisum. Fuit igitur circa Babyloniam Paradisus, & Adam creatus fuit extra Paradisum, in terra versus, aut intra Judæam, qvia *Gen. 2. v. 15. tulit Deus ipsū hominem & posuit eum in horto Eden,* ergo extra hortum fuit creatus. Postea *Cain* ab Adamo relegat9 & *egressus, habitavit in terra Nod ad orientem Eden.* Nimirum Cain magis versus orientē exivit, relicto ad occasum, & Edeno horto, & Adamo Patre, utiq; nec aliter, nisi versus, vel intra Judæam. Si qvis cum his conferre volet historias à Judæis scriptas, reperiet con-

consentientem Salmanticensem Judæum in libro Johasin, *referente Drusio in Sulpitium lib. 1 fol. 10*. Præterea, qva ratione dicitur in antiqva Versione, fuisse creatus hic hortus, *ab initio seu à principio*, cum in principio creaverit Deus Cœlum & Terram, seu, ut contextuum explicabit evidentia, omnem materiam aqveam & terream, de qvâ re Lutherus in Genesin accuratè disserit, & Paradisum cum arboribus die tertio. Sicut ergo vetus corrupta Versio intricatissimas, & desperatas fecit disputationes de Paradisi loco; ita fontes Hebræi easdem planè nobis efficiunt planas, faciles, apertas, jucundas & utiles. De utilitatibus autem, qvas ex loco certo, in qvo fuerit Paradisus, habemus, dicitur in doctrina de Sacrificiis. Fuit enim Paradisus, utpote post lapsum cuilibet hominum inaccessibilis, tale signum, præbens ansam inqvirendi cunctis hominibus de causa, cur adiri non posset, nimirum de peccato, deqve remedio peccati post lapsum; sicuti hodie Hierosolyma, utpote reædificari divinitus non permissa, cunctis Judæis præbet ansam inqvirendi de causa, nimirum qvod revera Messias sit exhibitus. Debuit enim Messias venire, juxta Prophetiam Danielis, stantibus Sacrificiis, qvæ non nisi igne, cœlitus communicato, ab Adamo usq; ad CHRISTUM poterant comburi. Hunc ignem, unà cum loco in devastatione Hierosolymæ, ipsis Judæis ademit Dominus, nunqvam eundem restituturus. Notitia item Paradisi, ante diluvium inter Ethnicos sparsa, iisdem ansam præbuit qværendi de creatione, de causa item conclusionis Paradisi, item de remediis, peccato post lapsum expiando, datis. Fuisse communicatam Ethnicis notitiam Paradisi ex Nectare, & Ambrosia, qvasi pane immortalitatis (cognosce Lector arborem vitæ Paradisi) inter eos celebrato colligere datur. Unde enim fabulam suam accepissent illi de pane immortalitatis, nimirum de Ambrosia, nisi ex vicinis, vicinorum Patriarcharum, Ecclesiis hausissent historias de arbore Vitæ. Constat autem ex lectione Virgilii & Ovidii Tyronibus eruditæ Litteraturæ, qvam multa ex Sacris dimanarint ad Ethnicos de creatione, de diluvio, de Gigantibus extruentibus ingentem molem, de præmiis piorum, & pœnis impiorum post hanc vitam.

Qva ratione dicatur creatus Paradisus.

3. *Gen. 8. v. 7.* Vetus Latina Versio habet: *Emisit* (Noah) *corvum, qvi egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aqvæ super terram.* Hebræi verò fontes ita legunt: *Emisit corvum, & exiit* (corvus) *egrediendo & redeundo, donec siccarentur aqvæ.* Sensus juxta veterem versionem est, qvod corvus, à Noah emissus, exierit qvidem, sed nunqvam redierit: Sensus juxta fontes est iste, qvod corvus, à Noah emissus, exierit (ex arca) & redierit (ad arcam, ad fastigium arcæ, intentus forsan cadaverum, aut ossium reliqviis) donec siccarentur aqvæ. Quia comparem suum in arca

habebat, & avidè cadaverum reliqviis inhiabat. Exhac depravata Versione Patres qvidam Regulam extruxerunt, de vocabulo *Donec*, qvasi significet *Nunqvam*, id qvod tamen catholicum non est; alioqvin enim qvid facturi essent isto *Gen. 49, 10. Non auferetur sceptrum de Juda, DONEC veniat Siloh.* Qvis autem sit sensus istius *Matth. 1, 25.* Non cognovit eam, donec peperit Filium suum primogenitum, & qvam solidissimè perpetua virginitas Mariæ sit confirmanda, suo demonstrabitur loco.

4. *Gen. 13. v. 2.* Versio antiqva habet *de Abrahamo, qvod fuerit dives valde, in possessione auri & argenti.* Versio ex fontibus ita legit: *Abram dives valde in pecoribus, in argento & auro*: Omittit igitur Versio VETUS illud in pecoribus, qvod omissum obscurat omnia seqventia. In seqventibus enim, ut *versu* 5. dicitur: *Quin & ipsi Loth, ambulanti cum Abram, erant oves, & boves & tabernacula, neq; ferebat eos terra, ut habitarent pariter, qvia erat substantia eorum multa, nec poterant habitare pariter, unde exorta est contentio, inter pastores pecoris Abram, & inter pastores pecoris Loth.* Nimirum occasio separationis Lothi ab Abrahamo fuit, nimia copia pecorum, ex benedictione Domini data, in terra qvam Abrahamo promiserat Jehova, & non Lotho. Benedixerat autem Deus etiam Lotho propter Abrahamum, itaq; Lothus optionem Abrahamo dare, non sibi sumere debuisset, de eligenda dextra, vel sinistra. Peccat igitur Lothus; & tandem, in communi Sodomorum incendio, luit hujus delicti reatum, sicut sine dubio in communibus incendiis nostrorum seculorum, simul antiqvata, & occulta qvorundam vindicantur peccata. Sic igitur *versu 11. separaverunt se alter ab altero*, ut habent fontes, ubi versio vetus: *Divisiq; sunt alterutrum à fratro suo.*

5. *Gen. 19. v. 18. Dixit Loth ad eos, qvæso Domine mei.* Fontes autem ita habent: *Dixit Loth ad eos, Ne qvæso Domini mei.* Nimirum Angeli adducentes tergiversantem, & propter bona, supellectilemque cunctantem Lothum violenter monent, ut in montem vicinum aliqvem festinanter contendat, ibiqve saltem animam seu vitam liberet, neve sit solicitus de domo, de pecoribus, de supellectile, quæ omnia post incendium tolerandum tamen Deus esset compensaturus, sicut Lotho & posteriis accidisse, ex Dei benedictione, agnoscimus *Deut. 2. v. 9. 10. 19. 20. Ubi Jehova Gigantes superbos perdidit, & eorum bona, duobus, ex posteritate filiis Lothi, dedit.* Ita enim piis, incendia hodie qvoq; passis, in communi calamitatum æstu, ubi *intrant in thalamos publica damna tuos, ut canit Poeta*, tamen si in Deo constanter permaneant confidentes, Deus plus donare potest & solet, quā antea possederant, & vel inimicorum suorum tabernacula, & possessiones, mirabili suâ providentiâ, ipsis in hæreditatem concedit. Dum autem Angelus monet Lothum, ut ex oculorum mentis intuitu, se positis omnibus bonis, properet in montem,

Deus incendia passis qvomodo retribuat.

montem, & solummodo animam suam liberet, utiq; responsum hoc dare aliqva ratione potuit, qvod vetus Versio exprimit: *QUÆSO Domini mi*, qvasi dixisset omninò, & lubenter hoc sum facturus. Seqventia enim omnia hoc refutant, qvia in montem abire non potuit, sed ita rogat Deum inter Angelos: *Ne qvæso Domine mi, video qvod inveni gratiam in oculis tuis, & magnificasti misericordiam tuam, qvam fecisti mecum, ad conservandam animam meā, sed ego non potero eruere me in montem, ne forte moriar, EN! in vicinia est parva (Soar) civitas, eruam me in illam, parva est. Et dixit Deus, suscepi faciem tuam etiam hac in re, ut non subvertam urbem hanc, de qva locutus es.* Sensus est: Ne jubeas Domine me festinare in montem, illud facere non valeo, sed qvæso parcas qvintæ civitati Soar, prius vocatæ *Bela Gen. 14. v. 2.* ex illis qvinqve Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboa, Soar, qvæ ordine omnes recensentur *Gen. 14. v. 2.* qvas excidio destinasti: Est illa parva, hic qvæso liceat mihi vitam meam servare. Et hujus voti sui compotem reddidit eum Dominus his verbis: *En! suscepi faciem tuam, etiam hac in re, ut non subvertam urbem hanc de qva locutus es.* Antea tamen decreverat Deus, simul subvertere hanc qvoq; parvam Civitatem. Ergo qvintæ Civitati pepercit Deus, & tantum in incendio illo perierunt qvatuor Civitates, sicut etiam expressus habet textus *Devt. 29. v. 23.* hisce verbis: *Non seretur, neq; germinabit, neqve ascendet in ea ulla herba, ut in subversione Sodom, Gmorra, Adama & Seboim, qvas subvertit Jehova in furore suo, & in ira sua.* Hactenus verba Deuteronomii. *Geneseos 14. vers. 2. Exteri qvidem Reges bellum parant, adversus Regē Sodomæ, & Regem Gomorrhæ, & Regem Adamæ, & Regem Seboim, & Regem Bela*, qvæ *Bela* (inqvit Moses, *tandem ex eventu liberationis*) *vocata est Soar.* Etsi igitur Pentapolis dictus fuit locus iste, tamen non omnes qvinq; Civitates perierunt, id qvod pleriqve Concionatores non semper attendunt. Hunc etiam verissimum sensum penitus obscurat vetus Versio, dum omittit particulam *NE.*

Soar prius dicta Bela.

Qvatuor tantum urbes perierunt, & inter illas Sodoma.

6. Gen. 24. v. 32. Laban dedit servo Abrahæ, secundum veterum Versionem, *aqvam ad lavandos pedes camelorum & virorum, qvi venerant cum eo*: Secundum fontes: *ad lavandum pedes ejus & pedes virorum, qvi secum.* Potuerunt Cameli postea etiam purgari: statim autem sub ingressum dedit Laban hospiti aqvam, ad purgandos pedes ipsius, & reliqvorum, qvos secum habebat, comitum. Ita enim moris erat in Patriarchalibus Ecclesiis, qvia in itinere vestes & capita replentur pulvere, totum corpus sudorem emittit, qvi imprimis male olet ex calceis, noluerunt convivis istis assidere, nisi prius pulvere & sudoribus sese exsolvissent *qva in parte nostris fuerunt mundiores, qvi prius lavant guttura, licet pedes oleant hircum, tandem verò, illotis pedibus, lectos qvoqve commaculant.* Prorsus igitur supposititia est vocula CAMELORUM in veteri Versione.

7. *Gen.*

7. *Gen. 27. v. 33.* Vetus verſio habet. *Expavit Iſaac ſtupore vehementi, & ultra, qvam credi poteſt, admirans, ait, qvis igitur ille eſt, qvi dudum captā venationem attulit mihi.* Fontes autem ita legunt: *Expavit Iſaac pavore magno vehementiſſimè, & dixit: Qvis, & ubinam eſt ille, qvi venatus eſt venationem, & attulit mihi:* Inter qvæ duo magnum certè eſt diſcrimen, cum tamen Scriptura nihil aliud velit, qvam Iſaacum fuiſſe obſtupefactum, qvod in collatione juris, & dignitatis ſacerdotalis & judiciariæ, qvæ primogenituræ nomenclatione veniebat unà, cum dupla hæreditatis portione, Eſavum præteriisſet. Tum enim non fuit miratus, ſed ut dixi, ſaltem obſtupefactus, qvia oblitus fuerat oraculi *Gen. 25. v. 22. 23.* qvod Dominus, qværenti gravidæ Rebeccæ, dederat, ſeu *promiſſionis gratuitæ*, ut eandem vocat Apoſtolus *Rom. 9. v. 9. 10. 11. major ſerviet minori*, hoc eſt, minor, ſeu poſterior natu, habebit jus primogenituræ, & ex iſtius minoris, non ex majoris poſteritate, naſcetur Meſſias. Dilexit Iſaac Eſavum, qvi venationum peritiam habebat, cum Jacob homo ſimplex habitaret in tabernaculis, in qvibus tunc expectabatur terra, divinitus danda, in qva terra Meſſiæ fieri debebat nativitas. Quamprimum enim promiſſionem terræ Chanaan à Deo accepit Abraham, illico non in domibus, ſed in ſolis, & nudis habitavit tabernaculis, expectans, qvam Deus terram eſſet daturus, pro loco nativitatis Meſſiæ. Confer *Gen. 25. v. 27. Heb. 11. v. 9.* & alias plurimas Geneſeos hiſtorias. Rebecca igitur memor oraculi, & tenax promiſſionis divinæ de Meſſia, ex Jacobi linea prodituro, omnibus modis clam & pallam tentavit, ut ab Iſaaco jus primogenituræ per inveſtituram conferretur in Jacobum. Facti iſtius ſui fundamentum habuit in oraculo ſibi dato: *Major ſerviet minori.* Et hoc oraculum ne tunc qvidem agnovit, & admiratus fuis Iſaac, ſicut innuere fruſtra tentat vetus Verſio, ſed tantum obſtupefactus fuit, qvod rem tantam tam imprudenter tranſegiſſet. Superſunt igitur in textu antiqvæ Verſionis, & ab alio inſerta ſunt in textum hæc vocula, *ULTRA* qvam credi poteſt *ADMIRANS.* Sed nimium excreſceret moles, ſi de ſingulis, propemodum infinitis, aliqvid eſſet addendum-

8. *Gen. 31. v. 32.* habet vetus Verſio; *Qvid furti arguis me, apud qvemcunqꝫ inveneris Deos tuos, necetur.* Fontes ita habent: *Is, apud qvem inveneris Deos tuos, non vivat.* Ergo penitus ab alio in textum inſcripta ſunt verba hæc (qvid furti me arguis,) ſicut etiam *Levitici 6. v. 4.* ubi fontes habent. *Cum peccaverit & deliqverit, tunc reddet raptum.* Vetus Verſio aliud inſerit; *Convicto delicto, reddet omnia.*

9. *Gen. 34 v. 29. 20.* habent fontes: *Pecudes eorum, & boves atqve aſinos eorum, quæqꝫ in urbe & in agro acceperunt, ſed & omnem ſubſtantiam eorum, omnesqꝫ parvulos eorum, atqꝫ uxores illorū captivas abduxerunt, & prædati ſunt,*

& qvic-

& qvicqvid in domo. Dixit autem Jacob ad Simon & Levi: Turbastis me, & odiosum fecistis me. Vetus Versio ita habet: *Oves eorum, & armenta & asinos, cunctaq; vastantes, qvæ in domibus & in agris erant, parvulos*, qvoqve eorum & uxores duxerunt *captivas. Qvibus perpetratis, audacter Jacob dixit ad Simeon & Levi: Turbastis me, ut fœtere faceretis me.* In Theologicis tractationibus, verba divina ad amussim sunt ante omnia mensuranda; At qvantum discrepet in verbis, in ordine verborum, in emphasi verborum Vetus Versio à fontibus in hoc loco, Tyro etiam agnoscet, ut non opus sit longà exaggeratione.

10. Gen. 38. v. 5. Fontes habent: *Et erat in Cezib, qvando peperit ipsa eam.* Vetus Versio habet: *Qvo nato parere ultra cessavit.*

11. Gen. 40. v. 5. fontes ita habent: *Somniaverunt somnium uterq; ipsorum, unusqvisq; somnium suum eàdem nocte, qvisq; juxta interpretationem somnii sui, pincerna & pistor Regis Ægypti, qvi erant vincti in domo carceris.* Vetus versio ita habet: *Viderunt ambo somnium unum, nocte unâ, juxta interpretationem congruam sibi.* Conferens hæc ambo videbit, à vetere Versione omitti plurima verba, qvæ sunt in fontibus, multa etiam perperam confundi, sicut etiam fit *Gen. 49, 32.* ubi integra periodus, & integra versus fontis desiderantur in Vulgatà Versione ista: *Emtus ager est & spelunca, qvæ in eo est, à filiis Cheth, adeò,* ut in fonte istud caput habeat versus 33. in Vulgata verò Versione saltem versus 32.

12. Gen. 41, v. 45. fontes habent: *Vocavit Pharao nomen Joseph Saphonathpanea.* Vulgata ita legit: *Vertit nomen ejus, & vocavit eum lingva Ægyptiaca, salvatorem mundi.*

13. Gen. 49, v. 24. fontes habent: *Roboraverunt se brachia manuum ejus.* Vulgata sic recenset in sensu prorsus contrario: *Dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius.*

14. Ita qvoq; Psal. 68. v. 23. fontes habent: *Reducam è profundis maris.* Vulgata habet: *Convertam in profundum maris.*

15. 1. Par. 4, v. 22. inter filios Seth dicitur in Vulgata Versione unus vocatus fuisse, *qui fecit stare solem.* Unde Augustinus Torniellus, in opere Chronologico & historico, scribit, præter Josuæ tempora, etiam semel stetisse, ad nutum & preces alterius cujusdam, solem, cujus tamen rei prorsus contrarium reperies in fontibus.

16. Similiter *Dan. 4. v. 5. Danielem Nabuchodonosor* in veteri Versione *vocat collegam suum.* Verba Versionis veteris ita sese habent: In fonte autem ipso, illud neqvaqvam ita se habet.

17. Notissima verò, præ omnibus aliis, est corruptio *Psalm. 110, v. 4. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante Luciferum*

ciferum genui te, pro qvo fontes habent: *Populus tuus spontaneus in die exercitus, vel virtutis tuæ, in splendoribus sanctitatis, ex utero & ab aurora tibi ros nativitatis tuæ.* Significatur enim visa gloria Majestatis Jesu Christi ex miraculis, qvæ faciet ipse, & qvæ in nomine ipsius facient Apostoli, populum & Ecclesiam Christi sponte credituram: & sicut ros manè copiosissimus generatur; ita Ecclesiæ Christi sua nomina daturos homines infinitos, *qvemadmodum* per Apostolos, intra 30. annos, Evangelium per omnes angulos mundi sparsum fuisse, & omnes orbis partes tunc Christianos habuisse, tum ex Apostolo Paulo colligimus *Coloss. 1. v. 6.* & ex Chrysostomo super *Matth. 24, v. 14.* nimirum juxta ipsam Christi, de eadem re, prædictionem: *Prædicabitur* istud Evangelium Regni in universa terra, in testimonium omnibus Gentibus, & *tunc veniet finis*, nimirum Jerosolymæ. Sic enim, qvemadmodum fulgur exit eb oriente, & apparet usq; in Occidentem, fuit adventus Christi hominis, nimirum cum suo Evangelio, intra omnes angulos totius orbis terrarum.

Intra 30. annos Evangelium omnes mundi angulos implevit, qvando ab Apostolis prædicabatur.

18. Similis ἀλογία apparent *Psal. 132, v 15.* ubi fontes habent: *Esca ejus benedicendo benedicam, pauperes ejus saturabo pane.* Sed vetus Versio *pro victu viduam* nominat his verbis: *Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.*

19. *Prov. 24, v. 16.* Fontes habent; *Septies cadit justus, & resurgit; impii autem corruunt in malum.* Antiqva Versio his verbis eum locum proponit: *Septies IN DIE cadit justus, & resurget; impii autem corruunt in malum.* Hic antiqva Versio inserit duas voculas IN DIE, & legit ita: *Septies in die cadit justus*, cum fontes nihil amplius habeant, qvam hæc: septies cadit justus. Audax ista Versionis antiqvæ additio in hoc loco plurimos decipit, qvin &, juxta qvorundam severas virgulas, publicam disciplinam plurimum destruit. Qvia enim soliti sunt, non admoniti, hoc dictum allegare de inclinatione humanæ infirmitatis ad peccandum, qvod nemo sit, qvi non *qvotidiè* septies, hoc est, qvam sæpissimè peccet: populus inde putatur securior reddi, ut non ita vitet peccandi occasionem. Sed tamen, ut dixi, primò illud *IN DIE* in fontibus non extat. *Deinde* non est sermo de peccatis in illo loco, sed de damnis & jacturis rei familiaris, sicut etiam Lutheri scholion marginale rectissimè annotat.

20. Vulgò citatur illud *Ose. 13, v. 9. Perditio tua EX TE Israel*, cum nec in fontibus, nec etiam in Vulgata ulla, nec in LXX. Græca *contineatur* illud *EX TE*. Et in fontibus nihil aliud docti legunt, nisi: *perdidit te, vel perditio tua Israel*, sc illud peccatum, qvod commisisti.

21. Contra *Gen. 9, 6.* ubi fontes habent: *Qvi effuderit sangvinem hominis, per hominem sangvis ejus effundetur*; Vulgata omittit illud *per hominem.*

22. Si-

22. Similiter, ubi vetus Verſio habet *Jobi 13. v. 15. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo*, ibi fontes ita legunt: *En! occidet me, non ſperabo, vel non expectabo.* Poſtea ſeqvitur in antiqva Verſione: *veruntamen vias meas in conſpectu ejus arguam, & ipſe erit Salvator meus, non enim veniet in conſpectum ejus omnis Hypocrita.* Cum his conſentiunt fontes, qvi legunt hoc pacto: *Veruntamen vias meas in conſpectu ejus caſtigabo, Ipſe qvoq; mihi erit in ſalutem, non enim in conſpectum ejus intrabit impius.* Senſus viri Dei eſt iſte: Ecce, in hoc grandi morbo meo, Deus me mortificabit, aliud ego non expecto, vel ſpero niſi mortem: Interim tamen non verebor coram ipſo profiteri, qvod hanc calamitatem meam, magno aliqvo ſcelere, promeritus non fuerim, ſimul etiam confido, qvod æternam mihi nunc in hac vita afflictiſſima daturus ſit ſalutem: Non enim impii, ſed pii, intrabunt in Regnum ipſius.

23. *Prov. 25, v, 27. vel 28.* in Vulgata Verſione legitur: *ſicut, qvi mel multum comedit, non eſt ei bonum; ſic qvi ſcrutator eſt Majeſtatis, opprimetur à gloria.* Fontes autem legunt hoc ſenſu: *Sicut comedere mel multum, non eſt bonum; ſic inveſtigatio gloriæ eorum gloria.* Senſum melius monſtrabit verſus ultimus jam dicti capitis: *Ut urbs dirupta & absq; muro, eſt vir, cujus Spiritui non eſt cobibitio.* Nimirum hoc vult *in genere* Salomon, ſicut nimius uſus mellis obeſt, ita noxii erunt conatus omnes, qvos homo intendit in nimis arduas actiones: Non verò ſenſus eſt *in ſpecie*: Scrutator Majeſtatis divinæ opprimetur à gloria divina, ſed gloriam veram non ſperabis ex illis, qvæ tuas vires ſuperant.

24. *Num. 36, v. 6. 7. 8. 9.* antiqva Verſio legit hæc ſeqventia: *Nubant* (filiæ Salphaad) *qvibus volunt, tantum ut ſuæ tribus hominibus, ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael, de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent uxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ, de eadem tribu, maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in familiis, nec miſceantur ſibi tribus, ſed ita maneant, ut à Domino ſeparatæ ſunt.* Hactenus verba iſtius loci, ſecundum Vulgatam Verſionem, qvæ omnino pupnant cum Hebræis, in hunc modum ſeſe habentibus: *Ut placebit illis, ſint in uxores, ne transferatur hæreditas filiorum Iſrael, de tribu ad tribum. Nam filii Iſrael ſinguli, adhærebunt hæreditati tribus Patrum ſuorum. Et omnis filia, qvæ poſſederit hæreditatem tribus filiorum Iſrael, uni de familia tribus Patris ſui, erit in uxorē, ut poſſideant filii Iſrael ſinguli hæreditatem Patrum ſuorum, ne transferatur poſſeſſio, de tribu ad tribum aliam, ſed ſinguli ex tribubus filiorum Iſrael hæreditati ſuæ adhærebunt.* Hactenus verba loci illius ex fonte Hebræo. Secundum Vulgatam igitur Verſionem *ſenſus legis divinæ erit iſte:* Omnes filii Iſrael ducent uxores, non niſi de tribu ſua, & cunctæ filiæ Iſrael accipient maritos, non niſi ex tribu ſua, ut hæreditates permaneant *intra filias tribuum ſuarum.* Et hunc ſenſum ſolent

lent aliqvi Concionatores in postillis suis servare & inculcare, qvam *ἀλογίαν* postea Judæi ipsi hodierni mirantur, & ipsos in Articulis fidei postea magis suspectos habent. In Hebræo, ut dixi, fonte sensus prorsus est alius, nimirum ex capite *Num. 27, 1. seq. & 36, v. 7. seq.* inter sese collatis, Pater Selophad, ex tribu Manasse, mortuus fuerat sine masculis hæredibus, & in Israeliticæ politiæ regimine, de bonis immobilibus, fœminæ nihil participabant. Veniunt igitur filiæ patris Selophad demortui, & petunt modum, per qvem nomen Patris ipsorum in Israël conservari possit. Ex divino consilio respondet Moses *non de omnibus fœminis, sed tantum de talibus fœminis, qvibus patres & fratres extingvuntur*, ut in tali casu fœminæ etiam bona retineant immobilia, *sub hac tamen conditione*, ut *istæ* fœminæ, qvæ bona immobilia participant, non recipiant maritos aliundè, nisi ex illa tribu, sub qva tribu sita sunt bona immobilia. Ex necessaria igitur illatione, aliæ fœminæ qvæcunq;, qvibus bona immobilia non erant, poterant nubere viris extraneis, hoc est, viris exterarum, seu aliarum qvarumvis tribuum. Si veteri Versioni standum esset, tum filia Sacerdotis, ex tribu Levi, non potuisset viro extraneo, seu alterius tribus nubere. Reliqvæ enim tribus habebant hæreditatum possessionem, secundum veterem Versionem, nullæ filiæ accipient maritos, nisi ex tribu sua, ut hæreditates maneant intra suas tribus. Nihilominus licitum fuit filiabus Aaronicis, tribus Levi, nubere extraneis tribubus. Textus clarus extat *Lev. 22. v. 12. 13. Filia verò Sacerdotis, cum fuerit viro alieno, ipsa de oblatione sanctificationum non comedet: Filia verò Sacerdotis, cum fuerit vidua, aut repudiata, & semen non fuerit ei, & reversa fuerit ad domum Patris sui, sicut in pueritia sua, de cibo Patris sui comedet, omnis autem alienigena non comedet ex eo.*

25. *Matth. 6, v. 7.* μὴ βαττολογήσητε, reddidit verus Interpres, *Ne multũ loqvamini*, sic etiam Pagninus, cum omnino *aliud* ὀλιγολογεῖν pauca loqvi, *aliud* verò βαττολογεῖν inepta loqvi. *Illud* fit, qvando laboribus qvotidianis miscentur brevia & seria suspiria, *hoc* verò, qvando sine attentione semel dictam orationem denuò, & qvandoq; aliqvis sæpius repetere molitur, id qvod etiam *Siracides* taxat *cap. 7. v. 15.* μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου, *ne repetas verba vel sermonem in precatione tua.* Eadem qvidem verba sæpè David reiterat in uno & eodem Psalmo, & Psalmum istum potest qvilibet pius uno die, sæpius cum magna, & seria attentione reiterare: Caveat autem, ne istum Psalmum sine attentione bis, vel ter demurmuret, ut tandem præ pudore attentius incipere eundem cogatur, & velit recensere attentius.

26. *Matth. 15, v. 8.* Latina Vulgata habet: *populus hic labiis me honorat*, cum in fonte legatur: *populus hic appropinqvat mihi ore suo, & labiis me honorat.*

27. *Matth.*

27. *Matth.28,v.2.Revolvit lapidem*,cum in fonte ſit, *revolvit lapidem ab oſtio*. Fuit enim ingreſſus in ſepulchrum Chriſti, velut in cameram excavatam in qvodam monte, & janua ſtetit,cum advoluto ſtante lapide, non verò lapis jacuit ſuper ſepulchrum, ut in noſtris cæmeteriis. Sepulchra erant ut cellæ in montibus lapidoſis, exciſæ & excavatæ, ſicut *Marc.5,v.3.* narrat Evangeliſta de qvodam dæmoniaco his verbis: *Chriſto occurrit è ſepulchris ſeu monumentis homo,in qvo erat Spiritus impurus,qvi domicilium habeat in monumentis,& per omne tempus die ac nocte in montibus & in monumentis erat, clamans,&c.*Item *Matth.8,v.28.* duo dæmoniaci è monumentis exeunt. Similiter *Matth.20,v.2. Angelus devolvit lapidem ab oſtio monumenti: Marc.16, v.15. mulieres ingreſſæ ſunt in monumentum, & viderunt* (in monumento) *ſedentem Angelum.Matth.28,v.8.Egreſſæ ſunt citò è monumento.*

28. *Job.21,v.22.* antiqva habet: *ſic eum volo manere, donec veniam, qvid ad te?* Cum in fontibus ſit: *Si volo eum manere donec veniam,qvid ad te?* Nam & noſtro ſeculo fabulas ſparſerunt de qvodam, ex paſſionis Chriſti temporibus,adhuc jam ſupervivente. Videetiam Bezam ſub finem Evangeliſtæ Johannis de ſimili agyrta auſo, hunc ipſum Johannem ſeſe confiteri, noſtrorum avorum memoria.

29. *Act.27,v.42.militum conſilium erat,ut cuſtodias occiderent, ne qvis cum enataſſet, effugeret*; juxta veterem Verſionem. At ſenſu prorſus contrario juxta fontes, *militum conſilium erat,ut vinctos trucidarent,ne qvis cum enataret, effugeret.*

30. Ita qvoq; *1.Pet.2,v.23.* vetus Verſio habet de Chriſto: *tradebat judicanti ſe injuſtè*: ſed fontes habent: *committebat ei,qvi juſtè judicat.*

21. *Hebr.13.purgationem peccatorum faciens*, legit antiqva Verſio, cum in fontibus ſit, *purgationem peccatorum faciens per ſemet ipſum*,id qvod propter meritis Chriſti fundatam in illa Epiſtola intentionem,pro Arianis Neotericis refutandis plurimum facit.Solent autem hodierni Antitrinitarii antiqvã Verſionem maximi facere, qvod aliqvis meritò admiretur, cum ipſi alioqvin in fontibus & commata,& cola ſcrupuloſiſſimè emetiantur. Sed cauſam ſcrutantibus,non difficulter occurret hoc, qvod in multis locis vetus Verſio omittat, mutetq; ea, qvæ ſunt in fontibus,& adjiciat alia, & adeo ſit inſtar paraphraſis cujusdam, non inſtar certiſſimæ & ſtrictiſſimæ Verſionis, qvæ verba verbis, qvantum fieri potuerit,reddiderit. Sæpè igitur in veteri Verſione reperiunt hodierni Arriani effugia,pro ſuis dogmatibus ſtabiliendis; ideoq; tanti eam faciunt. Sed de hac re. qvi volent, poterunt legere plura apud *Witackerum de ſacra Scriptura, qvæſtione 2. cap. 10. 11. 12.* ub plurima exempla corruptelarum recenſet.

Cur Ariani recentes maximi faciant veterem latinam Bibliorum Verſionem.

Origo autem plerarumq; corruptelarum eſt illa, qvod ſæpenumerò

 auctor

Judicium Philippi Melanchthonis de Editione V. T. Græca.

Auctor istius Versionis non fontes Hebræos, sed Versionem, ita vulgò cognominatam, Septuaginta secutus fuit Græcam in V. T. Sufficiat autem in epitome, hoc in loco, piis Lectoribꝰ ob oculos proponere, & inculcare judiciũ, qvod ferre debeant de Editione seu interpretatione Vet. T. Græca, qvam Septuaginta vocant, Extat illud à Philippo Melanchtone præscriptum *die 15. Novemb. anno Christi 1544.* in præfatione super illam Editionem, anno seqvente Basileæ per Herwagium adornatam, & qvidem his ipsis verbis: *Versionem verò Græcam Prophetarum scio, longè sqvalidiorem esse suis fontibus: sed tamen extare eam, utile est, cum eâ Græci etiamnum utantur, & collatio sæpè latinis prodesse possit: deniq; cum sententiæ, à Paulo citatæ, ostendant, tunc etiam in manibus Apostolorum fuisse. Et tunc, cum Libri illi Græci integriores essent, & rectè distincti, plus lucis habebat Græca lectio. Nec ego de Interpretibus disputabo: optarim eruditiores & diligentiores fuisse, qvicunq; fuerint. Sed postrema ætas illa Judaici Populi, regnantibus Græcis, non habuit multos rectè intelligentes Prophetarum conciones. Erant enim pleraq; insulsis opinionibus Pharisæorum obscuratæ, ac penè obrutæ.*

Et qvanqvam in Syria & Ægypto, in urbibus majoribus Populus Græcè loqvebatur, tamen nativam proprietatem non retinuit incorruptam. Et alii aliis erant eruditiores, & in delectu verborum, in phrasi, distingvendis intervallis sententiarum diligentiores. Apparet autem Interpretibus his, qvorum hæc est versio, non tàm verborum intellectum defuisse, qvàm diligentiam in distingvendis sententiis. Qvod eo accidit, qvia & fontes non satis intellexerunt, & ad diligentiam formandæ orationis, in Græca lingva, non fuerunt adsvefacti. Postea etiam tot seculis multa membra confusius descripserunt indocti librarii. Hactenus ille.

Omnino varii commissi sunt errores à septuaginta, sic vocatis Interpretibus, qvorum catalogum aliqvem recensere ideò supersedeo, qvia Versio ista non nisi in paucissimorum est manibus, qvi ipsi ex collatione propriâ, aut ex aliorum doctissimorum Virorum editis censuris, eos facilè cognoscent. Commendo Studiosis Græcam Versionem, etiam aspecturis illud exemplar, qvod in folio prodiit *per Wechelianos, Francofurti ad Mœnum, anno Christi 1597* & in qvo, ad singula capita, annotantur variæ lectiones & deviationes è fontibus. Ibi tanqvam in tabella spectabunt ea omnia Studiosi, & alii docti ac literati Viri, de qvibus plurima folia essent alioqvin complenda. Drusius etiam censuras suas, super Græcam 70. Versionem, adjecit in multis suis Commentariis, super libros sacros, editis, ut & in aliis suis opusculis.

Unum hoc loco, propter Novi Testamenti lectionem Græcam, prætermittere non debeo. Omnino apparet ex collatione locorum Novi Testamenti, cum locis Vet. Testamenti, Versionem septuaginta, temporibus Apo-

stolorum

ſtolorum, fuiſſe in manibꝰ Judæorum & Gentiũ, & tritiorẽ familiarioremq́; qvam fontes Hebræos. Et qvia Apoſtoli citare tunc temporis non ex fontibus Hebræis, ſed ex verſione Græca ſeptuaginta, ſententias & alia voluerunt, ſuis de cauſis; idcirco qvandoq́; retinent verſionem Septuaginta, utut eam reperunt non correctam. *Noluerunt ex levioribus ſuſpicionem qvamcunq́; apud infirmos movere, aut ſperarunt, iſta errata confirmatis poſtea facilè poſſe ex fontibus agnoſci, & tolli.* Exempli gratia *Act. 7. v. 14.* habet ipſa authentica Novi Teſtameni: ἀποςείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτῦ Ἰακὼβ, κ̀ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτῦ ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε. Hoc eſt, *Mittens Joſeph accerſivit* Patrem ſuum Jacob, omnemq́; cognationem ſuam, *capitum ſeptuaginta qvinq́;*. E contrario *Gen. 46. v. 27.* in fonte res iſta refertur his verbis: *Omnes animæ domus Jacob ingreſſæ ſunt in Ægyptum ſeptuaginta.* In fonte nimirum Hebræo ſunt capita ſeu animæ ſeptuaginta, ubi tamen verſio Græca ſeptuaginta Interpretum habet capita ſeu animas, *ſeptuaginta qvinq́;* ſicut etiam *Deut. 10. v. 22. cap. 11, v. 1.* eadem Græca eundem exprimit numerum, itidem contra fontes Deuteronomii. *Pſal. 19, v. 5.* libri Hebræi legunt, *In omenem terram exivit linea eorum*, ſed ſeptuagiuta. *ſonus eorum*, qvos ſeqvitur Apoſtoius *Rom. 10. v. 18.* Sed de his plura dicere non libet.

Cauſa, cur in Græco Novo Teſtamento aliqva diſcrepent à fontibus Veteris Teſtamenti.

Etſi verò in Græca ſeptuaginta, & in latina Vulgata verſione, occurrunt aberrationes à fontibus multæ, tamen qvi utramq́; illam verſionem, ut apparet, ſatis diligenter evolviſſe videtur *Janus Druſius*, talem, de utraq́;, ἐπίκρισιν in ſuis libris obſervationum tulit: *Latinã nimirum Vulgatam Verſionem, meliorẽ & puriorem eſſe, Græcâ Septuaginta verſione.* Utut autem ſit, qvæ monui de utraq́; hactenus, ea monui propter hunc finem, ne qvis, qvi qværit ἀκρίβειαν in ſcribendo & diſputando, acqvieſcat in alterutra illa Verſione. Fieri enim poſſet, ut graviſſimè deciperetur.

Utrum Græca verſio LXX. an Vulgata latina verſio Bibliorum, ſit melior.

Qvod attinet ad Latinam Verſionem, à Pagnino adornatam, illa viris ſolidè doctis & piis, præ vetere millies carior habetur, certiorq́; & purior deprehenditur, & cum D. Lutheri Germanica interpretatione qvam proximè convenit: Interim tamen ſtudioſiſſima collatio monſtrabit, neqve illam ex aſſe in omnibus, & cunctis, & ſingulis locis eſſe incontaminatam.

Qvid de verſione Bibliorum latina Pagnini ſit habendum.

1. *Exod. 5, v, 16.* Vertit Pagninus: *Palea non datur ſervis tuis, & dicunt nobis: laterea facite, & ecce ſervi tui cæduntur, & peccat populus tuus.* Hic ſenſus eſt admodum intricatus. In Hebræo eſt vox חטאת *chatta*, qvæ ſingnificat tum peccare, tum expiare peccata & luere pro peccatis. Neceſſario autem hoc in loco reddendꝰ eſt textus Hebræus, hoc pacto: *palea non datur ſervis tuis, & dicunt nobis: lateres facite, & ecce ſervi tui cæduntur, & luit populus tuus.* Nimirũ, tu Rex prohibuiſti, ne nobis, ut antea, præbeantur paleæ, & vis, ut ipſi colligamus

gamus nobis paleas,& tamen injunxisti, ut summam laterũ faciamus, qvam antea fecimus. Qvare sic facis servis tuis, paleam non jubes dare, laterum summam qvotidie eandem expetis, & qvia simul paleam sufficientem colligere,& veterem laterum numerum facere non possumus, ecce, servi tui cæduntur,& ecce, propter non factam tantam laterum summam,luit Populus tuus. Eodem jure vertes istud *1.Reg.1,v.21. Alioqvi, qvum dormierit Rex cum patribus suis, futurum est,ut ego,& filius meus Salomon (simus) in peccatores*, (pro luentes) *Job.5,v.24.scies,qvod pax erit in tabernaculo tuo, & visitabis tabernaculum tuum,& non peccabis,* (pro,non lues) Item istud *Osea 4, v. 8. Peccatum populi mei comederunt*,(Sacerdotes) *& ad iniqvitatem eorum attollunt animum suum:* rectius vertetur & significantius in hunc modum: *Luitionem* (victimas qvibus peccata expiant,aut qvæ victimæ luunt pœnam, qvam homines luere meriti erant) *populi mei comederunt, & ad iniqvitatem eorum, attollunt animum suum.* Est enim idem vocabulum in fonte.

2. *Exod 9,v.16. Ob id constitui te, ut ostenderem tibi potentiam meam, usq; narrent Nomen meum in universa terra.* In Hebræ est הֶעֱמַדְתִּיךָ Heemadticha,à radice עמד stetit immotus,& in tertia conjugatione: העמיד Hæmid *fecit stare,erexit sursum,elevavit.* Vertendum igitur fuit: *Ob id feci te stare, erexi & elevavi te,qva de re infra.* Ex qva genuina interpretationis Hebrææ restitutione,locus de induratione piam,& divinam sortietur intelligentiam, Deusq;,omni suspicione illius duræ indurationis, in solidissimum liberabitur.

3. *Exod.38,v.8. Fecit concham æneam & basin ex speculis* (mulierum) *convenientium,qvæ conveniebant ad ostium tabernaculi Ecclesiæ.* In Hebræis fontibus omninò aliud dicitur,videlicet: *Fecit concham & basin ejus æneam, ut in ea sese contueri possent,scilicet* Levitæ, non verò è speculis mulierum, qvæ conveniebant ad ostium tabernaculi, qvia nec ad ostium erat singularis conventus mulierum,& in textu vocabulum mulierum planè abest.

4. *Levitici 1,v.18. post hæc disponent filii Aaron Sacerdotes frusta illa, caput & adipem super ligna supposita igni,qvi est super altare.* In Hebræo est פדר peder,qvod non *adipem* significat,verum *cor,jecur,pulmonem*, & *omnia interiora superiora*, das Geschlung. Seusus igitur est: *Post hæc disponent filii Aaron Sacerdotes frusta* (in qvæ dissectum est sacrificium tanqvam in aliqvot partes) *caput,& interiora superiora,ut & interiora inferiora,seu intestina specialiter appellata,super ligna,supposita igni,qvi est super altare.*

5. *Deut.6,v.20. Qvid sibi volunt testimonia,& statuta, & judicia, qvæ præcepit Jehova Deus noster vobis.* In Hebræo vocabulum *VOLUNT* non extat.

6. *Deut.15, v.6.8. accepto pignore, mutuo dabis gentibus.* In Hebræo non extat, *ACCEPTO PIGNORE.*

7. *Deut.*

7. *Deut.* 22, *v.* 17. En ſigna virginitatis filiæ meæ. In Hebræo SIGNA vocabulum non extat.

8. *Geneſ.* 4, *v* 1. *&* 2. *Reg.* 22, 25. qvinqvies Pagninus nominat *principem laniorum*, qvem convertere & exponere debeat *principem militum.*

9. *Dan.* 2, *v.* 14. vocat & vertit ex Hebræo *pricipem carnificum*, qvem iterum debeat interpretari *principem militum.* Vide eximia exempla *Exod.* 9, *v.* 16. *profectò, id eſt*, veruntamen *&* *v.* 30. *anteqvam orem, pro, nondum.* Sed ejus generis infra plurima obvia, excutientur à Lectore diligente. Nolo igitur hoc in loco esſe fuſior. Aſcribam tamen Lutheri de Pagnino Judicium qvod extat *tom.* 8. *Germ. Jen. in libro de Schembamphoras, prorſus ſub finem his verbis*: Ob man müſte mich angreiffen und taddeln/der ich zu weilẽ in der Dolmetſchung gefeilet hätte/das wil ich mit Danck annehmen/ denn wie offt hat Hieronymus gefeilet? Und ich ſehe/ wie die zweene feine Männer/ *Sanctes* und *Münſter*, haben *ſtudio incredibili & diligentia inimitabili* die *Biblia* verdolmetſchet/ und viel gutes damit gethan: Aber die Rabinen ſind ihrer etwo zu mächtig/ daß ſie auch der *Analogia* des Glaubens gefeilet/ der Rabinen Gloſſe zu viel nachgehenget haben/ denn ich ſelbſt ihrer *translation* etwa zu viel gefolget/daß ich muß wiederruffen/ſonderlich 2. *Reg.* 22. *in verbis noviſſimis David*, wie ich bald thun wil. Hactenus verba Lutheri.

Qvod autem de Pagnini verſione jam judicatum fuit, ad alias omnes accommodari debet, ad Tremellium & Franciſcum Junium, qvi in *Levitici* 1. *pingvedinem pro inteſtinis ſuberioribus* etiam controvertit, ad Leonem Judæ, *qvi Levit.* 19. *v.* 16. vertit, *non incedet mercator in medio populi tui*, pro *non erit calumniator in medio populi tui*, & ad reliqvos omnes. Omnino inconcusſum manebit hoc, qvod Sacer Codex ſit ſcriptum omniſcii & ἀναμαρτήτου Dei, ſed Verſiones ſint ſcripta hominum, qvi & labuntur multipliciter & eruditionem, ſeu *ſententiam*, ſeu prophetiam in hac vita non *habent*, niſi *ex parte*, ut loqvitur *Apoſtolus ad Corinthios*? Nulla igitur unqvam nominari aut ſperari poterit Bibliorum ſanctorum verſio, qvæ ad amusſim, qvoad voces & qvoad ſenſum, fontibus ita correſpondeat, adeo, ut in eam jurare qveas, & ex ea ſola ſine fontibus tutisſimè omnia propugnare audeas, nimirum, ut dixi, qvoad voces & qvoad vocum contenta.

Et ut omninò clarius dicam, qvòd res & necesſitas flagitat, non verſio aliqva, qvæcunq; illa fuerit, ſed ſolus fons Hebræus in Veteri, Græcus in Novo Taſtamento, à Deo immediate prodiit, non tantùm qvoad ſenſum, ſed etiam qvoad lingvam, & vocabula lingvæ; unde etiam præ omnibus Verſionibus, qvibuscunq; & qvalibuscunq; fons ipſe axiomate majeſtatico, & autoritate ſumma, & omnino omibus exceptionibus plusqvam longisſimè majore, immò ter maxima pollet; ſiqvidem Deus hoc & non alio modo, hac

& non aliá lingvâ, ſenſum & voluntatem ſuam humano generi clementisſimé patefecit, & ab hominbus univerſis & ſingulis, qvovis ſeculo, reverenter cognoſci mandavit.

Sic enim vetus Teſtamentum Deus non niſi Hebræo, & in paucis locis Chaldæo ſermone locutus eſt & protulit ipſe, in qvo vertendo, ut hactenus vidimus, Interpretes interdum qvædam addiderunt, qvædam detraxerunt, qvædam immutarunt. Ergo licet verbum Dei in ſenſu ſuo, ſeu, qvoad ſenſum ſuum dici, & haberi posſit & debeat, in qvacunq; lingva continebitur, cujuscunq; populi ſub toto ſole, tamen verſio ipſa non poteſt mereri parem autoritatem, ſeu par & æqvale axioma cum ipſis fontibus, adeò, ut ita posſis verſionem qvamcumcunq; habere & nominare, omnibꝰ modis, in ſūmo gradu authenticam, ſicut fontem ipſum habes & nominas purè in ſummo gradu authenticum. Idem eſto judicium de fonte Novi Teſtamenti. *Simili rem declarare lubet, deſumto à verſionibus aliorum qvorumcunq; Scriptorum.* Nemo ita erit rigidus, qvi Latinam Verſionem Græcæ Iliados Homericæ, qvam *Valla* concinnavit, ſit venditurus pro ipſo opere authentico Homeri, eſt enim tantummodo ſignificatio ſenſꝰ, qvem in ſuo opere Græco intendit Homerus. Neq; qvisqvam *Gregorji Nazianzeni* auctoris & Theologi Græci interpretationem, qvantumvis à doctisſimo *Leonclavio* adornatam, æqviparabit qvoad αὐθεντίαν & auctoritatem ipſi Græco operi Nazianzeni, & ita cenſebit, qvaſi in vocabulis & ſententiis utriusq; nec tantillum ſit diſcrepantiæ. Utiq; nemo literatæ mentis in hanc deſcendet cogitationem unqvam. Refellitur inſuper ea opinio ab omnibns doctis & prudentibꝰ, qvi ſvadent & inculcant, ut ſtudioſi Medici ſibi Græcæ comparent lingvæ facultatem, ut ex fontibus *Galenum* Græcum cognoſcere valeant. Refellitur eadem ab ipſis, qvi oſtendunt; qvàm gravia pondera vocabulorum in ſuis Theologicis ſcriptis adhibuerit *Gregorius Nazinazenus*, qvæ Interpres nullo modo exprimere potuit. Sunt autem diverſæ lingvæ in multis inter ſe ita diſcrepantes, ut alterius verbis ex omni parte æqvivalentibus, & penitùs æqvipollentibus & æqviſignificantibus reddi neqveant. *Exemplis rem declarare poteram*, ſi vel unum disſentientem ſominare liceret. Multò igitur magis verbum Domini non poteſt ex fontibus ita traduci, ut verbum qvodvis cuivis verbo reſpondeat, & qvidem, ut emphaſis verborum fontis posſit æqvalem invenire emphaſin, in verbis ipſarum qvarumvis verſionum. Etſi verò qvælibet Biblia, cujuscunq; Verſionis, agnoſcimus verbum Domini, tamē illud alia ratione non fit, *qvam qvod intelligimus, esſe Verſiones nihil aliud, qvàm ſenſum vernaculæ noſtræ lingvæ accommodatum & expresſum, ex nativis fontibus authenticis, qvi tamen ſoli ſint verba auctoris propriisſima.* Ex hac admonitione jam metientur ſtudia ſua Theologica, tum ipſi Theologi, tum

Theo-

Theologiæ ſtudioſi. *Etſi* enim, ut habet unus ex Patribus, *Verbum Dei non eſt in verbis, ſed in ſenſu*; *tamen* qvi dependent à ſolis Verſionibus, utut accuratisſimè confectis, *illi tamen ſenſum Verbi Domini, prout ex authentico ore Autoris Domini prodiit, non conſiderant, ſed tantummodo conſiderant Verbi Domini ſenſum, prout iſtum ex illo ipſo authentico verbo Domini, & propriisſima iſtius lingva elicere & judicare conatus fuit, vel hic vel alius vel iterum alius Auctor*, homo conditionibus omnibus æqve obnoxius, atq; cæteri cuncti homines ſunt obnoxii. Imò qvi ipſa ſuam Verſionem, tamen non in omnibus merè authenticam haberi voluit, ſed probari & examinari ex fontibus petiit, mandavit. Suæ enim ſibi humanæ anguſtæ & imperfectæ ſcientiæ conſcius, noluit ſibi fidem talem haberi, qvæ debetur ſoli Domino & Auctori. Suffecit interim ipſi, qvod ut fidelis vicarius & ſervus in domo Domini, ipſum Verbum divinum authenticum iſto converſionis modo, indicare aliis potuit.

Extant hac re ipſius etiam Lutheri noſtri judicia pia. In convivialibus ſermonibus cap. 2. ſub finem inqvit: Dieſe unſere Deutſche Biblia (ich darf mich nicht ſelbſt loben/ das Werck lobet ſich ſelbſt) iſt gut hell/ und klar/ als die Grichiſche und Lateiniſche *verſiones*, hoc eſt, *Noſtra Germanica verſio æqvalis eſt, qvoad claritatem & puritatem, ipſi Græcæ & Latinæ*. Hactenus verba Lutheri, qvi noluit verſionem ſuam æqviparare fontibus ipſis Hebraicis, Chaldaicisq; in Veteri, & Græcis in Novo Teſtamento. *Lutherus de ſua Verſione Germanica Bibliorum.*

Idem in prolixa Præfatione ſuper pſalterium: Wer wil ſo vermeſſen ſeyn/ daß er/ gleich als wäre er Chriſtus/ und der heilige Geiſt ſelbſt/ kein Wort wolte gefeilet haben. Id eſt, *qvis tanta esſet audacia, ut putaret, ſe in nullo verbo errasſe*. Hæc qvoq; Lutherus de verſionibus.

Idem in brevi præfatione ſuper Pſalterium. Ob jemand klügeln wolt/ und fürgeben/ wir hätten den Pſalter zu fern von den Worten gezogen/ der ſey bey ſich ſelbſt klug/ und laſſe uns dieſen Pſalter ungetadelt/ den wir habens wiſſentlich gethan/ und freilich alle Wort auff der Goldwage gehalten/ und mit allem Fleis und Treuen verdeutſchet/ und ſind auch gelarter Leute genug dabey geweſen. Id eſt, *Si qvis velit ſcrupuloſè inqvirere & contendere, nos nimirum recesſisſe à verbis fontis, is ſibi ſapiat & noſtram verſionem ne carpat. Scienter fecimus, & tamen omnia verba expendimus & convertimus optimâ fide & diligentia, adfuerunt qvoq; nobis ſatis multi docti viri.* Hactenus iterum verba Lutheri.

Qvod etiam Lutheri mens non fuerit iſta, qvaſi nolit fontes à nobis conſuli, & judicari penitisſimè ad ſcribendum & diſputandum ſufficere posſe verſionem, ex aliis ſeqventibus, in præfatione ſuper Pſalteriũ brevi, colligere

licet hisce: Doch lassen wir unsern vorigen deutschen Psalter auch bleiben umb deren willen/ so da begehren zu sehen unser Exempel und Fußstapffen/ wie man mit Dolmetschen näher und näher kommet. Denn der vorige Deutsche Psalter ist an vielen Oertern dem Ebreischen näher/und dem Deutschen ferner. Dieser ist dem Ebreischen ferner/id est: *Et primam Psalterii nostri versionem retinemus propter illos, qvi videre cupiunt nostra Exempla & vestigia, qvomodo nimirum in versionibus propius, ac propius subinde ad rem veniatur. Prima editio Germanica multis locis ad fontes Hebræos accedit propius, & à Germanico idomate distat longius. Hæc secunda editio Germanico est accommodatior, & ab Hebræis longius distat.* Hactenus iterum Lutherus. Dolendum autem est, incuriâ hujus seculi fermè amissam esse istam Psalterii versionem, qvàm Lutherus nobis commendat. Mihi enim in hunc diem exemplar, qvantumvis qværenti accuratissimè videre non contingit. Rogatos igitur cupio pios viros, qvibus in veteri aliqva Bibliotheca occurrit illud, ne communicare cum aliis dedignentur.

Attende diligentius Lector.

Ubinam extat vel latet hodie Germanicum Lutheri Psalterium primum, qvod nobis ab ipso Luthero commendatur.

Pertinent huc ea, qvæ in hanc sententiam leguntur in Tomis declamationum *Philippi Melanchton.*, vivo Luthero, scripta & recita, in oratione de studio lingvarum, habita in promotione Magistorum *anno 1533.* extant hæc seqventia: *Nec possunt ita trasfundi lingvæ, ut nihil opus sit fontibus, si velimꝰ judicare de locis obscuris. qvod in multis gravissimis controversiis fieri necesse est, toties commendat nobis ipsa Scriptura ministerium Verbi, admonet nusqvam voluntatem Dei cerni, nisi in his scriptis. Facilè igitur intelligi potest, qvantum referat perfectè intelligere naturam sermonis, qvod sine lingvarum cognitione, & sine eloqventiæ exercitationibus, nemo conseqvi potest. Itaq; cum suæ qvisq; salutis causâ, tum etiam propter publicam Ecclesiæ necessitatem perfectam sacri sermonis cogitionem expetere debet. Primum enim privatim qvoq; experimur, mirificè confirmari animos, cum in tanta varietate opinionum, qvasi in rem præsentem deducimur, inspicientes genuinum Scripturæ sermonem. Deinde de magnis ac difficilibus controversiis publicè in Ecclesia pronunciare, bona consientiâ, vix possunt Doctores, si genus sermonis in testimoniis, ex qvibꝰ tota res judicanda est, non intelligant.* Hactenus ibi. Et in alia oratione de studiis Hebrææ lingvæ. *Gaudeo versiones extare, & Dei beneficio omnium maximè luculenta & nitida est Germanica, summâ diligentiâ & fide exploratis eruditorum judiciis à D. Luthero elaborata. Nam & in populi & in eruditorum manibus sacras literas esse oportet, ut præcipit Petrus, inqviens: Rectè facitis, qvod Propheticum sermonen legitis. Sed unde populus interpretationem haberet, nisi docti aliqvi lingvam novissent? Singulare Dei benificium est, qvod semper in Ecclesia donum lingvarum alias illustrius, aliàs obscurius fuit. Multa enim sunt causa, cur semper aliqvos esse oporteat, qvibus fontes noti sint.*

Primum

Primum turpissimum esset, ipsam Ecclesiam ignorare exordia sua, nec certò fontes doctrinæ tenere. Deinde *nemo sanus ignorat, non semper retineri similem perspicuitatem & puritatem, cum sententiæ ex aliis lingvis in alias transfunduntur.* Et *magna est Interpretum dissimilitudo, etiam cum par fides est. Ecclesia initiò cum esset eruditior, tamen judicavit usitata interpretationi alias plures addendas esse. Manifestum est enim in illa usitata multa esse mutila membra, multa obscurè & sordidè reddita esse, alia ab ipsis autoribus, alià à Scribis membra narrationum confusa, & perturbata esse, & Propheticas narrationes sæpe magnarum ædium ruinis similes esse.*

Hodie ad qvid opus sit fontibus sacrarum litterarum.

Grata igitur fuit Ecclesiæ opera Eruditorum, qvi interpretationes novas ediderunt, qvarum aliqvas in unum volumen congessit Origenes. Sed post illum Nicomediæ fuit in nobilitate generis præstans, sed multò præstantior eruditione, & vera pietate Lucianus: scribunt enim sinceram & incoruptam ejus sententiam in omnibus Ecclesiæ dogmatibus fuisse. Hic edidit interpretationem valdè laudatam. Qvare, etiamsi Apostolorum ætate interpretatio in manibus hominum fuit; hosq; illa Autores habuit, tamen lingvæ studium utiliter retentum est, ut usitata lectio emendari, & illustrari posset. Hæc ibi.

Non integras & cunctas omnesq; habemus Prophetarum conciones & Scripturas, plures enim isti scripserunt & habuerunt.

In eâdem paulò post: *Qvanqvam extant versiones, cogitent tamen (aliqvi) id qvod res est, ad earum emendationē & illustrationem, fontes sæpe consulendos esse.* Hæc qvinqve ibi.

Et iterum in alia ejusdem argumenti: *Germanicè Prophetæ nunc à Luthero multó felicius redditi sunt. Has interpretationes & ipse lego, & ut assiduè legat populus, opto. Interea tamen in Scholis fontes noti sint. Necesse est igitur eruditiores, & qvos Ecclesia vult custodes esse ac interpretes sacrorum codicum, nosse lingvam Ebræam,* ut certum sit, *interpretationes congruere cum fontibus.* Deinde *nulla tam felix interpretatio erit unqvam, ut non aliqva occurrant σφάλματα, & in locis rectè conversis, tamen multum lucis adfert collatio.* Hactenus verba orationis istius.

Usus Hebrææ lingvæ qvo Ecclesia nunqvam & nuspiam carere potest, utut adsint optimæ Bibliorum versiones

Et in eâdem paulo post; *Etsi monumenta Apostolorum Græcè scripta sunt, tamen cum semper adscitæ lingvæ referant aliqvem qvasi succum nativæ, sermoni Græco multæ sunt phrases & figuræ Hebraicæ admixtæ, qvæ ut dexterè intelligantur, studia lingvæ Ebraicæ in Ecclesia colenda sunt.* Hæc ibi.

Et ex his omnibus huc usq; breviter delineatis, puto unumqvemlibet satis animadvertere posse, qvodnam sit magnum discrimen inter ipsa authentica monumenta sacrarum literarum, prout ea nobis á DEO ipso summo præpotentissimoq; ex nimis magna erga genus humanum benevolontia fuere communicata, & inter sacrarum litterarum istarum in alias lingvas transfusionem, qvæ facta est ope sanctissimorum hominum. Utut autem extent aureæ & optimæ versiones Bibliorum, tamen fontes

fontes necessarii sunt 1, ut certior reddatur unusqvilibet literatus præsertim, fontes ita & non aliter habere 2. Ut de exortis controversiis, firmâ conscientiâ aliqvis sententiam suâ pronunciare possit, nunqvam fiet, nisi fontibus inspectis. 3. Qvia nulla unqvam erit Versio omnibus, cunctis & singulis suis numeris absoluta beataq;. Unde aliqva inqvibusq; versionibus sæpenumero si non emendanda, tamen illustranda veniunt, qvod non nisi per fontes fieri licebit. 4. Qvia ad dogmatum explicationem solidam necesse est cognosci phrases fontium. Rectè enim iterum antea in oratione primo loco indigitata refertur: Transformabit (ignarus phraseon) dogmata, ut ceram, in diversas sententias, & pernitiosis tumultibus opinionum ipse sese evertet.

Cur fontiū notitia in Ecclesia Christi sit necessaria.

Ex omnibus autem Versionibus Novi Testamenti primum locum habet, & acutisfima felicisfimaq; & divina omnio est Syrlaca Versio, ab Apostolicis viris absq; dubio fidelisfimè comportata, qvi verba Christi & Apostolorum recentia adhuc mentemq; optimè noverant. Hac enim lingvâ Christus ipse usus. Unde illam fermè sapientes æqviparare fonti Græco Novi Testamenti volent, & spondeo immensas utilitates illis, qvotqvot Novum Testamentum Syrum cum Græco conjungere non fuerint gravati. Exstat ejus Syri Testamenti textus, & textui de verbo ad verbum superaddita versio Latina, impressa Parisiis hoc titulo in forma qvarta.

Novum Testamentum.

חדתא דיתיקא

Ἡ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ

Novum JESU CHRISTI D. N. Testamentum.

AD CHRISTIANIS. GALLIÆ ET POLONIÆ REGEM,

HENRICUM III.

Potentiss. & invictissim. Principem, Christianæ Religionis Vindicem & Assertorem unicum.

PARISIIS M. D. LXXXIV.

Excudebat Steph. Preuosteau, Joann. Bene-nati sumptibus & labore.

Parisiis, pridie Kalend. Novembris Anno Domini M. D. LXXXIII.

Bene

Bene fecerunt, qvi literis Hebræis hoc Syrum Testamentum ediderunt, qvia Syriacas, ut Arabicas hodie nondum ita sibi inculcare satis possunt, qvi adolescentiæ annos aliqvantum valde egressi sunt. Optandum esset, ut illud ipsum observaretur in publicatione Arabicæ Versionis.

Qvod de versione Syriaca dixi, hoc etiam per omnia de versione Arabica est notandum, qvam & ipsam satis commendare non possum, & extant nunc aliqvot erudita scripta de hac lingva Petri Kirstenii Medici Doctoris, ut & ipsa versio Arabica cum Lexicis Arabicis apud Belgas. Ne autem prolixior sim, huc apponere saltem volui, qvæ de lingva Arabica scribit idem Petrus Kirstenius, hac in parte de Ecclesia bene merens, in præfatione super libros Arabicæ Grammatices. *Ea sese habent in hunc modum*: Omnia Scripta sacra Arabibus etiam esse, testis est Clenardus in fine libri primi Epistolarum; & *Guido Fabricius Boderianus in præfatione N. T. sui Syriaci, Parisiis editi, ad Serenissimum Regem Galliarum*, paginá ultimâ. Ubi etiam probat, lingvam Arabricam præ aliis omnibns latissimè per orbem terrarum patere. Non est autem hujus loci disputare, qvo idiomate illa primo scripta fuerint. Pleraq; Arabicâ scripta fuisse lingvâ, probabile est, qvod multa in regionibus Arabiæ facta fuerint, ut de promulgatione legis divinæ notum est, qvam D. Paulus cap. 4. ad Galatas, vers. 24. vocat, *Unum Testamentum in monte Sina datum, Sina enim mons est in Arabia, qvi conjunctus est ei, qvæ nunc est Jerusalem.* Ob hanc vicinitatem, D. Paulus se dicit ibidem cap. 1. vers. 17. abiisse *post conversionem suam in Arabiam, non verò Jerosolymam.* Verùm ex collatione diversarum lingvarum, textuum sacræ Scripturæ, facilè suo tempore, hoc manifestius apparebit. Probant idem qvoq; scripta Apostolorum, qvæ in aliâ lingvâ nullâ qvàm Arabica habentur. Multas enim D. Pauli *Epistolas*, aliorumq; Apostolorum scripta Arabes habere dicuntur, qvæ nondum in aliis extant lingvis. Sic meus Præceptor Arabs ajebat, illis hac lingvâ scriptum esse Concilium illud Apostolorum Hierosolymis habitum, cujus mentio fit Act. 15. & alia non pauca. Probant etiam circumstantiæ historiarum sacrarum utilissimæ, qvæ in nullius alterius lingvæ textibus reperiuntur, qvalis est illa Joh. 19. v. 34. qvæ exprimit, qvod latus Salvatoris nostri in cruce pendentis unus milititum lancea aperuerit, dextrum nimirum, id qvod summâ constantiâ omnes typis & calamo scripiti textus Arabici exprimunt. Minus itaqve piè non ignobiles qvidam nostri seculi Philosophi Christiani fecerunt, qvi verè miraculosum hunc sangvinis & aqvæ, ex vulnere illo Salvatoris nostri jam defuncti effluxum, planè naturalem esse scripserunt, statuentes, in sinistro late-

latere illum fuisse ob capsulam cordis transfossam. Hoc enim, si verum esset, cur Evengelista testis oculatus, tergeminatam hanc assertionem, verbis proximè seqventibus apposuisset, vers. 35. *Et qvi vidit, testimonium perhibuit; & verum est testimonium ejus, Et ille scit, qvia vera dicit, ut & vos credatis;* qvod, non recordor, in comprobandoq ullo, qvantumvis maximo etiam miraculo, in tota Sacra Scriptura evenisse. Neq; est, qvod qvidam hanc triplicem assertionem ad universam Evangelii præcedentem historiam referant, versiculi enim subseqventes mox facile hanc controvesiam diluunt. De his porrò, & aliis similibus, qvam plurimis, alio tempore copiosius agemus.

Non minus itaq; hæc lingva ad rectè intelligendum totum corpus, ac seriem Prophetarum & Apostolorum, multaq; scripturæ mysteria; Nomina item propria in sacris, & Interpretum expositiones confert; qvàm lingva Herbræa, vel ulla alia. Ad refutationes verò adversariorum Verbi Dei, hujusq; puritatem conservandam hæc lingva, non solum Hebrææ, sed & omnibus aliis longè præferenda est. In qvâ enim lingvâ unqvam plura contra verbum DEI verum, tot annorum serie, à tam numerosis regnis publicè recepta & retenta fuerunt, qvam in hac, per impium Mahumedem Saracenum? Cujus librum tot, tantosqve Theologos, qvantos nostrâ habet Europa, per Dei gratiam, vix ullum in propria lingva legere potuisse, nonne dolendum est. Tentarunt qvidam illum refutare, sed qvid refutarunt aliud, nisi imperfectè, & lacerè communicata ab aliis dicteria illius qvædam, Librum autem, qvem Mahumed è cœlis per Archangelum Gabriel accepisse minus consideratè gloriatur, non solùm non legerunt unqvam, sed ne viderunt qvidem. Unde hoc? ob ignorantiam hujus lingvæ. Sed etiamsi legere potuissent, hic liber tamen in aliâ refutari non debet lingva, cum effectu qvodam qvàm eâ, qvâ scriptus est, scilicet Arabicâ. Id qvod fieri poterit nunqvam, nisi hæc lingva Europæ nostræ innotescat. Verùm hæc ad bellum Antimahumedicum pertinent, qvod Theologis relinqvimus, sub duce eorum Clenardo, qvi jam olim illud indixit, ceu Epistolæ ejus testantur.

Jam igitur constat, omnes Utilitates, qvæ ex lingvâ Hebræâ proveniunt, ex lingvâ Arabicâ etiam prodire. *Hactenus verba Petri Kirstenii.*

Qvod supra innui, pag. 2. filium qvinqve annorum solere adhiberi ad legenda Biblia inter Judæos, & optandum esse, ut apud cunctos, & ita qvoqve apud nos idem ab universis & singulis fieret, id omnino intelligi cuperem etiam de ipsis lingvis, ut maturius cuncti ad lingvam

Hebræam,

Hebræam, Syram, Arabicam adhibeantur pueri, cum passim in aliis, & aliqvibus nostris Scholis, interdum barbati juvenes ad illa exercitia assuefieri animadvertantur. Per Dei gratiam apud nostras Ecclesias, his præsertim Studiorum Theologicorum florentium temporibus, multi etiam ex non barbatis ad manuductionem fidelium suorum Præceptorum, omnino mature his exercitiis vacare incipiunt, etsi interim multi seu aliqui, seu quandoque plurimi, ut loquor fol. 4. & 6. & 7. & 8. & 14. interdum hac in parte occasionem negligunt, unde isti illi qvandoqve diutiusq; profanis addictiores, & in sacris ætatis suæ tempore primo negligentiores, nec in Bibliis, una cum reliqvis diligentioribus satis fiunt potentes, sed habitare coguntur in aliorum tantum commentationibus, imo, si tales juxta indigitationem Ecclesiastæ cap. ultimo, qvandoqve aliis præscribere audeant, non satis omnia assequi qveant, qvanqvam forsan ex diligentibus & adultis nunqvam erunt, qvi ausint dicere, se universa cuncta, & singula capita Bibliorum perfectissime nosse, id quod ipsum innuere volui pag. 8. & 77. & ego me inter eos, qvi ad horam mortis usque multa ignorare solent, & discere velle conantur, adeoque inter Theologos quotidie proficientes connumerari peto, meaq; omnia prima, media, & ultima aliorum qvarumvis censuris unice & singulariter subjicio. Solus enim DEUS & est omniscius, & est qvoqve ἀναμάρτητος. Interim, qui præ reliquis rem omnem satis feliciter & fundamentaliter tangunt, quales etiam per DEI gratiam inter Nostros reperiuntur, nihil quicquam detractum volo, quin potius Scriptoribus istis magnam laudem, & gratiarum actionem deberi profiteor.

Hoc in loco non immerito, ad captum studii Theologici, debebant verba talia accommodari ad hunc modum. Cum sacræ Ecclesiæ JEsu Christi Domini nostri, plantatio veritatisq; propagatio & conservatio, inprimis Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Græcæque ope peragatur, dignissimum, & sapientum piorumqve judicio censebitur esse expedientissimum, ut Ecclesiarum futuri Pastores, aut Ecclesiasticorum territoriorum columnæ & gubernatores istis linguis instruantur, ut ex ea lingua, qua DEUS est locutus ipse, ipsi gloriam ejus qværere & spargere possint, qvi sunt constituti vicarii docendæ gloriæ divinæ. Qua propter constituendum erat, ut ad minimum anno (X, aut XII.) ætatis, tales Studiosi in ejusmodi in Grammaticis instruantur, & a juvenilibus annis, ubi memoria vegetissima est, juxta datam sibi a Deo gratiam in talibus vadant eruditi, cum illud non solum utile, immo, ex causis præmissis, summe necessarium habeatur, eo, qvod sine illis linguis Ecclesia fundamentaliter informari, & veritas sincere conservari, & contra Adversarios defendi-

fendi nequeat, cum etiam disputationes, non nisi ex fontibus istis, per Academias & Scholas hinc inde instituti debeant, nisi Andabatarum veterum more pugnare libeat, ut neque disputantes, neque auscultantes usum inde ullum habeant. Multis profecto contingit, quod in veteri verbo dicitur: *Multa necessaria ignoramus, qvia multa non necessaria didicimus.* Ita quoque pueritiæ, adolescentiæ, juventutis annos plerique insumunt in tractationem talium rerum, ex quibus usum nullum expectare poterunt toto sequentis vitæ suæ tempore.

Addo autem hujus mali & hujus juventum neglectus unicam causam esse ipsos pueritiæ Præceptores. Huic enim malo obviare debuissent, & medelam afferre in Scholis Præceptores. Puer 12. aut qvatuordecim annorum vel Hebræa, una cum reliqvis, addiscenda est aptissimus. Tunc igitur instruatur in istis, ut successu temporis, persertim in Academiis solidiora fundamenta superstruere valeat. Optandum esset, ut hæc consilia sequerentur omnes, & experturi eramus magnam DEi benedictionem super ingenia scholasticorum in Germania, & in Ecclesiis Lutheranis passim. Nominari possent aliquot (quantumvis paucissimi) Præceptores, qui mature Hebræa adolescentibus in Schola, sic indigitata triviali, communicarunt, & inculcarunt, & fructus in Ecclesia fecerunt maximos & laudatissimos. *Qvod* autem *qvisqve parum novit nemo docere potest*, & annon peccant in publica commoda isti, qui cum potuissent audiri linguæ hujus studium in florida ætate, turpiter contemserunt, & an apud juventutis excusati erunt parentes, qvia ipsum florem Ecclesiæ tenellum, non satis plantare & rigare valent ex iisdem fontibus Israelis. Multo vero plus indigni sunt majoribus Sareptis Ecclesiasticis, quotqvot de his adminiculis mature sibi non prospexerunt. Reliquos excusatos habeo, qui discendi occasionibus & sumptibus destituti fuere. Viderint igitur, quibus cura est penes Ministros Verbi dandos Ecclesiis, ut seligant dignos, per quos ædificare illæ sufficienter & competenter, de quibus etiam Deo rationes iisdem recte reddere aliqvando valeant.

Satis nunc patere arbitror, neminem exortis controversiis, aut alias sese exerente necessitate, posse dici, consulere ipsissimum sic a DEO ipsissimo promulgatum & nobis patefactum Verbum Dei, nisi qui ex fontibus illud, & urgente necessitate gustare, & spectare queat. Id quod citra calumniam accipi velim non in istam sententiam, quasi in versionibus negem comprehendi Verbum DEi; Sed hæc est summa eorum, qvæ dico: *Verbum Dei Autore primitus principaliterq; promulgatum esse sub Veteri Testamento, in lingva Hebræa, & qvoad loca pauca in lingua Chaldaica sub Novo*

vo Teſtamento in lingva Græca. Unde qvi noſſe cupit Verbum DEi, ut ab autore Deo fuit generi humano promulgatum citra omnem literarum, vocabulorum, phraſium, & ſententiarum detorſionem, inflexionem, immutationem, additionem, detractionem, purum putum, is illud non legat aut intelliget, niſi in eadem lingva, qva a Deo primitus eſt promulgatum. Etſi enim Verſiones quascunque etiam Verbum Dei omnipotentis continere non nego, tamen ſupra non meo, ſed Auctorum aliorum graviſſimorum judicio, monſtravi, qvam non aſcendant illæ ad iſtam majeſtatem divinæ puritatis pleniſſimam. In quam ſententiam haut inviti haudque ægre concedent, quotquot Dei ſummi, ſummam gloriam promotam in Eccleſiis cupient, & ii ipſi operam navabunt Eccleſiæ utilem hanc, ut ipſi fontes addiſcere ſatagant, & alios cohortentur, ut in Scholis hæc exercitia majoribus curis tractentur.

Sed ut ad propoſitum revertar, qvi volet tandem expeditus fieri in qværendo genuino ſenſu Sacrarum Scripturarum, is, easdem quidem ſacras literas in ipſis fontibus legere, neceſſum habebit. Cum vero hic ſtatim magnus ſit multis oboriturus ſcrupulus, interim dum ad hoc faſtigium aſcendere licebit, Verſionem aliquam puriſſimam ſibi familiariter notam reddent.

Sic ergo ante omnia Lutheri nitidiſſima, & terſiſſima Germanica Verſione a pueritia utetur unusquilibet Noſtratium, & as ſuevit ad antiqvam Vulgatam Verſionem, aut ad Pagninianam, ita tamen, ut, urgente neceſſitate, fontes ipſos inquiret.

Etſi vero ſingulis & univerſis optanda eſſet tanta Hebrææ lingvæ peritia, ut ex Codice ſolo Hebræo ſeſe expedire valerent: tamen ego & alii experti ſumus, Eccleſiaſticum hominem quemvis, & eruditum politicum maximopere juvari in hoc pio ſtudio poſſe, ab alia Editione Hebræorum Bibliorum, quam adornavit *Benedictus Arias Montanus*, qui ſupra ſingula vocabula totius codicis ſacri verſionem interlinearem, de verbo ad verbum, repoſuit, quin & ad marginem difficiliores radices annotavit. Exhibeo exemplar Bibliorum Ariæ Montani ex Pſal. 117.

populi omnes eum laudate gentes omnes Dominum Laudate

הַלְלוּ אֶת יְהוָה כָּל גּוֹיִם בְּשַׁחוּהוּ כָּל הָאֻמִּים׃

IahHallelu in ſeculũ Domini & veritas miſericordia ejꝰ nos ſuper roborata Qvoniã

כִּי גָבַר עָלֵינוּ חַסְדּוֹ וֶאֱמֶת יְהוָה לְעוֹלָם הַלְלוּיָהּ׃

Ecce, in his Bibliis *Ariæ Montani* ſub primum aſpectum, de voce ad vocem, deprehendet Lector verborum DEi interpretationem literalem alterius latinæ nimirum linguæ vocabulis expreſſam, & arripiet inde ipſe anſam de ſingulis cogitandi, & ſingulorum vocabulorum ac ver-

ſuum de verbo ad verbum reddditorum, ſenſum ſcrutandi uberius, ſicuti inferius demonſtrabitur, ut omnino hac facili methodo voti pii ſui compos quilibet avidus Eccleſiaſticus, aut Politicus celerius reddatur.

Qui adhuc plura deſiderant adminicula, cum Bibliorum Editione a *Benedicto Aria Montano* procurata, non inutiliter conjungent Hebræa Biblia ab *Elia Hüttero Hamburgi edita*, & ita adornata formis characterum novis, elegantibus & majuſculis, ut primo ſtatim intuitu, tam a ſenioribus, qui plerumque ſunt hæbetioris viſus, quam a junioribus omnium rerum Hebraicarum ignaris, & ſola lectione inſtructis, literæ radicales & ſerviles ſitu & colore diſcerni poſſint. Literæ enim radicales omnino ſunt nigræ, ſerviles autem ſunt concavæ, & in medio albæ, deficientes & quieſcentes minore charactere in ſuperiore punctorum & accentuum ordine collocatæ reperiuntur, in hunc modum:

Biblia Hütteriana, Hamburgi excuſa.

הללו את יהוה כל גוים שבחוהו כל־ה
האמים:
כי גבר עלינו חסדו ואמת יהוה לעולם
הללו־יה:

Jod in vocabulo Jehovæ etiam debebat eſſe excavatum. Animadverte Lector, in illa Editione vocabula Hebræa eſſe excuſa duplicibus litteris, quibusdam excavatis, ita ut ſint ex parte albæ, ex parte nigræ, quibusdam vero prorſus nigris. Jam attende & vide lector, Quoties vis ſcire, a qua radice, ſeu a quo themate deducatur per tota Biblia unum quodlibet vocabulum, toties collige in vocabulo iſto tantum literas mere nigras. Has nigras literas in lexico quærens, ſtatim reperies iſtius radicis & vocabuli ſignificationem. Etſi autem quandoque variæ ſunt unius radicis & vocis ſignificationes, tamen, qvamnam præſenti textui in uno qvovis loco ſeligere deceat, infra methodo convenientiſſima expedire docebo.

Non ſum ignarus, multorum Doctorum eſſe alia judicia de Editione iſta Bibliorum *Hütteriana*, qui hoc pacto pigris adminiculum quæri, & ferias concedi exiſtimant. Verum enim vero, cum in omnibus artibus & diſciplinis hodie excogitentur epitomicæ viæ, quis iſtas noſtris hominibus in opere Biblico invidebit, præſertim politicis Viris. Interim enim reliquis nullum paro patrocinium, quin jam modo graviter in eam ſenten-

sententiam, de diligentia in Hebræis collocenda, dixi, & eum, qvi secus fecerit, occasionibusqve adolescentiæ & Academicæ vitæ abusus fuerit, nec fundamenta intima fontium comparare sategerit, divinam vindictam experturam pronuncio.

Scio etiam Doctos cum Huttero non consentire in enodatione omnium radicum, sed & ipse his verbis sese in Præfatione satis tuetur, cum inqvit: *In notandis radicibus secutus sum optimos qvosq; Grammaticos, Rabinos & Interpretes, qvi si fortassis non semper acu rem tetigerunt, ipsi potius impugnandi sunt, qvam ego cui non semper fuit integrum ab eorum placitis ita leviter discedere. Interdum qvoq; meam secutus sum rationem*; Hæc ille. *Fidelissimi interpretes* (inqvit oratio in tomis Philippi Melanchtonis qvædam ante allegata) *lingvam Ebraicam etiam senes didicerunt, qvia judicabant lectionem Hebraicā consulendam esse, ut Hieronymus, Lyranus, Burgensis, & nostro tempore Galatinus, Complutensis, Wesselus, Capito, Rudolphus Agricola & multi alii.* Hæc ibi. Sed & non defuerunt his annis proxime elapsis omnium ordinum venerandi senes, qvi idem pietatis exercitium sivæ senectutis divinam voluptatem constituebant: Nec deerunt posthac tam pia capita, qvi eadem legere vestigia gestient. His igitur nominare volui adminicula gratissima, utilissima, pariter & jucundissima futura. His etiam ut reliqvis omnibus altiores progressus consecutis familiarem esse exopto librum editum a *M. Laurentio Fabricio Dantiscano*, Hebræorum in Academia Witebergensi Professore ordinario ac solertissimo, cujus titulus *Partitiones Codicis Hebræi.* In hoc enim libro omnia abstrusiora textibus Hebræis sacrorum Bibliorum adjecta explicat, marginalia ἐπεισάγματα varia enodat, & alia tractat, qvæ fontes scrutaturis Hebræos emolumentorum plurimum conferet.

Partitiones Codicis Biblici per Laurent. Fabricium.

Cæterum iterum obiter non possum non facere mentionem editionis Novi Testamenti in lingva Syriaca. Hanc versionem omnes eruditi præ aliis versionibus maxime purissimam esse statuunt, & pronunciant, absqve dubio ideo tam tenaciter & fideliter exceptam e sanctis hominibus, qvod in hac lingva Syriaca Christus locutus & concionatus fuerit, adeo, ut dubium non sit, Apostolos & Apostolicos studiosissime inqvisivisse & conservasse formalia Christi verba, & ea in ista versione ponere sacrosancto qvodam labore studuisse, qvin & per eosdem Epistolas Apostolorum in sacram lingvam transfusas fuisse ideo felicius, qvod cum Apostolis Syri Doctores consvetudinem habuerint absqve dubio crebriorem. Unde piis omnibus ipsa qvoq; commendatissima esse debet. Etsi vero lingvam Hebraicam mediocriter calentes citra difficultates etiā lingvam Syriacam simul & semel imbibere & cito addiscere possunt, cujus rei exempla viva in Academia Wittenbergensi his annis vidimus non pauca: tamen in seniorum & reliqvorum gratiam iterum

rum laudo Novi Testamenti versionem & editionem Syriacam illam, qvæ prodiit (non Syriaco, qvi non omnibus satis est notus, sed (charactere Hebræo, & supra singulas voculas Syras reponit interpretationem latinam, prorsus ad eum modum, qvem paululum antea supra ostendi in editione operis Hebræi per Benedictum Ariam Montanum procurati. Exhibeo lectori exemplar ex 1. *Joh.* 2, 4.

Syriaca verba charactere Hebræo scripta.

mendax servat non & mandata ejus qvia novi eum qvi dicit enim Is
הו גיר דאמר דידעתה ופוקדנוהי לא נטר דגלא
in hoc sermonem ejus qvi servat vero is in eo non est & veritas est
הו ושורא לית בה : 5. דו דין דנטר מלתה בהנא
quod in eo cognoscimus enim in hoc Dei charitas vere perficitur
משלם שריראית הוכה דאלהא בהדא גיר ידעינן דבהו ח
itinera ejus ut juxta eum oportet sum qvia in eo qvi dicit Is. simus
חנן: 6. הו דאמר דבה אותי ולא לח דאיך הלכתה
ambulet ipsius.
דילה נהלך :

Ecce lector, in hac editione dantur tibi verba Syriaca (qvæ Hebræa callentibus erunt plus qvam facilia) & supra singula vocabula Syriac. (non Syriaco charactere sed Hebræo excusa) dantur tibi latina verba, idq; ut dici solet de verbo ad verbum, unde tu disces & assuesces sensum unius versiculi ex fontibus his ipse rimari, scrutati, æstimare, expendere, judicare, qvo ipso exercitio qvidnam in hisce & in superioribus qvasi divinius tibi contingere posset? Et collatio Syriacæ versionis cum ipsis fontibus Græcis Novi Testamenti omnino diligenti lectori accidet gratissima pariter & fructuosissima. Exemplis aliqvot rem istam inferius explanatam dabo.

Anteqvam hunc locum concludam moneo, illud qvoqve; ridendos esse Pontificiorum istos inanes conatus, qvibus evictum præbere frustraneo nixu moliuntur, ipsos sacros textus Hebræos tantis temporum seculis corruptos esse. Profert Bellarminus vix qvinq; loca, qvæ tamen nihil corruptionis arguunt, qvin potius ejus ruditatem qvandam, si non malitiam, qvam malim asserere, in Hebræis rite vertendis produnt. Nos debemus Deo cœli & terræ gratias æternas, qvod nec Judæorum perfidiis, nec falsorum Christianorum malignitatibus verbi sui fontes inter tot regnorum ruinas & gentium confusiones unqvam depravari passus fuit, id qvod non est postremum argumentum suæ singularis erga Ecclesiam suam & erga omnium hominum æternam salutem providentiæ.

Opera

Opera autem danda est nostratibus, ut tum illi fontes, tum fontium illorum versiones a typographis citra mendas excudantur & ad posteritatem transmittantur. Apud Eusebium *in Ecclesiastica lib. 5. cap. 19. 20. & apud Nicephorum lib. 4. cap. 30. extat* egregium exemplum, qva cura olim caverint viri boni, ne ipsorum Scripta depravarentur, *de Irenæo. Is enim propter qvosdam Ecclesiasticarum sanctionum corruptores composuerat opus de ogdoade seu octonario, in qvo libro se primam Apostolorum successionem attigisse ostendit*, ad cujus finem hæc verba adjecit: *Adjuro te, qvi hunc librum descripsisti, per Dominum nostrum Jesum Christum, & per gloriosum adventum ejus, qvo venturus est judicare vivos & mortuos, ut conferas, qvod transscripsisti, & castiges ad exemplar, unde descripsisti, accurate, & juramentum hoc ut itidem describas, & exemplo tuo apponas.* Hæc ibi. Cogitent veritatis cœlestis amantissimi Politici & Ecclesiastici, annon hodie similibus juramentis astringendi sint typographi, qvoties sacra Biblia, sive qvoad fontes sive qvoad versiones de novo sunt excudenda. Optandum enim esset, ne typographiæ & Bibliorum descriptiones tantummodo avaris committerentur. Qvin potius ista una præcipua cura debebat Principibus cunctis incumbere, ut editiones fontium & versionum Biblicarum Theologis cordatis, & diligentibus committeret, & singuli clementia munificentiaq; in honorem Dei, & posteritatis usum qvam purissimas prodire juberet. Optandum hoc qvoqve esset, ut in multis locis etiam illustribus, loco concionum, qvæ alicubi sunt nimis freqventes, instituerentur & fierent ad Ecclesiam prælectiones aliqvot capitum ex Bibliis, tum ut vulgus omnes historias Biblicas audire, tum ut exemplaria sua inter legendum in templis ad manum habere & cum prototypo purissimo conferre, & sicubi opus esset, emendare possent. Hoc fine extra omne dubium in Hierarchia Ecclesiastica lex Mosis qvolibet septennio in maxima totius populi Israelitici ex omnibus oppidis congregati freqventia in scenopejis, Hierosolymis ex prototypo prælegebatur, ut singuli cum prototypo sua exemplaria conciliare possent, *Deut. 31, 10. 11. seq.* Sed hæc de istis:

Qva diligentia sint excudenda littera sacra

Lectiones sacrarum litterarum ordinaria in locum qvarundã concionum in Ecclesiis debebant substitui.

Nunc ad rem inchoatam revertor. *Qvisqvis obscura primo contuitu apparentia loca in sacris Bibliis dextre intelligere & rite explanare voluerit, is in Veteri Testamento fontes Hebræos & alicubi in paucis Chaldæos, in Novo Testamento Græcos consulet.* Hæc fuit regula prima veræ & genuinæ sacrorum oraculorum interpretationis.

ALTERA nunc seqvitur.

SECUN-

SECUNDUM PRÆCEPTUM PRO intelligendis S. Bibliis.

Altera igitur regula in textibus ſacris ad mentem Spiritus Sancti enucleandis penitiſſime obſervanda, & ad uſum in momenta ſingula accommodanda, *complectitur diligentem & accuratam inſpectionem nigri ſimul & rubri*, ut ſolent aliqvi loqvi, hoc eſt, *omnium, qvæ textum aliqvem divinum vel ſa rum antecedunt & conſeqvuntur, verſuum aut capitum conſiderationem & collationem.*

Sæpenumero evenit, ut aliqvod vocabulum Græcum, vel Hebræum ſit πολύσημον ſeu æqvivocum, & res multas ſimul ſignificet. Hærebit igitur ſacrarum paginarum amantiſſimus lector, qvamnam eligere & præſenti inſtituto accommodare debeat, citra omnem errorem.

Sæpe vocabula per ſe non ſunt ambigua, ſed ſatis perſpicua, interim nihilominus aut ſenſum proprium, aut ſenſum tropicum vehunt, unde iterum in ancipiti hærebit Bibliorum diligens lector, ad qvem ſenſum citra aberrationem eligendum confugere debeat & poſſit.

Sæpe utrumq; ſenſum, tum figuratum ſeu tropicum, tum proprium ſimul & ſemel ſedes aliqva textus alicujus admittere poſſe & velle debere videtur. Unde non levis cura torqvebit interpretem, an & qva ratione utrumq; ſibi pacatum reddere, & neutrum dimittere qveat.

In his conſtituti anguſtiis aliqvi aliud nihil tentant, qvam qvod e veſtigio accurrunt ad veterum patrum & auctorum recentium ſcripta & commentaria, & qvicqvid ibi reperiunt, citra omnem probationem Spirituum illico complectuntur. Non contemno ullorum auctorum veterum & recentium monumenta, qvia *diviſiones ſunt gratiarum & unicuiq; datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem, ſed omnia operatur unus atq; idem Spiritus dividens ſingulis prout vult*, 1. Cor. 12. verſ. 4, 11 Interim tamen negabit nemo, qvod *hic per ſpeculum in ænigmate ex parte cognoſcamus* 1. Cor. 13, v. 12. qvod item *aliqvis ſuperædificet ſuper fundamentum aurum, aliqvis argentum, aliqvis lapides precioſos, aliqvis ligna, aliqvis fœnum aliqvis ſtipulam* 1. Cor. 3. verſ. 12. *Hinc omnia ſunt probanda, & qvod bonum eſt, teneri debet* 1. Theſſ. 5. verſ. 21. *Itaq; Spiritum omnino nullum extinguendum eſſe judicarim* juxta monitionem Apoſtoli 1. Theſſ. 5. verſ. 19. *& nullius propheticam, ſeu applicationem pro nihilo habendam judicarim*, ibidem hortante Apoſtolo. Optandum immo erat, *ut univerſus populus propbetaret, & daret Deus plurimis Spiritum ſuum* Num. 11. v. 29. Auguſt lib. 1. Trinit. c. 6. contra mendacium ratione ſexta; *optandum eſt ubi hæreſes vigent, ut qvicunq; aliqva ſcribendi facultate præditi ſunt, ii ſcribant omnes, etſi non modo de rebus iisdem ſcripturi ſint ſed eadem etiam aliis verbis*

fortaſſe

fortasse scripturi. Hæc ille. Ergo nobis regula ista venit optime observanda, *probate Spiritus*.

Sed, inquies, *discretio & probatio exploratioq; Spirituum 1. Cor. 12. recensetur inter singularia illa Spiritus sancti dona*, quæ paucissimis aliquibus videlicet tantummodo conferuntur. *Verum qvidem est*, agere Apostolum, in loco jam allegato, de certo qvodam discretionis Spirituum genere, qvali discretione opus erat in primitiva Ecclesia, ubi omnes in nomine Christi dæmonia ejiciebant, & alia miracula faciebant, & tamen non omnes approbati sunt à Christo *Matth. 7. v. 21. & seqq.* Interim tamen nemo desperet de intelligentia genuina, omnium Scripturarum sacrarum cognoscenda & dijudicanda, modo *scrutandi laborem* subterfugere non velit, qvem Christus commendat *Joh. 5, v. 39.* Hunc laborem qvi prætermittit, & sola ducitur auctoritate interpretum, & istis fidem simpliciter habet, hunc sæpenumero falli necesse est. Et quid opus est verbis, ubi facta loquuntur ipsa, nimirum unde sub Papatu tanta continuatio tantorum errorum originem habuit, nisi quia Papæ, & quos Papa approbabat, sola stabatur auctoritate. Ibi locum habet qvod Cicero alicubi scripsit de Platone, quod *sola auctoritas dicentis ipsum frangat*. Certum est hodiernum Judaismum nulla alia ratione conservari, nisi per hanc, qvam simplici plebeculæ inculcarunt, propositionem: *Rabbinis adeo firmiter credendum esse, etsi dixerint, dextram esse sinistram, & sinistram esse dextram*. Hac humanæ auctoritatis larva commotus *Stancarus*, ad vomitum reversus in libro contra Tigurinos: *Plus valet* (inquit) *Unus Petrus Lombardus, qvam centum Lutheri, ducenti Melanthones trecenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres, & quingenti Calvini, qvi si omnes in uno martario contunderentur, non exprimeretur una uncia veræ Theologiæ, præsertim in articulis de Trinitate, incarnatione Mediatoris & Sacramentis*. Hodie quoque studium Theologiæ nihil apud aliquos est aliud, quam quod certos sibi diligunt libros, & ex iis res cunctas desumunt, ac si ex fundamento Scripturæ eruissent ipsi. O longe aliter ex fundamentis Scripturæ eruenda & testimoniorum sacrorum dilucida sententia.

Primo omnium in fontibus inspicienda & diligenter *examinanda sunt singula alicujus loci vocabula*, ne uno excepto, & in chartam variæ vocabulorum significationes sunt conjiciendæ, præsertim ab injicientibus. *Deinde* ubi agitur de vero intellectu unius versiculi, *ordine legendi sunt proxime antecedentes qvinq; sex, septem versiculi*. *Aliquando* ptopter unum versiculum *debet perlegi totum caput*: *Sæpenumero* propter unum versiculum *debent diligentissime & accuratissime perlegi aliqvot capita integra antecedentia, & aliqvot integra capita conseqventia*. *Nonnunqvam* propter unum versiculũ *debet totum illud integrum Scriptum*, in quo difficilis locus continetur, *à capite*

Explicatio præcepti secundi de Bibliis recte intelligendis.

adcalcem perlegi, Et quod bene notandum, hæc *tum* proxime antecedentium & proxime consequentium sive versiculorum, sive capitū,*tum* integrorum Scriptorum & contextuum lectio *non tantum semel & quasi obiter instituetur, sed sæpius bis, sæpius ter. sæpius decies.*

Exemplo suo auctor aliis commendat methodum & diligentiam legendi sacras literas, quæ difficilis sensus esse videntur.

Multa fuere obscura mihi oblata Scripturarum loca, verbi causa ab Arianis objectum illud *Johan. 17. vers. 3. Hæc est vita æterna, ut te solum cognoscant DEUM verum, & quem misisti Jesum Christum.* Ab aliis illud *Exod. 33. versu 9. Miserebor, cujus miserebor. Romanorum 8. versu 18. Cujus vult miseretur, qvem vero vult, indurat*, propter quæ in Evangelista Johanne, singularissimis cum attentionibus, & non uno sed diverso tempore tricies per legi quinq; capita in Johanne penitissime cohærentia, *decimum tertium, decimum quartum, decimum quintum, decimum sextum & decimum septimum*: In Exodo *tricesimum secundum, tricesimum tertium, tricesimum quartum*, quæ ibidem indiviso nexu conglutinantur, in Epistola ad Romanos *capitis octavi posteriorem partem incboando à versu 17. cum toto nono, decimo & undecimo, quæ* omnia penitissime cohærent.

Idem continuatis & repetitis diligentiis feci propter hoc dictum *Job. 17. vers 9. Non rogo pro mundo. Roman. 9. vers. 17. Ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendant in te potentiam meam.* Item propter istud : *Ego indurabo cor Pharaonis, qvindecim priora Exodi capita, etiam plusqvam tricies diverso tempore accuratissime perlegi & expendi.*

Similiter propter unum illud circa finem Epistolæ ad Hebræos *cap. 12.* dictum,. *Postea cum vellet hæreditario jure benedictionem assequi, reprobatus est, non enim reperit pœnitentiæ locum, quamvis cum lacrimis illam exquisivisset*: Cui respondet aliud simile, *capit. 6. versu 4. 5. 4 6 Fieri non potest, ut, qvi semel fuerint illuminati, gustaverintq; donum cœleste, si prolabantur, ut denuo noventur per resipiscentiam, &c.* propter ista igitur, inquam, ego totam Epistolam ad Hebr. nimium nimium sæpe perlegi, cum attentione, quanta in aliquem cadere potest, maxima.

Propter istud *1. Johan. 5. vers. 16. Est peccatum ad mortem, non dico ut pro illo rogetur. à capite* ad calcem integra quinque capita multoties plane diverso tempore evolvi, etiam tunc, quando verum sensum mihi videbar certo assecutus, ut ex repetitis variis relectionibus in genuino sensu magis confirmaret.

Istud *Michea ultimo vers. 5. ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui*, quod plerumque ad omnes & singulas omnium & singulorum conjuges applicatur, non dextre intelligere & explicare valuissem, nisi à capite ad calcem sæpius & diligentius evoluto toto Prophtea Michea.

Istud usu mihi venit in omnibus etiam prolixis Prophetis, in qvibus legendo plurimum profeci, & multorum locorum nativam sententiam facillime impetravi, quando & eadem capita sæpius, & ipsum integrum Prophetam sæpius à primo ad ultimum usqve caput evolvi. Multoties enim Scriptura clarioribus & speciliaribus verbis dicit in seqventi aliqvo loco, qvod quasi involutum, & qvasi obscuratius profert in antecedente aliqvo capite.

In Levitico generalis doctrina de sacrificiis à Mose traditur. *PRIMO primis septem capitibus, & DEIMDE capite decimo septimo & vicesimo secundo.* Neque solum in his capitibus illud facit Scriptura, sed & in *Exod.* & *Genesi*, præterea *Num.* 18. & *Deuteron.* 12. 14 & 15. Quin & aliqua scitu de sacrificiis necessaria rejecit *in libros Paralipomenon.* Qui ergo primum caput Levitici hoc pacto vult declarare, ut ex Scripturæ mente firmet suam & auditoris conscientiam, illum ante omnia diligentissimè decuit inspicere omnes, ante & post Leviticum, textus, de sacrificiis agentes. Utqve magis facilem præbeam manuductionem, *primo*, *secundo*, *tertio*, *qvarto*, *qvinto* & *dimidio sexto capite Levitici usq; ad 8. versum capitis sexti* semel à Mose absolvitur doctrina de sacrificiis: *à versu 8. capitis sexti denuo eadem incoatur doctrina, & finitur in capitis septimi ultimis versiculis.* Ecce in 7. prioribus capitibus Levitici doctrina sacrificiorum bis exponitur, ut jam monstravi, ita tamen ut in posteriori expositione aliqua exprimantur, quæ in priore fuerant omissa, & ut in posteriore omittantur, quæ in priore fuerant tradita: Immo tandem *Levitici* 17. & *in libris Paralipomenon* adjiciuntur quædam, & nisi ista conjunxeris, cum primo Levitici capite, istius primi capitis vix semiplenam intelligentiam aucupaberis.

Qvid qvod majus est, conclusio *capite septimo Levitici* expressa indicat, inter sese cohærere *Exodi capita* 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *Levitici* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Nam in capite 29. Exodi præcipitur modus sanctificandi & ungendi Aaronem, Et in fine *capitis* 7. Levitici dicitur: Hæc est unctio Aaron & filiorum ejus. Hæc est lex holocausti (*Levit.* 1.) minhæ (*Levit.* 2.) & sacrificii pro peccato (*Levit.* 5. & 6. 9.

Insigne exēplum cohærentium capitum in sacris literis.

Hæc omnia ideo paulo luculentius & plenius persequi volui, ut ex hoc exemplo amans sacrarum literarum æstimare & tractare assvescat alia loca ad longum, qui ex tali prolixa capitum multorum lectione & æstimatione sensus genuinus, tum integrorum contextuum, singulorum particularium dictorum est eruendus, & eruitur quoque plusquam expeditissime & felicissime.

Quæstio.

Hic autem oboritur qvæstio I. *Qua ratione variæ significationes unius vocabuli investigari qveant.* Respodent quidam, consulendos esse Lexicographos, qui in suis Lexicis eas varietates significationum annotarint. Et qvod ad Lexica Hebræa attinet, maximopere commendo Lexicon Stancari, Pagnini, Försteri, Avenarii, Schindleri & aliorum. Ut autem de certitudine Lexicorum Hebræorum magis reddaris securus, & sicubi Lexica imperfecta sunt ipsa, quod nemo negare potest, & experientia nimium convincit, imperfectionem illam videre, agnoscere, & corrigere qveas, duos tibi commendo lector libros, quorum utilitatem immensam satis laudare non possum, videlicet *Concordantias Hebræas super Vetus Testamentum, & Concordantias Græcas super Novum Testamentum.* Potius carebit pius & diligens scrutator Scripturarum, & quidem fontium Veteris & N. Testamenti aliis libris multis: Concordantiis utrisque istis carere citra magnum studiorum sacrorum detrimentum nequit.

De Concordantiis si dictis.

Concordantiæ nihil aliud sunt, nisi indices absolutissimi supra totam sacram S. secundum ordinem Alphabeticum, quemadmodum super alios libros, aut ab initio, aut in fine conficiuntur indices rerum & verborum, secundum ordinem literarum alphabeti, ut lector in momento sub una qualibet litera alphabeti, ex annotato è regione numero folium & paginam indigitante, quærere & invenire queat illud, quod inter reliqua omnia celerrime nosse & intellgere cupit. Etsi autem aliqui severo vultu damnant omnium librorum catalogos, *sub hoc prætextu*, qvod lectorem faciant pigrum, ut totum opus non percurrat, tamē, his judicibus dimissis, satis de prædicare non possum Indicum utilitatem etiam isti, qvi tamen aliqvoties unum aliqvod percurrerunt opus. Et cujus ætas hominis sufficiet evolvendis omnium eruditorum monumentis. Laudandi igitur merito & cæteris præferendi sunt libri, quotquot locupletissimis instructi sunt indicibus.

Indices librorum sunt laudandi.

Hanc immensam utilitatem quando viderunt doctissimi Hebræi, ipsi qvoque indicem fecerunt super universa Scripta Hebræa totius Veteris Testamenti, secundum ordinem illius à nobis appellati alphabeti, & fecerunt indices istos absolutissimos ac plenissimos, adeo ut (occurrentibus graviorum negotiorum occasionibus, & exortis aliqvo themate controversiis) sub una quavis litera videri & numerari possit, quoties unumqvodlibet Hebræum vocabulum contineatur in omni sacra S. Hebræa Veteris Testamenti. E regione enim singulorum vocabulorum semper asscribitur liber Veteris Testamenti cum capite & versu, in quo vocabulum ipsum à Spiritu sancto est usurpatum & scriptum unquam, ut nullus lectorem effugere possit locus; *nisi quando, quod etiam aliis accidit, dormitarit Typographus.*

Hil-

Hi indices Hebræi, qui in folio Venetiis & Baſileæ ſunt excuſi ſecundum ordinem alphabeticum, habent hunc titulum, quem Judæo alicui indicare debes, ſi libri compos voles reddi.

Concordantiæ. barbare qui vocatur ſemitam illuſtrans Liber

סֵפֶר מֵאִיר נָתִיב הַבִּקְרָא בְּלַעַז קונקורדאנסיאש

H. e. Liber illuminans viam, ſeu ſemitam (ſtudioſorum legentium in ſacris literis) qui vulgo dicitur liber Concordantiarum, quem compoſuit divinus Philoſophus Rabbi Mardochai Nathan. Cæterum juxta initium uniuscujusque radicis ſpectabis lector Hebraice ſcriptas aliquas admonitiones & doctrinas. Ut iſtas intelligere valeas, opus eſt tibi libro alio, edito per Antonium Reuchlinum, quem vocant, Capita concordantiarum. Is enim in latinam linguam transfudit, quicquid Concordantiarum Hebræarum Hebræus auctor tantummodo Hebraice appoſuit. Sed facere non poſſum, quin tibi exhibeam exemplar concordantiarum Latinarum, quæ Hebræis his ex aſſe & diametro correſpondent. Aſpice igitur hæc ſequentia Lector.

כזב כל לשון כזב ואכזב

במדבר

לא איש אל ויכזב	כג	יט

שפטים

ותדבר אלי כזבים	יו	ח

מלכים ב

		ז
אל תכזב בשפחתך	ד	יו

איוב

ועל פניכם אם אכזב	ו	כח
ואם לא אפוא יכזיבני	כד	כה
על משפטי אכזב	לד	ו
הן תוחלתו נכזבה	מא	א

תהלים

תבקשו כזב סלה	ד	ג
תאבד דברי כזב	ה	ז
ושתי כזב	ט	ח

ודברי

רברי כזב	נח	ד
ירצו כזב	סב	ה
כזב בני איש	סב	י
ובלשונם יכזבו לו	עח	לו
אם לרור אכזב	פט	ל
כל הארם כזב	קו	יא

משלי

יפיח כזבים ער שקר	ו	יט
ער אמונים לא כזב		
ויפיח כזבים	יד	ה
ויפיח כזבים מרמה	יד	כה
ויפוח כזבים לא ימלט	יט	ה
ויפוח כזבים יאבר	יט	ט
וטוב רש מאיש כזב	יט	כב
ער כזבים יאבר	כא	כח
והוא לחם כזבים	כג	ג
פן יוכיח בך ונכזבת	ל	ו
שוא ורבר כזב הרחק	ל	ח

ישעיה

כי שמנו כזב מחסנו	כח	טו
מחסה כזב	כח	יז
ויתיראי כי תכזבי	נז	יא
אשר לא יכזבו מימיו	נח	יא

ירמיה

תהיה לי במו אכזב	טו	יח

יחזקאל

חזו שוא וקסם כזב	יג	ו
ומקסם כזב אמרתם		

רברתם

דברתם שוא וחזיתם כזב	יג	ח
והקסמים כזב	יג	ט
כזבים לעמי שמעי כזב	יג	יט
בקסם לך כזב	כא	לד
וקסמים להם כזב	כב	כח

דניאל

ועל שלחן אחד כזב ידברו	יא	כז

הושע

דברו עלו כזבים	ז	יג
כל היום כזב ושד	יב	ב

עמוס

ויתעום כזביהם	ב	ד

מיכה

בתי אכזיב לאכזב	א	יד
הלך רוח ושקר כזב	ב	יא

חבקוק

ויפח לקץ ולא יכזב	ב	צ

צפניה

ולא ידבר כזב	ג	יג

Vocabulum ſignificat mendacium.

Numer.

23. 19. *Non eſt homo Deus, ut mentiatur.*

Judicum.

16. 10. *Locutuſq; mihi es mendacia.*

2. Reg.

4. 16. *Ne mentiaris ancillæ tuæ.*

Job.

6. 28. *An in conſpectu veſtro mentiar.*
24 25. *Quod ſi non, ubinam, quis oſtendet me mentiri?*
34. 6. *De jure meo mentiar.*
41. 1. *Ecce ſpes illius mendax eſt.*

Psalm.

4. 3. *Quaritis mendacium Selah.*
5. 7. *Perdes loquentes mendacium.*
40. 5. *Et declinantes mendacium.*
55. 4. *Loquentes mendacium.*
62. 5. *Diligunt mendacium.*
62. 10. *Mendacium filii viri.*
78. 36. *Et lingua sua mentiebantur ei.*
89. 36. *Si mentiar Davidi.*
116. 11. *Omnis homo mendax.*

Proverb.

6. 19: *Loquitur mendacia, testis mendax.*
Testis verax non mentitur.
14. 5. *Loquitur autem mendacia.*
14. 25. *Loqvitur autem mendacia dolosus.*
19. 5. *Testis mendax non erit impunitus.*
19. 9. *Loquitur mendacia, peribit.*
19. 22. *Præstantior est vir pauper, quam mendax.*
21. 28. *Testis mendax peribit.*
23. 3. *Cum sit cibus mendax.*
30. 6. *Ne forte increpet te, & mendax deprehend.*
30. 8. *Vanitatem & verbum mendax remove.*

Esa.

28. 15. *Quia posuimus mendacium spem nostram.*
28. 17. *Spem mendacii.*
57. 11. *Timuisti quod mentita es.*
58. 11. *Cujus aqua non deficiunt.*

Jerem.

15. 18. *Futurus es mihi veluti mendax.*

Jezech.

13. 6. *Viderunt vanum, & divinationem mendacem.*
13. 7. *Et divinationem mendacem vidistis.*
13. 8. *Locuti estis vanum & vidistis mendacium.*
9. *Divinant mendacium.*
19. *Mentientes populo meo audienti mendacium.*
21. 34. *Dum divinantes eis mendacium.*
22. 28. *Divinantes eis mendacium.*

Daniel.

11. 27. *Et in mensa eadem mendacium loquentur.*

Hosea.

Hosea.

7. 13. *Locuti sunt contra me mendacium.*
12. 2. *Tota die mendacium & vastitatem.*

Amos.

2. 4. *Et errare fecerunt eos mendacia.*

Mich.

1. 14. *Domus Achzib in mendacium.*
2. 11. *Ambulet (pervia) venti, & mendacium.*

Habacuc.

2. 3. *Et loquitur in finem, nec mentietur.*

Zephan.

3. 13. *Nec loquentur mendacium.*

De cujus libri usu, ego usum ipsius multiplicem & prope infinitum expertus, laudibus satis grandia effari non possum. Hunc enim librum in Bibliotheca Theologica, post ipsa Biblia Hebræa, ante omnia probatissima lexica, & ante omnia monumenta scripta à divinis hominibus super libros sacros primum locum occupare debere, mecum profitebuntur, qvotqvot rem ipsam tentare & continuare magno suo cum commodo non detrectarint.

Hic igitur liber consulendus est lectori, & sensuum verorum in quibuscunque gravioribus dictis Biblicis scrutatori acerrimo, vel anteqvam ullos alios consulat commentarios.

Quo pacto utendum sit Concordantiis Hebræis.

Opus autem est & labore, & tempore, & diligentia, & absolvitur negotium totum hisce modis. *Quando aliquis oborto gravi negotio cupit certior esse, num lexicographus aliquis in suo Lexico annotarit omnes significationes alicujus vocabuli Hebræi, & alicujus radicis, ibi in concordantiis Hebræis qværet ordine ex suo loco alphabeti radicem seu vocabulum, & ne uno loco præterito seu dissimulato, in Biblicis versibus & contextibus inspiciat omnia loca. Si igitur sensum venatus fuerit omnium locorum, qui annotantur in concordantiis facile cernet, num plene vel non plene scripserit de eodem vocabulo Lexicographus in suo Lexico.*

Exempli gratia, in Lexico Avenarii inspeximus nostrum aliquod thema seu radicem חטא *Chata*: Avenarius annotat, quod in *prima* conjugatione habeat significationem, Peccavit, in *secunda* conjugatione Expiavit seu purgavit à peccatis, in *tertia* conjugatione fecit peccare, in *quarta* conjugatione Expiavit sese mundando. Hanc variationem vehementer

Exemplum explorati Lexici Avenarii, an de quodam vocabulo plenam habeat doctrinam.

menter admirati fuimus & suspectam habuimus, qvod scribit, unam vocem *in prima* peccandi, in *secunda conjugatione* expiandi notionem complecti. Ingressi sumus illico in concordantias Hebræas, & qvæsivimus singula loca Scripturæ, in quibus à Spiritu sancto usurpatur, & illa loca diligenter æstimavimus, & deprehendimus, hanc Lexici Avenarii annotationem de hoc vocabulo incertam & semiplenam esse, lectoriqve non satisfacere, qvin potius ansam præbere, ut lector alicubi decipiatur, hæreat & desperet de vero sensu Scripturæ. Deprehendimus autem Lexicon Avenarii ita corrigendum esse, ut scribatur, hoc vocabulum significare in prima conjugatione. *Peccavit aut expiavit à peccato, aut luit pro peccato*; In secunda conjugatione. *graviter peccavit, aut graviter expiavit & luit pro peccato*: In tertia conjugatione, *Fecit peccare, aut fecit expiari & luere pro peccato*: In qvarta conjugatione, *maximopere fecit peccare, aut fecit expiari & luere pro peccato.* Adeo in omnibus qvatuor conjugationibus, hæc radix utramqve sibi poscit dari significationem istam. Et qvilibet pius & mediocriter diligens facile hoc agnoscat. Conferamus enim inter se loca, qvæ supra jam modo sunt annotata, & res patebit.

Exod. 5. v. 16. Pagninus, Hebræus alioqvin præclarissimus, invenit hoc vocabulum *Chata*, in prima conjugatione, & secundum Lexicographorum traditionem (qvam extra Concordantias plene inspectas & consideratas etiam avenarius secutus fuit) reddidit *peccavit* hoc modo: *populus tuus peccat, palea non datur servis tuis, & peccat populus tuus.* Pro qvo tamen omnino est convertendum: *Luit populus tuus, expiat populus tuus peccatum.*

Utqve methodum & praxin ex collatione antecedentium & conseqventium familiarem lectori faciam, in exemplo proposito progrediar, & ascribam in Chata versionem *luendi*, ut pateat, qvod pagninus non recte converterit peccare. Ex hoc enim facili exemplo videbit verum, in omnibus aliis facilibus & difficilioribus, ordinem colligendi diversas significationes unius cujusqve vocabuli, & simul modum eligendi tantum unam, loco dato unice competentem, videre & discere poterit.

Verba textus ex versione Pagnini.

Hæc igitur sunt præcipua verba capitis 5. in Exodo juxta translationem Pagnini: *Mose & Aaron dixerunt ad Pharaonem, dimitte populum meum, ut festa celebrent mihi in deserto. Et dixit Pharao: Quis est Jehova, ut paream voci ejus, non dimittam Israel. Et dixerunt* (Mose & Aaron) *Eamus viam trium dierum in desertum, ut sacrificemus Jehovæ, ne nos occidat peste vel gladio.* (Interim tum talia petebant Moses & Aaron à Pharaone, populus Israel sese parabat ad iter, & cessabat à laboribus injunctis capite

primo

primo Exodi versu 11. 12. 13. 14. Ergo jam pergit loqvi Pharao his verbis in-textu) *Dixit illis Rex Ægypti seu Misraim, ut qvid non Mose & Aaron cessare facitis populum ab operibus suis. Praecepit igitur Pharao in die illa exactoribus populi & praefectis ejus hoc modo: Non dabitis post hac paleam populo ad conficiendos lateres, sicut heri & nudius tertius,* (sicut hactenus fecistis) *Ipsi pergant & colligant sibi paleam. summam tamen laterum, qvam ipsi faciebant heri & nudiustertius, imponetis illis, non minuetis ex ea, qvia otiosi sunt, iccirco clamant ipsi dicendo: Eamus, sacrificemus Deo nostro. Egressi sunt itaq; exactores populi & dixerunt populo his verbis, Sic dicit Pharao: Ego non sum daturus vobis paleã, vos ite, capite vobis paleam, ubicunq; repereritis, non autem minuetur de opere vestro qvicquam. Dispersus igitur est populus per totam terram Ægypti, ut colligeret stipulam pro palea, & exactores urgebant dicendo: perficite* (*nihilominus*) *opera vestra, pensum diurnum, tempore suo, qvemadmodum cum esset palea. Et caesi sunt* (à praefectis Pharaonis principales seu supremi inter filios Israel, qvi inferiores Israelitas gravius urgere debuissent) *praefecti filiorum Israel, qvos praeposuerant illis exactores Pharaonis dicendo: Cur non perfecistis statutum vobis, conficiendo lateres, ut prius, & heri & hodie. Venerunt igitur praefecti* (Judaei superiores) *filiorum Israel, & vociferati sunt* (supplicando) *ad Pharaonem dicendo: Qvare* (per praefectos Ægyptios) *sic facis servis tuis, palea non datur servis tuis, & dicunt nobis, lateres facite* (sicut antea qvoad numerum, qvando ipsis dabatur palea.) *Et ecce* (qvia hoc facere utrumque non possumus) *servi tui* (nos superiores Judaei) *caeduntur &* (simul praeter supremos) *luit populus tuus.* (Inferiores etiam à nobis urgentur, & qvia non possunt, puniuntur, id qvod tamen injustum est. *Et dixit* (respondit supplicantibus) *Pharao, vacatis, vacatis* (hactenus nimis parvi fuerunt vestri labores) *iccirco dicitis: Eamus, sacrificemus Jehovae, nunc ergo* (nihil remitto) *ite, operamini, neqve palea dabitur vobis, & summam laterum dabitis. Videntes igitur praefecti filiorum Israel* (summi ex Israelitis) *seipsos in malo, occurrunt Mosi & Aaroni, & dixerunt: Foetere fecistis odorem nostrum in oculis Pharaonis, & in oculis servorum ejus, ut daretis gladium in manu eorum ad occidendum nos. Et reversus est Mose ad Jehovam, & dixit: Domine, ut qvid afflixisti populum istum, &c.*

Huc usqve textus capitis qvinti ex versione quidem Pagnini, sed tamen pro PECCARE posuit LUERE. Ex hac igitur deductione patet, qvod omnia pulcerrima serie & concatenatione sine omnibus salebris cohaereãt & planissima sint, si nimirum, ut feci, chata non juxta Pagninum converteris *Peccavit*, sed luit *peccatum*.

Sic enim cohaeret cum antecedentibus, *caeduntur*, cum conseqventibus, *occiduntur & affliguntur*.

Si vero mordicus apprehenderis ſignificationem, prout ad chata in Lexicis aſcribitur, & in ſpecie in Lexico Avenarii, quod in iſta inquiſitione noſtrum aliqui in manibus habebamus, continuo turbabitur Lector, hærebit & cogitabit, effinget & verum tamen ſenſum non aſſequetur. *Lege totum caput quintum ab initio & verſu* 16. lege, *populus peccat*, ſtatim agnoſces perperam redditum, quia materia inſinuatur per vocabulum peccandi, quæ prorſus eſt aliena ab iſta, de qua *antecedentia* verba ante Chata *peccavit*, & de qua *conſeqventia* verba poſt Chata *peccavit* tractant. *Antecedentia* conqueruntur de verberatione ſeu cæſione, *conſequentia* conqueruntur etiam de verberatione, cæſione, occaſione, afflictione. Cum his utrisque antecedentibus & conſequentibus, optimam cognationem & nativam conglutinationem habet intermedium verbum *in verſu 16. Luere*, expiando pati. Econtra cum neutris talem cohærentiam patitur vocabulum peccare, quia in *antecedentibus* non peccat populus, quia pro viribus facienda facit, in *conſequentibus* itidem populus non peccat, quin potius cum Moſe expoſtulat, ut miſſum ſe faciat, & laboribus vacare ſinat.

Hanc rationem ſecutus D. Lutherus non vertit, dein Volck ſündiget/ ſed ita, dein Volck muß Sünder ſeyn. Si enim vertiſſet, dein Volck ſündiget/ tum confeſſi fuiſſent Iſraelitæ, ſe omnino peccaſſe, ſed cum verterit, dein Volck muß Sünder ſeyn. Iſraelitæ, nihil aliud dicunt, quam ſe quidem puniri, attamen citra meritum.

Ecce Lector hoc pacto ex concordantiis quæritur ab interprete vocabulum Chata, & quia reperitur *Exod. 5. v. 16.* ibi ſiſtit diligens interpres greſſum, & totum caput aliqvoties perlegit, confert antecedentia cum conſequentibus, & ex iis æſtimat piè & prudenter, quam ſignificationem ad interpretationem locus iſte *verſu 16.* tolerare queat, imo quem unum & non alium admittere valeat, ſicut jam vidiſti, me breviter delineaſſe.

Poſtea interpres quærit alium ex Concordantiis locum ſacræ Scripturæ, in quo etiam continetur vocabulum *Chata*, & iſtius quoque loci integrum caput, quandoque duo & tria capita aliquoties eodem jam monſtrato modo evolvit, ut videat, quænam ſignificatio iſti loco ſit tribuenda ex lege antecedentium & conſequentium, immutabiliter vigente, & dominante & veritatem demonſtrante. Eodem pacto procedit cum tertio, quarto, quinto, ſexto, decimo, triceſimo, ſexageſimo, centeſimo loco in concordantiis annotato, diligentiſſime ſcrutans antecedentia & conſequentia.

Ex

Ex hoc (ſuper exortas magnas controverſias, aut ſuper ſcrupulos ſibi injectos) diligentiæ, laboris, & impenſi temporis magno ſtudio duos habet fructus: *Primum* cernit, utrum Lexicon de aliquo vocabulo plena, certa & vera, ſufficientiaque ſcribat. Sæpe autem reperiet Lexica inperfecta, incerta, mutila. *Non enim Grammatica & Lexicon debet ſcripturam regulare, ſed ex Scriptura debet formari & corrigi Grammatica & Lexicon.*

Deinde, ex eodem ſtudio ſimul & ſemel veram difficilioris loci ſententiam & genuinam interpretationem aſſequetur interpres, & judicium ferre poterit de omnibus verſionibus, à qvibuscunque editæ fuerint: Tantummodo vitet hanc opinionem interpres, ne ſeſe vel Græcæ 70. interpretum verſioni, vel ulli latinæ verſioni totum mancipet, & ſtudium ſcrutandi Hebræum textum derelinqvat. De 70. interpretum Græca verſione D. Lutherus ſic ait ſuper Oſeæ caput 13. interprete G. Majore ſuper 1. Cor. 15. *Etſi apud me 70. auctoritas parum valet, ut qui ſæpius, ſive volentes, ſive ignorantes, alieniſſima à verbis & intellectu Scripturæ tranſtulerint, quæ nulla ratione defendi poſſunt, ut Hieronymus in multis locis convincit.* Hactenus Lutherus. In cæteris latinis videbit Lector etiam ſuo tempore exempla doctiſſimorũ artificum, qui tamen aberrarunt in verſionibus, cum ex Hebræis fecerunt latina. Omnium & cunctorum & ſingulorum vocabulorum, qvotqvot in totis Bibliis extant loca, ipſis examinanda ex Concordantiis ad hunc modum, qvi jam eſt monſtratus, fuerant.

Agendæ ſunt tamen Deo gratiæ pro verſionibus, quas habemus, & laudandi & jucundi ſunt conatus omnium ſcrutantium fontes, qua de re doctorum judicia ſuperius vidimus, & ipſum qvoqve audivimus Lutherum noſtrum.

Qui in diſputationibus & concionibus (de rebus gravioribus,) conficiendis & in aliis ſcriptis adornandis, hanc eandem methodum inſpiciendi & evolvendi Concordantias ſequentur, præſertim de rebus graviſſimis & difficilimis, ii variam rerum ſupellectilem, à Deo ipſo in Scripturis ſuppeditatam, illico invenient, magnam & veram copiam ſibi parabunt, in diſputationibus cordatiſſimi efficientur, quia nihil poterit eos ſubterfugere, qvod domi non prius expendere licuiſſet. Concordantiæ enim ſunt quaſi Biblia per analyſin reſoluta in partes quasdam. *Qui vero* in expediendi difficilioribus hanc methodum neglexerit, is multa teſtimonia ſacra, & multorum vocabulorum loca non attinget, domi prius expendere non poterit, & ab alio poſtea omiſſa & non æſtimata ex improviſo in conflictu audire & ſupplere cogetur.

Jam vero te illud qvoqve oro lector, ut ex his qvaſi initialibus judices qvantum putes ad difficiliora enodanda negotia requiri temporis, qvantum labo-

laboris & studii ab his, qvi hac sacra aurea & divina methodo difficiliores Scripturas tractare & explicare volent. Optandum erat, ut *decimum premere in annum multi gestirent sua Scripta, præsertim de rebus gravioribus, antequam Ecclesiis eadem exhiberent.*

Hæc tamen omnia iterum nolim accipi in eam sententiam, qvasi veterum & recentium utiles labores contemnam & rejiciam, sed tantum in istâ peto ea verti partem, ut monstrem viam, secundum qvam omnium auctorum Scripta dijudicari, & juxta fontes examinari debeant, præsertim urgente gravioris negotii insigniore aliqva necessitate, seu oblato difficiliori aliquo scrupulo ex sacris literis.

De patrum lectione. Utqve paucis de patrum veterum & de neotericorum auctorum scriptis mentem meam explanem, sunt ex illorum numero aliqvi, apud qvos multorum locorum Scripturæ sacræ difficilium explicationem reperire licet omnino puram & fundamentalem.

Istius sententiolæ in Exodo, *Ego indurabo cor Pharaonis*, omnino nativam & eruditam declarationem olfacies lector *apud Origenem tomo 1 fol. 714. lib. 3. περὶ ἀρχῶν*: Ut etiam *apud Hieronymum in Epistola 150.* qvam *scripsit ad Hedibiam in responsione ad qvæstionem 10. de qva infra in usu plurima dicam.* Talem nimirum habent isti explicationem indurationis factæ Pharaoni, qva Deum omni etiam minimæ conniventiæ ad peccandum minima suspicione liberant. *Philippus Melanchton* scholarum brevitati consulturus, *ad permissionem*, ab aliqvibus non malo consilio aut fine excogitatam, *confugit*, qvasi diceret Deus: *Ego permittam indurari cor Pharaonis.*

Similiter, qva ratione inveniri possit declaratio istius *Rom. 8, 19. Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat, Qvia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: Scimus enim qvod omnis creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: Scimus enim qvod omnis creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc* leget benevolus manuductionem Lector *apud Origenem tom. 2. fol 564.* & in eodem super *Rom. 8*, ut & apud Hieronymum super *Rom. 8*, & Augustinum super *Psal 118. concione decima.*

Nimirum Apostolicæ ætati proximiora secula sine dubio omnes Epistolas Apostolicas clarius inspexerunt, & mappis intimeqve intellexerunt. Sed & *Benedictus Arias Montanus* locum *Roman. 8.* explicandi occasionem monstrat bonam, Pontificiis alioqvin addictus.

Qvæcunqve igitur aliqvis interpretari debet, de illis ipsis seu tempore justo inqvirat interpretum veterum, & si habet, etiam recentiorum judicia & expositiones, expendat ipsorum pias cogitationes, & manuductiones, tantummodo caveat, ne sit ex genere animalium immundorum, qvæ non ruminant,

minant, qvorum esus in sacra politia fuit prohibitus, hoc est, caveat ne ob solam dicentis auctoritatem arripiat unum qvodvis, uniuscujusvis de loco aliqvo difficiliore & obscuriore, interpretamentum, citra omnem fontium meditationem, & antecedentium conseqventiumqve ruminationem & dijudicationem.

Plurima enim vice perversa reperiuntur, & in veteribus sanctis patribus & in novitiis qvoqve auctoribus, qvæ non sapiunt ἀκρίβειαν fontibus Hebraicis & Græcis, legibusqve antecedentium & conseqventium convenientem. Notum est, qvod falsas expositiones plurimorum locorum Scripta patrum & qvidem adeo notum, imo potius est & in confesso propatuloqve apud Pontificios & apud nostrates, ut contradicentem habituri simus neminem.

Excipiunt Pontificii aliqvid, de qvo legere lubet apud Gregorium de Valentia l. 2. de sacrificio Missæ (*conscientia de una aliqva scriptura Patrum testimonia esse habenda pro infallibili ac certissimo veritatis judicio, & genuino sacræ scripturæ sensu.*) Verum enim vero annon *tempore Eliæ* plurimi sapientissimi discesserant à norma per Mosen præscripta, & incurvaverant sese Baalim? an non in Novo Testam. *Christus* evincit ferme omnes Doctores tunc viventes de falsis interpretationibus Decalogi, qvotqvot tunc in tota reperiebantur ex præcipuis Judæa. Si istis hoc contigit, cur non idem metueremus de patribus Novi Testam.? An non de justificationibus, de invocatione sanctorum, de purgatorio, de primatu Papæ, deqve similibus magis turpissime aberravit tota latina seu occidentalis Ecclesia. Utiq; igitur *consultissimum, imo & necessarium est, ut interpretatio Scripturæ non dependeat ab Auctoritate patrum, sed ut interpretatio Scripturæ fiat ex ipsa Scriptura, & per ipsam Scripturam, & qvidem* ut interpres *ad ipsos fontes adeat*, & vocabulorum varia significata ex libris Veteris Test. venetur, & suum præsenti cuiqve loco sapienter accommodet pius, qvemadm. indicavi exemplo ex *Exod. 5. c.*

Præter concordantias Hebræas extant concordantiæ Græcæ, concinnatæ per *Henricum Stephani*, & aliæ per *Xystum Betulejum* super totum testamentum novum Græcum, ex qvibus locorum omnium Novi Testamenti difficilium verum & proprium sensum aucupaberis, prorsus ad eundem modum, de qvo jam egi ex concordantiis Hebraicis. *De Concordantiis Græcis, qvarum hodie variæ extant editiones.*

Sed & præter Hebraicas & Græcas jam indigitatas prostant veteres Latinæ Concordantiæ, & hodie qvoqve Germanicæ, libri omnino pulcri, & præter omnem opinionem valde utiles. Hi enim monstrant loca similia & cognata in Bibliis, & indicant rationem explicandi unum Scripturæ locum ex altero, qvæ sola explicatio textuum sacrorum est maxime divina, nimirũ declarare Scripturam unam difficiliorem per Scripturas sacras planiores.

Acce-

Accedat autem iſta qvoqve ſolertia, *ut qvoties legis textum aliqvem in Bibliis, cujus ſententiam nativam aſſeqvi geſtis, eum ad ſua loca & tempora reducas, qvando & qvibus ſcriptus fuit*: Exempli gratia *Oſeæ 12. v. 11.12.* in antiqva verſione habetur: *Nam altaria eorum fuerunt ſicut acervi ſuper ſulcos agri*, in Pagnino: *Etiam altaria eorum fuerunt ſicut acervi* (lapidum) *in ſulcis agrorum*, paraphraſi Lutheri, ſie haben ſo viel Altar/ als Mandeln auff dem Felde ſtehn. Iterum enim hic Lutherus accommodaſſe ſeſe videtur ad Germaniam noſtram, & ad Germaniæ plerasq; planas regiones, ubi qvilibet facillime intelligit, qvid ſint manipuli ſegetum demeſſarum collecti, & qvid ſit illud, qvod idololatræ in tantum multiplicaverant altaria ſuis idolis dedicata, contra expreſſum verbum Dei, qvod in toto torbe terrarum non niſi unicum ſacrificiale extare & reperiri debebat altere, in qvantum in meſſe per divinam benedictionem videmus multiplicatos eſſe, & ſtare super ſulcorum dorſa manipulos. Atq; manipulos collectos de ſegetibus demeſſis Sacra S. exprimere ſolet per vocem אלמה á themate ſeu radice אלם. Conſulantur loca Scripturæ de Joſephi ſomnio *Geneſ. 37, 6.7. En in medio agri ligabamus manipulos* (vel eramus manipulantes) *& ecce ſurrexit manipulus meus & etiam ſtetit, circumſtabant qvoq; manipuli veſtri, & incurvabant ſeſe manipulo meo. Ruth. 2, 7. puella iſta colligit ſpicas inter manipulos Pſ. 126, 6. Euntes ibant & flebant, portantes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* Aſt *Oſeæ 12.* extat vocabulum, cujus origo pendet ex radice גלל *Galal*, qvæ ſignificat volvere, provolvere ſeu convolvere in rotundum. Non autem habent manipuli ſegetum demeſſarum collecti in ſua forma externa qvandem rotunditatem, ſicut habent lapidum & aqvarum collecti acervi. *Gen. 3, 46. acceperunt* (Laban & Jacob) *lapides & fecerunt* גל Item, *Jer. 51, 37. Erit Babel in acervum* גל nimirum ſicut habet præcedens *verſus 26.* in eodem capite, *Non tollent de te lapidem pro angulo, & lapidem pro fundamentis, qvoniã in deſolationes ſempiternas eris, dixit Jehova.*

De Phraſibus Hebrais.

Porro eadem antecedentium & conſequentium in textibus ſacris diligentiſſima collatio & æſtimatio alio magno beneficio lectorem pium remunerabit, *nimirum oſtendet ipſi, ſicuti vocabulorum, ita qvoq; phraſium Scripturæ S. ſingulares formas & ſignificationes, ut phraſeon ſingulari & Hebræis uſitata ſignificatione deprehenſa, in contextuum integrorum nativum ſenſum integrum adhuc facilius & interius invadere queat.* Multum autem ſitum eſt in phraſeon Hebræis uſitatarum cognitione & enodatione dextra.

Merito rideretur, qvi de verbo ad verbum reddere, & in ſuam vernaculam lingvam convertere vellet phraſes Ciceronis, Virgilii & aliorum Oratorum & Poetarum, qvæ in ſuis fontibus magnam ſapiunt eruditionem, at in alios transfuſæ, de voce ad vocem barbariſmum, verbi cauſa, *dare operam*

meve-

movere omnem lapidem, ponere beneficium in hominem ingratum, uti alicujus familiaritate, conflictari cum morbo. Eodem modo sunt in Scripturis sacris formulæ proverbiales, & phrases aliæ, Hebræo populo propriæ, qvæ in aliis lingvis, eodem modo non ursurpantur. Qvanto autem divinissimus est Scripturarum Auctor, tanto majore auctoritate, & gratia condivit istam suam elocutionem, ita, ut phrases & proverbiales locutiones diviniores, & pulchriores non inveniantur in orbe, nisi apud Hebræos, præsertim in Bibliis. Commendo igitur Lectori *proverbia & adagia Hebræa, qvæ magno numero edidit I. Drusius*, qvamqvam ejus scripta cum judicio legenda, & significandum est, qvod non per omnia Lutheranæ doctrinæ sit addictus.

Operæ etiam sanctæ pretium fecerint Theologi, & Theologiæ Candidati, si in scriptis suis latinis, familiaribus Epistolis, orationibus & aliis, non abhorruerint à phrasibus Scripturæ, in lingvam Latinam transfusis, easqve vel cautè ex vetere Hieronymiana, qvæ plurimorum in manibus, & idcirco notissima est, vel ex nova aliqva Versione petant. *Phrases Biblica à Theologis in scriptionibus imitandæ.*

Exempli gratiâ, *furorem Dei* Scriptura sacra *Psal. 90, 7.* vocare solet *æstuantem ardorem iræ divinæ. Deut. 6, v. 15. irascatur furor Jehovæ in te, Deut. 13. vers. 17. ut avertatur ab ira furoris sui Deus, & det tibi misericordias Jonæ 3 v. 9 10. Qvis scit, si convertatur & pæniteat Deum, & avertatur à furore iræ suæ, & non peribimus Psalm. 69, v. 25. furor iræ tuæ comprehendat eos.* Utrumqve posterius dicitur de temporali pœna *ira furoris*, & vice inversa *furor iræ*, neqvis, ex inversione & variatione, significationem variam inferat, qvasi *ira furoris* significet pœnas corporales, *furor iræ* pœnas æternas. In exemplo enim utroq; allegato, utrobiq; innuuntur pœnæ corporales. Nam in *Psalmo 69, v. 26.* continuè ita seqvitur: *Sit palatium eorum desolatum, & in tabernaculis eorum non sit, qvi habitet.* Et apud Ninivitas timebatur temporale excidium, licet post actam pœnitentiam. Sæpenumerò enim Deus remittit peccatum & æternam pœnam, sed non simul temporalem pœnam semper unâ remittit. Qva de re alibi prolixius egi.

Sunt igitur phrases admodum patheticæ: *Nondum reqviescit in nostris terris ira furoris Jehovæ. In spiritu furoris sui, misit Dominus Angelos percutientes. Furorem Domini concitavimus iniqvitatibus nostris.* Item: *Non nisi precibus & animo resipiscente, avertere valebimus indignationem furoris iræ Dei nostri: Ignem succendit Dominus in furore suo, qvi devoravit palatia multa urbis tuæ: oremus, ne consurgat novus furor Domini in agros, & super arbores hortorum nostrorum: Addit furor Domini irasci adversus tabernacula nostra, & stillat ira furoris ejus nimis super populos &c.* Hæ phrases de ira Domini, ex sacris Literis depromtæ, & demonstratæ per Concordantias Latinas (*qvi novus & jucundissimus est usus Concordantiarum*) longè magis afficiunt, qvod spero, mentem *Usus alius Concordantiarum, pro scriptis latinis, à Theologo conficiendis.*

Theologi, qvam illæ, qvas in eundem ſenſum à profanis & Ethnicis monumentis aliqvis colliget. Jehova enim ipſe ſui ipſius animi affectiones, ſermone maximë proprio, utiqve exprimere voluit, & potuit.

Una cauſa, cur multis ſacrarum literarum ſtudia ſvideantur eſſe inconcinna.

Ceterum, qvi nimis tardi ad ſacrorum Bibliorum lectionem accedunt, & interim annos 20. & plures terunt, in ſolis ſcriptis Ethnicis oratoriis & poëticis, illi tandem, aut cum maxima difficultate, phraſeölogias Scripturæ, hactenꝰ à ſeſe neglectas, percipere incipiunt, nec adeo multum proficiunt in ſeneſcentibus ſcilicet annis, aut maturè deſperant, aut toti ex aliorum Commentariis pendere coguntur. Hinc ſunt illæ multorum qverelæ & deſperationes, de asſeqvendo ſenſu ſacrarum Scripturarum omnium.

Inebriare, apud Hebræos, eſt ſepenumero largisſimè ſatiari, non ita repleri potu, ut neqve manus, neqve ratio officium ſuum facere qveant, *Pſal. 56, v. 10 Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletate eam; flumen Dei repletum eſt aqvis, paraſti cibum illorum, qvoniam ita eſt præparatio ejus v. 11. Rivos ejus inebria, multiplica germina ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate.* Ex his verbis Pſalmi apparet, qvid ſit inebriari, nimirum repleri ubertate, & vehementer ſaturari. Qvo pacto etiam illud explicabis in nuptiis Cananæis *Joh. 2. verſ. 10. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerunt, tunc id, qvod deterius eſt. Proverb. 5, verſ. 19. Ubera ejus inebrient te*, hoc eſt, *delectent te ad ſufficientiam usq;, & ultra.* Sic enim mox ſeqventia verba explicant ea, qvæ præcedunt, *In amore ejus delecteris jugiter. Et 7, v. 18. Veni, inebriemur amoribus.* Sic enim iterum mox ſeqventia verba declarant, *Lætemur amoribus. Hagg. 1, v. 6. Bibiſtis, & non eſtis inebriati*, h. e. ſatiati *Jerem. 31, verſ. 14. Inebriabo animam Sacerdotum pingvedine, & populus meus bonitate mea ſaturabitur.* Interdum tamen ſignificat nimiam repletionem, unde metaphoricè qvoqve connotat ſuperfluam nimis repletionem *Eſa 16, v. 9. Inebriabo te lacrimis, & 34, Inebriabitur terra eorum ſangvine, Hab. 2, v. 15. mittens fel ſuum, & inebrians.* Qvæ omnia innuunt, Dominum calamitatibus obruiturum corpora & animos hominum: Ut, ſicut ebrii ſeipſos ignorant; ità calamitoſi iſti, qvaſi animam exuisſe videantur, & incerti ſint, qvid rerum moliri debeant. Verè enim Deus qvandoqve inebriat domum aliqvam lacrimis, propter crebra incendia, diluvia, funera. Hæ phraſes ſtatim hominem longè attentius deducunt in agnitionem cauſæ efficentis calamitatum, qvam qvæ ſaltem concinnantur ex Latinitatis qvibusvis auctoribus (qvas tamen, alias latinas, interim non pedibus conculco,) ſimulqve, de reconciliando maturè Domino eodem, admonent.

Qvid Scriptura velit per HERI & NUDIUS TERTIUS.

Heri & nudius tetius pulcerrimè vocat Scriptura *tempora qvævis, factum aliqvod antecedentia Gen. 31, v. 5, dicit Jacobus de Laban ad uxores ſuas: Video*

faciem

faciem patris vestri, qvod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius, hoc est, sicut hactenus, vel sicut temporibus præcedentibus, vel sicut huc usq; *Exod.* 4. *v.10.* Moses de se dicit, *Obsecro Domine, non sum vir verborum*, (vir verbosus, sicut vir rixarum, pro viro rixoso) *etiam ab heri, etiam à nudius tertius, etiam ex qvo locutus es cum servo tuo, qvia gravis ore, & gravis lingvâ sum*; qvasi diceret, sum impeditæ lingvæ inde à pueritia.

Refert Josephus historicus, qvod Pharaonis filia Mosen, ex aqvis extractum, propter pulchritudinem adoptaverit, & qvod Mosi decreta fuerit successio in Regno, qvod Rex liberis destitueretur, & qvod Rex coronam Mosi puerulo imposuerit in caput, & qvod de capite Moses puerulus coronam dejecerit in terram, & qvod tunc Magi proclamarint, occidendum istum puerum, siqvidem Oraculo edocti fuissent, à puerulo qvodam Judaico, toti regno Ægypti magnam cladem expectandam, unde tamen etiam masculos, non simul fœmellas Hebræorum, Rex submergi jussit. Filia igitur Pharaonis, necem ab accusato & suspecto puerulo aversura, pueritiæ imperitiam & innocentiam prætendit, &, qvod extat apud Sabellicum Historicum, afferri jussit prunas ardentes, ex qvibus puer illicò, more infantum, rapuit, & ori suo applicavit prunas, non sine lingvæ & loqvelæ præsentissimo detrimento. *Cur in Ægypto tantum masculos Pharao praceperit submergi.*

Exod.21, v 29. Si bos cornupeta fuerit ab heri & à nudius tertius, & occiderit virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, & Dominus qvoq; ejus morietur. Deut.19.4. Hæc est res homicidæ, qvi percusserit proximum suum ignoranter, neq; oderat eum ab heri & à nudius tertius, &c. Sed & alibi extat eadem phrasis, ut Concordantiæ ad primum oculum patefacient.

Heri & hodie vice versâ significant omnia antecedentia & conseqventia. Hebr. 13, vers. 8. Jesus Christus heri & hodie in secula, hoc est sempiternus. *Qvid notetur per HERI & HODIE.*

Super genua lætificare pulcherrimè, & admodum apposito schemate, sacra Scriptura *vocat illum affectum, qvando matres teneræ, teneros puellulos & puellulas, non in cunis & in fasciis repositos & repositas, blandè tractant, sed majoris dulcioris q; captandæ voluptatis gratiâ, super genua sua liberius collusuros & collusuras, gestant & servant.* Hunc paternum & maternum nimium affectum, Scriptura Deo asscribit: *Esa.65, vers.12.13. Et sugetis, & portabimini super latus*, hoc est, sinu portabimini; *& super genua lætificabimini, sicut vir, qvem mater sua consolatur*, sic ego consolabor vos. *Qvid sit super GENUA LÆTIFICARE.*

Et cap 60. vers 4 Filiæ tuæ ad latus nutrientur. Sicut ergò mater infantem suum lactans, ad latus portat, & uberibus applicat; ita Deus suo populo indulgentissimam & fidelissimam promittit curam, maternam videlicet, ut sugere & saturari qveat uberibus consolationum & auxiliationum divinarum.

Gen 30,v.33. Rachel offert marito ancillam, ut ingrediatur ad eam, & ut hæc pariat super genua sua, h. e. promittit, qvod filios, ex ancilla susceptos, velut dulcissimos & charissimos, tanqvam suos proprios, habere & educare, sicut etiam verba illicò seqventia habent: *Habebo ego qvoq; filios ex ea. Gen.50, v.23. Etiam filii Machir, filii Manasse educati sunt ad genua Josephi*, i.e. qvamqvam Pater Jacobus, filios Ephraimi præposuerat filiis Manasse primogeniti sui, & qvanqvam Joseph ex Ephraim vidit tertiam posteritatem (ut ibidem narratur) tamen etiam filios Manasse sui primogeniti, à Jacobo patre postpositi secundò genitos, nihilominus charissimos habuit, ut solet deliciari mater cum filiis carissimis, & super genua sua jactatis.

Egredi & ingredi,

Egredi & ingredi ejusdem Scripturæ phrasis admodum dulcis, describit defungentem officio aliqvo præsertim publico. Exempla extant *Num.27, v.17.* ubi Moses petit, ut præficiat Dominus virum, qvi *egrediatur ante eos, & ingrediatur ante eos*. Et Moses ipse de se ait: *Deut.31,2. Non possum ultrà egredi, aut ingredi*. Et antea cap. *Deut.23,2. Non ingredietur, qvi contusione fractos, aut abscissos habet testiculos, in congregationem Jehovæ, non ingredietur spurius congregationem Jehovæ.* Ad officia igitur aliqva publica Lex Dei vetabat adhiberi insigni corporis macuâ visibiles, risibiles, spurios, illudq; ideo, ne Ministerii Ecclesiastici vilescere dignitas unquam inciperet. *Osea 11, v. 8.9. Qvomodo dedam te Ephraim, tradam te Israel? qvomodo ponam te, sicut Adamah, ponam te sicut Seboim? inversum est in me cor meum, pariter incaluerunt pœnitudines meæ. Non faciam secundum iram furoris mei, non revertar ad disperdendum Ephraim, qvoniam Deus sum, & non vir in medio tuo sanctus, neq;* ingrediar *civitatem*. Hactenus verba Prophetæ, qvorum sensus, ex phrasi allegatâ, dependet iste: Etsi dignus es, ô Israel, ut propter tot idololatrias te ponam in solitudinem, sicuti Sodomam & Gomorram, tamen commiserationes meæ tibi promissæ, me istud facere non permittunt, non igitur prorsus te delebo, quia non sum sicut homo, sed sum Deus servans promissorum. Hæc qvidem facturus sum, interim tamen civitatem vestram non ingrediar, non ero dux & defensor civitatis vestræ, sed illam affligere, & ruere jubebo & patiar, ut vestras, hoc pacto, vindicem iniqvitates.

Eodem sensu usurpatur *Psal.60, v.12. Nonne tu Deus, qvi projeceras nos, & non* egrediebaris *Deus cum exercitibus nostris.* Ex Concordantiis sine negotio inqvirentur similia loca: *1.Sam.8, v.20. qvando Israelitæ prorsus intempestivè petunt regem: Erimus nos qvoq;, inqviunt, sicut universæ Gentes, judicabitq; nos Rex noster, &* egredietur *ante nos, pugnabitq; bella nostra.*

Poterit autem iterum Studiosus Theologiæ in suis qvoqve, qvibuscunq; monumentis, easdem phrases, sibi in lectione sacrarum Scripturarum factas, familiares cum suavitate æmulari, & imitari, in hunc circiter modum:

Post

Poſtqvam æternus DEUS ad Patres ſuos congregavit illum, qvi nuper in oppido iſto vel illo, ſolebat educere, & introducere populum Dei, & nunc alius ſit eligendus, qvi poſthac in illa congregatione egrediatur, & ingrediatur, te rogatum cupio, ſi noſti idoneum, qvi in noſtram congregationem jam dictam ingrediatur, ut de eo qvamprimum ad me referas. Iterum dico iſtas phraſes non modo digniſſimas eſſe, qvas Studioſi & Theologi in ſuis exprimant ſcriptis, ſed & easdem longè ſignificantiſſimas continere rei, de qva agitur, ſententias.

Cordis vocabulum, ſi in Concordantiis excuſſeris, & omnia loca, in qvibus reperitur, cum antecedentibus & conſeqventibus contuleris, examinaveris & æſtimaveris, diſtinctèq; explicaveris, omninò varias, & Scripturæ proprias, deprehendes phraſeôlogias. *Cordis vocabulum pro ſede varia, varias, in Scripturis nanciſcitur ſignificationes.*

Ubi, qvod ſupra præterii, admonendum mihi venit. In Hebræis Concordantiis (ſicut etiam qvædam in vocabulo כזב) in medio ponuntur nomina librorum ſacrorum, ut Bereſchit vel Breſchit, Geneſis Veelle, Schemoth, Exodus; Vaicra, Leviticus; Bemidbar, Numeri, Elle Haddebarim Deuteronimum, Schophtim, Judicum, Malachim א primus Regum, Malachim, ב ſecundus Regum. Dibre Hajam in Liber Paralipomenon, Prophetæ per ſe patent, ex ipſis Bibliis Hebræis, ut & Job. Tehillim Pſalmi, Misle Proverbia, Koheleth Eccleſiaſtes, Sir Haſſirim Canticum Canticorum. Deinde ſub nominibus librorum, jam indigitatis, ponuntur duplices literæ numerales, qvantum dextræ caput, ſiniſtræ verſiculum denotant, id qvod, ex collatione exempli Hebræi & Latini ſuperioris facillimè, addiſcet lector. Qvando numerum hunc XV. ſeu 15. ſeu qvindecim exprimere debent Hebræi, iſti in Concordantiis Hebræis, ponunt טו Vah & Thet, Vau ſignificat ſex, Thet ſignificat novem, ut novem & ſex, ſint 15. ſeu qvindecim. Superſtitioſam rationem, qvid opus eſt, iſtius numerationis prolixè urgere. Alioqvin enim 15. ſcribi debebant hoc modo יה qvæ ſunt initiales literæ vocabuli Jehovæ, qvod enunciari nefas putant: Sed hæc hîc inſerere libuit. Qvod autem in Concordantiis Hebræis omittuntur puncta, planè nihil moveat lectorem, & tyronem præſertim. Inſpiciat enim tyro ſaltem in ſuis Bibliis Hebræis vocabulum unumqvodqve cum punctis, & poſtea cogitet, ex qva radice derivetur, radicemqve ſeu radicis literas ſine punctis qværat in Concordantiis. Videbit rem feliciter proceſſuram. Nolo illud omittere, qvod Auctor harum Concordantiarum, Rabbi Mardochai Nathan, ſæpe duo, ſub una radice, deducit themata, tantummodo igitur uſus & labor accedat, qvi his & aliis medebitur facilè. Sed ad rem. *Uſus Concordantiarum plenior monſtratur*

Furari cor alicujus, qvid sit.

2. Sam. 15, v. 1. 2 seqq. Absolon furatur corda Israelitarum, qvia manè surgens, (qvotidiè) *stabat juxta locum viæ portæ, & omnem virum, cui erat causa, ut veniret ad Regem, pro judicio vocabat Absolon, & dicebat: Ex qvanam es civitate, cumq; is responderet: Ex una tribuum Israëlis est servus tuus, dicebat ad eum Absolon, vide, sermones tui boni sunt & recti: ac qvi te audiat, non est tibi à Rege. Dicebat præterea Absolon, qvis ponet me judicem in terra, & ad me veniat omnis vir, cui sit causa, & judicium, & justitiam faciam ei. Sed & cum accederet qvispiam, & incurvaret ei, extendebat manum suam, atq; apprehendebat eum, & osculabatur eum. Faciebat autem hoc pacto Absolon universo Israëli, qvi veniebat pro judicio ad Regem, & furabatur Absolon cor virorum Israëlis.* Ecce, ex ipso contextu integro perlecto, vides, qvid sit, qvod scribitur, Absolon furatus fuisse cor virorum Israel, nimirum, qvod blanditiis eos à Patre abalienarit, & sibi faventes & obseqventes reddiderit, ut ità iterum non opus sit tibi, pendere ab autoritate alicujus Commentatoris, sed sensum phraseôs eruere qveas, ex ipsius Scripturæ contextu, & visceribus, qvod conscientiam uniuscujusqve Lectoris vehementer afficiet, tranqvillabitq;. Interim non prohibeo, qvo minus Commentaris dicta percurras & consulas, videbis utiq; ex contextu integrè collato, num rem ipsam acu suâ tetigerit, num verò non tetigerit.

Aliud subjicio exemplum, & qvidem illud, *ubi furatus cor Labano, socero suo, fuisse scribitur Jacobus Patriarcha Genes. 31, v. 20.* nimirum qvod non indicasset ei, qvod vellet ante tempus in contractu mutuo constitutum & expletum discedere, ut ibidem è vestigio explicatur. Inspiciatur pro phraseôs, in hoc loco usurpatæ, genuino intellectu iterum integer contextus, qvi inchoari debet *cap. 30, v. 25.* & extenditur *usq; ad capitis 31. versum 29.* unde tamen iterum sensus alius non elicitur, qvam qvod Jacob promissis, de servitute aliorum septem annorum, & qvotidiana industria, in rebus pecuriis adhibitâ singulari, furatus fuerit cor Labanis. Hoc est, Jacobus diligentiâ promissâ, in munere adhibitâ, continuanter in hac opinione reliqvit Labanum, qvod vicesimum primum annum servitutis promissæ esset completurus. Id qvod etiam fecisset, nisi ante completum in tertium servitutis septenarium discedere necessum habuisset, idqve jussu speciali divino, *v. 13.* qvale non habent servi alii, ne qvis hoc exemplum temerè imitetur. Alium, eadem nostra Scriptura, habet modum, de hac re loqvendi *2. Par. 12, v. 33. Psal. 12, vers. 3. Jacobi 4, v. 8.* ubi Zabulonitæ dicuntur *præliari absq; corde & corde*, hoc est, non ex duplici vel falso corde, & *calumniator loqui dicitur labio blanditiarum in corde, & corde*, & purificare corda jubentur, qvi duplices sunt

ſunt animo, ſicut ii ipſi aliàs deſcribuntur, qvod non ſint puro,& toto, & perfecto, & ſimplici & omni uno corde, *2. Sam. 15, v. 11. 13. 1. Reg. 2, v. 4. & 9, v. 4. 1. Par. 29, v. 17. Jer. 32, 39. 2. Par. 30, v. 12. Totum nimirum & perfectum, & omne, & ſimplex cor opponitur cordi duplici, non omni* Huc pertinet, qvod *Deuter. 6 v. 5.* jubemur diligere Deum *toto corde, totâ animâ,* id qvod repetit, & denuò utiqve non fruſtrà inculcat Chriſtus *Matth. 22, verſ. 37. Marc. 12, verſ. 29. Luc. 10, verſ. 27.* ubi expreſsè addit: Hoc fac, & vives. Innuitur autem, ut Deum diligamus citra fucum, ne verbis honoremus Nomen Dei, corde ſimus frigidi, factis peſſimi. *1. Reg. 11, verſ. 4. Non fuit cor Salomonis perfectum cum Jehova Deo ſuo, ſicut cor Davidis, patris ſui. 1. Reg 14, verſ. 8. David cuſtodivit præcepta mea, & ambulavit poſt me, toto corde ſuo, ad faciendum tantum, qvod rectum eſt in oculis meis. 1. Reg. 15 v. 5. qvod feciſſet David qvod rectum erat in oculis Jehovæ, neq; declinaſſet ab ullo eorum, qvæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, præterqvam in re Uriæ Hettæi. 2. Reg. 23, v. 25. Similis Joſiæ non fuit Rex, qvi reverſus ſit ad Jehovam toto corde ſuo, & totâ animâ ſuâ, & totis viribus ſuis, juxta univerſam legem Moſe, nec poſt eum exſurrexit ſimilis illi.* Act. 8, v. 37. petenti Baptiſmum Eunucho reſpondet Apoſtolus Philippus: *Si credis ex toto corde, licet*, hoc eſt, ſi citra luſum, jocum, hypocriſin & incredulitatem hæc dicis.

Deut. 29, v. 19. Benedicere ſibi in corde, habebit eandem ſignificationem. Ecce enim, (ne opus ſit qværere alium Interpretem, qvam viciſſim ipſum S. Scripturæ Auctorem, Spiritum S.), legantur præcedentia & conſeqventia *v. 16. Vos noſtis, qvomodo habitavimus in terra Ægypti, & tranſivimus per gentes, & vidiſtis abominationes earum, & idola, lignum & lapidem, argentum & aurum, ne ſit inter vos vir aut mulier, aut familia, aut tribus, cujus cor avertat ſeſe hodiè à Jehova Deo noſtro, ut vadat ad colendum Deos gentium harum, ſitq;, cum ipſe audierit verba maledictionis hujus* (*Deut. 27, v. 15.* Maledictus qvi fecerit ſculptile & conflatile abominationem Jehovæ, ſcilicet ea adorandum, *Levit. 26, v. 1. vel 25 v. ult.* in qvibusdam Codicibus) *ut benedicat ſibi in corde ſuo, dicendo: pax erit mihi, etiamſi in cogitatione cordis mei ambulavero.* Huc usqve verba Scripturæ. Ex qvibus facillimè colliget attentus Lector, ſenſum eſſe iſtum, ne faciat aliqvis idololatriam, & tamen in corde ſuo, per blanditias iſtas, ſeſe decipiat, qvod Deus non ſit ipſum puniturus. Benedicere igitur ſibi in corde, in hoc contextu ſignificat, promittere ſibi impunitatem magnorum ſcelerum, v. g. idololatriæ. Utiqve in contrario contextu, contrarium ſenſum poſſet ferre illa ipſa phraſis, exempli gratiâ in caſu tali: Pontificii nobis, ob neglectas ſuorum ſanctorum invocationes, maledicunt, tamen nos, ex Verbo Dei nobis harum idololatriarum non reis, in corde noſtro benedicimus. Fieret illud ad exemplum *Pſalm.*

Qvid ſit benedicere.

Psalmi 109, v.28. Maledicunt illis, & tu benedicis. Phraseön igitur, sacris Literis usitatarum, verissimum, & maximè genuinum sensum Lectori pio & attento, nullus alius Commentarius tam perfectè, tamqve sufficienter, explicabit, atqve ipsa diligentissima istorum contextuum, in qvibus eæ reperiuntur, æstimatio, antecedentiumqve & conseqventium accurata est collatio. Quapropter hominibus qvidem homines corda furari possunt, DEO autem illa nequaquam furari queunt, *DEUS* enim *scrutatur corda & renes Psal. 7, v. 10. & 26, v. 2. & 139 v. 12. Jerem. 11, v. 20. & 17, v. 10. & 20, v. 12.* Sicut autem Deum diligere jubemur ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus; ita & proximum nostrum, sicut nos ipsos. Christus enim secundum hoc mandatum primò simile esse dicit, neq; istis duobus, aliud majus mandatum esse fatetur *Marc. 12, v. 31. Hinc Psal. 15, v. 2. beatus prædicatur, qvi loqvitur veritatem in corde suo, non detrahit lingvâ suâ, non facit proximo suo malum. Psal. 94, v. 15. usq; ad justitiam revertetur judicium, & post illam omnes recti corde.* Servator, uno verbo complexus rem, jubet nos animam ponere pro fratribus *Joh. 15, v. 13. 1. Joh. 3, v. 9.* Istud autem qvid sit, etiam contextus declarant *Joh 13, v. 12. Diligatis alii alios, sicut dilexi vos. 1. Joh 3, v. 16. qvi non odit fratrem v. 17. qvi non claudit viscera sua coram fratre. v. 18. qvi non diligit verbo & lingva, sed opere & veritate,* ut & alibi declarat Christus *1. Pet. 2, v. 20. qvando benefacimus, & affligimur, & afflicti toleramus. Luc 6, v. 31. Qvando, prout volumus, ut nobis faciant homines, nos etiam facimus eis similiter. Exempli gratiâ*, qvando in periculis, pro amici bona causa apud Magnates sustinendis, non fugimus instar mercenarii *Joh. 10, 11. 12. 15* sed magnâ cum confidentiâ, & cum candida παρρησία pauperis innocentiam profitemur, protestamur & proferimus, & ita pauperem eripimus ex faucibus potentiorum opprimentium ipsum, *Esa, 1, v. 17. Jerem. 22, v. 3.*

Qvid sit animam ponere pro fratribus.

Nuspiam autem ullus contextus patietur, nos ita pro fratribus debere ponere animam & vitam, sicut Christus supra hanc, & ultra hanc jam indigitatam rationem, pro nobis factus fuit λύτρον. Versans enim in materiâ ipsâ, de Christo facto pro nobis in cruce λύτρῳ qvodam *Rom. 5, v. 7.* ita scribit ex Spiritu Christi Apostolus gentium: *Vix pro justo qvispiam moriatur. Nam pro eo, qvi utilis ipsi, forsitan aliqvis etiam mori sustineat.*

ÆDIFICANDI vocabulum qvid significet.

Ædificandi vocabulum, si in Concordantiis ordine qvæsiveris, cum variis conjunctum vocibus aliis, deprehendes, ita, ut non simpliciter & semper tibi possit exprimere sensum, externo, & vulgatis obvio sono congruentem. Satis notus & disputabilis est locus *Exod. 1, v. 21. qvia timuerunt obstetrices Deum, fecit eis domos.* Contextus Exodi in eo loco, ubi extat hæc sententia, brevior est, qvam ut ex illo ipso sufficientem ejus intellectum venari, & haurire qveas. In hoc & aliis similibus casibus consulendæ

lenda sunt loca similia. Sume autem concordantias Hebræas & qvære radicem Hebræam בָּנָה ædificare, ædificare *enim & facere domum inter sese congruunt. Gen. 16. v. 2. Dixit Sarai ad Abraham: En! nunc conclusit me Jehovah* ne parerem, ingredere *qvæso ad ancillam meam, si ædificer ex ea. Gen. 30, v. 3. Dixit Rachel, Ecce ancilla mea Billah*, ingredere *ad eam*, parietq; *super genua mea & ædificabor ex ea. Ruth. 4. v. 11. Dixit omnis populus, qvi erat in porta & seniores, testes sumus & reddet Jehova mulierem, qvæ ingreditur domum tuam, sicut Rahel &* sicut Lea, qvæ *ambæ ædificarunt domum Israel.* D*euter. 25. vers. 9. Cum habitaverint fratres pariter, & mortuus fuerit unus ex eis, & filius non fuerit ei, non nubet uxor mortui extra viro extraneo, cognatus ejus ingredietur ad eam, & capiat eam sibi uxorem, eritq; primogenitus, qvem pepererit, stabit nomine fratris sui defuncti, ne deleatur nomen ejus ex Israele, si noluerit vir ille, accedat cognata ejus ad ipsum in conspectu seniorum, & solvet calceamentum ejus à pede ipsius*, & spuet *in faciem ejus, dicetq;, sic fiet viro, qvi non* ædificaverit *domum fratris sui. Psal. 89, v. 2. In seculum misericordia* ædificabitur. *v. 5. usq; in seculum stabiliam semen tuum, &* ædificabo *generationem & generationem thronum tuum. Proverb 14. vers. 1. Sapiens mulier ædificat domum suam*, stulta autem manibus suis destruit eam: *Qvomodo autem sapiens mulier ædificet, lege toto capite Proverbiorum Salomonicorum postremo.* Nimirum confidet in tali muliere cor viri sui, perqvirit lanam & linum, & operatur secundum voluntatem manibus suis: Est velut navis mercatoris, qvæ ex longinqvo adducit panem suum, considerat agrum & emit eum, de fructu manuum suarum plantat vineam, tapetia facit sibi, byssus & purpura indumentum ejus. Linteum facit, & tradit, & cingulum tradit negociatori, surgunt filii ejus, & beatam dicunt eam. Multæ filiæ paraverunt sibi divitias, tu autem superas universas. Hactenus Salomon. *Psal. 127, v. 1. Si Jehova non ædificet domum, frustra laborant ædificantes eam.* Ex his & aliis facile elucebit, Facere domos *Exodi 1, v. 21.* non significare hoc, qvod Deus ipsis obstetricibus miraculose fecerit vel ædificaverit domos, sed qvod pro illa non fucatâ pietate benedixerit obstetricibus omnium rerum corporalium abundantiâ, valetudine firmâ; felicissimis successibus, in comportandis divitiis, liberorum procreatione & educatione exoptata, & qvæ his similia possunt excogitari.

Idem igitur tentabit studiosus Theologiæ in similibus exemplis, in qvibus expediendis contextus videbitur ipse nimium esse strictus & brevis. Nimirum confugiat, exempli gratiâ in hoc jam casu expedito, ad vocabulum DOMUS, aut FACERE, aut simile huic ÆDIFICARE. Cui res cordi & curæ est primis præsertim tyrocinii hujus illustris & utilissimi annis, is pleraq; sententiæ istius cujuscunq; difficilioris oblatæ vocabula

ſcrutetur in bibliis juxta manuductionem Concordantiarum, aut qvi jam multum profecit, ſaltem unum maximè necesſarium.

Puerulorū vox qvid ſubinnuat.

Puerulorum vox primò ſono qvum ſtaturam homuncionum denotet, qvilibet etiam puerulus agnoſcit *1. Joh. 2. 14.* Apoſtolus ille ſcribit *Filiolis, fratribus, patribus, adoleſcentibus, puerulis.* Et ſunt in contextu argumenta, qvæ ſingulis attribuuntur, ponderanda *verſ. 18.* ita ſcribitur *puerul*i, *ultimum tempus adeſt, & ſicut audiviſtis, qvod Antichriſtus venturus ſit, etiam nunc Antichriſti cœperunt multi esſe.* Utiq; enim infantuli illi per auditionem ſeu per ſenſum aditus de Antichriſto venturo erudiri poterunt. Unde videtur, ſub puerulorum, adoleſcentulorum, fratrum & patrum nomine Apoſtolum complecti omnium ætatum iſtos homines, qvi aliorum conciones & ſcripta percipere, intelligere & retinere potuerunt. Iidem puerули *v. 24.* admonentur, ut, qvod audiverunt â principio, id in ipſis maneat, qvum item qvidam puerul i *v. 26.* ſeduci posſunt, qvin deniq; *v. 27.* eosdem docuerunt Apoſtoli Spiritus ſancti gratiâ impleti & uncti. *At verſu enim 18. ad 28. agitur* de puerulis, qvos inſtruere ſibi ſumſit Apoſtolus. Ex concordantiis inqvirantur ſimilia loca, & res omnis adhuc magis fiet plana. *Joh. 21. v. 5.* poſt reſurrectionem Chriſtus eadem voce alloqvitur Timonem Petrum, Thomam Didymum, & Nathanaelem, filios Zebedæi & alios duos ex diſcipulis ejus, qvi Petro inſtigante abibant piſcatum, totâ nocte laborabant, & nihil capiebant. Mane igitur ſtetit Jeſus in littore & dicit eis *παιδία pueruli, nunqvid obſonii habetis.* Similiter *Act. 4. v. 27.* Petrus & Johannes *Chriſtum adultum & annorum 34. virum vocant παῖδα, coacti verè ſunt adverſus ſanctum puerum tuum Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Iſrael, ut facerent, qvæcunq; manus tua & conſilium tuum prius definerat facienda.* Sed & viceverſâ videtur *vir* accipi *pro infante Eſa. 66. v. 13. Super latus protabimini, & ſuper genua lætificabimini, ſicut vir, qvem mater ſua conſolatur, ſic ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolationem accipietis.* Et ſi verò qvidam ad ætatem adultiorem viri nomenclationem hoc loco extendere ſatagunt, qvaſi Deus promittat ſtatim à captivitate, & longè poteſt captivitatem Babylonicam novum & perpetuum auxilium, qvemadmodum mater conſolatur infantem & adoleſcentem filium ſuum: tamen ille ſenſus tàm manifeſtè ex illo loco non poteſt elici. Sed *Eſa. 65. v. 20. puer centum annorum* indigitatur ad imitationem longævitatis primorum patrum, apud qvos pueritia ſine dubio fuit extenſa ad centeſimum annum ætatis, qvod in noſtra brevitate fieri nullo modo poteſt. Huc pertinent reliqva loca in concordantiis demonſtrata *Matth. 14. v. 3. Herodes dixit pueris ſuis: Iſte eſt Johannes.* In Græco eſt *τοῖς παισίν. 1. Cor. 13. v. 11. Cum esſem puer, ut puer loqvebar, ut puer ſentiebam, ut puer cogitabam, ubi vox eſt νήπιος,* qvæ planè balbutientem aliis indicare putatur.

Emit-

Omitto, qvæ in veteri Scriptura extant plurima *Gen.14.v.14. Armavit Abraham pueros suos domus suæ, octodecim & trecentos, & persecutus est usq; ad Dan, & percussit eos, & reduxit omnem substantiam & Loth.* Hî autem pueri *Gen.17.v.27.* cognominantur *viri* in hisce verbis: *Omnis vir domus ejus, natus domus & emtus argento â filio alienigenæ circumcisi sunt cum ipso.* Ecce pueri nominantur, qvi milites strenuissimos sese præbebant in bello isto exorto inter aliqvot reges & qvinqve civitates. Exempla prostant alia nimis multa. Considerandæ igitur sunt circumstantiæ aliorum verborum in eodem loco, ut possit certissimus reddi de qvali ætate & statura agatur. *Mulier circumdabit virum.*

Peccare qvid primo sonitu declarat, nulli non est notum. Attamen ex contextu sæpius dijudicandum venit, de qvali genere peccatorum locus aliqvis sit explicandus. *Aliqva enim sunt peccata dominantia seu regnantia, aliqva non dominantia, idemq; alia contra conscientiam, aliqva non item.* Et qvod non sit homo, qvi non peccet, notum est ex 1.*Reg. 8. v. 46.* Jam aliqvi qværunt discrimen in vocabulis, peccataq; dominantia putant intelligi hac periphrasi *peccata committere*, sed peccata non dominantia existimant simpliciter efferri notiunculâ hac *peccare.* At Scriptura, sicut nec alibi, ita nec in hoc patitur suam mentem paucis literis solummodò astringi & alligari. *Peccatum est legis transgressio*, inqvit Apostolus *1. Joh. 3. v. 4. v. 6 Qvisqvis in Deo manet non peccat, qvisqvis peccat, non vidit eum, nec novit eum. Filioli, nemo vos seducat, qvi exercet justitiam, justus est, sicut ille justus est, qvi comittit peccatum, ex Diabolo est, qvoniam à principio Diabolus peccat. Qvisqvis natus est ex Deo, peccatum non committit, qvoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare, eò, qvod ex Deo natus est.* Hactenus Scriptura qvæ Diabolo ascribit τό *peccare*, qvod nihil aliud est, qvam in peccatis petulantissimè malitiosimeq; perseverare. Talia peccata Diabolicæ petulantiæ & malitiæ à piis abesse debere monet Apostolus. Et tamen idem malitiosum genus peccandi eadem Scriptura simul exprimit per phrasin alteram *Committere peccata.* Sed & eadem Scriptura leviuscula & grandia peccata simplici peccandi termino connotat *1. Reg. 8. v. 45. Non est homo, qvi non peccat.* In aliis tamen locis qvandoq; aliis terminis etiam utitur. *Ultro peccare Hebr. 10. v. 26.* vocat qvosdam venditos sub peccatum *Rom. 7. v. 14.* peccantes in cœlum & coram Deo *Luc. 15, v. 21 peccantes excelsâ manu sicut* audaces in præsentia bonorum tamen delinqvere non verentur, & qvasi re bene gestâ manu & digito elevato, tanqvam gestu impio significant, se nihil curare peccatum. *Trahere iniqvitatem funibus Esa. 5, v. 18.* qvi viris prævaricationum uti poterant, sicut Scriptura nominat viros sangvinum, viros rixarum, filios Belial. Non autem semper in vocabulis delitescens exprimitur hoc discrimen, sed ut vidimus, qvandoq; pia diligentia discrimen ex contextu eruitur.

PECCARE aliqvam interdum, qvam primo sonitu videtur importat significationem.

Peccati definitio ex Joh. 3. v. 4.

peccatorum ſtipendias:

De peccatorum etiam ſtipendiis ſicut in plurali vocat Apoſtolus *Rom. 6, v. ult.* varias ſacræ Scripturæ proferunt phraſes. *Umbras mortis* vocant & *Portas* mortis, *& funes mortis tales morbos & talia pericula, qvæ morti planisſimè vicinum fecerunt hominem Pſal. 44, verſ. 20. Cooperuiſti nos umbrâ mortis.* *Si qvis* tam prope accedere poteſt ad principem ſtantem in campis ſub dio ſplendente ſole, ut pedibus ſuis tangat umbram, qvam de ſeſe projicit corpus principis, is utiq; ſe vicinisſimum fuisſe principi dicere poterit. *Ita qvædam* inſignes calamitates, & qvidam acres maglignisſimiq; morbi posſunt vocari *umbra mortis*, & ſcribere de ſe ad amicum poteſt is, qvi illa pericula & illas ægritudines ſuſtinuit, ſe agere Deo gratias æternas, qvod hac vice ipſum liberaverit *ex umbra mortis.*

Acres mali, gnisſimiqve morbi non incommodè dicuntur umbra mortis

Mors enim per pulcerrimam proſopopœjam ſtatuitur perſona qvædam umbram de corpore ſuo emittens, ut ex hac umbra mortis eripuisſet. *Pſal. 107. v. 10. captivi dicuntur habitare in tenebris & in umbra mortis v. 14. qvi liberantur, dicuntur educti ex umbra mortis.* Adeo tales non cuſtodias, ſed torturarum manſiones ſacra S. inter ſummas poſt mortem calamitates, imò inter calamitates morti omnino ſimillimas recenſet. Politici enim qvidam in praxi prorſus obliviſcuntur illius, qvod qvidem in Theoria jactant; *Carcer non debet esſe pœna, ſed cuſtodia.* Theologi verò has admonitiones de captivis debitè tractandis ad politicos, non verò ad ſeſe pertinere arbitrantur, ſed perperam. Nam utiq; per theologos inculcari debuit illud, qvod *Deut. 25. v. 1. 2. 3.* judici Deus modum in plagis reo inferendis præſcribit, qvem ideo vult ſervari, additâ ratione, ne ſi modus excederetur, *vileſcat frater tuus in oculis tuis.* Ergo multo magis ad carcerem hæc ſunt accomodanda, ne in illo modus excedatur. Hactenus de morbis captivitate & morte.

Carcerē durum Scriptura cum morte aliqvatenus comparat

Captivi tractandi ſunt ut fratres noſtri

Contrà ſatis non intelligunt homines, qvanta ſit voluptas eorum, qvi ſunt in terra ſvaviter viventium, ut in multis locis loqvitur Scriptura *Job. 28. verſ: 15. 21. Pſal. 27. verſ. 13. Eſa. 38. verſ. 11. Jerem. 11. verſ. 19.* Et qvanta excellentia videntium ſolem, ut loqvitur *Eccleſ. 7. verſ. 19.* qvia conſociato cum omnibus viventibus eſt ſpes, oblivioni autem tradita eſt mememoria mortuorum, ut idem loqvitur cap. 9.

Dici vix poteſt, qvanta ſit volupt as eorum, qvi ſunt in terra ſuaviter viventium.

Hiſce igitur ſacrarum Scripturarum phraſibus, ut & aliis infinitis pariter & omni pietate plenisſimis, uti in ſuis Epiſtolis & orationibus & concionibus velim ſtudioſos Theologiæ: In huc modum. *Ago DEO gratias, qvi me ex nuperrimo morbo tanqvam ex umbra mortis erupuit, nec abſcindere me voluit vel eruere de terra viventium, cum contra alios, qvi expectabant lucem, posſuerint in regionem umbræ mortis.* Qværit autem ſtudioſus pietatis tales emphaticas Theologicas phra-

phrases, ut antea admonui, ex concordantiis. *Est & alia pulcra prosopopeja*, qvæ statuit mortem in qvadam arce super omnes captivos ad se adductos dominari, & arcis qvasdam portas delineat. Si qvis hostis Romam tam propè attigit, ut portas occuparit, illi omnino parùm defuit, qvin totam occuparit Romam; Ita si qvis decubuit gravissimè, dicere poterit tandem se fuisse in portis mortis, & agere Deo gratias, qvod ipsum reduxerit ex istis portis, nec concesserit, ut apprehensum mors penitus deglutiverit. Ægroti dicuntur pervenisse ad portas mortis *Psal. 107, v. 18.* ad portas sepulchri aut inferni *Esa. 38, v. 10.* sed Deus reducit ex portis mortis, ex portis inferni, vivificat, sicut Ezechias loco allegato petit in maximo morbo, ut vivificetur:

Qvoties enim homo moritur, toties *Deus ipsum interficit*, sic enim Scriptura loqvitur *Exod. 4. v. 24.* qvando Dominus qværit Mosen, ut ipsum interficeret propter filium nondum circumcisum 1. *Reg. v. 20.* ubi Elias ita alloqvitur Deum, *Jehova Deus mi etiamne viduam, apud qvam habito afflixisti, interficiendo filium ejus.* Sic Deus in una peste interficit uno die aliqvod sæpenummero millia. Scribet igitur amicus pius ad amicum pium & qværet, *qvodnam personas Deus una septimana in sua civitate interfecerit, ad terram tenebrarum, ad inferiora terræ, ad abyssos terræ deduxerit, & avocaverit in viam universæ carnis & avulserit à facie terræ, ut passim loqvi solet Scriptura.*

Deus dicitur homines, qvos mori nos dicimus, interficere.

Multi disputant non posse ex Scriptura probari, qvod Enoch fuerit in cælum raptus, sicuti Elias. Etsi enim, inqviunt, Dominus dicitur tulisse ipsum, tamen hoc potuit fieri per mortem, sicut etiam nostri homines dicuntur sublati è vivis. At hoc vocabulum *Ferre* non potest usurpari de mortuis, qvi in fontibus Hebræis perhibentur interfici.

Novi varias profanas phrases mortis notionem exprimentes, sed hæ sacræ piis mentibus non poterunt non esse gratiores. *Qvædam ex profanis etiam prorsus sunt alienæ; qvalibus olim ipse ex ignorantia per præceptorum incuriam & culpam sum usus*, ut in qvodam carmine funebri.

Filia legunt hodie mihi tres extrema sorores,
Ultima fortassis cras tibi fila legunt:

Sed absint hæc à Christianis. Interim poëtarum & similium auctorum Ethnicorum lectionem non damno, qvæ plurimum conducit ad æstimandam lucem, in qvâ nos constituit divina misericordia, cum è contrario ipsi inter istas tenebras opera meliora operari neqvaqvam potuerint. Et magis mihi nunc placet lectio Poetarum, magis etiam prodest, qvia cum judicio de variis rebus eam suscipio, qvam olim. Jam igitur mallem carmen ita informare, ut filorum ultimorum lectio vel abruptio Christo attribuatur. Ideo autem à phrasibus istis, *Lucina fer opem, Invita Minerva, Baccho fervente, Venus Alma fave tædis Me hercule, Appolline dextro, Junone pronuba, Diana juvante,*

Marte favente, Cerere aspirante, *MEDIUS FIDIUS*, *bonis avibus*, & qvæ sunt similes infinitæ aliæ ex auctoribus latinis desumtæ, abstinendum esse omnes Christiani eruditi haud ægrè largientur, qvoqvot legent in sacris ea oracula, qvibus interdicitur honesta mentio Deorum Ethnicorum. Sic enim habetur Exodi. 23, 13. *Nomen Deorum aliorum non memorrabitis, non audietur in ore tuo.* Non loqvitur autem Spiritus Sanctus de nudis nominibus, qvia & in sacris literis sæpe numero idola gentium commemorantur, & qvilibet refutans idololatriam nomina falsorum Deorum præcensere cogitur: Verùm loqvitur de honestâ seu honoroficâ mentione & de qvalicunq; amica compellatione seu invocatione per consvetudinem fieri solitâ.

Tertullianus, Audiatur *Tertullianus* in libro de idololatris cap. 20. cujus hæc sunt verba qvæ seqvuntur: *Sed enim cum conversatione divinæ disciplinæ non factis tantùm; verumetiam verbis periclitetur (Nam sicut scriptum est, Ecce homo & facta ejus ita: Ex ore tuo justificaberis,) meminisse etiam debemus verbis qvoq; idololatriæ incursum præcavendum, aut consvetudinis vitio aut timiditatis. Deos Nationum nominari lex prohibet, non utiq; ne nomina eorum pronunciemus, qvæ nobis, ut dicamus, conversatio extorqvet. Nam id plerumq; dicendum est, in templo Æsculapii illum habes, & vico Isidis habito, & sacerdos Jovis factus est, & multa alia in hunc modum, qvando & hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neq; enim Saturnũ honoro, si ita vocavero eum suo nomine, tam nõ honoro qvàm Marcum, si vocavero Marcum, sed ait: Nomen aliorum Deorum ne commemoremini, neq; audiatur de ore tuo. Hoc præcepit, Ne Deos vocemus illos. Nam & in prima parte legis. Non sumes, inqvit, nomen Domini Dei tui in vano, id est, Idolo. Credit igitur in idololatriam, qvi idolum nomine Dei honoraverit: Qvod si Deos dicendum erit, adjiciendum est aliqvid qvod appareat, qvia non ego illos Deos dico. Nam & Sciptura Deos nominat, sed ajicit suos, vel nationum. Sicut David cum Deos nominasset, ubi ait: Dei autem nationum dæmonia. Sed hoc mihi ad seqventia magis præstructum est: cæterum consvetudinis vitium est,* me Hercule dicere, me Dius fidius, *accedente ignorantiâ qvorundam, qvi ignorant jusjurandum esse per Herculem.* Hactenus Tertullianus, qvi inter alia docet juramentum esse, si qvis ita loqvatur, Me herçule.

Etsi igitur aliqvi pro illis Mehercule, dicunt, Me Christe: tamen qvia Christiana religio vult, nos etiam à juramentis veris, non tamen necessariis abstinere, qvilibet per se judicabit, qvo loco habenda sit extra casum necessitatis eadem phrasis, Me Christe. Judicium, ut dixi, penes unum qvemvis resideat.

Audiatur etiam *Lactantius* lib. 1. de falsa religione cap. 7. *Sciant tamen qvo nomine appellari debeant, ne Deum verum violent; cujus nomen exponunt, dum pluribus tribuunt. Credant* Apollino suo, *qvi eodem illo responso ut Jovi prin-*

principatum, sic etiam cæteris Diis abstulit nomen. Tertius enim versus (ipsius Apollinis) *ostendit, Dei ministros, non Deos, verùm angelos appellari oportere. De se qvidem ille mentitus est, qvi cum sit è numero dæmonum Angelis se Dei aggregavit, deniq; in aliis responsis dæmonem se esse confessus est.* Hactenus ille, de Apolline, cui novem Musas deputant, de qva Fabula Fulgentius lib. 1. Mytho. Nec opus fuisset ex *Lactantio* discere, Apollinem esse dæmonem. Nimis enim clara verba sunt Apostoli 1. Cor. 10, 20. *Qvæ immolant gentes, dæmoniis immolant & non Deo.* Item Psal. 96, 5. Omnes dii populorum idola.

Appollinem Lactantius probat ex Appollinis propriis verbis esse Angelum malum.

Audiatur etiam *Augustinus* tom. 1. lib. 1. retractationum cap. 1. ubi hæc habet verba: *In tribus libris meis* (scilicet contra Academicos.) *non mihi placet toties me appellasse FORTUNAM, qvamvis non aliqvam Deam voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum eventum, vel in corporis nostri, vel in externis bonis aut malis. Unde & illa verba sunt, qvæ nulla religio dicere prohibet, fortè forsan, forsitan, fortasse fortuitò, qvod tamen totum ad divinam revocandum est providentiam. Hoc etiam ibi non tacui dicens: Et enim fortasse, qvæ vulgò fortuna nominatur, occulto qvodam ordine regitur, nihilq; aliud in rebus casum vocamus, nisi cujus ratio & caussa secreta est. Dixi qvidem hoc, verumtamen pœnitet me sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pessima consvetudine & ubi dici debet, Hoc Deus voluit dicere, hoc voluit fortuna.* Hæc Augustinus.

Et qvidem Esaiæ 65. 11. verus vulgata versio latina habet: Qvi ponitis *fortunæ* mensam, at in fontibus, qvos seqvitur Lutherus, aliter res sese habet & ibi, & alibi. Interim SORTES à foruna ista diligenter debent distingvi. 1. Paralipom 24. 4 5 *qvando plures errant sacerdotes, ne David ex affectu prætervitis æqvè diginis videretur elegisse reliqvos sortitione utitur* Eadē sortitio cum invocatione nominis divini instituitur inter Josephū & Matthiam, Act. 1. 25. cum unus in locum Judæ esset substituendus, idq; citra omnem contumeliam & invidiam. Sed plura loca patrum allegare supersedo.

Sortitione Electi sacerdotes & Apostolus, cur?

Summa harum adductarum admonitionum est, tam à gentilium Deorum nominibus cum honorificentiæ titulo introducendis abstinendum, qvam non licet amplius Mariam matrem Domini, & Apostolis intercessores vocare, & invocare sive in sermonibus sive in scriptis.

Extendunt illud pii homines ad nomina dierum, dies Veneris, dies Mercurii, dies Saturni, dies Matris, &c. Pro qvibus *Theologi* nominant *feriam* sextam, qvartam *feriam*, septimam *feriam*, tertiam *feriam*. Dies, enim *Solis* ipsis est Prima Sabbathi (ursurpato vocabulo *Sabbathi* pro septimana integra, sicut usurpatur ibi, *Jejuno bis in Sabbatho*, id est, in una septimana, Luc. 18, 12.) seu prima feria, seu dominicus dies (ut indigitatur Apoc. 1, 10) *dies Lunæ* eisdem est secunda Sabbathi, seu secunda feria, *dies Martis* tertia Sabba-

Nomina dierum septimanæ.

Sabbathi ſeu tertia feria *dies Mercurii*, qvarta Sabbathi ſeu qvarta feria *dies Jovis*, qvinta Sabbathi ſeu qvinta feria, *dies Veneris*, ſexta Sabbathi ſeu ſexta feria *dies Saturni*, Sabbathum ſeu ſeptima feria. Qvi prorſus aſſveverunt vulgatis appellationibus Theologi, & tamen admonitionem Moſaicam attendere cupiunt, illos videmus præmollitione qvadam uti. Sic enim habet *Johannes Faber Stapulenſis* ſuper Marci 13, 3. Illic ſedebat Dominus tertiâ die poſt Sabbathum, qvam vulgus adhuc morte gentium diem Martis appellat. *Hactenus* verba Fabri Stapulenſis. Alii etiam ſcribunt, ſe aliqvid facturos ad diem ita dictum Veneris, &c. In Germanica noſtra lingva cognominationes dierum ſunt tolerabiliores & puriores.

Nomina ſtellarum & conſtellationum.

Studioſi lingvæ ſanctæ (propter nomina dierum latina jam dicta) inqvirant & uſurpent Stellarum nomina Hebræa. חַמָּה Chamma ſignificat Solem à themate חמם calefecit, qvaſi dicas, ſolem eſſe calefactorem, ſicut omnino eſt calefactor totius orbis terrarum. לְבָנָה ſignificat Lunam a themate לָבַן fecit albos lateres, qvod lumen Lunæ ſit albicantius. Reliqvos Planetas Judæi cognominant Saturnum שַׁבְּתַאי à themate שָׂבַע ſatur fuit copioſus, abundans fuit, qvod motu proprio ſphæram ſuam tardiſſime 30. annis conficiat, Jovem צֶדֶק juſtum צָדַק juſtus fuit, cujus motus proprius 12. annorum nec nimis abundans ſeu tardus, nec nimis eſt celer. Martem aliqvi יָרוּב litigatorem ſeu rixatorem à רִיב litigavit, alii מַאֲרִים rectius ab ארם rubuit, propter igneum & rubeum colorem, Venerem ab Ethnicis inprimis ita indigitatam נוֹגַה Nogah fulgorem propter ſvaviſſimum ſplendorem à themate נָגַה Nagah. Dicitur etiam ſtella auroræ, vide thema פגר dirupit. Deniq; Mercurium ab Ethnicis etiam ita compellatum כוכב Cochab forſan à themate ככה extinctus eſt, qvod rariſſime compareat. Nam qvod aliqvi ad antiphraſin, qvaſi minime extingvatur, confugiunt, ad hunc Platenam rariſſimæ apparitionis minime qvadrat. Si in genere uſurparetur hæc vox de ſtellis, ut ſit in aliqvibus locis Scripturæ, tum antiphraſis illa pulcrum habet locum. Aliqvi Mercurium vocant מְנִי Meni ex themate מָנָה diſtribuit, qvod Ethnici habuerint hunc Deum mercatorum in ſuis diſtributionibus & negotiationibus, aliqvi vertunt Fortunam Eſa. 65, 11. ſed hæc poſterior Mercurii appellatio abeat.

Orionis appellatio in fontibus non extat

Studioſi item Hebrææ & ſanctæ lingvæ (qvia ambulantium ſtellarum mentionem feci) inqvirant in fontibus, qvid ſit Jobi 38, 31. Vergiliæ, qvid Orion, ſecundum verſionem Pagnini, ubi vetus verſio latina habet in hunc modum: *Nunqvid conjungere valebis micantes ſtellas Plejadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare.* Amos 5, 8. utraqve verſio habet arcturum & Orionem.

Sed,ſicut in toto Biblico Hebræo codice nuſpiam extat vocabulum *Ægyptus* (qvia in fontibus dicitur Miſraim, ad qvam alludit hodierna Ægyptiorum cognominatio Turcica) ita in fontibus neqvaqvam extant appellationes Vergiliarum, Plejadum,Arcturi,Orionis. In Homero,Heſiodo, Virgilio, & alibi ſunt illæ ipſæ notiſſimæ.

Fuiſſe olim ab ipſis Patriarchis ſtellas & conſtellationes integras,nomina ſatis commoda & aurea nactas in lingva Hebræa, nemo dubitabit. Poſtea, qvia illa non intelligebantur ab Ethnicis, ſubſtituta fuere alia, vel *ab externa forma* deſumta, ut in Corona, item in plauſtro majore & minore, *vel ab aliis*, ut in Plejadibus, qvæ conjunctæ ſunt ſtellæ multæ, eæq; qvam proxime prorſus. Orionem vocarunt unum ſidus meridionale in honorem Orionis, qvi fuerat bene meritus de Aſtronomia, aliud vocarunt Herculem in memoriam Herculis, qvi multos ſuſtinuerat labores in emolumentum ſui ſeculi & ſui populi. Etiam in honorem inſignis alterius cujusdam Aſtronomi Atlantis qvasdam ſtellulas Atlantidas dixerunt.

Mihi vehementer placet(& peto mihi hoc ſcribenti ignoſci) conatus cujusdam docti viri *Graminei*, qvi(in ſcholiis ſuper ſphæram Johannis de ſacro Boſco,*id eſt*,de ſacra ſilva,qvē vulgo corrupte ſcribunt de ſacro buſto) optat hiſtoriis Ethnicis potuiſſe ſubſtitui hiſtorias ex ſacris litteris, de origine appellationum in conſtellationibus. Cur enim dicatur ſidus qvoddam Urſa major & Urſa minor, cur Draco, cur Cepheus, cur Caſſiopeja, cur Andromada, cur Perſeus, &c. notum eſt ex multorum doctorum libris,qvi de nominibus ſtellarum ſunt editi. Hic enim recenſeri ſolent res geſtæ, & ſæpe fabulæ Ethnicorum,qvas ſuo etiam loco committo & relinqvo. Optat autem *Gramineus* in ſcholiis, duarum urſarum, verbi cauſa ; Eliſæi recenſeri poſſe hiſtoriam, explicationis gratia : Item pro hiſtoria Cephei, Caſſiopejæ, Perſei, Andromedæ poſſe ſubſtitui hiſtoriam Saulis & conjugis Saulis, Davidis ipſius & Michal. Æmulatus ſum ego hominis iſtius pii ſtudium,qvoties ſtudioſis ante hæc tempora in hac Academia omnino pluribus vicibus doctrinam Sphæricam expoſui, ita tamen,ne priſtina nomina vel mutarem, vel abjicerem, ſed ſaltem utraqve conjungerem. Etſi vero hodierna reliqva exercitia declarantium & cognominantium ſtellas, cum ſacra S. in noſtris Eccleſiis nihil qvicqvam pugnant, & citra dubium talia manebunt usq; ad extremi diei adventum, tamen ex his, quæ pauciſſima protuli, qvilibet litteratus & bonus hoc animadvertet, qvod non peccent,qvi volent moderari in ſcholis & contrahere hiſtorias ſeu fabulas profanas, tum alibi,tum in explicandis ſtellarum nominibus, cum alias in lectione hiſtoriarum verarum profanarum infinitus ſeſe offerat cumulus, qvod ſtudium hiſtoricum cuivis homini debet eſſe commendatiſſimum.

Loco hiſtorarum prophanarum enarrari ab Aſtronomiæ Doctoribus poſſent hiſtoria ſacra in explicandis originibus appellationum.

Ego, qvi ſtudioſis Theologiæ & fontium cupidis hunc meum deſtinavi laborem, nunc illud tantum adjicio, qvod in Hebræis fontibus non legantur Vergiliæ, non Arcturus, non Orion, &c. Nam Jobi 9, 9. leguntur hæc verba,

auſtri & penetralia & Chima Ceſil Has Faciens

עֹשֶׂה עָשׁ כְּסִיל וְכִימָה וְחַדְרֵי תֵמָן׃

Faciens Has, Ceſil, Chima, & penetralia auſtri.

In Jobo ſidera ſunt Has, Ceſil, Chamim. &c.

Qværetur igitur à ſtudioſis lingvæ ſanctæ & à concionatoribus & aliis gloriæ Dei & veritatis cupidis, qvid ſint *Has*, qvid *Cheſil*, qvid *Chamim*. Multa ſunt egregia ſtellarum nomina Arabica, cum Hebræis fontibus valde conſpirantia. Optandum igitur eſſet, in linguis majores eſſe multis profectus, omnino hanc de cœlo ſcientiam reddere poterant illuſtriſſimam. Qvod ut faciant jam tandẽ inter nos periti aliqvi, majorem in modum contendo. In Lexico Schindleri hinc inde diſperſa reperient aliqva, ſeu exempla, ſeu veſtigia. Cæterum verſus Jobi Hebræus jam allegatus á Pagnino convertitur in hunc modum: *Qvi facit Arcturum, Oriona, & Plejades, & penetralia Auſtri*: à vetere vero interprete in hunc modum: *Qvi facit Arcturum & Oriona, & Hyadas & interiora Auſtri.* Benedictus Arias Montanus animadverſa difficultate interpretandi, & rem ipſam attingendi ſupra vocabula Hebræa repoſuit eadem Hebræa latinis literis exarata, & ad marginem adſcripſit hæc verba: *Qvi facit Arcturum & Oriona, & Hyadas & plagas Auſtrales.* Relinqvit videlicet interea diſputandum & inqvirendum aliis, qvid propriiſſime Jobus intelligi voluerit per *Has*, per *Chamim*. De qva re forſan infra plura ſubjiciam.

Orion qvid ſignificet in Hebræa lingua.

Si omnino Ceſil Hebræum debet converti in latinum oriona, tum Orion iſte in lingva ſancta habet nomen a *ſtultitia.* Mirari igitur neceſſum habebit aliqvis & rimari, cur Hebraice Orion dicatur à ſtultitia. Aliam ego rationem ante hac invenire non potui, qvam hanc, qvod videatur dici *Sidus ſtultorum* ſeu *laicorum*, qvaſi dicas Calendariũ qvoddam ſtultorum ſeu laicorum ſeu ſimplicium. Eſt enim hoc omnino unum ex præluſtriſſimis ſideribus in toto cœlo, qvia non tantum conſtat ex plurimis ſtellis, verum etiam ex inſignioribus ſtellis, & ex ſtellis ſingulariore diſpoſitione, qvæ intuentis oculos ſingulariter ſtringit, afficit, detinet, divinitus conglutinatis. 1. *Qvando* non apparet in noſtris cis æqvatorem Zonis, vernum conjicimus tempus; 2. *Qvando* apparet mane ante ſolem, æſtivum. 3. *Quando* apparet veſperi poſt ſolem, autumnale. 4. *Qvando* mane occidit, hybernum tempus, colligere poſſunt etiam imperitiſſimi. Etſi vero hæc accommodavi tantum ad Zonas cis æqvatorem, tamen exiſtimo analogum uſum Orionis accommodari poſſe ad populos ultra æqvatorem, ut ita in genere conſtitutum videatur Calendarium ruſticorum hoc ſidus. Sed, ut admonui, habent hic

pro

prolixam sese exercendi materiam, non tantum tyrones, sed & qvi jam non parum in hisce Hebræis sacratioribus & interioribus studiis profecerunt, qvi omnes simul hinc olfaciunt, qvantum reconditioris sapientiæ latere qveat in Hebræis, & Chaldaicis, & Syriacis, & Arabicis appellationibus arborum, herbarum, metallorum, Brutorum, membrorum singulorum in corporibus animalium & hominum. Novi etiam solide doctos plurimum anhelare & suspirare, ut tantarum rerum momenta aliqva per linguarum orientalium, quæ Ecclesiis sanctis olim familiares fuerunt, notitiam illustriorem patefieri possent. Habuerunt qvippe Patriarchæ suas sedes versus orientem, &, cum doctrina vera de Deo, semper conjunxerunt & propagarunt utilissimas scientias philosophicas in lingvis orientalibus, nec dubium est, extare libros lingvis orientalibus conscriptos de rebus magnis plurimos, qvorum notitia & fructibus destituimur. Nemo etiam dubitet Philosophorum ut veterum, ita hodiernorum, actiones divinitus plus fuisse olim adjutos & hodie juvari, qvi olim agnoverunt, & hodie agnoscunt, ex DEo in illis qvoqve rebus auxilium & illuminationem petendam & expectandam. Tunc enim factum fuit olim, & fit hodie, qvod alicubi libri sapientiæ auctor dicit: Omnia bona provenerunt mihi pariter cum ea. Sensus animi mei est iste, præclarissima Philosophica monumenta & olim fuisse scripta, & hodie conscribi ab istis, qvi non tantum sunt Philosophi Ethnici, sed qvi Ecclesiæ doctrinam noverant & norunt. His enim Spiritus Sanctus plura donavit & donat dona seu Charismata. Sed tollo jam hinc manum, ne in vestibulo nimis sim prolixus.

Votum eruditorum Medicorum de nominibus arborũ herbarum brutorum &c.

Non possum inter phrases sacras non meminisse aliarum qvoqve qvarundam meteorologicarum phrasium divinarum, & ostendere rationem piis quibusq; solertissime in istis qvoq; observandam

Meteorologicæ phrases sacræ,

De pluviis, & nive & grandine, de tonitru & fulgure apud auctores profanos notæ sunt phraseologiæ. Plerumq; enim utuntur isti hisce formulis: *pluit, grandinat, tonat, fulgurat,* ex qvibus pueri Christianorum assveverunt & usurpant in communi lingva has: es schneiet/es regnet/es donnert/es blitzet/es hagelt/es schlosset. Verum enimvero sacræ litteræ cogitationes nostras deducunt per phrases hac in parte ab ipsis adhibitas longe altius & sanctius in ipsam meditationem supremæ causæ efficientis, in Deum, ut hoc pacto doceant invocare Deum inter colloqvia promiscua, & gratias agere Deo inter eadem vulgata colloqvia.

Dicendum magis pie esset, Deus vel Dominus pluit hoc qvam pluit &c.

Scripturis igitur seu Spiritui sancto Scripturarum sacrarum auctori, familiares sunt formulæ hæ: *Deus seu Dominus pluit*, Deus dat nivem, *Deus mittit grandinem*, Deus tonat, seu dat vocem suam, *Dominus mittit fulgura.* Exempla reperientur Gen. 2,5. & 7,4, & 19,24. Exod. 9,18,23. & 16,4. Job. 20,23. & 38.

PLUVIA. & 38,26. Pſalmor. 11, 6. & 78, 24. 27. Amos 4, 7. Super unam civitatem plui (*ego Dominus Deus veſter*) ſuper alteram non pluam, pars, ſuper qvam non plui, aruit. Vide etiam Matth. 5, 45. Luc. 17. 29. Clarioribus verbis idem exprimit ſacra S. qvod *Deus det pluvias*, Levitic. 26, 4. 1. Samuel. 12, 17. 18. 1. Regum. 8, 36. & 17, 14. & 18, 1. 1. Paralipomenon. 6, 27. Jobi 5, 10. & 28, 26. & 36, 27. & 37, 15, & 38, 28. Pſal. 105, 32. & 135, 6. 7. & 147, 8. Eſa. 30, 23. Jer. 5, 24. & 10, 13. & 51, 16. Zach. 10, 1. Act. 14, 17: Ac pulcre addunt ſacræ litteræ, qvod *Deus etiam evocet aqvas* è mari, & eas effundat ſuper terram Amos 5, 8 & 9, 6. item 1. Reg. 18, 43. 44. Ecce nubes parvula ſicut vola hominis aſcendit *è mari*, item, qvod ſoleat Dominus eas per ventos adducere, ut 2. Reg. 3, 17. Non videbitis pluviam, & tamen (alio miraculo) torrens iſte implebitur aqva, unde bibetis vos, & greges veſtri, & armenta veſtra. Huc pertinent illa Jeremiæ 51, 16. qvi voce ſua dat multitudinem aqvarum in cœlo, poſteaqvam aſcendere facit nubes ab extremo terræ. Huc prædictiones ex jam dictis: deſumtæ Luc. 12, 54. Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit, & ita fit, & cum auſtrum flantem, dicitis, qvia æſtus erit, & fit. Matth. 16, 2. 3. Facto veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum enim eſt cœlum. Et mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum.

Unde ſit copioſior materia pluviarum & nubium qvandoq; nimis diu durantium etiam cum omnia flumina ſimul in immenſum creverunt.

Unde ſint majores vel minores venti & pluviæ.

Singulariter etiam moderatur Deus ventos & pluvias, ut modo ſint majores, modo minores. Job. 28, 25. Qvi facit PONDUS vento, & aqvas APPENDIT in menſuram, Pſal. 104, 3. qvi CONTIGNAT aqvis ſuperiora ſua, & qvi ponit nubes CURRUM ſuum, qvi ambulat ſuper ALAS VENTI.

Etſi autem qvandoqve ponitur ſimpliciter mentio pluviæ, dum dicitur Esse vel Non Esse pluvia, 1. Reg. 8, 35. & 17. 1. 7. & 18. 41. 44. tamen integra capita perlecta oſtendunt, eam in ſpecie atttibui Deo, 1. Reg. 18, 36. & 17, 14. & 18, 1.

Sæpe etiam Deus attribuit illud cœlo, qvod ipſe ex cœlo facit. Eſa. 5, 6. nubibus mandabo, ne pluant. & 45, 8. nubes pluant juſtum Apoc. 11, 6. à Deo qvidam Angeli habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat.

Sœpe recenſetur effectus pluviarum qvod ſtillet, & nutriat, Deut. 32, 2. 2. Reg. 3, 17. Eſdræ 10, 9. 13. Job. 29, 23. Pſalm. 72, 6. Proverb. 25, 14. 23. & 26, 1. Eſaiæ 44, 7.

Objectio. Objicitur ab aliqvibus illud Jacobi 5, 17. *Elias oravit, ne plueret, & non pluit.* Verum enim vero hic locus deſumtus eſt ex illo 1. Reg. 18, 1. ubi expreſſe Deus dicitur dare pluviam. Et legantur in Epiſtola Jacobi cap. 5, à verſu 11. hæc ordine verba Apoſtoli: Valde miſericors eſt Dominus & commiſerans, Affligitur aliqvis, oret (*Dominũ iſtum*) infirmitatur qvis, orent pro eo (*utiq; illum Dominum*) & eriget eum Dominus, Helias erat homo, & precatus eſt *utiq; Dominum eundem*) ne plueret (*utiq; Dominus*) & non pluit (*utiq;*

iterum

iterum idem Dominus) ſuper terram annos tres & ſex menſes, & rurſum oravit (*an non itidem Dominum, qvi effecit*) & cœlum dedit pluviam & terra fructum ſuum.

Similia exempla aſſumendi nomen *Domini* reperies lector in Sacris paſſim. En prorſus cognatum unum tibi monſtro ex Rom.12, v.19. *Non vosmetipſos ulciſcentes, dilecti, ſed date locum iræ, ſcriptum eſt enim*: *Mihi eſt ultio, ego rependam, dicit Dominus.* Hic neceſſe eſt te meditationem à primo ſtatim verſu iſtius capitis incipere, qui habet in hunc modum: *Precor igitur vos, fratres, per miſerationes DEI, ut ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, acceptam DEO.* Reliqva igitur omnia ad Deum ſunt referenda, ut *transformemi in*(DEO) *per renovationem mentis veſtræ, qvilibet ſapiat* (DEO) *ad ſobrietatem &c.* Et tandem: *Non vosmetipſo ulciſcentes, ſed date locum iræ* (utiqve DEI, *id qvod* & conſeqventia evidentiſſime è veſtigio evincunt) *Scriptum eſt enim*: *Mihi eſt ultio* (ſcilicet DEO) *ego rependam dicit Dominus.* Id qvod etiam colligas manifeſtiſſime ex Deut.32, 35. & toto capite illo 32. cum primis perlecto, utpote unde Apoſtolus ſua verba deſumpſit) *ego rependam dicit Dominus.*

Rom.12,19. Date locũ iræ.

Objicitur etiam illud Luc. 17, 29. *Qvo die exiit Loth è Sodomis, pluit igne & ſulphure de cœlo, & omnes perdidit.* Hic Syrus interpres manifeſte habet, pluit DEUS, ſicuti etiam *Gen. 19. v. 34.* unde deprompta eſt hæc materia, dicitur, *pluit Jehova à Jehova.* Et neceſſario adjiciendum ſeu complendum eſſe vocabulum DEUS, ex proxime altero adjecto vocabulo liqvidum evadit, PERDIDIT. Etſi igitur τȣ PLUIT imperſonalis ſignificatio urgeri poteſt, tamen illam non admittat τȣ PERDIDIT, ratio: Utriusqve enim hoc in loco neceſſe eſt, eſſe eandem, ut ita loqvar, conſignificationem. Ecce igitur qvam optime hæc juxta Syrum fluant. *Qvo die exiit Loth è Sodomis, Dominus pluit igne & ſulphure de cœlo, & omnes perdidit.* Qvo pacto evanuerit ex Græco θεὸς, doctiores judicent.

Luc. 17, 29. Qvo die exiit Loth, pluit igne, & PERDIDIT omnes

Similiter qvod ad alias phraſes attinet, Dominus dat tonitrua, & facit, ut deſinant tonitrua. *Exod. 9, 24. 29. & 19. Deut. 32, 41.* acuit ut gladium fulgur ſuum. *1. Sam. 2, 10.* Jehova ſuper ipſum è cœlo tonabit, 1. *Samuel 7, 10.* Intonuit Jehova voce grandi die illa ſuper Philiſtinos. *2. Sam. 22, 14.* Tonavit è cœlo Jehova, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, & miſit ſagittas, & diſperdidit eos, & fulgur contrivit eos. *Legatur totus Pſalmus 18.* optime & Theologice plane deſcribens hoc magnum opus Domini.

Dominus tonat.

Job. 26, 8. 14. & 36, 29. & 37, 2. 3. Audite audiendo cum tremore vocem ejus & eloqvium, qvod ex ore ejus egreditur, ſub toto cœlo dirigit illud, & lumen ejus ſuper extrema terræ, poſt ipſum rugit ſonitu, & tonat voce magnificentiæ ſuæ

Fulgur gladius, & ſagitta DEI, tonitru vox & eloqviũ DEI, & rugitus DEI.

neq; retardat illa, qvum exauditur vox ejus, Tonat DEUS voce sua mirabilia, facit maxima, & non intellig mus Item Job.38,v.35. Nunqvid (*tu facies qvod solus DEUS facit* : emittes fulgura (*tanqvam servos*) & ibunt (*qvo jubentur ire à DEO*) dicentqve (*reversa DEO, sed non tibi,,hoc qvod seqvitur*) Ecce nos (*Ecce nos servi tui tibi præstolamur ad nova officia, qvæ voles nobis injungere) & 40. v. 4.* An tibi est brachium sicut DEo, & voce, sicut ille, tonabis? Legatur Psalmus 29, 3. & 77, 19. & 97, 4. & 104, 7. Esa. 29, 6. Jer. 10, 13. & 51, 16. Habacuc. 3, 11. Psal. 104, 6. Fulgura fulgur, & disperge eos, mitte sagittas tuas, & turba illos.

Dominus pluit grandinem &c. Sic *Exod.9, 23.* Dominus pluit grandinem. *Psal.* 77, *19.* additur pruina. Idem Jehova *Psal. 105, 10. 11.* demisit super qvinqve Reges lapides magnos è cœlo, & plures mortui sunt lapidibus grandinis, qvam gladio *Job. 38, 22.* Nunquid ingressus es thesauros nivis, & thesauros grandinis vidisti, qvem retinui in tempus angustiæ, & in diem belli ac prælii. *Psal.78, 47.* perdidi in grandine vineas & eorum sycomoros mascula grandine. Et tradidit grandini jumenta eorum, & possessiones eorum carbonibus ignitis. Id qvod reperitur *Psal. 105, 32. Hag. 2, 18.* Percussi vos ariditate & rubigine, & grandine omne opus manuum vestrarum. Sic Dominus expandit nebulas *Job. 26, 9.* nebulam sicut cinerem spargit, *Psal. 147, 16.* & delet vicissim nebulam, *Esa. 44,* 17. delet peccata sicut nebulam, *Amos. 4, 13.* facit matutinam nebulam.

Sic Dominus præcipit nivi, ut descendat, *Job.* 37, 5. & ipse habet thesauros nivis, *ibid 36, 22.* dat nivem sicut lanam *Psal. 147, 16.* facit nives *Zach. 10, 1*

Qvomodo cœlum dicatur pluere. Etsi vero cœlum dicitur dare pluviam & rorem, qvod tamen hæc Prophetica quasi poëtica phrasis si resolvenda in illam, *Deus procurat aqvas & rorem in cœlum, ut inde descendat*, clarissime docent apud Jeremiam verba ipsa divina. *Sic enim habetur cap. 14, 22.* Num sunt in vanitatibus gentium, qvi pluere faciant: & num Cœli dabunt Imbres? annon tu es Jehova Deus noster? te igitur expectamus, tu enim fecisti omnia hæc.

Hæ phrases sacrarum literarum dimanarunt ad Ethnicos vicinos, & sparsæ sunt longe lateqve, ut Poëtæ Græci & Latini easdem suis inspersérint monumentis. Id qvod ad longum demonstrari poterat, sed committo illam operam eruditis & diligentibus studiosis & concionatoribus.

Sacræ phrases ad Ethnicos dimanarunt. Cicero 2. de divinatione, *Jove tonante*, fulgurante, comitia haberi nefas. *Æneid. 1. Virg.* Ipse pater media nimborum in nocte corusca Fulmina molitur dextra. *Mart.* A Jove qvi veniet miscenda ad pocula largas fundet nimbus aqvas, hic tibi vina dabit. Interim apud alios occurrunt reli-

qvæ

qvæ impersonales & sacris ignotæ phrases, ut apud *Tullium*: Multus & in terras deplueretqve lapis. Et *Valerius Maximus* in Piceno lapidibus pluisse ait. *Qvintil. lib. 6.* cum cænaculum ejus perplueret. *Livius lib. 10.* ab urbe Nam & terram multifariam pluisse nunciatum est, aliqvoties lapidibus pluisse. Supersedeo comportare & allegare plura.

Jam ego alloquor ipsos pietatis Studiosos quoscunq; annon plus deceat ipsos æmulari & imitari de hisce rebus sermonem Spiritus Sancti, quam communem hominum olim extra Ecclesiæ Pomœria constitutorum aliqvorum lingvam. Nullam qvidem dicam scribo concinnitati lingva latinæ & Græcæ, si qva hic inesse poterit monstrari. Ego defendo Phraseologiam sanctam, qvam Græcis, Latinis, & Germanicis, aliisve idiomatibus hodie efferre solent Ecclesiæ Christi. Si igitur & Studiosus & Concionator sese assvefecerit ad hasce formulas (*DEUS tonat*, vel *DEUS mittit vocem suam terribilem, DEUS heri intonuerat*, *vel miserat vocem suam, Dominus pluit*, *Ah si Dominus pluere vellet*, *vel*, *Ah si Dominus pluviam*, *aut rorem aut nivem dare vellet*) is utiqve agnoscit, hæc omnia non provenire nisi ex manu DEi; excitat in seipso & in auditoribus singularem erga DEum reverentiam, fiduciam, gratitudinem. Nemo etiam dubitabit, DEum tali sancta recordatione & pietate commoveri, ut in tempore det pluviam, rorem, nivem, &c.

Non possum hoc dissimulare, qvod laici, rustici, & agricolæ experientia damnorum vel beneficiorum divinitus immissorum commoti, *sæpius* utantur istis sacris phrasibus, *qvam* illi, qvi talem praxin non sunt experti. Norunt qvippe laici, DEum sæpe clausisse cœlos, dedisse pulverem loco pluviarum, indeqve miseriam ipsorum adauctam fuisse. Verbis igitur ex corde pio profectis specialioribus & expressionibus Deum compellunt, ut det hoc aut aliud &c.

Sæpe mihi hæc inculcandi ab aliis fuit objectum, qvod licet usurpent verba consveta pluit, ningit, grandinat: tamen sub intelligant DEum. Etsi vero hæc ego ipsis non negaverim, tamen iterum regessi, melius esse, & Dei gloriam hæc postulare, ut non tantum subintelligamus Ipsum, sed ut Ipsum, idq; in gloriam ipsius ad exemplar à sacris literis nobis præmonstratum, exprimamus, & hac nominatione gratitudinem & subjectionem, attentionemqve nostram protestemur.

Sed, *inqviunt iterum*, ergo ad tertium qvodvis verbum Dei mentio esset facienda in momento. Utiq; ex vetere qvodam Patre ego respondere poteram, *sæpius Dei reminiscendum, qvam respirendum esse.* Et annon in Aulis, præsertim qvi aliqva expectant beneficia, uno die sacram Majestatem Cæsaream, uno, inqvam, die, centies qvandoqve usurpant. Immo non modo dedecus, sed & crimen judicarent iidem,

si ab

ſi ab aulicis hic idem honor Principi non deferretur Expressus. Si ergo honor ille placet Regibus, utiqve Deo qvoqve jam indicata valde placebit gratitudo & reverentia. Si placet parentibus, qvando liberi domum reverſi, non qværunt imperſonaliter, *ubi eſt ille*, ſed perſonaliter, *ubi eſt parens meus*; multo magis placebit Deo, ſi non ſubintelligitur, ſed ſemper exprimitur in hunc modum, Deus pluit, Deus tonat, &c. Interim etiam uſus & pietatis exercitatio hæc omnia facit cunctis facilia, jucunda, DEo grata, ſi ad diverſitatem phraſium in hac re ſacrarum ſupra monſtratam ſeſe accommodaverint.

Joh. 4, 52. In qva hora MELIUS habuerit (Filius.) Sic Marc. 16, 18. Bene habebunt (Ægri) ſcilicet.

Et qvod etiam obiter ſubjicio, ex eodem fundamento, malim crebrius uſurpari tales formulas in gratiis agendis publice Deo pro valetudine alicui reſtituta (Eine Danckſagung zu thun für einen/ mit deſſen Kranckheit Gott der HErr Beſſerung geſchickt) Sed redeo ad pluvias & nivem.

Dum ſaltem hæc uſurpantur verba, qvibus ego & alii nimium conſvevimus propter & ultra pueritiæ tempora, Es regnet/ Es ſchneyet/ non omnes alii auſcultantes ſemper ſubintelligent ſimul DEum, & neſcient, qvid illud ſit, Es Es/ putabunt alii ex ſtellarum viribus, ſine DEi adminiculo, diſpoſitione, providentia ſpecialiſſima provenire pluvias, nivem &c. Ad hanc igitur opinionem evertendam, & ad veram in Deum pietatem augendam qvilibet agnoſcet, phraſes Scripturæ meliores eſſe, & magis imitandas eas, qvas retuli. Præceptores in Scholis bene merebuntur hoc exercitio de juventute & Eccleſia, Sed & alii veterem morem forſan facile exuere poterunt, ſi ſenſim tentaverint. De ipſa autem hac doctrina *Meteorologica* ad mentem ſacrarum literarum rectius aſſeqvenda, & cum magno fructu & ſpe benedictionis divinæ ſecuturæ uſurpanda, ſuo tempore ſingularem tractatum conciſiorem germanicum conſcribam σὺν θεῷ καὶ τῷ χριστῷ, qui à laicis etiam in honorem DEi, & ipſorum commodum proprium utiliter legi qveat.

De ſalutationibus & reſalutationibus vix obiter.

Adjungerem aliud phraſeon ſacrarum genus, idq; propter ſalutantes & reſalutantes. Uſitatiſſima hoc ſeculo per neſcio qvem autorem mihi & aliis fieri cœpit conſvetudo inter congreſſus recenſere ex Dialogis qvibusdam illa verba, Bonus dies, Deo gratia. Memini autem in mea adoleſcentia me audiviſſe ex Præceptoribus de Latinitate Romana publice etiam præclariſſima ratione meritis, de illis Dialogis Bonus dies, Deo gratia, judicia acria, ipſosqve exoptare, ut illi Dialogi poſſent relegari, qvod vulgo dici ſolet, ultra Garamantes, inculcabant autem iſti ſuarum admonitionum ſua fundamenta, qvæ ego hoc loco neqve recenſere, neqve tueri volo, ſed conjicienda & judicanda peritis Latinis commendo. Qvod mei inſtituti proprium eſt, illud peragam.

Ex ſacris qvilibet ipſe colliget exempla, Dominus vobiſcum, Et reſalutat alter Et cum ſpiritu tuo, id eſt, ET

Cum

Cum Phrasibus sacrarum literarum si quis voluerit conjungere lectiones Tertulliani, Hieronymi, Augustini, Bernhardi &c. ille latinæ linguæ elegantiam Theologis aptam, mirificam deprehendet, & voluptatibus saturari non poterit, quin & in ætate crescente intima ista Patrum penetralia perlustrare, diurnaque & nocturna manu simul evolvere non cessabit. *TECUM sit Dominus, sed de his alibi plura.*

Possem phraseologiarum, Scripturis Sacris peculiariter usitatarum, cumulum adjicere admodum magnum, sed ita tractatus hic in immensum cresceret, in quo mihi tantummodo hoc unicum est propositum, ut brevi methodo & paucis præceptis, sed multis exemplis, tanquam longa & utili praxi Lectorem cujusvis ordinis instruam, ut & ipse Scripturæ quosvis difficiles locos enodare, & aliorum super eosdem locos Scripta edita, num rem ipsam recte attingant, num secus, citra errorem judicare possit. Volui autem in hisce paucis exemplis illud quoque eidem Lectori monstrare, quomodo obscuras phrases Scripturis Sacris proprias & usitatas, ipse lector ex ipsa Scriptura, & quidem vel ex iisdem locis, in quibus reperiuntur, vel ex aliis assequi, & dextre intelligere possit. Ea enim methodus, quam ego in paucis sacris phrasibus enucleandis ostendi, servari debet ab omnibus, in omnibus phrasibus sacris expediendis. Hoc igitur mihi nunc suffecerit. Si quis voluerit declarationem sacrarum phrasium legere is reperiet parvum libellum seu Commentariolum de phrasibus Hebræis editum Witebergæ, anno Christi 1557. ab Abdia Prætorio, in quo tamen, quæ de controversis articulis habentur, cum judicio aspiciet. Item prostat prolixum opus *Matthiæ Flaci Illirici*, cujus titulus *Clavis Scripturæ Sanctæ, seu de sermone sacrarum literarum*, constans partibus duabus. Ejus *pars prima* singularum vocum atque locutionum sacræ Scripturæ usum ac rationem alphabetico ordine explicat. *Pars altera* de sermone sacrarum literarum plurimas generales regulas continet. Opus omnino eruditum, sed tamen quod propter prolixitatem ab omnibus nec emi nec evolvi satis potest, cujus declarationes tamen lector explorare sæpe necesse habebit, juxta modum, quem hactenus dedimus de phrasibus Scripturæ & Scriptura explicandis. In hoc eodem genere extant adagia sacra edita & explicata per Magistrum *Ioachimum Zechnerum* anno Christi 1601. Præ omnibus etiam aliis in hac palestra sese solertissimum præstitit, quanquam alias in religione à nobis dissentiens *J. Drusius*, qui scripsit singulares aliquot libros proverbiorum, & diligente industria hoc facit; ut stilum Spiritus sancti legentibus propriissime explanet. Optandum esset, ut exemplum istius plurimi æmularentur. *Abdias Prætorius. Matthias Flacius. Joach. Zechnerus. Drusius.*

Liber Biblicus est monumentum Dei omniscii, in quo nemo omnia

unquam penitus assequutus fuit, & hac de causa infinitis locis enucleandis hodie plurimi sudant, sudabunt etiam usque ad finem mundi. *Quid ergo*, inquis, tot seculorum Theologi in codice illo vertendo & explicando in vanumne laborarunt? *Respondeo*, nequaquam. Interim tamen ipsi suam scientiam & eruditionem istam agnoverunt, quæ in posterioribus cogitationibus priores sæpenumero correxit, deinde cum Apostolo suam notitiam agnoverunt esse non nisi ex parte, hoc ipso gratiam & laudem meriti non nisi æternam.

Lutherus post reformationem suam cæptã mature particulares libros Biblicos convertit in Germanicum idioma.

Repeto conclusionis loco in prima parte Tractatus mei meum consilium, ut nostri Germanicam versionem Lutheri diligentissime primis annis ita evolvant, & propter hunc finem evolvant, quemadmodum superius prolixius indicavi.

Cæterum, quia iterum incido in mentionem Bibliorum Lutheri, Studiosos Theologiæ admonere volo, propter antiquas Patrum vel avorum suorum Bibliothecas, in quibus quandoque reperire poterunt primas editiones Germanicorum Bibliorum Lutheri, quarum omnium prima prodiit, integra, anno 1534. ut colligitur ex diplomate Johannis Friderici Elect. quod sequitur.

Von Gottes Gnaden Johannes Friederich Hertzog zu Sachsen und Churfürst etc.

Anno 1534 Lutherus junctim edidit omnium librorum Biblicorum versionem, quæ dicitur prima editio vel prima correctio.

Allen und ieglichen Unsern: und des Hochgebornen Fürsten unsers unmündigen freundlichen / lieben Bruders / Hertzog Johann Ernsten zu Sachsen / etc. Prälaten / Graffen / Herren / denen von der Ritterschafft und Adel / Landvögten / Hauptleuten / Amptleuten / Amptverwesern / Schössern / Geleitsleuten / Räthen der Städte / und sonst allen andern / unsern / und gedachten unsers lieben Bruders / Unterthanen und Verwandten / Entbieten wir unsern Gruß / Gnad / und alles gutes zuvor.

Ehrwürdige / Wolgebohrne und Edle / lieben Getreuen / Wir geben Euch zuerkennen / daß Wir auff beschehenes ansuchen / auch anzeigung bewegender Ursachen / bewilliget / und den dreyen Buchhändelern zu Wittenberg / Moritzen Goltz / Bartheln Vogeln / und Christopheln Schrammen / solche Befreihung gegeben / daß Sie / und niemands mehr / die nachbenandten Bücher / nemlich die gantze Biblia deutsch / der Psalter mit den Summarien / Neu Testament klein

Jesus

Jesus Syrach / auch Doctoris Martini Luthers Postillen / in unsern / und unsers lieben Brudern Fürstenthümen und Landen / mögen drucken / feil haben / und verkauffen lassen.

Und ob dieselben die Bücher an andern Orten nachgedruckt würden / so sollen sie doch in Unsern / und unsers Brudern Fürstenthümen und Landen / weder öffentlich noch heimlich verkaufft / oder feil gehabt werden / bey Peen Hundert gülden / halb den Gerichtshältern iedes Orts / da die Ubertreter befunden / und die ander helfft ihnen den bemelten dreyen Buchhändlern / verfallen seyn.

Begehren demnach an Euch alle / und einem ieden insonderheit / darob zu seyn / damit in Euer iedes zuständigen / auch unsere Ampts und Stadtgerichten / obbemelte Bücher zu drucken / noch andere feil zu haben / oder zuverkauffen / der / oder dieselben thäten es denn mit benanter dreyer wissen / willen / und scheinlicher Zulassung / nicht verstattet. Sonderlich so iemands darwider gethan hätte / oder thäte gegen dem / oder dieselbigen / wollet Euch auff benannter dreyen Buchverkauffern / oder ihrer befehlhaber ansuchen / mit einbringung vorberühter Straffe ernstlich und unnachläßig erzeigen. Wolten wir Euch nicht unvermeldet lassen / und geschicht daran bey vermeidung unser selb ernsten Straff / unsere gäntzliche meinung. Zu urkundt mit unserm zurück auffgedruckten Secret besiegelt und gegeben zu Torgau / Donnerstags nach Petri Kettenfeyer M D XXXIV.

Post illam enim primam edititionem D. Lutherus nobis prospexit de secunda (ut vulgo vocant) correctione, vel potius editione. Neque enim Correctorem typorum transpositorum & omissorum in typographia egit D. Lutherus, sed saltem verba & sententias Germanicas primæ editionis Bibliorum aliquas elaboravit, aliaque perspicuitate reddidit. De utraque editione lege Matthesium in concione XII. de vita Lutheri, Et inter alia inveniet ibi lector benevolus hæc verba: Auff solche vorhergehende Vermahnung sagt nun ein ieder / wie ers wüste mit der Grammatica, oder aus guter folge / das mit dem vorhergehenden und nachfolgenden übereinstimmet / oder Zeugniß Gelerter zuerweisen / biß endlich im 42. Jahr diß Werck durch Gottes Gnad vollbracht ward.

Anno 1541. prodiit secunda vel ultima editio seu correctio Bibliorum Germ. Lutheri.

Quænam præcepta interpretandi Biblia in Germanicam linguam secutus fuerit Lutherus.

Ecce lector pie, ea methodo D. Lutherus in Bibliis vertendis prudentissime & pientissime usus fuit cum suis Collegis, quam methodum eadem intelligendi & interpretandi ego tibi commonstravi in duobus præceptis huc usque declaratis, quorum *prius* Grammaticam, id est, phrases explanat, *posterius* antecedentium & consequentium cohærentiam expendit. Ipse Lutherus *tertium* methodi suæ membrum non neglexit, auctoritatem aliorum Doctorum. Sed hoc extrinsecum nec ego negligendum esse superius monstravi. Et quisquis hujus tractatus mei duo præcepta, ut & Lutheri tria jam indigitata in exemplis suis tentare & probare conatus fuerit, is videbit, quantum laborem in Bibliis vertendis sustinuerit Lutherus. Hoc enim alii hujus dictæ methodi ignari nullo modo satis æstimabunt.

Porro anno Christi 1541. prodire cœpit, & 1542. absoluta fuit posterior indigitata jam editio versionis Germanicæ Bibliorum Lutheri. Ipsi secundæ præfixum fuit etiam antiquum Electoris privilegium sub dato anno 1534. & post privilegium accessit novæ isti editioni anni 1541. illa hortatio Lutheri, quæ nunc in omnibus Bibliis simul exprimitur, cum titulo. Warnung D. Martin Luther. S. Paulus spricht/ der Geitz ist eine Wurtzel/ &c. In illa admonitione non longe a fine paragraphus. Derhalben ob iemand/ &c. in hunc modum sese habet: Derhalben/ ob iemand diese unsere neu gebesserte Biblia für sich selbst/ oder auff eine Liberey begehrt zu haben / der sey von mir hiermit treulich gewarnet/ daß er zusehe / was und wo er kauffe / und sich annehme um diesen Druck/ der hie diß 1541. Jahrs ist ausgangen. Denn ich gedencke nicht so lang zu leben/ daß ich die Biblia noch einmahl möge überlauffen. Auch ob ich so lang leben müste/ bin ich doch nunmehr zu schwach zu solcher Arbeit. Hæc ibi.

Ecce Lutherum anni ultimæ correctionis Bibl. ipse exprimit.

Ante annum igitur CHRISTI 1534. particulatim edidit Lutherus versiones Germanicas librorum Biblicorum, quorum omnium versiones aliquantum emendatas, &, quoad sensum, magis perspicuas redditas, in unum corpus redegit & edidit anno CHRISTI 1534. & hæc dicitur prima editio & correctio Bibliorum Germanicorum. Ab anno 1534. sequentibus annis subinde plura in versionibus istis explanavit, adeoque totius Biblici codicis versionem Germanicam alteram edere cepit anno CHRISTI 1541. & hæc dicitur secunda & postrema correctio Bibliorum Lutheri. Etsi autem ad editionem anni 1541. pertinent verba Germanica Lutheri, jam paulo ante allegata, tamen quod collatio & inspectio exemplarium docebit, eadem retinuerunt typographi in recusionibus

busannorum 1543. 1544. 1545. donec tandem post mortem Lutheri eadem quidem verba Germanica fuere recusa, ast prorsus omissus fuit numerus anni Christi 1541. tanquam proprius annus ultimæ versionis Lutheri. Præterea ad editionem Germanicæ versionis Bibliorum Lutheri, anno Christi 1541. vel 1542. à beatissimo Luthero ipso procuratam, tanquam ad secundam & ultimam Lutheri versionem vel correctionem accessit Postfacio M. Georgii Röreri, qui tempore ipsius Lutheri correctorem typographicum officinis librariis egit.

Postfacio M. Georgii Rörer in editione anni CHRISTI 1541 ex officina Hanß Lufften/ ita habet:

Dem Christlichen Leser.

WEr wenig Jahr zurück gedenckt/ der muß bekennen/ daß kein Buch so unbekandt gewesen / und weniger gelesen sey / denn eben die heilige Bibel (was die Ursach sey/ ist hie nicht Zeit zu sagen/) welche doch billig allen Christen/ sonderlich aber den Pfarherrn und Seelsorgern/ so die andern lehren und regieren/ nur wol bekandt gewest sol seyn/ nun aber etliche Jahr her/ sint die Lehre des heiligen Evangelii/ durch Gottes Gnade/ wider an Tag kommen/ wird Sie von vielen frommen Christen (die falschen lesen Sie auch/ aber zu ihrem eigenen Verdamniß) mit grossem Ernst/ Fleiß und Verstand gelesen/ nicht ohne sonderliche Lust/ Freude und Trost/ ihres Gewissens/ welches ein gewiß anzeigen ist/ daß der fröliche und selige Tag unser Erlösung nicht fern müsse seyn. Denn auch Christus zeuget/ daß kurtz vor dem Ende der Welt das Evangelium in der gantzen Welt sol geprediget werden. Und der Engel spricht zu Daniel/ Daniel. 13. daß in der letzten Zeit über seine Schrifft/ die so lang verborgen und versiegelt solt bleiben/ viel kommen werden/ und grossen Verstandt drein finden.

Auff daß nun auch die jungen und einfältigen Leute sich diß heilige Buch/ darinn die Göttliche Majestät selbst redet/ von den höchsten und grösten Sachen desto leichter richten können/ dasselbe mit mehr Nutz und Verstandt zu lesen/ ist um ihrent willen/ über alle andere grosse Mühe und Fleiß die Bibel von neuen an durchaus zu übersehen und bessern/ durch den Ehrwürdigen und Hochgelarten Herrn

AEstima lector, qua forma, & quanta diligentia Lutherus excudi procurabit Biblia Germ.

D. Mart. &c. auch diese Arbeit zur Zugabe fürgenommen/ daß erstlich von Anfang der Bibel durch und durch hinaus biß ans Ende/ die fürnehmsten Sprüche/ so iederman noth und nütz zu wissen. Sonderlich aber die/ darin Christus das Evangelium etc. verheissen(deren das mehrer Theil von Christo und den Aposteln im Neuen Testament angezogen werden/ und es dadurch gründen und bewehren)mit ander und grosser Schrifft gedruckt sind/ daß sie auch bald und leichtlich zu finden seyn.

Darnach so offt (die gantze Bibel hinaus) ein neu Historia/ Straff/ oder Trostpredigt/ Miracket/ Ermahnung/ etc. in einem Cap. angehet/ ist im Anfang derselben ein grosser Buchstab gesetzt/ und wo sichs hat wollen schicken/ sind oben am Blat/ und am Rand auf beyden Seiten/ die Namen der Propheten/ Könige/ Fürsten/ Länder/ Städte etc. beyde der Jüden und Heyden gezeichnet/ mit mehr/ denn einerley Schrifft/ Unterscheid anzuzeigen/ welche fromme und Gottlose/ Gottes Volck oder Heyden gewesen sind/ darin sich leichtlich wird richten können ein ieglicher Leser/ der drauff achtung hat. Zum dritten/ im Psalter umd folgenden Büchern hinaus biß zum Ende des Neuen Testaments/ hab sonderlich achtung auff die zweyerley Versalichen/ so dieser A. B. C. oder der A. B. C. gestalt sind. Wo nun der ersten zwey/ drey/ oder mehr im Text/ forne/ mitten/ oder schier am Ende eines Capitels stehen/ so offt es auch sey / so folget ein gnadenreicher/ tröstlicher Text oder Spruch von Christo/ seinem Reiche/ etc. von der verheischung des Evangelii/ von der vergebung der Sünden/ von der Todten Aufferstehung/ vom ewigen Leben/ etc. Wo aber die ander dieser gestalt A.B.C. gezeichnet sind/ so bedeuts entweder das Klagen der Frommen/ über die Trübsaln und Leiden dadurch ihr Glauben hie geübet und bewehret wird/ etc. oder aber und sonderlich Schrecken und Dräuung Gottes Zorns und Gerichts über die Gottlosen/ etc. Wer auf solchen Unterricht Gedancken hat/ kan mit grössern Lust und Verstand die Bibel lesen. Obs nun aber nicht allzeit gleich zutrifft/ sonderlich zuweiln die zweyerley Versalichē widersinnisch gesetzt sind/ ist leicht und bald zuverstehen/ ich hab aber müglichen Fleiß gethan/ so viel an mir gewest/ möchte auch wol leiden/ daß durchaus fein zutreffe.

Jch sehe und erfahre aber/ daß schier unmüglich wird seyn/ denn hie ist ein Mann/ kein Mann/ es gehören mehr Personen/ denn eine zu solcher Arbeit/ wenn dieselben gleich zusammen thäten/ würden sie es dennoch nicht überall treffen/ dann hie ist kein Fleiß und Arbeit gnugsam. Der fleißige Christliche Leser wird hierin Gedult haben/ und wo etwas versehen ist/ sich wol wissen drein zu schicken/ und wo es mangelt/ selbst bessern/ sonderlich was geringe Errata sind/ die andern/ daran etwas gelegen/ findet er hernach gesetzt.

M. Georg **Rörer der Bibel** *Corrector.*

CORRECTUR.

Die erste Zahl zeiget an das Blat / die ander die Zeile/ A. das forne/ B. das hindertheil des Blats. O. daß du oben von Anfang des Blats solt anfahen zu zehlen. V. unten.

Was mit der Fractur Schrifft gedruckt/ ist ausgelassen/ etc.

XLIII. A. XVIII. V.	gefellet sie aber ihrem Herrn nicht/ und wil ihr nicht zur Ehe helffen/ sol er etc.
L. A. XXIII. V.	Wenn sie in die Hütten des Stiffts gehen/ oder zum Altar/ daß sie dienẽ/ mit reuchern etc. Das Wörtlein (dienen) so hernach folget/ lesche aus.
LIII. B. XV. V.	An seinen zween Zapffen.
LIII. B. X. V.	Von unten auff gesellet.
LXI. A. I. O.	Und Aaron hub seine Hand auff.
LXV. A. II. V.	Und das ander dem heiligen Bock/ etc.
LXVII. A. XIX. V.	Von dem Mann verschmecht/ etc.
LXIX. A. III. O.	Als da sie noch einem.
LXXI. A. XII. O.	Das Halljahr sol unter euch heilig/ etc. liese also.
XCIV. A. VIII. V.	Vertreiben die Amoriter/ die drinnen wohnen.
XCV. A. XVIII. V.	Ende gen Siphron/ etc.
XCVI B. XXXIII. V.	Verständige erfahrne Leut etc. das Wörtlein erfahrne/ so folget/ lesche aus.
XCVII. B. XII. u. XXI.	Und haben auch vorzeiten Risen Land/ etc. gehöret nicht in den Text/ darum lesche diese Worte aus.

Setzen

CVI. A. VII. V. Setzen in allen deinen Thoren.
CXI. A. III. V. Wenn ihr nu über den Jordan etc.
CXXI. A. III. V. Und ward der Kinder Joseph/ das Wörtlein (ward) so im nechsten Vers davor stehet/ lesche aus.
CCXIX. A. XI. V. Im Eingang des Herrn Hauß. An der Capellen Nethan/ Melech/ etc.
CCXIX. B. VIII. O. Was ist das für ein Grab/ das ich sehe/ etc.

Was aber solche Kammer oder Gazophylacia und Grabmahl/ oder Grabzeichen sind/ wirstu im Propheten Jeremia und Ezechiel wol finden. Hactenus Postfatio.

Præbeo tibi etiam breviter formam istius, quod M. Georgius Rörer in sua Postfatione habet de literis A. B. item A. B. C. & A. B. C.

Rom. 8. So sind wir nun/ lieben Brüder/ Schuldener nicht dem Fleisch/ daß wir nach dem Fleisch leben/ DENN wo ihr nach dem Fleisch lebet/ so werdet ihr sterben müssen. Wo ihr aber durch den Geist des Fleisches Geschäffte tödtet/ so werdet ihr leben. DENN welche der Geist treibet/ die sind Gottes Kinder etc.

Quidnam post secundam seu ultimam Lutheri correctionem observandū

Cœterum, etsi post secundam illam & vere ultimam editionem, seu, ut vulgo vocant, correctionem D. Lutherus non qvidem qvievit, tamen aliam integram novam, adeoque tertiam editionem proferre non potuit.

Audi hac de re loquentem Mathesium loco superius allegato: Gleichwol hernachmals/ als Doctor wider die Jüden schriebe/ immer von tag zu tag der Verstand wuchse/ und viel schöner Sprüch heller und klärer gegeben wurde/ welche nach Doctors Absterben von M. Georg. Rörer mit Vorwissen und Rath der Gelehrten von Wittenberg in die letzten Biblien mit eingebracht seyn/ als die Bekendtniß Evä Gen. 4. von ihrem Sohn Cain/ den sie für den verheissenen Meßiam hielt/ Ich hab den Mann/ den HErrn oder GOtt bekommen. Item im letzten Wort Davidis gibt Doctor den Text; Ist das Menschen Recht/ hernach also/ das ist die Weise eines Menschen/ der GOTT der HERR ist/ Herr Philippus hat hernachmals auch etliche Text gar fein geben/ als Job. am 19. Ich glaube/ daß mein Erlöser lebet/ und in der letzten Welt wird er erstehen/ da die alte

Biblia von unser Aufferstehung redet. Doctor Ziegler hat auch etliche Text aus dem Hebräischen sehr schön erkläret/ sonderlich, Esa. 53. Messias ist arm gestorben/ daß Er uns reich mache/ und hat unser gottloß Wesen in sein Grab verschorren/oder verschlossen. Item Habacuc. am 2. Schreibe die Weissagung auff eine Taffel/ damit die im Amt lauffen u predigen eine gewisse Form haben/ wie sie von des verheissenen Weibes-saamen gewisser Zukunfft eigentlich reden können. Denn wer da gläubt/ der wird gerecht/ angenehm und selig werden/ wer halsstarrig ist/ und nicht gläubet/ der wird verdammt.

D. Försterus hat in seinem Lexico viel Text gar selig und tröstlich erkläret/ wie er uns Jacobs letzte Wort von Dan/ gar Christlich auf dem verheissen Weibessaamen deutet: HErr/ ich warte auf dein Heyl; Samson und Gideon werden mir und den Meinigen nicht von Sünd und Tod helffen/ du bist allein der einige und rechte Helffer/ der Sünd und Tod ewig wegnehmen/ und Gerechtigkeit und Leben wiederbringen wirst/ allen die auf dich harren. Der Spruch Genes. 8. Da GOtt vom Himmel redet/ ist auch hernachmals läuterer worden/ da GOtt verspricht/ er wolle forthin die Welt nimmer verfluchen/ umb des Menschen/ das ist/ um JEsu Christi willen/ sondern wolle alle Völcker in Isaacs Saamen/ welcher Christus ist/ wie S. Paulus zeiget/ seegnen.

Diß könte Doctor Lutherus bey seinem Leben wol leiden/ wenn man ihm unsern Herrn Christum in einem Spruch weisete/ ob es schon wider aller Rabinen Gloß und Meynung war/ wie er auch die Seinigen sehr offt vermahnet/ daß sie den bösen Rabinen ihre verfälschte Text aus den Händen drehen wolten. Gottes Buch ist so voller göttlicher Geheimniß/ daß wirs vollkömlich in dieser Welt nicht auslernen werden/ sondern trachten/ dencken/ suchen/ forschen/ fragen sollen wir/ wie Christus sagt/ Joh. 5. und die Biblia darum Thora von nachdencken und nachforschen sollen genennet seyn. Aber Schüler bleiben wir/ so lang wir in diesem finstern Fleisch und natürlichen Licht leben/ ob wir schon die Erstling des Geistes haben. Behüt Gott alle Theologen/ daß sie nicht Meister in- oder über die Schrifft werden/ ein Elephant ersäufft in diesem Meer/ sagt Lutherus aus S. Gregorio,

Bayerische Staatsbibliothek München

eim Lämlein/ daß Christum suchet/ und hält sich dran/ das fusset/ und komt durch.

Fein ists geredt/ wie Santes Pagninus schreibet/ Hieronymi, und andern grossen Leut Fleiß/ den sie an die Bibel gewendet/ redet nicht unser Faulheit und Trägheit das Wort/ sondern wir sollen für und für studieren/ als wolten wir ewig leben/ und also leben/ als solten wir morgen sterben. Ich versprach mich auff eine Zeit zu Leipzig mit Doctor Zieglern/ den theuren Hebraisten/ und drang auf Doctors version, Er hielt mir den Hebräischen Text für/ wenn wir allein auff einer Dolmetschung uns gründen könten/ dörfften wir forthin nimmer studiren/ auch der Hebräischen Bibel nicht/ die Schrifft/ so man mit Ernst drin lieset/ gibt alle Tag was neues/ sagt Pomeranus.

Diß erwehne ich bey dieser Dolmetschung/ damit ich allen denen das Wort rede/ die in Christlicher und demütiger Einfalt heut zu tag lesen und studiren/ und der Schrifft nachforschen/ deren Patron wil und sol ich traun nicht seyn/ die alles tadeln und verwerffen/ und machen doch nichts bessers/ sondern immer übel ärger/ denen unser Doctor in seinen Brieff von der Dolmetschung sehr gründlich antwortet/ welche D. Wentzel Linck ließ ausgehen: Viel wollen richten/ aber wenig können tichten. Es hat Doctor bey seinem Leben viel Meister und Correctores gehabt/ wie auch hernachmals ein junger Doctor die deutsche Biblien auff der Cantzel mit Gerten steupte/ und daneben sagte: Sie sollen es besser lernen. Hactenus verba Matthesii.

Adjiciam aliam Postfationem circa annum 1545. a Georgio Rörerio adjectam, tantum ut videas, qva diligentia (sicut festum Translationis Bibliorum Doctor Johannes Pomeranus qvotannis celebravit, ita) nostri majores in excudendo illo libro fuerint usi. Præter hanc autem Exemplum, qva cura & diligentia caverit pia antiquitas, ne scripta posteris communicanda ab Amanuënsibus depravarentur, de Irenæo recenset Eusebius in Ecclesiastica lib. 5. c. 19. 20. & Nicephorus lib. 4. cap. 30. Is enim propter qvasdam Ecclesiasticarum Sanctionum corruptores composuerat opus de ogdoade seu octonario, in qvo libro se primam Apostolorum successionem attigisse ostendit, ad cujus finem *hæc verba* adjecit. *Adjuro te, qvi hunc librum descripsisti, per Dominum nostrum Jesum Christum, & per gloriosum adventum ejus, qvi venturus est judicare vivos & mortuos, ut conferas, qvod transscripsisti, & ca-*

Irenæus qva diligentia suos libros describi curavit.

& castiges ad exemplar, unde descripsisti accurate, & juramentum hoc ut idem de scribas & *exemplo tuo apponas. Hæc ibi.* Hanc curam & diligentiam nostri Germani in recudenda Bibliorum versione Germanica B. Lutheri meritissimo æmulari & usurpare debent. Sed ad rem. Altera jam indigitata Postfatio in hunc sese habet modum.

Dem Christlichen Leser.

WEr wenig Jahr zurück gedencket/ der muß bekennen/ daß kein Buch so unbekandt gewesen/ und weniger gelesen sey/ denn eben die heilige Bibel (was die Ursach sey/ ist hie nicht Zeit zu sagen) welche doch billich allen Christen/ sonderlich aber den Pfarherrn und Seelsorgern/ so die andern lehren und regieren/ nur wol bekandt gewest solt seyn. Nun aber etliche Jahr her/ sint die Lehre des heiligen Evangelii/ durch Gottes Gnade wider an Tag kommen/ wird Sie von vielen frommen Christen (die falschen lesen sie auch/ aber zu ihrem eigenen Verdamnis) mit grossen Ernst/ Fleiß und Verstand gelesen/ nicht ohne sonderliche Lust/ Freude und Trost ihres Gewissens. Welches ein gewiß Anzeigen ist/ daß der fröliche und selige Tag unser Erlösung nicht fern muß seyn. Denn auch Christus zeuget/ daß kurtz vor dem Ende der Welt das Evangelium sol geprediget werden. Und der Engel spricht zu Daniel/ Dan. 12. daß in der letzten Zeit über seine Schrifft/ die so lang verborgen und versiegelt solt bleiben/ viel kommen werden/ und grossen Verstandt darinnen finden.

Auff daß nun auch die Leyen/ so die Bibel lesen/ sich in dis heilige Buch/ darinn die Göttliche Majestät selbst redet von den höchsten und grösten Sachen/ desto leichter richten können/ dasselbe mit mehr Nutz und Verstand zu lesen/ ist um derselben willen über die grosse Mühe und Fleiß die Bibel von neuen an durch aus zu übersehen und bessern/ durch den Ehrwürdigen und Hochgelarten Herrn D. Martin. &c. auch diese Arbeit fürgenommen/ daß erstlich von Anfang der Bibel biß ans Ende die fürnehmsten Sprüche darinn Christus verheissen ist/ und im neuen Testament angezogen werden/ mit grösserer Schrifft gedruckt sind/ daß sie der Leser leicht und bald finden könne.

Darnach so offt eine neue Historie / Straff/ oder Trostpredigt/ Ermahnung/ Wunderzeichen etc. angehet/ ist am Anfang derselben eine ein grosser Buchstabe gesetzt: Item/ wo sichs hat wollen schicken/ sind oben am Blat/ oder am Rande zur Seiten/ die Namen der Patriarchen/ Propheten/ Könige/ Fürsten/ Länder/ Städte/ beyde der Jüden und Heyden gezeichnet/ auff daß der ungeübte Leser bald finden könne/ was er begehrt zu wissen.

Auch ist sonst müglicher Fleiß/ so viel an mir gewest/ angewandt/ daß doch einmahl eine deutsche Bibel möchte ausgehen/ da gar nichts drin versehen/ noch etwas hernach zu corrigiren wäre. Aber/ wie michs ansihet/ wils schier unmüglich seyn/ Ursach / es gehören mehr Personen/ nicht eine allein / zu solcher Arbeit/ wann dieselben zusamenthäten/und eine iede treulich und fleißig ausrichtete/was ihm zustehet/ so würde es angehen/ Sonst ist hierein ein Mann kein Mann/ bleibt derhalben immer etwas zu corrigiren, das versehen oder verkehrt ist.

Als in der Bibel mit gespaltnen Columnen, vor diesem Werck gedruckt/ und ausgangen im Anfang des 44. Jahrs/stehet 2. Pet. 2. in der 15. Zeil des 2. Parag. die schändliche Lüste/ ist falsch/solt heissen/ die schändlichen Leute.

Item/ im itzigen Druck Gen. 4. bald im Anfang/ hat vor der Text also gelautet: Ich habe gekrieget den Mann des HErrn. Dieselben Wort hat der Herr Doctor nicht ohn sonderlich bedencken und Ursach/ itzt so verdeutschet: Ich habe den Mann/ den HErrn: hat darzu ein Scholion in margine wie du sehen kanst/ daneben gesetzt/ denn Sinn und Meynung derselben Wort anzuzeigen. Item/ weiter Bericht darvon gethan im Büchlein von den letzten Worten Davids. Gleichwol diß alles unangesehen/ ist einer drüber kommen/ hats wollen bessern/ und nach seinem Gutdüncken/ aus DEN HERRN (des Herrn/ wie vorhin gestanden) gemacht.

Es sind auch etliche Sprüche in dem ietzigen Druck anders verdolmetschet/ weder in den vorigen. Als nähern Druck mit gespalten Columnen, 2. Samuel. 7. parag. 5. v. 11. & 12. Ach HERR/ HERR/

erzei-

erzeigestu dich also gegen einem Menschen? ist in diesem Druck also verdolmetschet: das ist eine Weise eines Menschen/ der Gott der HERR ist.

Scholion das ist/ du redest mit mir von solchen ewigen Reich/ da niemand kan König seyn/ er muß Gott und Mensch seyn/ weil er mein Sohn/ und doch für und für sol König seyn/ welches allein Gott gehöret. Davon weiter im Büchlein von den letzten Worten Davids.

Ephes. 3. Parag. 3. v. 7. stehet: über alles was Vater heisset/ ist in diesem Druck so gegeben: über alles was da Kinder heist/ vid. Schol.

Im selben Cap. und parag. an Ende stehet: Auch erkennen die Liebe Christi/ die doch alle Erkäntniß übertrifft. Ist ietzt so verdeutschet: Auch erkennen/ daß Christum lieb haben/ viel besser ist/ denn alles wissen/ vide Scholion.

Ephes. 6. Parag. zu letzt liebe Brüder/ etc. auff daß ihr wiederstehen köndt etc. Ist ietzt so viel verdeutscht: Auff daß ihr/ wenn das böse Stündlein kömt/ Widerstand thun/ und alles wol ausrichten/ und das Feld behalten möget.

Im folgenden parag. v. 4. gestiffelt an Füssen/ etc. laut ietzt also/ und an Beinen gestiffelt/ als fertig zu treiben das Evangelium des Friedes. vide Scholion.

Dieses zeige ich guter Meinung an dem Leser/ so der Bibel eine hat/ vor dieser Zeit ausgangen/ zu erinnern/ daß er erstlich diese und vielleicht andere (doch als Ich hoffe/ nicht viel) errata selber ändere und bessere. Darnach weil in diesem Druck der Herr Doctor etliche Sprüche klärer und deutlicher verdeutschet hat denn zuvor/ hab ich dieselben/ so viel ihr sind/ nach einander gesetzt/ daß wer da wil/ seine Bibel nach diesem Druck corrigiren mag/ denn es ja nicht in eines ieglichen Vermögen ist/ alle Druck zu kauffen. Befehle dich Gottes Gnade und Schutz.

In der Bibel mit gespaltenen Columnen Apoc. 21. parag. 2. v. 8. liese also: Den Verzagten aber und Ungläubigen und greulichen etc.

Johannis. 12.

Gläubet an das Licht/ dieweil ihrs habt/ auff daß ihr des Lichts Kinder seyd.

M. Georg. Rörer.

Et hactenus de illis. Ergo post præcepta duo in prima parte hujus Tractatus hactenus absoluta, nunc in secunda parte tractatus accedo ad rem ipsam duorum præceptorum exemplis illustrandam & confirmandam.

II. PARS HUJUS TRACTATUS.

POstqvam ergo per DEI gratiam duo præcepta valde homogenea, valde propria, & valde Catholica demonstravi: secundum qvorum ductum qvilibet pius, præsertim literatus, cujuscunqve fuerit ordinis, Ecclesiastici vel Politici mediocri labore cunctorum oraculorum sacrorum genuinam mentem assequi, deqve explicationibus sacrarum Scripturarum, per alios publicatis, vel institutis judicare qveat. Restat nunc, ut eorundem præceptorum usum in exemplis aliqvibus plane & fideliter facillimeqve demonstrem. Etsi vero per singulos libros totius Codicis Biblici ordine percurrere & promissioni meæ satisfacere poteram luculenter; Tamen, ne lectorem obruam, *hac vice* potissimum ob oculos proponere pio lectori decrevi, illa oracula sacra, qvæ plurimis etiam doctissimis hominibus multum negotii facessere, & scrupulos parere solent, ut existiment, omnino hoc in sese illa dicta habere, qvasi DEUS certos homines ad salutem, certos vero ad Gehennam destinarit. Scio aliqvorum ex Calvini asseclis effugia, qvibus hoc emollire moliuntur. Sed & vice versa ignorare ipsi non possunt, ex ventilatione hujus ipsius thematis per Belgium facta, & adhuc durante, in qvam apertam lucem protracta sint eorundem paradoxa. Convicti enim sunt per allegationem librorum & verborum propriorum, ut frustra sibi qværere pergant excusationes. Redit autem diversorum auctorum opinio omnis ad unam aliqvam, ex his seqventibus classibus tribus. *Aliqvi* nimirum ex illis, DEO hominem nondum creatum in considerationem venisse disputant, ita, ut DEUS ante ipsam creationem aliqvos in suo consilio ad salutem, aliqvos vero ad infernum destineravit. *Deinde aliqvi* a Deo prædestinante (ut retineam ipsorum terminum) hominem jam vix creatum in considerationem venisse differunt, ita, ut DEUS ex genere humano jam creari cœpto aliqvos elegerit ad salutem, aliqvos vero præterierit sine ullo peccati, tunc in mundum nondum ingressi, intuitu, non tamen sine peccati prævisione. *Deinde aliqvi* contendunt a DEO prædestinante hominem in communi lapsu primorum parentum jacentem in considerationem venisse, & tunc citra considerationem peccati proprii, præsertim incredulitatis erga communem

media-

mediatorem Christum aliqvos fuisse rejectos, aliqvos vero citra omnem credulitatis erga Christum rationem fuisse electos. Necessario autem in harum aliqvem sententiam inviti incidunt, qvotqvot negare electionem satagunt, ab æterno factam non esse, nisi cum conditione fidei in Messiam, fidei, inqvam, per verbum promissionis gratuitæ revelatum accendendæ; reprobationem vero non nisi cum conditione incredulitatis propriæ erga verbum promissionis gratuitum divinitus revelandum. Moventur illi omnes qvibusdam oraculis sacris non recte æstimatis: qvæ pleraqve omnia nunc juxta regulas duas supra inculcatas, rite declarare conabor. DEUS adjuvet conatum Spiritu suo Sancto.

PRIMUM ORACULUM SACRUM.

Act. 13, 48.

ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον &c.

Crediderunt, qvotqvot erant præordinati ad vitam æternam. &c.

Und worden gläubig/ wie viel ihr zum ewigen Leben verordnet waren/ etc.

HOc est illud Oraculum sacrum, qvod non tantum adversa pars pro sententia sua de Prædestinatione absoluta vehementer & magno Spiritu urget, sed & qvod multos nostratium bonorum virorum sæpe numero torqvet. Si enim (rationantur) crediderunt, qvi a DEo ordinati fuerunt ad vitam æternam, tum utiqve, qvi non crediderunt, ii non fuerunt a DEo ordinati ad vitam æternam. Ita (*inqvit Beza*) DEI decretum primo loco statuatur necesse est, non tantum tempore (est enim æternum) sed etiam causarum ordine, cum cætera, qvæ salutem spectant, sine ulla exceptione illi subjiciantur, ut effectu subordinata causæ.

Verum enim vero, ut hujus loci nativam asseqvi valeas sententiam, *primo* omnium juxta primam regulam hujus tractatus lingvam Spiritus Sancti accuratius expendas, qvoad duo vocabula, nimirum *τὸ judicare,* & *τὸ ordinati*, qvæ extant vers. 46. indignos vos *judicatis* æterna vita, & v. 48. *Qvodqvot erant præordinati ad vitam æternam.*

Praxis prima Regula.

Ingredere igitur Concordantias sive Græcas, sive Latinas, cum vocabulo κρίνειν, vel *judicare*, selige loca huic loco similia, qvalia sunt *Johan. 8. v. 16. & seqq.* Si judico ego, judicium meum verum est, qvia solus

non

non ſum: Sed ego, & qui miſit me, Pater. *Ubi neceſſario ſubintelligendum eſt*: Si judico ego me ipſum, ſicut contextus illico oſtendit, *dum ſubjicit Chriſtus*, judicium meum (*de me nimirum*) verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qvi miſit me, Pater. *Deinde* quid illud ſit: *Si ego judico meipſum*, CHRISTVS ibidem antecedente 14. & conſequente 18. verſu declarat bis verbis: *Ego teſtimonium perhibeo de meipſo (videlicet per opera,) ſicut dixit Johan. 10. cap. v. 38.* Si mihi non creditis, operibus credite, hoc eſt, ſi ex ſermone meorum argumentorum non invenitis cauſam, tamen ex miraculis meis invenietis cauſam, cur mihi credatis, qui ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, Pater, hoc eſt, qvod facio opera qualia ſolus Pater meus, ſeu DEus facere poteſt. *In 1. Corinth. 4. v. 3.* Non enim *judicavi* me ſcire aliquid inter vos, niſi JEſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Mihi autem pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano judicio, ſed neque meipſum judico: *quaſi dicat*: Nihil curo, quas alii afferunt cauſſas, cur me vel inter primos, vel ſecundos, vel tertios donorum ratione referant, imo ego ipſe habeo cauſas, & ſum mihi conſcius, cur non velim gloriari.

Et hoc jam indigitatum includi in voce *Judico*, patet etiam ex his locis, *Luc. 19. v. 22.* De ore tuo judico te ſerve nequam, ſciebas, quod ego homo auſterus ſum, tollens, quod non poſui, & metens, quod non ſeminavi, qvare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens, cum uſuris utique exegiſſem illud? *Nihil autem aliud his verbis ſibi vult Chriſtus, quam hoc*: Ex tuo ipſius ſermone invenio cauſam, propter quam merito es puniendus. *Act. 16. v. 15.* Si judicatis me fidelem, hoc eſt, ſi videris cauſam; unde agnoſcatis me non hypocritam, ſed fidelem, tum ne aſpernemini hoſpitium meum.

Ingredere etiam in easdem Concordantias cum vocabulo τάττομαι Ordinor, ut & illo ἀτακτέω.

1. Theſſal. 5, 14. corrigite ἀτάκτους. 2. Theſſal. 3. 6. 7. 11. Subtrahite vos ab omni fratre ἀπὸ τοῦ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, qvoniam nec nos ἠθακτήσαμεν ἐν ὑμῖν. Audimus quosdam verſari inter vos ἀθάκτως. Hic ἄτακτοι non poſſunt eſſe alii, niſi qui ordinem vitæ ſanctæ divinitus præſcriptum & definitum deſerunt, excurrunt; & ἀτακτέω activum non poteſt aliud ſignificare, quam ordinem ſanctæ vitæ à DEo præſcriptum egredior, excurro, deſero. Per conſequens igitur τεταγμένοι erunt, qui ordinem à DEo præſcriptum tenent, ingrediuntur, ſequuntur. Sumpta eſt phraſis à militibus, qui interdum ſtationem, aciem & ordinem à Duce militari factum ordinatum, præſcriptum, determinatum ſervant, ſeqvuntur, intra illum ſeſe continent

intra illum decurrunt; interdum vero ordinem à Duce militari definitum non servant, non seqvuntur, non intra illum decurrunt, intra illum sese non continent, &c. isti igitur sunt milites τεταγμένοι: hi vero ἄτακτοι, ἠτακτήσαντες, deordinantes sese, dilinquentes ordinem à Duce factum & præscriptum.

Et hactenus juxta primam regulam expendi linguam Spiritus Sancti. *Deinceps* juxta secundam regulam interpretandi Scripturas Sacras in hoc tractatu propositas ipsi contextus capitis 13. Actorum expendantur.

Praxis secundæ Regulæ. Primo omnium aliquoties perlege totum caput decimum tertium Actorum Apostolorum. Ex hac lectione deprehendes, narrari in hoc capite qvinqve historias, qvæ contigerunt in qvinqve locis, videlicet in Antiochia usqve ad versum 5. in Salamine usque ad versum 6. in Papho usqve ad versum 13. in Perga, usque ad versum 14. in Antiochia Pisidiæ, usqve ad finem capitis. Et ex hac lectione simul illud invenies, qvod in Antiochia Pisidiæ, non in Antiochia altera factum fuerit illud CREDIDERUNT, quotqvot erant præordinati ad vitam æternam.

Deinde qvia in Antiochia Pisidiæ credunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam, idcirco de novo aliquoties perlegas illa, quæ in hac Antiochia Pisidiæ contigisse commemorantur, incipiendo a versu 14. usqve ad finem totius capitis. Perlegas (*inquam*) hæc jam indigitata diligenter, & observes attentissime res ipsas, id est, rerum occasionem, modum & eventum, seu eventuum caussas & effecta. *Exempli gratia*, in hoc oraculo proposito ex diligente lectione deprehendes ordine hæc, qvæ seqvuntur.

1. Qvod Paulus, & qvi cum eo erant, a Perga devenerunt in Antiochiam illam, qvæ sita fuit in Pisidia, v. 14.

2. Quod in illa urbe habitaverunt inter Ethnicos Judæi, & qvod ibidem Synagogam habuerunt Judæi, versibus 41. 42. Nam mature Judæi post egressum ex Ægypto, & introitum in terram Chanaan tam vehementar aucti fuerunt, ut intra terram sat spatii non haberent, sed cogerentur extra terram Chanaan alibi sibi qværere inter Ethnicos domicilia. Fiebat hoc ex ipsius DEI benignissima misericordia, ut in omnibus locis Ethnici haberent sibi mixtos istos, ex qvibus veram doctrinam de DEO, & de Messia addiscere possent. Hinc igitur est, qvod Actorum 2. ad Pentecosten venerant Hierosolymam viri religiosi, & qvidem Judæi ex omni loco sub cœlo, & qvod Apostoli euntes in universum orbem terrarum passim locorum invenerunt Judæos, & intrarunt Synagogas

Israelitas non omnes potuit terra Chanaã capere tandem.

gogas

gogas ipsorum, vide Acta Apostolorum : Actor. 14. v. 1, 2. 3. 4. & 17. v. 1. 2. 3. & sequentibus omnibus, & 18. v. 4.

3. Quod in Synagoga Judaica apud Antiochenses Pisidienses rogatus Paulus habuit ad Judæos & Ethnicos mixtos concinionem Evangelicam de Salvatore JESU, v. 23. seu de salute v. 26. hoc est, de Christo, nuperrime passo, mortuo, à mortuis resuscitato, & quod resuscitationem consecutum fuit, collocato ad dextram æterni Patris, & credentibus, seu in ipsum sperantibus suo tempore vitam a morte æternam daturo, versibus à 15. usque ad 40.

4. Qvod illam concionem, *tanqvam medium in æterno consilio DEI salvari cupientibus destinatum* non curavit, sed aversata fuit Judæorum maxima pars, regno terreno Messiæ citra dubium inescata, versibus 40. 41.

Concio Pauli est medium divinū per qvod hominibus ipsis datur & porrigitur auxilium divinum ad salutem. Ergo non contingit eis salus ex ipsismet.

5. Quod Ethnici Paulum de auctore vitæ æternæ, vel, qvod idem est Salvatore JEsu, nunc in cœlo regnante, & vera fide honorando concionantem contemni cernentes, rogarunt Apostolos, ut sibi Ethnicis sequenti Sabbatho eandem concionem Evangelicam de tali Christo Salvatore ex vera fide honorando instituerent, v. 42.

6. Qvod tamen aliqvi Judæi non approbarunt ipsam reliquorum in Judaica multitudine malitiam, sed Apostolis astipulati fuere, v. 43.

7. Qvod prioris concionis (de Salvatore tali) dulcedine illecta sequenti Sabbatho tota fere, vel PROPE urbs convenit ad audiendos ulterius eadem de re Apostolos versu 44. Siqvidem & ex Ethnicis non pauci inter eos manserunt increduli.

8. Qvod viso ardore tanto pleriqve Judæi pertinaces sese graviter opposuerunt Apostolis &, (cum refutare non possent) PLASPHEMIAS eructarunt, v. 45.

9. Qvod cum libertate eis responderunt Apostoli & objurgarunt, qvod sua blasphemia & aversatione *medii in æterno Electionis consilio salvari cupientibus divinitus destinati* sese ipsos faciant, seu præstent indignos vita æterna. *Sic enim loqvuntur Apostoli*: Vobis Judæis (ex singulari causa electis a DEO inter omnes populos terræ ad hoc, ut non ex aliis populis, sed ex vobis nasceretur Messias, qui etiam jam ex vobis natus est, & ideo primo loco vobis est annunciandus, utpote inter vos, & ex vestro semine natus) necesse fuit primo exponi Evangelium. Postqvam autem, vel qvoniam autem repellitis *illud medium & ordinem à DEo salvari cupientibus, in æterna electione destinatum*, &

 ista

ista aversatione medii indignos vos decernitis vel judicatis, vel præstatis, & facitis vita æterna, ecce convertimur ad gentes. Sic enim mandavit nobis Dominus. Constitui te pro luce gentium, v. 46. 47.

10. Qvod his (de CHRISTO Salvatore mundi, in cœlis regnante, & vera fide honorando,) auditis, plurimi ex gentibus gavisi sunt propter autorem vitæ æternæ á DEO hominibus etiam Ethnicis datum, & glorificaverunt DEUM, vel sermonem DEI, tanquam *medium & ordinem applicandi sibi tantam gratiam DEI in æterna electione salvari cupientibus destinatum*, & crediderunt, adeoque conversi sunt, qvotqvot in illa gentium multitudine ad vitam æternam erant ordinati, hoc est, constituti erant intra ordinem divinitus præscriptum iis, qui salvari cupiunt, hoc est, vitæ æternæ, & auctoris vitæ cupiditate sancta, studio grato, & amore constante concionem Apostolicam, tanquam medium & ordinem perveniendi ad salutem in æterna electione cunctis salvandis à DEO destinatum, non blaspheme aversati, sed obedienter erant secuti.

11. Qvod Evangelium, (utique per conversos Ethnicos istos) fuit perlatum in totam illam regionem, v. 49.

12. Qvod Judæi pertinaces persecutionem & odia partim Ethnicorum (*incredulorum manentium*) partim Judæorum (*iterum abalienatorum*) erga Apostolos excitarunt, ut ejicerentur ex urbe vers. 50. &c.

Ergo ex hac lectione attentissima versuum illorum, qvi sunt a versu 14. capitis hujus usqve ad finem, satis liqvet. *1. Judæos plerosque omnes contemsisse & aversatos fuisse æternum consilium DEI in æterna electione salvari cupientibus destinatum*, videlicet concionem Apostolicam, repletosqve invidia contradixisse Paulo, blasphemasse concionem Pauli. *2,* De his Judæis contradicentibus & blasphemantibus Apostolos hæc verba usurpare: *Vos decernitis vos ipsos indignos uita æterna*, hac aversatione & repulsu medii, organi & ordinis, salvari cupientibus a DEO in æterna electione destinati, adeoqve per externam & omnibus obviam, CHRISTOqve æternæ vitæ Datori exosam impietatem præstatis, præbetis, qvasi palam ex lege lata sententia pronunciatis vos æterna vita indignos. 3. Gentes seu Ethnicos plerosqve rogasse Apostolos, ut plura de æterna vita, non nisi per Christum crucifixum & resuscitatum expectanda, denuo loquerentur, & ut priorem concionem repeterent ipsis, frequenti concursu ad audiendos Apostolos convenisse, non contradixisse, non blasphemasse, adeoque credidisse, seu, conversos esse, nimirum, qvotqvot ordinati erant ad vitam æternam, qvotqvot intenti, addictiqve erant ordini & medio a Deo in æterna electione

ne salvari cupientibus præscripto, quotqvot ordinem, seu medium a Deo in æterno electionis suæ consilio salvari cupientibus definitum, non aversati, sed secuti erant, qvotqvot concionem Apostolicam de salute & Salvatore Jesu amplexi erant.

Hæc de illo insigni oraculo scripsi in initio mensis Augusti Anno Christi 1613. Dumque eodem, & simul subsequente anno de ejusdem aphorismi sacri vero sensu sæpius cum eruditis amicis confero, anno 1614. ante Pascha qvidam eorum mihi significat, se similem interpretationem legisse in glossis Flacii super Nov. Testamentum: Conqviro igitur & ad 23. Martii 1614. accipio librum antea mihi nunquam visum, & rem ita se habere cum gratulatione deprehendo.

Verba Flacii sunt hæc: 1. Locutio, qvodqvot erant ordinati, *τεταγμένοι*, ad vitam, ut habet Græcus, Vulgata, præordinati, diligenter expendenda est. Nam hinc qvoqve aliqvi valde prædestinationem urgent, cum non necesse sit significari qvandam fatalem præordinationem ab æterno factam, sed posset esse sensus: Qvotqvot erant cupidi salutis & bona mente præditi, sicut alias crebro dicitur in scriptura, qvi expectabant regnum Israel, aut Meschiam, seu regnum Dei. Sicut Anna Prophetissa dicitur locuta esse de infante Jesu omnibus, qvi expectabant redemptionem Israel. Non sane etiam verisimile est, qvod omnes salvandi in eo cætu tunc statim crediderint, nam aliqvi ex illis etiam postea conversi sunt. Sic de domo Stephanæ dicit Apostolus 1. Corinth. 16; 15. qvod se ordinaverint ad ministerium aut famulitium Ecclesiæ, id est, dediderint seipsos tam pio operi, aut ad id fuerint prompti paratiqve; Contra INORDINATI, aut inordinate ambulantes dicuntur ii, qvi perperam agunt aut vivunt in Epistola Thessalon: Talem ambiguitatem habet etiam verbum עָרַךְ Arach. Sic milites contra Babylonem proficiscentes dicuntur ערוכים Aruchim expediti, instructi & alacres ad bellum, Jerem. 50. sub finem v. 42. Et infernus dicitur esse ordinatus seu paratus impiis in Esa. 30,33. Simile qvid habet Germanicū zu aller Büberey abgerichtet / qvod non respicit ad dirigentem aut ordinantem, sed tantum ad eum, qvi talem naturam habet. Vide hunc Hebraismum in CL. I. 1218. Neqve tamen contendo illam ipsam cordis præparationem aut promtitudinem in bonis hominibus naturæ esse, cum haud dubie etiam illa ipsa qvasi prima apertio cordis, aut studium cognoscendæ veritatis sit merum donum ac beneficium ingens unius DEi, ex immensa ejus gratia proficiscens, & trahens corda auditorum ad filium. Credo idem in hac sententia dici, qvod in parabola de semine in varium solum cadente, cum in alio plane nullum fructum ferat, ac ne radices qvidem agat, in alio aliqvem mediocrem, deniq; in alio etiam uberem. *Hactenus verba Flacii* ex

Non ex naturalibus est studium cognoscendæ veritatis, sed ex gratia Dei cum verbo Dei nobis porrecta, accenditur.

glossis ipsius super Nov. Testamentum, cum qvibus sensus meæ interpretationis ad amussim convenit. Ego interpretationis istius rationes hactenus prolixe demonstravi, juxta tenorem duarum mearum regularum: Flacius è contra ex una saltem Grammatica seu Phrasi suam interpretationem confirmavit. Lectori benevolo committo de his pium judicium.

D. Aegidius Hunnius. Cæterum eadem de eodem dicto Διαῤῥήδην est mens *D. Ægidii Hunnii.* Ex Hunnii mente *ordinati ad vitam æternam*, definiendi sunt, *qvi ordinem* (qvem Deus vitam æternam consecuturis præscripsit, indeqve illi obedituris locum inter electos prædestinavit) *cum gaudio seqvuntur.* Sic enim *Hunnius in lib. de Prædestinatione fol. 251.* Qvare sensus est; crediderunt, ac fide donati sunt, qvotqvot ordinem, qvem Deus in consilio suo ad consecutionem vitæ æternæ destinavit, secuti sunt. *Hæc Hunnius.*

Et hanc expositionem *Hunnius* in lib. de Prædestinatione qvinqvies repetit, bis in præfatione, ter in qvæstionibus libri. Hanc etiam habet super Johan. sextum caput: Item in disputat. 26. thes. 101. Item in libro Staffurtensibus opposito, ubi addit esse convertibiles terminos, fol. 631. Das gläubig werden/so viel ihrer zum ewigen Leben sind verordnet/und hinwiedrum zum ewigen Leben seynd verordnet/so viel ihrer beständiglich an Christum gläuben. Jam vero in voce *ordinati ad vitam æternam*, ut ita loqvar, executionem decreti electionis æternæ ex parte hominum exprimi, *Hunnius* in 8. locis urget.

D. Aegidius Hunnius in præfatione libri de prædestinat. 1. *In præfatione lib. de Prædestinatione* (Dicens de Evangelista, credidisse, qvotqvot erant ordinati ad vitam æternam, respicit ad mediorum ordinem: crediderunt, id est, ad fidem pervenerunt, qvotqvot istum ordinem ad salutem à Deo constitutum sunt secuti. Ergo DEus est, qvi hunc ordinem constituit, & qvidem non in tempore demum, sed in æterno suo consilio. *Hæc Hunnius ibid.*)

D. AEg. Hunnius iterum in præfat. de prædestinat. 2. *Iterum in præfatione* (De ipsamet Dei ordinatione seu electione semper hunc locum exposui, electione vero non ab ordine suo abjuncta, non absoluta, sed ordinata, qvod ipsa vox τεταγμένοι perspicue declarat. Non aliter autem ordinavit DEus homines ad vitam æternam, qvam per Christi meritum in verbo annunciandum, veraqve fide recipiendum. Qvi hunc ordinem seqvuntur, illi semet non disponunt ad electionem Dei gratuitam:

Et Pelagianismus & Semipelagianismus quomodo declinandus. „ qvemadmodum nec in Justificatione homo ad auditum verbi (per qvem „ fides justificationis confertur, Rom. 10.) ipse se disponit, nec auditu suo „ meretur fidem, qva justificetur: nec tamen absqve auditione divini verbi vel fidem conseqvitur, vel justificationem. Deus enim est, qvi gratis per sermonem Evangelii prædicatum ac auditum accendit fidem, idqve secundum ordinem in ipsa Dei mente conceptum, & in æternitate constitutum *Hæc Hunnius iterum ibid.*)

3. In

3. *In Qvæstionibus.* (Agit de ordine, qvo Deus homines ad fidem, & vitam æternam ducere consvevit. Is eſt ordo miniſterii. Qvare ſenſus eſt: Crediderunt, ac fide donati ſunt, qvotqvot ordinem, qvem DEus in conſilio ſuo ad conſecutionem vitæ æternæ deſtinavit, ſecuti ſunt. Verum & proprium eſſe hunc Evangeliſtæ ſcopum, oſtendit expreſſa illa Antitheſis. Nam cum crediderant illi paulo, qvi ſe ſubmiſerunt ordini divinitus inſtituto; legitur è converſo de Judæis contradicentibus Apoſtolo, & blaſphema loqventibus, qvod dicatur eis: Vobis oportebat primo annunciari ſermonem, ſed qvia repellitis illum, & indignos vos judicatis vita æterna, ecce ad gentes convertimur. Cum inqvit, Vobis oportebat, (ἦν ἀναγκαῖον) primo prædicari ſermonem: hoc ipſo docet Apoſtolus, voluntatem Dei ſeriam & ardentem fuiſſe, ut & ipſi crederent. Verum ipſosmet ſeſe indignos feciſſe vita æterna, cum qvidem Deus illos à vita æterna per nullum decretum abſolutum rejecerit. Qvemadmodum igitur Judæi fide non donantur, ideo, qvia rejiciunt & aſpernantur medium ſive organum in conſilio Dei ordinatum, videlicet concionem Apoſtolorum, ita viciſſim gentes converruntur & credunt, qvæ utebantur organis, audiebant, & glorificabant ſermonem Domini, eumque cum gaudio ſuſcipiebant, ut hiſtoriæ contextus ille refert. *Hæc ille in loco Hunnius.*) *D. ÆEg. Hunnius in qvæſtione de prædeſtinat.*

4. *Iterum in Qvæſtionibus.* (Qvi non credunt, non ſunt ordinati ad vitam æternam: ſcilicet, ob hoc ipſum, qvod non credunt, & ne qvidem ſeqvuntur ordinem mediorum, cujus interventu per Domini gratiam ad fidem pervenire poterant. *Hæc ibi Hunnius.*) *D. ÆEg. Hunnius iterum in qvæſtionibus de prædeſtinat.*

5. *Iterum in Qvæſtionibus.* (Eſt itaq; hic ſenſus verborum: Crediderunt, qvotqvot ordinem in æterno Dei conſilio ſancitum ſunt ſecuti, auſcultando ſeu diligenter audiendo concionem Apoſtolorum, & diſcendo, & glorificando ſermonem Domini. Culpa, qvod in reliqvis etiam non accenſa fides eſt, confertur in deſpectum organi, contemptumqꝫ concionis Apoſtolicæ. *Hactenus etiam Hunnii verba.* *D. ÆEg. Hunnius iterum in qvæſtionib9 de prædeſt.*

6. *In commentario ſuper Johannis 6. Caput.* (Intelligitur ea ordinatio, qva Deus inſtituit & ordinavit miniſterium, qvod audiri vult & præcipit, cumqꝫ homines ipſi ſuis viribus non poſſint credere, Deus promiſit in hoc ſacro cœtu Spiritum Sanctum ſuum, qvi effecturus, ut qvotqvot diſcendi cupidi audierint, Deus eorundem miſereatur. Item: Si Judæi glorificaſſent ſermonem Domini, ſicut gentiles eo loco fecerant, hoc ipſo modo atqve ordine ad ſalutem fuiſſent ordinati. *Huc usqꝫ verba Hunnii in illo loco.*) *D. ÆEg. Hunnius ſuper 6. caput Joh.*

7. *In theſibus*: (unde ſic argumentari licet: Qvicunqve ſunt electione Dei ordinati ad vitam æternam, hi in tempore gratiæ credunt prædicato Evangelii verbo, juxta verba Lucæ: crediderunt, qvotqvot erant ordinati ad vitam *D. ÆEg. Hunnius in theſib.*

æternam

æternam. At pleriq; huic verbo Evangelii non credunt, nec ad fidem perveniunt, obstante illis non absoluto qvodam reprobationis decreto, sed perversitate propria, dum perpetuo salutis τάξιν in Dei mente conceptam & præfinitam, adeoq; consilium Dei adversos semetipsos contemnunt: qvod per exempla Judæorum contradicentium Apostolis & blasphema loqventiū Evangelista Lucas ibidem ostendit. Ob hoc ipsum ergo à Deo præfracti hujꝰ contemptus præscio ad vitam ordinati non sunt. *Hæc Hunnius in thesib.*)

D. Aeg. Hunnius autor libri Staffurten. sibus oppositi.

8. In libro Staffurtensibus opposito fol. 631. (Die Wort/ da S. Lucas schreibet/ Es wurden gläubig/ so viel ihrer verordnet waren zum ewigen Leben/ betreffent/ sind termini convertibiles, Das gläubig werden/ so viel ihrer zum ewigen Leben sind verordnet/ und wiederum zum ewigen Leben sind verordnet/ so viel ihrer beständiglich an Christum gläuben. Und ist des Evangelisten Meynung/ daß so viel unter den Hauffen der Jüden und Griechen zu Antiochia seyn gläubig worden/ so viel ihrer/ die in Gottes Versehung gestifftete Ordnung und bestimte Mittel nicht in Wind geschlagen/ noch wie die andern Jüden verlästert; Sondern der heiligen Apostel S. Pauli und Barnabä Predigt fleißig gehöret/ und (wie der Text saget) das Wort des HErrn gepreiset haben. Die andern aber/ so das Evangelium nicht annahmen/ sind nicht durch GOttes blossen Rathschluß vom glauben und Seligkeit verstossen gewest/ sondern sie sind darum in Unglauben und Verdammniß geblieben/ dieweil sie der Apostolischen Predigt/ laut der Histori feindlich widersprochen/ und dieselben verlästert haben. Dann also sprechen Paulus und Barnabas zu ihnen: Euch müste zu erst das Wort Gottes gesagt werden: Nun ihr es aber von euch stosset/ und achtet euch selbst nicht werth des ewigen Lebens/ Sihe/ so wenden wir uns zu den Heyden. In dem die Apostel sagen/ Euch müste zu erst das Wort Gottes gesagt werden/ ist solches ein unfehlbar Anzeigen/ daß sie am Glauben nicht seyn durch Gottes decret gehindert; Sintemal GOtt kein Heuchler ist/ der durch das Wort zwar die Jüden zur Buß und Glauben beruffe/ und doch von der Buß und vom Glauben durch ein unwandelbahr decret und Rathschluß verstossen hätte von Ewigkeit. Die Verachtung aber und das feindliche Widersprechen haben ihnen den Stoß gethan/ daß sie nicht bekehrt u. selig würden/ wie wir aus dē

Munde

Munde der lieben Apostel selber gehöret haben. Hactenus Germanica verba D. Hunnii.

Hac conjuncta ordinatione Dei & obedientia ex parte hominum facta ordinationi divinæ & ministerio, sancte declinatur & Calvinismus & Pelagianismus. Si vero obedientia præstanda ordinationi divinæ hoc pacto non simul urgebitur, sed tantum πρόθεσις Θεῦ, & prædestinatorium decretum inculcabitur, Pelagianismus qvidem declinabitur, sed non pariter Calvinismus.

Et prorsus similis est phrasis Matth. 12, 13. qvando Christus dicit ad Pharisæos: aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum, aut facite arborem malam, & fructum ejus malum. Lutherus vertit. Setzet entweder einen guten Baum/so wird die Frucht gut/oder setzet einen faulen Baum/so wird die Frucht faul. De hoc *Chemnitius* in Harmonia dicit, his verbis contineri concionem pœnitentiæ, qvomodo Pharisæi obstinatam malitiam & effusam calumniam corrigere debeant. Primum dicti *(inqvit)* membrum est præceptum, cui obedientiam præstare debemus. Sed hæc qvæstio oritur, qvomodo nos bonas arbores facere possimus? Et hæc doctrina svavis, qvam Christus jucunda similitudine ab opere hortulano desumpta considerandam proponit. Cœlestis agricola in verbo suo nobis revelavit divinam artem, cujus adminiculo fera & corrupta nostra natura emendari potest, sicq; nos ex malis moribus bonæ arbores justitiæ fieri possumus. Nam si Christo nos per ministerium Verbi & Sacramentorum inseramur, & firma fide uniamur, ab ipso succum & spiritum accipimus, ut in ipso adolescamus, sicq; bonæ arbores fiamus, proferentes fructus bonos in honorem Dei, utilitatem proximi & propriam nostram salutem. *Hæc Chemnitius.* Talis etiam phrasis est, 1.Pet.2, 5. Ipsi veluti vivi lapides super ædificamini, domus spiritualis *Ubi Osiander*: Vos per fidem pervenistis ad agnitionem Christi, Vos igitur Christiani, qvi & ipsi lapides spirituales estis, magis magisq; vos huic lapidi (angulari) accommodate, & super eum ædificamini, ut fiatis sancta Dei habitatio. *Idem ibidem*: Nos perversa judicia contemnamus, & id operam demus, ut de die in diem (per incrementum fidei nostræ) arctius cum ipso conjungamur, sic erimus sancta Dei templa &c. Talis etiam est 1.Tim.4, 16. Teipsum salvum facies. Johan. 6, 28. Operari opera Dei hoc est, credere. Philip. 2, 12. Operamini salutem vestram.

Matth. 12. Aut facite arborem bonam aut facite arborem malã,

Porro audiatur etiam Brentius super Acta Apostolica, cujus hæc sunt verba. Qvid illud est, qvod dicit, *crediderunt, qvotqvot ordinati sunt ad vitam æternã* De Prædestinatione nihil curiose disputabimus, sed de ordinatione ad vitam æternam ita sentiendum est, qvod Dominus Deus noster ordinavit qvidem

Brentius de dicto, qvotqvot erant ordinati.

& elegit Sanctos ad vitam æternam, anteqvam jacerentur fundamenta mundi. Elegit autem illos non, ut ita loqvar, in se aut in ipsis sanctis, sed in Christo, & per Jesum Christum Filium suum. Is enim est liber vitæ ac rationarium, & ut vocant, registrum Dei, in qvo omnes ad perpetuam felicitatem ordinati, conscripti sunt. Qvod igitur Lucas dicit, crediderunt qvotqvot erant ad vitam æternam ordinati, idem est, qvod Johannes ait: Qvotqvot receperunt eum, dedit eis, ut liceret filios DEi fieri, videlicet his, qvi credidissent in nomine ipsius. Proinde ne in profunda Prædestinationis abysso submergaris, noli prædestinationem tuam, neq; in abscondito consilio Dei (hoc enim explorare non est humanæ mentis) neq; in teipso, in qvo nihil aliud, qvam perpetuam damnationem reperies, sed in Christo Jesu qværere, nam si te per fidem invenis in Christo, prædestinatus es ad vitam æternam. Si autem te extra Christum reperias, da summam operam, ut Christo inseraris. Qvod si consecutus fueris, certum habebis sempiternæ salutis tuæ pignus. *Hæc Brentius.*

Satis igitur patet interpretationem, qvam attuli, cum Flacio & Hunnio, & Brentio optime concordare. *Flacium* urgere phrases, *Hunnium* & *Brentium* contextus, me utrumq; juxta duas regulas a me de interpretanda omni Scriptura, propositas ut ita conscientia maxime tranqvilletur, & adversarius nihil amplius habeat, qvod possit in contrariam partem objicere.

Porro non est, qvod qvemvis moveat alioqvin literis sacris usitata generum enallage, *ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη ἔχαιρον καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον* (ad verbum ita poterant in latinum transponi sermonem (Audientia gentium agmina gavisa sunt, & glorificaverunt Deum & crediderunt, *Quicunq;* ordinati erant ad vitam æternam. *Audientia* ordinati, genere Grammatico non conveniunt, sed ut dixi, neminem hoc moveat, qvia tales Enallagæ Scripturis sacris sunt usitatæ & freqventes. *Exod. 1, 21.* Fuit autem, qvia timuerunt obstetrices Deum, fecit eis domos. In fontibus est Masculinum להם illis, non Fœmininum להן eis. Inde moverunt aliqvi interpretes disputationem, an hic sit sensus, qvod Deus hoc pacto Israelitas multiplicaverit, dum obstetrices timuerunt Deum, nec submerserunt masculos Israelitas; an qvis alius possit tolerari sensus? Sed nihil opus est ad violentas confugere interpretationes, retineatur Enallage Grammatica, & res planissima evadit illa; qvia timuerunt obstetrices Deum, fecit Deus ipsis obstetricibus salutem omnem corporalem, qvam domus appellatione venire solere, etiam supra breviter attigimus. Similis Enallage est *Exod. 29, 41.* agnum facies unum in matutino, & juxta libamen ejus facies ei (agno, ubi iterum est fœmininum pro masculino) *Es. 5, 14.* aperuit sepulchrum os suum, & descendet decor ejus (populi, fœmininum pro masculino) *Ez. 17, 7.* Aqvila grandis erat, & vitis flectebat ramos

mos suos ad eum (masculinũ pro fœminino) *Zach. 8, 2.* zelatus sum Sion, & zelo magno zelatus sum eam (fœmin. pro mascul.) Sic *Jerem. 33, 16.* & istud qvod vocabunt eam, pro eum. Nam qværitur de nomine dando illi, qvi germinabit Davidi ut germen justitiæ, & faciet judicium atq; justitiam, respondet Propheta, istud qvod vocabunt eam, id est, eum, Jehova justus noster. Nam justus vocandus est, qvi est germen justitiæ, facturus judicium & justitiam. Ergo nomen qvoq; dandum est, non urbi, sed Messiæ. Nec est, qvod qvisqvam per Enallagem turbetur. Hunc morem Enallacticum Veteris Testamenti videmus insinuatum qvoqve venisse in stilos Novi Testamenti, qvemadmodum eruditis constat, phrases Novi Testamenti ex phrasibus Veteris Testamenti infinitas fluxisse. Enallage igitur generis est in loco *Act. 13, 48.* Sed & Enallage qvædam numerorum & generum extat in altero loco qvem attuli *1. Cor. 16, 15.* qvi ex græco de verbo ita habet ad verbum: Admoneo vos fratres, videte familiam Stephanæ, qvi est principiatio Achaiæ, & (Syriace, *posuerunt animas suas*) ordinaverunt seipsos in ministrationem Sanctis. *Familia ordinaverunt* seipsos, pro, ordinavit seipsam. Et satis de hoc illustrissimo oraculo.

SECUNDUM ORACULUM SACRUM.

2. Thessal. 3, 2.

ὀ πάντων ἡ πίςις.

Non omnium est fides.

Der Glaub ist nicht iedermans Ding.

IN hoc Aphorismo juxta *primam* regulam, qvod ad vocabula & phrases fontium non reqviritur magnus labor, qvia verba sunt per se plana, & qvilibet intelligit, qvid sit unumqvodq; horum ὀ, γὰρ, πάντων, ἡ πίςις, *non omnium, est,* fides. Sed pro vero sensu Apostoli reperiendo juxta *secundam* regulam, contextuum cohærentia & series concatenata diligenter est spectanda. Id qvod fiet, qvando aliqvot versiculi antecedentes & conseqventes sub oculos mentis ordine ponentur in hunc seqventem modum. *2. Thess. 3, 2. Igitur verba ordine it a sese excipiunt mutuo: Qvod super est, orate fratres, pro nobis, ut sermo Domini currat & glorificetur, sicut & apud vos, & ut eripiamur a turpibus ac sceleratis hominibus,* Non enim omnium est fides, *qvi stabiliet vos & tuebitur a malo. Confidimus a. per Dominum de vobis, qvod qvæ denunciamus vobis & faciatis & facturi sitis.* ex his citra præjudiciũ & præconceptam

ceptam opinionem consideratis, utiq; sensus facillimus, & planissimus effluere non potest alius, nisi iste: *Orate pro me concionante Athenis* (inde enim scripsit hanc Epistolam, ut ex fine ejusdem Epistolæ apparet, ut sicut apud vos Thessaloniæ, ita hic Athenis, ubi nunc sum constitutus, Evangelium de Christo JEsu, a pluribus, imo ab omnibus, jam tandem assensum reperiat, & ut Dominus, hominibus Sathanæ furore actis, contradicentibus & blasphemantibus frenum injiciat, Sathana ipso ab ipsis abire jusso. Non enim, ut vos forsan opinabimini, omnes Evangelio nostro credunt, sicut nec apud vos. Sed Dominus custodiet vos & liberavit vos qvoq; a Sathana, & istis Sathanæ organis malis, qvæ innuuntur in ultima parte orationis dominicæ. Hanc interpretationem amplectitur etiam *Lyra his verbis*; *Non enim omnium est fides*, id est, non acceperunt omnes fidem per me, qvi eam accepturi sunt. *Hæc ille.*

Voluntas Dei neqva qvam est, ut non omnes credant, sed qverela Apostoli est, qvod non omnes credunt, &c.

Si sola alicui objiciatur illa sententiola. *Non omnium est fides*, & is subito sese expedire voluerit, neq; inspexerit, consideraveritq; totius contextus seriem integram, & ex contextu eruerit, qvæ respondeat, is orthodoxam qvidem & fidei analogam dabit responsionem, sed ex textu ipso ita non petitam, aut demonstratam, aut heterodoxam afferet, qvasi Deus non omnibus hactenus dare voluerit Fidem, cum tamen in contextu vocabulum (Dei) reperiri, & ad *Fidei* vocabulum addi neqveat. Simpliciter igitur monet Apostolus, ut orent Thessalonicenses, qvo DEus Sathanam suo certo judicio, & sua indulgentia immissum ad aliqvos homines malitiosos puniendos & adhuc exagitandos (sic eorum peccata fuerant digna) jam tandem in sui Evangelii honorem & misericordia depellat, ut & isti qvi huc usq; increduli & scelerati mansere, jam tandem regno DEi potiri qveant.

Pro hostibus cur orandum.

Decet nos hanc qvoq;, ut obiter adjiciam, pietatem æmulari, hoc est, rogandus est DEus ut convertat inimicos nostros, & in religionis negotio blasphemantes, nimirum ut Diabolos, qvibus justo judicio potestatem in contumaces & blasphemos concedit, ut infra copiosius declarabitur, ex misericordia ab illis ipsis abducat, ut ita a malo a Diabolo liberati, isti a nobis facilius de veritate edoceri, & in ea proficere qveant. Et multum valere apud Deum istiusmodi preces, absq; dubio expertus fuit ipse Apostolus, & qvidem in proprio exemplo. Notum enim est, qvod Saulus singulari modo fuerit conversus voce ex cœlo ad ipsum inter prodigiorum miraculũ delata, *Saul, Saul*, qvid me persеqveris. Act. 7, 58. In lapidatione autem Stephani, testes deposuerunt pallia sua ad pedes adolescentis Sauli, qvi tanto tunc temporis zelo flagrabant, sed non secundum scientiam, adversus Christianos. Cum autem Stephanus in ipsa morte sua pro hostibus suis Deum ardenter rogaverit, iccirco Deus exaudivit preces & malum istum a Saulo cum primis

depu-

depulit & gratiam singularem ipsi donavit. Huc *Augustinus* Tomo X. operum suorum in sermonibus de sanctis respicit, & sermone primo de *Stephano* inter alia *scribit hæc verba*: Ut noverit Sanctitas vestra, qvantum valuerit oratione *Sancti Stephani Martyris*, recurrite nobiscum ad illum adolescentem persecutorem nomine *Saulum*, sicut ex libro, dum legeretur, audivimus. Qvid dum Stephanus lapidaretur, & ab ipso omnium lapidantium vestimenta servarentur, ut tanqvam in manibus omnium ipse lapidare videretur, hic cum iret in via, subito circumfulsit eum lumen de cœlo & audivit vocem dicentem sibi: *Saule, Saule, qvid me perseqveris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et ille, Tu qvis es, DOMINE? Et Dominus ad eum, Ego sum JESUS NAZARENUS, qvem tu perseqveris, qvid mihi & tibi?* Qvare te erigis contra me ad tanta mala, qvæ commisisti in me. Olim qvidem debui perdere te, sed Stephanus meus oravit pro te, *Saule, Saule, qvid me perseqveris?* Sed qvia insanis contra nomen meum, ego te faciam servum meum. O Saule, lupe rapax, comedisti, expecta paululum & disces. Dicam plane elisus est filius perditionis. Nam si sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet, sed ideo erectus est Paulus, qvia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. *Hæc ibi Augustinus.* Et in eodem Sermone, *sub finem*: Sic ergo exauditus est Sanctus Stephanus, ut ejus orationibus deleretur peccatum, qvod commiserat Saulus. *Hæc idem.* Eadem legentur de Stephano & Paulo apud eundem Augustinum, Tomo eodem Sermone 4. de Paulo. Huc pertinet illud Lutheri tom. 6. Jen. Germ. super 17. caput Johannis anno 1534. fol. 186. lin. 4. S. Paulus war ie auch von der Welt/da er die Christen verfolget und tödtet/ noch bat S. Stephanus für ihn/ daß er bekehret ward. *Hæc ibi Lutherus,*

Qvomodo Augustinus colligit, ex Saulo Paulū factum propter preces Stephani.

TERTIUM ORACULUM
SACRUM.

Judæ v. 4.

Παρεισέδυσαν γὰρ τινες ἄνθρωποι οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς ταῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν.

Subintroierunt qvidam homines, qvi olim descripti sunt in hoc judicium, impii, DEi nostri gratiam transferentes in luxuriam.

Vel, juxta aliorum versionem: Subrepserunt qvidam homines prius jam olim descripti ad hanc damnationem impii.

Es sind etliche Menschen neben eingeschlichen/ von denē vor Zeiten geschrieben ist/ zu solcher Straffe die sind Gottlose / und ziehen die Gnade unsers Gottes auff muthwillen.

Hic iterum, qvoad Grammaticum sermonem, cujus vocabula singuli intelligunt, utpote plana, res plana est. Statim igitur secundæ regulæ memor contextum vide, *hoc est*, perlege totum ejus Caput, qvod unicum tantummodo est in Epistola Judæ, & deprehendetur, qvod dicantur *descripti aliqvi ad damnationem*; sed tamen qvod non dicantur nude & absolute aliqvi descripti ad damnationem, verum *ideo ad damnationem descripti aliqvi*, qvia tales grandes peccatores sunt in fide & vita, qvi a Scripturis divinis & DEi intentione ad damnationem sunt descripti propter vitia & peccata, qvibus contaminantur sine fine, *nimirum*, qvi juxta conseqventes textus *tales sunt isti*, de qvibus loqvitur Judas, qvi DEi nostri gratiam transferunt ad lasciviam, ac DEum negant, *versu 4.* qvi stupidi seu ἐνυπνιαζόμενοι, dormientes carnem polluunt, dominatum rejiciunt, dignitates conviciis incessunt. *vers. 8.* qvi, qvæ naturaliter animantia rationis expertia norunt, in iis corrumpuntur, *versu 10.* qvi viam Cain sunt ingressi, deceptionem Balaami, contradictionem Core, *vers. 11.* qvi sunt macularum instar in agapis, nubes aqva carentes, arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ & eradicatæ, undæ efferæ maris, despumantes sua ipsorum dedecora, stellæ erraticæ, *versu 12. 13.* murmuratores, in cupiditatibus suis incedentes, qvorum os loqvitur prætumida, *versu 16. & 18.* qvi seipsos segregant, animales, spiritum non habentes, *versu 19.* Non igitur dicit Judas, descriptos esse ad damnationem; *sed dicit*, ad damnationem descriptos esse homines impios & lascivos, & DEum (utpote cognitum) negantes. Omnino autem differunt hæc duo, 1. Homines. 2. Homines impii, & DEum negantes. Hi sunt descripti olim ad damnationem, illi neqvaqvam. Deum negare est qvidem cognoscere, & gratiam DEi agnoscere, sed eadem abuti. *Deniq;* rursus abjicere & negare & facere talia, qvæ per totum caput prolixe depinguntur.

Qvales homines Epistola Judæ descriptos ad damnationem nominet.

Deinde qvod impœnitentes tales peccatores ad damnationem descriptos, vel destinatos & deputatos (in consilio DEi, qvi hæc omnia prævidit) intelligi velit, patet exemplis similium peccatorum ad similem damnationem descriptorum, qvæ ibi allegat, qvi & ipsi non tantum grandes, sed & simul *impœnitentes* & pertinaces peccatores mansere, nimirum qvos propter peccata perdidit in exitu ex Ægypto, versu 5. & So-

domitæ

domitæ atq; Gomorrhæi, versu 7. & Cain & Balaam & Core, versu 11. qvibus omnibus caligo tenebrarum in æternum servata est. Sermo igitur est in hac Epistola, non de absoluto aliqvo reprobationis æternæ decreto, sed de pœna præscripta jam olim illis, qvi tandem ita erant peccaturi. Et aliud omnino non dicitur, qvam qvod Christus in ultimo die proclamabit, *Matth. 25, v. 41.* Abite a me maledicti in ignem æternum, qvi paratus est Diabolo & angelis ejus.

Exempla similium descriptorum ad damnationem a Juda introducta, qvid sibi velint.

QUARTUM ORACULUM SACRUM.

1. Petr. 2, 8.

Οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν,

Iis qvi offendunt verbo, nec credunt, in qvod & positi sunt.

Vel secundum alios.

Iis qvi offendunt ad sermonem, immorigeri, ad qvod positi fuerunt.

Die sich stossen an dem Wort/ und glauben nicht daran/ darauff sie gesetzt sind.

QVod ad locum hunc ex epistola Petri allegatum attinet, ponantur juxta se invicem contextuum verba Græca omnia, & reddantur latino idiomate ad simplicem, sed tamen strictum rigorem, præsertim ex versibus 4. 5. 6. 7. 8. id qvod fiet *in hunc modum*: v. 4. πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον: Ad qvem (CHRISTUM) advenientes, lapidem vivum, ab hominibus qvidem reprobatum, apud DEum vero electum & honoratum, v. 5. καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Et ipsi ut lapides vivi ædificemini (*superponamini*, qvia in ædificatione necesse est, ut lapis ponatur & qvadret super angularem, & angularem lapidem, & hoc loco monentur homines, verbi divini prædicationem habentes, & per istum divinæ gratiæ auxilium sibi communicari agnoscentes, ne hanc gratiam DEi spernant, sed per gratiam istam apprehendant CHRISTUM, & ita sancta fide, & hanc seqvente vita sese ponant & ædificent ad electum lapidem CHRISTUM, *ut fiant*) domus spiritualis, Sacerdotium sanctum (*cujus est*) offerre victimas spirituales, placentes DEO, per JESUM CHRISTUM: v. 7. διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ,

Vos qvoq; ac credentes ad Christum. AEdificemini.

φη, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ: Propter hoc etiam continet in Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum honoratum, *& qvi credit in eo* (qvi per fidem verbo Domini & gratia DEi accensam positus obœdit, & ita sese ædificat, & ponit in hoc lapide ut manifeste in textu de piis dicitur, qvod ædificent) *non putescet*. *v. 7. ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν*: vobis igitur honos credentibus: *ἀπειθοῦσι δὲ λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου.* Non confidentibus autem in lapidem (non apprehendentibus prædicatam & ita oblatam gratiam, & per eam non obœdientibus non ædificantibus se ad lapidem angularem, non ponentibus sese super eum cum fide, qvem reprobaverunt ædificantes, factus is est in caput anguli & lapis offensionis & petra scandali, *οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν.* qvi offendunt verbo, increduli, in qvod & positi sunt.

Et non pudefiet.

Non obœdientes attererentur in Christo.

Valde audax est multorum versio, qvi *ita reddunt: ad qvod etiam conditi sunt, & necessario subintelligendum volunt* a DEo, qvod a DEo conditi sint etiam ante lapsum ad hoc, ut impingerent ad petram scandali. At in textu non habetur, qvod *a Deo conditi* sint, sed simpliciter *positi*, etsi concedimus, qvod isti a Deo positi sint.

Jam autem qvæstio est: *Ad qvid sint positi?* Et respondetur super Verbum Evangelii de Christo qvod annunciatum dicitur *εἰς ὑμᾶς* super nos 1. Petr. 1. versu ultimo, & ita simul super ipsum Christum *cap. 1. v. 8.* Non credentes sermoni (nimirum de Christo) increduli, in qvem & positi sunt. Ab hoc sensu non discrepat Luther. Tom. 2. Germ. Jen. super hunc locum, ut hæc habent verba: (Die sich stossen an dem Wort und gläuben nicht daran/ darauf sie gesetzt sind) wenn man spricht/ daß ihre Werck nicht gut sind/ und nicht gelten für Gott/ daß kōñen u. wollen sie nicht hören nun hat Gott Christum zum Grund gelegt/ darauf sie solten gesetzt seyn worden/ u. durch ihn alle Seligkeit erlanget haben/ und hat ihn lassen der gantze Welt predigen/ daß sie auf ihn gegründet würde/ durch die Predigt des Evangelii/ so wollen sie ihn nicht annehmen/ sondern verwerffen ihn/ und bleiben auf ihren Sinn und Wercken/ denn wenn sie sich also auf ihn liessen setzen/ so würde ihre Ehre/ Reichthum und Gewalt fallen/ daß man sie nicht empor setzen würde. *Hactenus verba Lutheri.* Cum Luthero non potest non collineare, qvod Lucas Osiander scribit in paraphrasi: Est autem idem Christus etiam lapis offensionis, & petra scandali his, qvi offendunt in verbo, nec credunt Evangelio in qvod positi sunt. Item: Non enim credunt verbo Evangelii ad qvod tamen vocati sunt. *Hæc ille*, pro uno &

eodem

eodem accipiens τὸ ponere & τὸ vocare. Sic enim sacræ literæ Novi Testamenti τὸ ponere, accipiunt (qvod Concordantiæ monstrabunt) pro constituere, dare Luc. 9, 44. ponite sermones istos in aures vestras. 2. Cor. 5, 19. ponens in nobis verbum reconciliationis. Si ergo DEus ponit in nobis verbum reconciliationis, utiq; homines dici possunt positi, seu remissi ad verbum reconciliationis, an und auffs Wort gesetzt und gewiesen/ sicut 1. Pet. 1. v. ult. Verbum dicitur etiam Evangelizatum super nos.

Et hæc est planissima sententia hujus Oraculi.

Sed etsi subintelligendum omnino svaderet contextus, *Positos eos esse ad impingendum in petram* (qvod in textu non habetur) tamen adhuc nil quicquam hoc pro adversariis facere, paucis monstrabitur (ut & multo minus aliqvid ex Luc. 2, 34.

Primo enim dicitur, qvod Christus sit ædificii Ecclesia lapis angularis. *Deinde*, quod qui credit in hoc lapide, quem posuit DEus in Sion, illi erit honor, siqvidem credendo superædificatur, ponit & applicat sese tanqvam lapidem unum bonum, pro extruenda tota Ecclesia in Christum & ad Christum. *Deniqve* qvod non credentes a lapide Sion atterantur. Sicut enim qvi credunt, lapides vivi Ecclesiæ, ii super lapide angulari Christo reperiunt qvietem; ita qui non credunt, lapides mali, illi a Christo atteruntur, id est, pro qviete confusionem accipiunt, ad qvam perniciem & confusionem etiam conditi seu positi sunt, nimirum *ut antea in Epistola Judæ*, quidam impii grandes & impœnitentes propter impœnitentiam seu descripti ad damnationem; ita hi, qui a Petro describuntur increduli sunt descripti, definiti, positi ad interitum. Similis Phrasis est 1. Thess. 5, 9. Non constituit nos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam, *scilicet*, ut habet versus præcedens 4. 5. 6. 7. (non estis in tenebris, Omnes filii lucis estis, sobrii, induti thorace fidei, &c.) In Græco est idem verbum, ἔθετο. Quis ergo non videt, pios dici posse constitutos ad salutem, impios positos & constitutos ad interitum, illos propter veram fidem, hos propter infidelitatem.

Etiam si Positi dicerentur ad petram tantum, &c.

Ut autem illud de malis positis ob impietatem ad interitum, certius constare possit, conjunge meditando 1. & 2. caput prioris Epistolæ Petri. Primo capite Apostolus plura de notitia JEsu Christi dicit, & aliqva de fide & vita sancta admiscet. Statim autem in 2. cap. de vera fide & sancta vita æmulanda copiosius dicturus: *Deponentes igitur*, inqvit, *omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & invidias & omnes detractiones sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis, siqvidem gustatis, qvod bonus est dominus. Ad qvem accedentes lapidem vivum ab hominibus qvidem reprobatum, a DEo autem electum, & honorifi-*

 honorifi-

norificatum, ut ipsi tanqvam lapides vivi super ædificemini (ut fiatis, vel sitis in eo super ædificata, vel posita) domus spiritualis sacerdotium sanctum, offerens spirituales victimas, acceptabiles DEO per JESUM CHRISTUM. Ecce qvia pii & boni sunt, qvia accedunt ad Christum, utiq; impii non accedentes, idcirco beati non erunt.

Deinde metaphora Spiritus Sancti hoc loco optime æstimetur. Sicut enim 1. Cor. 1, 10. Ephes. 4, 12. 16. Apostolus de ædificatione spiritualis corporis Christi, hoc est, Ecclesiæ loqvens, utitur vocabulis emphaticis, & vult, ut Christiani fiant κατηρτισμένοι, coadunati, vel compacti ex suis partibus per omnes commissuras & juncturas: ita in hoc loco exprimit alter Apostolus per ædificationem, in qva vult, ut singuli pii sint singuli lapides, qvi eveniant ad lapidem angularem Christum, & ad illum reponantur & constanter compingantur, ut ædificetur domus spiritualis. Ita igitur pios, ut vivos lapides reponi & ædificari debere testimonio aliqvo Veteris Testamenti confirmare aggreditur, sic inqviens (*propter qvod continet* (*Spiritus Sanctus*) *in scriptura, & vaticinatus est simul per hæc verba* de hac spirituali repositione & ædificatione omnium membrorum Ecclesiæ super angularem & fundamentalem lapidem JESUM CHRISTUM) *ecce pono in Sion lapidem summum* (id est, in fundamento) angularem, electum, preciosum, & qvi crediderit in eum, non confundetur. Qvibus verbis ostenditur ratio, qva pii ad hunc lapidem fundamentaliter angularem accedere, ei reponi, super eo ædificari & domus spiritualis particula fieri debeant, nimirum per veram & non fucatam fidem. *Vobis igitur* (*addit*) *credentibus honor, qvi reperiemini ut lapides vivi, optime limati & formati*, & qvadrantes ad structuram super imponendam lapidi angulari CHRISTO. Jam ad incredulos progrediens, per contrarium sensum omnia inferet, & hoc qvidem pacto: Immo rigeris vero aut non credentibus, qvi non accedunt cum fide, seu limati fide, ut qvadrari possint ad structuram æqvabilem super lapide vivo angulari fundamentali, Christus (caput anguli) factus est lapis offensionis & petra scandali, seu, isti, propter inæqvabilitatem suam atteruntur, a fundamentali lapide potenter angulari, qvia angulari lapidi non apte qvadrant illi, qvi scilicet sua ratione & suis præconceptis opinionibus de regno Christi mundano, qvi tunc error erat communis, & propemodum œcumenicus, offendunt verbo, nec per fidem credendo sese lapidi firmo applicant, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, in qvod, seu in qvam pœnam attritionis suæ propria incredulitate appositi sunt, non qvod DEus causa sit positionis ad offendiculum, sed qvia per fidem nolunt sese ædificare Christo, iccirco a DEo positi, seu constituti, seu deputati sunt ad perniciem. Positus enim

Vide Luther tom. 3. Lat. super. Ep 8.

enim est JEsus Christus in casum & resurrectionem multorum, & in signum, cui contradicatur: qvi igitur in ipsum credit, hujus est resurrectio, in qvam & se ponunt, & ponuntur qvotqvot credunt, qvi non credit, & in eum non ædificatur, nec se ædificat, huic est destinata pernicies. Sic DEus excusatur ab omni levissima qvoq; suspicione, qvasi ulla ratione inclinaret homines ad qvodcunq; peccatum.

Sensus igitur juxta hanc alteram rationem maneret iste, qvod lapis angularis incredulis fiat scandalum, ad qvod & positi sunt, seu repositi olim propter prævisam suam incredulitatem.

Atque eodem sensu necesse est accipi illud qvoqve, qvod his verbis hucusqve enucleatis cognatum habetur, *Luc. 2, 34.* Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Illis enim est ruina, qui offendunt in eum, nec credunt in eum *Rom. 9, 31. 32. 33. & 11, 20. 21. 22. 23.* reliqvis eum apprehendentibus, est resurrectio, per naturam contrariorum sensuum, id qvod passim tota scriptura clamat. *Johan. 11, 25.* Ego sum resurrectio & vita, qvi credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, & omnis qvi vivit & credit, non morietur in æternum.

Luc. 2, 34. Positus in ruinam & resurrectionem.

QVINTUM ORACULUM SACRUM.

2. Tim. 2, 25.

Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας.

Ne qvando DEus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem.

Ob ihnen GOtt dermahleins Busse gebe / die Warheit zu erkennen.

IN hoc oraculo satis videtur Apostolus dubitanter loqvi, an DEUS omnes velit salvari. Ad genuinam sententiam hujus oraculi sacri indagandam, primo omnium juxta primam regulam superius inculcatam, lingva Spiritus Sancti est humiliter æstimanda, quæ hic admodum est qvoad reliqvas voculas plana. Una illa Particula *μή ποτε, ne unqvam, ne qvando*, lectori scrupulum injicere poterit; pro qua vertit Pagninus, *Si qvando det illis DEUS pœnitentiam*, Alii *Ecqvando det eis DEUS*, Lutherus, Ob ihnen GOtt gebe. Nam Græcam particulam μὴ quandoque interrogativam esse constat. Et ex illo fundamento, *si qvando*, vel *Ecquando*, & Germanice, Ob / reddiderunt interpretes. In Concordantiis Latinis ingre-

Praxis regulæ primæ

Μή ποτε *vox Græca interrogative usurpatur.*

in gredere in Scripturas Novi Teſtamenti cum particulis, *An, Num, Utrum*, & reperies exempla, qvod *μὴ* qvandoqve *interrogative* ſignificet idem, qvod *An, Num, Utrum*.

1. Cor. 9. v. 8. 9. 10. Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ, ἢ ἐχὶ κ̀ νόμος ταῦτα λέγη; ἐν γὰρ τῷ μωσέως νόμῳ γέγραπται, ἐ φιμώσεις βȣ̃ν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλη τῷ Θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγη; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, &c. *Numqvid* ſecundum hominem hoc dico, an & lex hæc non dicit? Scriptum enim eſt in lege Moſis, non alligabis os bovi trituranti. *Nunqvid* de bobus curæ eſt Deo? An propter nos utiq; dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. Hæc ibi.

1. Cor. 10, 22. Ἤ παραζηλȣ̃μεν τὸν κύριον: μὴ ἰσχυρότεροι αὐτȣ̃ ἐσμέν; An æmulamur Dominum? *Num qvid* fortiores illo ſumus.

Sic etiam ſeſe res habet cum particulis Ού & ἐχὶ, qvæ ſæpe interrogativæ ſunt. 2. Theſſ. l. 2, 5. ἐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; *Num* retinetis, qvod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis 1. Cor. 6, 2. 3. 9, 15. 16. 19. & alibi paſſim.

Lector Concordantiarum illam partem qvæ habet particulas Indeclinabiles, aqve magni faciat.

Obiter hic notet lector benignus, qvantus ſit uſus illius partis Concordantiarum, qvæ etiam recenſet Dictiones indeclinabiles, qvales ſunt adverbia, conjunctiones. Sæpenumero enim, ut in hoc vidiſti exemplo, etiam earundem dictionem uſum ſingularem ex ipſo Codice ſatis inqvirere neceſſitas ita nos cogit, ut ſine uſu illo Spiritus Sancti ſtyli familiaris, genuinam verborum aliqvorum Sacrorum ſententiam rite aſſeqvi neqveamus. Optandum eſſet, ut ante omnia in Hebræis Concordantiis hic defectus compleretur, & ab aliqvo perito itidem Hebrææ indeclinabiles particulæ tabulis ſimilibus comprehenderentur.

Neque vero tantum in Novo Græco Teſtamento exempla talia occurrunt, verum etiam noſtra lingva Germanica ſimiles habet phraſes interrogativas, exempli gratia, *Non edes?* qvaſi dicas, Utrum vis edere, vel non edere. Sic in loco allegato: Nunquam det DEus pœnitentiam, hoc eſt, Utrum daturus vel non daturus ſit eis pœnitentiam.

Deinde nec contextus admittit, ut negative vertatur. Qvalis enim *hæc eſſet cohærentia:* Servum Domini oportet eſſe placidum erga omnes, tolerantem malos, cum lenitate erudientem contrarie affectos, ne DEus ipſis det pœnitentiam. *Econtrario* ſvaviſſime fluit *hic ſenſus ex contextu*: Servum Domini oportet eſſe placidum erga omnes; tolerantem malos, cum lenitate erudientem contrarie affectos, ſi qvando det eis Deus pœnitentiam, vel, an Aliqvando det eis Deus pœnitentiam.

Praxis regulæ ſecundæ.

His præmiſſis, jam juxta regulam *ſecundam* ſuperius in hoc tractatu inculcatam æſtimare concinnitatis cohœrentiam plurium verborum

qvæ-

qvæ ita habent: Cap, 1, 15. Exemplar teneto sermonum sanorum, qvos a me audivisti, Nosti hoc, qvod aversati fuerint me omnes, qvi sunt in Asia, ex qvibus est Phygellus & Hermogenes. Cap. 2, 1. Tu corroborare per gratiam qvæ est in Christo Jesu, feras afflictionem, ut bonus miles Jesu Christi, v. 14. Hæc suggere, obstans coram Domino, ne verborum pugnas seqvantur, v. 16. profanos clamores cohibe, ad mojorem enim proficient impietatem, & sermo eorum ut gangræna erit, ex qvibus est Hymenæus & Philetus, qvi subvertunt qvorundam fidem. Solidum tamen est fundamentum Dei habens hoc sigillum: Novit Dominus, qvi sunt sui. At in magna domo sunt vasa argentea & lignea, sectare justitiam, ineptas qvæstiones rejice. Servum Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, aptum ad docendũ, tolerantem malos, erudientem eos, qvi contrarie sunt animo affecti, ecqvando det eis Deus, ut conversi agnoscant veritatem, & ex Diaboli laqveo, a qvo captivi tenentur, resipiscant ad illius voluntatem.

Jam ad rem. Sive igitur verba ultima hæc ipsa *speciatim* intelligas tum de aliis, tum de Hymenæo & Phileto traditis Satanæ per Apostolum, 1. Tim. 1, 20. tanqvam valde pertinacib9 & perdurantib9 in sceleribus magnis, & subvertentibus fidem, sicut accusantur ab Apostolo adhuc in *2. Tim. 2, 17. sive in genere* de omnibus pertinaciter improbis, & ab Ecclesia, vel palam excommunicatis, vel tacite excommunicatione dignis judicatis, eadem ipsa verba accipiantur: tamen inde elucet 1. preces Ecclesiæ adversus improbos non esse vanas: idcirco enim Satanas in Hymenæum & Philetum dominium cepit, qvia per Paulum Satanæ fuerant traditi 2. Deinde & cumprimis est observandum, qvod omnino in impœnitentia perseverantes a Deo tradantur Diabolis tanqvam tortoribus, a qvibus postea exagitantur, & ducuntur in varia majora scelera & ad æternum exitium. Ita enim Rom. 1, 21. 26. Ethnicos post Deum cognitum, tamen in rationibus suis permanentes Deus tradidit (Diabolis, & ex horum instinctu ortæ sunt iniqvitates majores in Ethnicis Satanæ traditis, ita ut traditi vacarent) cupiditatibus cordium suorum, & ignominia afficerent corpora sua inter se, & relicto naturali usu exardescerent per appetentiam sui alius in alium, qvæ non sunt communia vitia, sed ut Ethnici cognominarunt, θηριότητες, bestialitates, ut Theologi ex locis jam indigitatis, diabolica scelera.

Valde pertinaces a Deo traduntur, ad preces p. assertim Ecclesiæ potestati Satanæ.

Solet igitur (ut infra prolixe docebitur) Deus contumaces in hac vita aut subito aliqvo morbo e vivis interdum eripere (nec qværi a nobis causa debet, cur tales duros citius interdum, interdum tradius eripiat) aut propter gravitatem patratorum delictorum committere Satanæ, qvia eos adhuc ad varia plura instigat scelera, & juxta tempus mortis animam eo avidius præstolatur, & ad damnationem graviorem, ac interitum æternum graviorem portat.

 Monet:

Monet autem Apoſtolus hoc loco, ut etiam apud ipſos contumaces & pertinaces docendo tamen inſtent miniſtri, videantq; num adhuc converti, & ſalvari qveant, hoc eſt, experiantur, num tales Deus Satanæ tradiderit ad tempus, ut ſalva fiat anima, an vero plane damnationi ob pertinacem impœnitentiam deſtinarit. Hac ratione ſatisfacient officio ſuo, ne ſua culpa & negligentia aliqvem amiſiſſe dici qveant.

SEXTUM ORACULUM SACRUM.

2. Tim. 2, 19.

ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ.

Solidum ſtat fundamentum Domini, habens hoc ſigillum: Novit Dominus, qvi ſunt ſui, & diſcedat ab injuſtitia, qvi nominat nomen Chriſti.

Aber der feſte Grund Gottes beſtehet/ und hat dieſes Siegel/ der HErr kennet die Seinen/ und es trete ab von Ungerechtigkeit/ wer den Namen Chriſti nennet.

IN hoc oraculo ſacro intelligendo juxta *primam* regulam non opus eſt magno labore, qvia verba per ſe ſunt plana omnia. *Qvoad ſecundam regulam* igitur, iterũ antecedentia & conſeqventia perlegas diligenter, ita, ut ſenſum plenũ ex iis tibi formes, & animadvertas Apoſtolum primo & ſeqventi capite docere & deplorare, qvod ſint multi adverſarii veræ doctrinæ, adeo, ut illorum perverſa dogmata tanqvam gangrænæ, vel cancri paſſim per Eccleſias ſerpant. Cum igitur his Apoſtoli qverelis pia aliqva mens exterreri qveat & ad dubitationem aut deſperationem commoveri, iccirco conſolationem ſubjicit & adhortationem. *Conſolatio*, qvod nimirum Deus cognoverit, qvi ſint ejus, qvod nihilominus ſint multi pii, & qvod Dominus in tantis confuſionibus noverit, habeat, & protegat ſuos, qvi ſunt *ſui*, qvi non patiuntur ſeſe ineſcari falſorum dogmatum illecebris. *Adhortatio*, ne qvis ſeipſum decipiat, & ſeduci patiatur, & hypocritice verſetur in Eccleſia, ſed qvi nomen Domini recte novit & invocat, ut is etiam a falſis dogmatibus & a ſceleratis moribus recedat, & in pietate perſeveret. Omnino tales *ſuos* novit, curat & diligit, adeoqve inter cætus magnos ubiqve locorum habet Dominus, qvi per veram fidem retinent vera dogmata, & qvi non tantum nomi-

nominant ore nomen Chriſti, ſed etiam qui conſtanter diſcedunt ab omni iniqvitate jam dicta. Hæc eſt plana ſententia. Neqvaqvam igitur ſenſum habet illud oraculum, qvaſi Deus certum hominum aliqvorum numerum ſolum deſtinaſſet æternæ ſaluti, & illud probe noſſet. Et tantum de illo oraculo ſacro.

SEPTIMUM ORACULUM SACRUM.

1. Joh. 5, 16.

Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον, ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ.

Si qvis viderit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget.

Pro peccantibus ad mortem non eſt orandum.

So iemand ſiehet ſeinen Bruder ſündigen eine Sünde / nicht zum Tode / der mag bitten / ſo wird er geben das Leben / denen die da ſündigen nicht zum Tode. Es iſt eine Sünde zum Tode / dafür ſage ich nicht / daß iemand bitte.

Ambulare in luce, eſt innocētiam vitæ tueri conſtanter. Servare mãdata eſt ſtudere innocentiæ conſtanter pro virili. Idem eſt purificare, itē ſanctificare ſeſe. Facere, eſt non tantũ velle videri, ſed eſſe ſanctũ. Semen Dei manet in eo qvi etiã lapſ9, tamen iterũ reſurgit nec volutat ſe in magnis peccat.

VAlde celebris eſt hic locus. Et quoad *primam* regulam, non opus eſt prolixo labore, cum cum vocabula omnia per ſe ſint facilia & plana. Statim igitur ad praxin *ſecundæ* regulæ eſt deſcendendum, & videndum, de qvo genere peccatorum agat, qvo item reſpectu dicat, pro aliqvibus non eſſe orandum; idq; ex ipſis qvinq; capitibus prioris Epiſtolæ Johannis eſt diſcutiendum. Id qvod fiet admodum ſeqventem commodiſſimum.

Statim in primo capite dicit Apoſtolus; Si in luce (ſinceritate vitæ, verſu 6.) *incedimus*, ſicut ipſe Deus eſt in luce (inſinceritatis nihil eſt in ipſo) communionem habemus cum illo mutuam, verſu 7.

Capite ſecundo: Per hoc ſcimus, ſi mandata ipſius *obſervamus verſ. 3.* Qvi dicit, ſe in eo habitare, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe *ambulare v. 6.* Si qvis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo *verſ. 15.* Omne enim qvod eſt in mundo, cupiditas carnis & libido oculorum & faſtus vitæ, non eſt ex Patre, ſed ex mundo. *verſu 16.*

Capite tertio. Qvisqvis habet (hanc) ſpem, *purificat ſe*, ſicut ille purus eſt, v. 3. Nemo nos ſeducat, qui facit vel *exercet juſtitiam*, juſtus eſt, ſicut ille juſt9 eſt, v. 7. Qvi facit, vel *committit peccatum*, ex Diabolo eſt v. 8. Qvisqvis natus eſt ex Deo, peccatum non committit, qvoniam ſemen ipſius in eo manet, nec

poteſt

potest peccare, eo, qvod ex Deo natus est. v. 9. Per hoc manifesti sunt filii Dei, & filii Diaboli. Qvisqvis non facit, nec exercet justitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, vers. 10. Qvi non diligit fratrem, manet in morte. v. 14. Qvisqvis odit fratrem suum, homicida est & nostis quod omnis homicida non habet *VITAM ÆTERNAM IN SE MANENTEM v. 15.*

Capite qvarto: Dilecti, diligamus alii alios: nam charitas ex Deo est: quisqvis diligit, ex Deo natus est, & cognovit Deum v. 7. Qvi non diligit, non novit Deum v. 8. Si qvis dixerit, diligo Deum, & fratrem suum oderit: mandax est.

Capite qvinto: Per hoc cognoscimus, qvod diligamus filios Dei, cum Deum diligimus, & mandata ejus servamus, v. 2. Qvis est, qvi vicit mundum, nisi qvi credit, qvod Jesus est Filius Dei v. 5: Qvi credit in Filium Dei, habet testimonium in seipso, qui non credit Deo mendacem facit cum v. 10. Qvia habet Filium, habet vitam, qvi non habet Filium Dei, vitam non habet v. 12.

Et jam tandem concludens Epistolam priorem ait: Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petit & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roges. Omnia injustitia seu iniqvitas peccatum est, & est peccatum non ad mortem (*sic est in Græco; vetus autem versio habet, omisso adverbio NON, est peccatum ad mortem.*) Scimus, qvod qvisqvis natus est ex Deo, non peccat, sed qvi genitus est ex Deo, conservat seipsum, & malus ille non tangit eum. Scimus qvod ex Deo sumus, & mundus totus in malo jacet. Sed scimus, quod Filius Dei venit, & dedit nobis in mentem, ut cognoscamus illum, qvi verax est, &c

Mendum veteris versionis.

Ex hoc contextu jam clarissime & valde explicite colligere licebit, qvid sit peccare peccatum ad mortem, Capite 3. v. 9. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit nec committit; qvoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare, eo, qvod ex Deo natus est. *Ubi non de simplici* aliqva aberratione agi, inde quilibet ipse æstimabit, quia non est homo, qui non peccet. 1. Reg. 8, 46. & in oratione Dominica jubemur qvotidie aliqvoties precari remissionem culpæ; *sed de tali peccato*, quo quis delectatur, in eo in dies contra conscientiam volutatur, illud non agnoscit pro magno, aut etiamsi agnoscit, non ponit, non execratur, non deprecatur, & qvidem *adversus qvamcunq; tabulam sive primam sive secundam.* Post versum enim nonum jam recitatum continuo utraq; tabala conjungitur versu decimo *his verbis*: per hoc manifesti sunt filii Dei & filii Diaboli, qvisqvis non exercet justitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem. *In eodem etiam capite* de peccatis in secundam tabulam addit, *versu 14. & 15.* Nos scimus, qvod translati sumus ex Morte ad vitam, quia diligimus fratres, qvi non diligit fratrem, manet in Morte. Qvisqvis odit fratrem suum, homicida est, & nostis, quod omnis homicida non habet Vitam æternam in se manentem.

Collectio ex contextibus antecedentibus.

Hac

Hæc igitur eadem repetuntur ab Apostolo in capite qvinto sub finem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico,ut roges. Omnis (qvidem) iniqvitas est peccatum, sed est peccatum non ad mortem. Scimus, qvod qvisqvis natus est ex Deo, non peccet, sed qvi genitus est ex Deo, conservat seipsum, & malus ille non tangit eum.

Nimirum non peccat ad mortem, qvi ex Deo natus est,semenDei in se retinet, & conservat seipsũ ab atrocibus, perdurantibus peccatis contra conscientiam, qvi ambulat, incedit constanter in luce & sinceritate, qvi Sanctificat, Purificat, qvi se Facit, qvi exercet Justitiam, qvi mandata Dei servat. Econtra peccat ad mortem, qvi non est ex Deo natus, qvi semen Dei in sese non retinet, qvi non studet se pro virili conservare ab atrocibus, & perdurantibus peccatis contra conscientiam, qvi non satagit ambulare & incedere in sinceritate, qvi se nunqvam purificat, nunqvam exercet justitiam, nunqvam mandata Dei servat, sed continuanter, petulanter, impudenter, audacter, & ut Diaboli, semper in magnis peccatis volutatur,& delectatur contra conscientiam. Omnis qvidem injustitia est peccatum, & sine peccato nemo est, sed non omnis iniqvitas est ad mortem. Qvisqvis natus estDeo, non peccat ita contra conscientiam, ut animum deprecandi illam culpam, & deponendi illam culpam non habeat.

Qvinam non peccent ad mortem, & qvi peccent ad mortem.

Planissima est hæc sententia, & ex ipsis visceribus contextuum excerpta, Congruit cum ea, qvod habetur Joh. 8. versu 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille fuit homicida à principio, & in veritate non stetit, nam non est veritas in eo, qvotiescunq; loqvitur mendacium, ex sese loqvitur, qvia mendax est, & mendacii pater.* Hoc est: Vos ex meis prædicationibus & miraculis estis convicti in conscientia vestra, qvod nullius criminis reus sim, & tamen indesinenter contra conscientiam me odisse pergitis, trucidare molimini, juxta morem vestri patris Diaboli, qvi me indesinenter ita perseqvitur, & extinctum cupit. Sicut enim is, *data opera & summo proposito*, sine fine statim in Paradiso contumaciter peccavit, ita studiosè, proposito singulari, mente reprobâ, contumaci & pertinaci,& perduratione maximâ,continuat animum peccandi malitiosum, simillimus homini peccatis delectanti, ut rursus ei simillimus est homo peccatis delectans, nec renunciare volens.

Peccatum ad mortem, qvomodo alias appellatur in Sacris. Peccatum Diabolicum.

De talibus pertinacibus peccatoribus loqvitur etiam Christus Joh. 15, 22. Si non venissem, & locutus essem eis, peccatum (contra manifestam conscientiam) non *haberent*, nunc autem non habent, qvod prætexant peccato suo. Item Joh. 8,21. Ego vado, & qværetis me, & in peccato vestro moriemini. 24. Nisi credideritis, qvod ego sum, in peccatis vestris moriemini.

Peccatum cui nihil excusationis potest prætexi.

Servire peccatis, & MORI in peccatis, est in magnis peccatis contra conscientiam petulanter perseverare, & perire. Peccatum manens. Peccatum regnans. Peccatum superans hominem.

Porrò, cum declaratione allata, congruit optimè, qvod Christus ait, Johan.8,34. Omnis qvi facit, vel committit peccatum *servus* est peccati, servus autem non manet in domo in æternum Joh.9,39. Ad judicium veni ego in hunc mundum, ut, qui non vident, videant, & qvi vident, cæci fiant. v.41. Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, videmus; itaqve peccatum vestrum manet.

Rom.6, 20. habetur etiam phrasis *servum esse peccati*, & exponitur pro peccato regnante, dominante 12,14. *2.Petr. 2,19.* Servi sunt corruptionis, siqvidem, à qvo qvis superatus est, huic etiam in servitutem est addictus.

Valdè autem grande est, qvod preces publicæ & privatæ, pro pertinacissimis peccatoribus, & contra conscientiam indesinenter prævaricantibꝰ, nihil prodesse debeant, *Id qvod ad salutationes qvoq; accommodari debet, qvæ & ipsæ sunt qvædam precationes. Unde Ecclesia Patriarchalis, ut extat in historiis Israëliticis, vetat, ne salutentur isti, qvi impietates agere deprehenduntur.* Significandum igitur crebrius hoc, & inculcandum erat improbis, ut eò magis territi, celerius in viam redire satagant. Ex eodem fonte fluxit, qvod pro excommunicatis prohibetur orari, ut interim caro maneat Sathanæ, & discet qværere medicamen, sicut de Hymenæo & Phileto scribit ipse Apostolus 1. Timoth. 2. vers. 26.

An pro pertinacibus peccatoribus prorsus non orandum, & qvam periculosus eorum status.

Diligentissimè autem notandum venit, qvod non prorsus simpliciter pro talibus non orandum sit, siquidem nec Apostolus Paulus prætermittit sacra pro Hymenæo & Phileto, traditis Satanæ, sed jubet alios qvoq; instare omnibus modis, ecqvando Deus det eis pœnitentiam, & solvat Diabolum. Sed ut colligitur ex 2. Tim.2,25. qvod incertum sit, an pro talibus, in summo gradu improbis, fusæ preces aliqvid perficere qveant. Sunt enim, ut ex Oraculis Rom.1. vidimus, tales traditi in reprobum sensum; sunt, ut ex 2. Tim.2. v.ult. patet, Diabolo commissi, intravit in eos Satanas, ut in Saulem 1.Sam.16. 14. in Judam, Joh.13,27. in filios Eli, inde dictos filios Belial seu Diaboli. 1 Sam. 2, 12. in eos, qvi sunt servi peccati, ideoq; (ex habitu Diabolico) faciunt vel committunt peccatum, qvia non sunt ex Deo, sed ex Diabolo 1. Joh. 3, 8. Qvi autem sunt traditi Sathanæ, eos in hac vita tanqvam suos servos incipit aggredi, observare, captivos sumere ad atrocissima, & indesinentia peccata incitare, & in peccatis atrocissimis & indesinentibus indurare, tandemqve in corporali morte sibi arripere, qvæ est pœna, qvam merentur suâ contumaciâ, & suâ finali impœnitentiâ. Difficulter enim, aut vix unqvam tales, ex Satanæ compedibus, sese extricare deprehenduntur.

Porrò, qvi propter impœnitentiam divinitus deseruntur, & Diabolis committuntur, ut ingredientes posteriora prioribus deteriora faciant, illorum aliqvi citiꝰ, aliqvi tardius tradi videntur, & Deo non sunt præscribendæ

metæ,

metæ, cur non diutius per annos vitæ cunctos omnibus audacissimis ipsis conniveat, & indulgeat. Habet ille causas, nobis qvidem absconditas, attamen sapientissimas, & sufficientissimas, cur qvosdam maturè, qvosdam tardè hac pœna horribili afficiat. Qvin potius, qvamprimum hoc audiunt, statim terreri debent omnes superbi & præfracti peccatores, qvi peccant audacter & contumaciter, & indesinenter contra conscientiam, coram Domino & excelsa qvidem manu, ut metuere adhuc maturè incipiant, ne ipsi gravius hac pœnâ in hac vita, justo judicio Domini afficiantur, & tandem horribiliter pereant, & damnentur.

Non se ita patefecit Deus, qvod eum, qvem semel afficere male meritum pœnâ justâ, suoq; damnare judicio justissimo sategit, qvod, inqvam, illius demortui, & jam malè afflicti animam & corpus, in hunc mundum reducere, novisq; concionibus instituendum committere velit. Immò prorsus contrarium de sese curavit revelari, ut sciant singuli, Dei seriò rem agere, & ideo seriò, & in tempore gratiæ esse colendum. Eodem prorsus modo Deus non ita se patefecit, qvod unicuiq; velit ad peccandum concedere spatia largissima, & tam diu pati summas blasphemias, summumq; sui ipsius contemtum. Antea enim eidem concessit tempus pœnitentiæ, aperuit januam gratiæ, indulsit omnis generis media necessaria, connivendo peccato, rem tulit patientissimè & diutissimè. Hodiè igitur, si audieritis vocem Domini, nolite corda vestra obdurare. Psal. 95, 7. 8. Hebr. 4, 7.

Patientia Dei, cui similis.

Deus non properat ad pœnam, sed qvando pœnam infligere cæpit, ibi pœnam meritam graviter continuat. Similis est, ut *dixerunt Veteres*, molari lapidi posito, intra concavitatem aliqvam, in vertice montis. Hic enim lapis difficulter ab homine potest commoveri, sed tamen, qvando promoveri cæpit de loco, & jam in cursu est, & à montis vertice descendere cæpit, nullo humano medio intercipi potest. Hinc igitur est, qvod etiam alias pœnas corporales, frustraneâ deprecatione, tentarunt avertere aliqvi homines.

Sunt in promptu testimonia *Gen. 18.* ubi Sodomitarum interitum plene avertere, nec Abraham potuit, nec Loth.

Sæpe Deus temporaneam pœnã, etiam rogatus tamen remittere non vult.

Sic Deus decreverat mortificare Mosen, ante introitum in terram fluentem melle & lacte. Num. 20, 12. Cùm autem videret postea felicissima primordia occupatarum ab Israelitis aliqvot urbium, inter miracula & ostenta divina aggreditur Deum, & mortem decretam, moxq; tolerandam, deprecati conatur. Deut. 3, 23. *ubi textus habet.* Et rogavi Jehovam in tempore isto, dicendo: Domine Jehova, tu cæpisti ostendere servo tuo magnitudinẽ tuã, & manum tuam validam. Transeam qvæso, & videam terram illam optimam. *Ecce autem jam subditur, qvid impetrarit precibus istis suis. Sic enim è vestigio ibidem seqvitur*: Iratus autem fuit Jehovah contra me propter vos, &

propterea non exaudivit me, sed ipse dixit mihi: sufficiat tibi, ne posthac alloqvaris me super hac re.

Similiter Jerem. 7, 16. & 11, 14. respodet Dominus Prophetæ, miserenti Judæorum propter cladem imminentem *& deprecanti*: Tu ne ores pro populo hoc, neqve assumas pro eis clamorem & orationem, qvia ego non exaudiam tempore, qvo clamaverint ad me super malo suo. Et *cap. 14, 11.* Ne ores pro populo in bonum. Cùm jejunaverint, ego non exaudiam clamorem illorum, & cùm obtulerint holocaustum & oblationem, non acceptabo ea, qvia gladio & peste consumam eos. *Et cap. 15, 1 dicit Jehova ad Jeremiam:* Si steterint Mose & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum, ejice à facie mea, & egrediatur.

Ezech. 14, 14. 15. Si fuerint tres illi viri in medio ejus, Noah, Daniel, & Job; ipsa justitiâ suâ liberabunt animam suam, si bestiam iratam transire fecero per terram, & orbaverit eam, & fuerit desolata absqve transeunte per terram, dixit Dominus Jehova, neq; filios, neq; filias liberabunt, ipsi soli liberabuntur, terræ autem erit desolatio.

Exempla de æternis pœnis frustra retractandis, si infligi cæperint, historia divitis epulonis testatur, Luc. 16, 26. & Christus dicit Matth. 5, 26. *Nunqvam* exibis illinc, usq; dum reddideris ultimum qvadrantem. Et qvando in hac vita Diabalo tradi cæperunt, testatur hic ipse locus, 1. Joh. 5. pro illo dico, ut non ores. Eandem judicis sancti regulam ferat pius homo de aliis duobus locis Sacro sanctæ Scripturæ, ex ipsa Scriptura, iterum nimirum Matth. 12, 31. 32. Marc. 3, 28. 29. Luc. 12, 10. deinde Hebr. 6, 4. 5. 6. & 10. 25. 26. 27. 28. 29. De qvibus deinceps agetur.

OCTAVUM ORACULUM SACRUM.

Matth. 12, 31. 32.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν: πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀχεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία, οὐκ ἀφετήσεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὃ ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ: ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος μοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε τῷ μέλλοντι.

Propterea dico vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autē Spiritus non remittetur hominibus. Et qvisqvis locutus fuerit adversus filiū hominis, remittetur ei; qvisqvis autē fuerit locutus adversus Spiritū sanctū, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro seculo.

Darumch

Darumb sage ich euch / alle Sünde und Lästerung werden den Menschen vergeben: Aber die Lästerung wider den Geist / wird den Menschen nicht vergeben. Und wer etwas redet wider des Menschen Sohn / dem wird es vergeben; Aber wer etwas redet wider den Heiligen Geist / dem wirds nicht vergeben / weder in dieser / noch in jener Welt.

Marci 3, 28. ita recensentur eadem. Amen dico vobis, omnia remittentur peccata filiis hominum, & blasphemiæ, qvib9 cunq; blasphemarint: sed qvicunqve blasphemarit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed tenetur æterno judicio. Dicebant enim, Spiritum impurum habet.

Lucæ 12, 10.] Qvisqvis dicit qvippiam in Filium hominis, ei remittetur; ei vero, qvi in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.

JUxta *primam* regulam non opus est operosâ praxi, vocabula omnia satis sunt plena, ergò illico properandum est ad praxin *secundæ* regulæ.

Videat autem Lector apud Matthæum & Marcum ea, qvæ apud ipsos loca allegata præcedunt. Apud Matthæum offertur Christo Dæmoniacus cæcus & mutus, qvem ita sanat, ut loqveretur & videret, & ut miraretur turba, Pharisæi verò dicebant: Ille non ejicit dæmonia, nisi per Beelzebub principem dæmoniorum. Cum autem Christus contrariis ibidem argumentis probaret, qvod per Spiritum Sanctum, per digitum DEI, per vim divinam, per ipsissimam omnipotentiam præpotentissimi unici DEI, hæc miracula edidisset, & Pharisæi ad argumenta, à miraculis, & virtute DEI singulari petita, nihil respondere contra Christum possent, nihilominus tamen malitiosè, contumaciter, pertinaciter, Diaboliceqve in illa persisterent proclamanda sententia, Christum non nisi per principem dæmoniorum ejicere dæmonia, sicut de hac ipsorum pertinacia in conseqventibus luculenter patet, *tum subjicit Christus*: Propterea, propter hoc, propter hanc vestram pertinacem diabolicamque illusionem manifestæ potentiæ divinæ, in sanatione tanti Dæmoniaci, cum tanto imperio divino, citra omnem collusionem & moram adhibitâ,

dico vobis: omne (aliud) *peccatum & blasphemia* (in me) *remittetur hominibus, blasphemia verò Spiritus* (commonentis ipsos per tam perspicua divina miracula, qvæ contra conscientiam, à Spiritu Sancto hac ratione tactam & strictam, derident) *non remittetur hominibus. Et adhuc clarius seqventi versu*: Qvisqvis locutus fuerit adversus *Filium hominis*, remittetur ei, qvisqvis autem fuerit locutus adversus *Spiritum Sanctum*, non remittetur ei.

Blasphemia in Filium HOMINIS. Duorum fit mentio, 1. Filii hominis, & 2. Spiritus Sancti. Duo enim semper in Christo blasphemarunt & criminati sunt Judæi, scilicet 1. qvod sit pauper, quod videatur natus ex Josepho fabro lignario, sicut contemtissimè & suspectissimè de Christo locutos fuisse, qvilibet æstimare poterit, id qvod Scriptura verecunde indigitat, Matth. 13, 55. *qvod ita dixerint*: Nonne iste est fabri filius, nonne mater ejus Maria, nonne fratres ejus Jacobus, Josea, Simon, Judas?

Sed qvibus verbis scopticis protulerint, judicare licebit inde ex historico qvalicunqve scripto, vel protevangelio Divi Jacobi. Adducemus verba istius Scripti, non qvod pro canonico haberi debeat, sed qvod possint illa verba Scripti pio Lectori ansam præbere ulterius cogitandi, qvid in recessu habeant verba Judæorum, apud Matthæum capite 13. ista: Nonnè iste est filius fabri? *Sic igitur habet Scriptum historicum, cujuscunq; fidei esse judicetur, de hoc enim cum nemine contendam.*

Ex protevangelio Jacobi. De die in diem venter ejus intumescebat. Et timore perculsa Maria, abiit in domum suam, & occultavit se à filiis Israel. Erat autem annorum sedecim, qvando hæc fiebant. Facto autem illi sexto mense, ecce venit Joseph à suis œconomiis, & intrans in domum suam, vidit eam gravidam. Et demissâ facie suâ, projecit seipsum in terram, & planxit vehementer dicens: Qvia virginem accepi ex templo Domini Dei, & non custodivi. Qvis hoc mali fecit in domo meâ, & vitiavit virginem? Nonnè in me est recapitulatione consummata historia Adami? Qvoniam in hora gloriæ ejus intravit serpens, & invenit Evam solam, & decepit eam. Sic sic revera mihi contigit. Et surrexit Joseph de sacro & accepta Maria dixit illi: O qvæ tantæ curæ DEo eras, cur hoc fecisti? Ipsa autem flebat amarissimè dicens; Munda sum, & virum non cognovi. Dixit autem illi Joseph: Et undenam est ergò, & qvod in utero habes? Vivit Dominus DEus meus, qvod non scio, unde hoc mihi. Et stupefactus est Joseph, & persistebat cogitans; Quid de ea faciam? Et dixit Joseph, si illius abscondam peccatum, inveniar reus in lege Domini: si ipsam traducam, & propalem filiis Israel, timeo, ne parum justum sit, & inveniar tradens sanguinem innocentem ire in judicium mortis. Qvid igitur de illa faciam? Eqvidem clam

clam illam relinqvam. Et occupavit eum vox. Et ecce Angelus Domini apparet illi in ſomnis, dicens: ne timeas hanc puellam adjungere tibi: Qvod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt, & vocabis nomen ejus JEſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Surrexit itaqve Joſeph à ſomno, & glorificavit DEUM Iſrael, qvi dedit illi gratiam & cuſtodivit eam. Venit autem Annas Scriba ad Joſeph, & ait illi: Qvare non adfuiſti Synodo? Et ait illi Joſeph: Feſſus eram de via, & qvievi primâ die. Et converſus Scriba vidit Mariam gravidam, abiitqve currens ad Sacerdotem, & ait illi: Joſeph cui teſtimonium præbes, vehementer peccavit. Atqve Sacerdos; Qvid hoc? Et ait illi, virginem, qvam acceperat ex templo Domini, fœdavit, & furatus eſt ejus nuptias, & non indicavit filiis Iſrael. Et reſpondens Princeps Sacerdotum, ait: Joſeph hoc fecit? Et ait Annas Scriba, Mitte miniſtros, & invenient ipſam gravidam. Et abierunt miniſtri, & invenerunt, ſicut dixit illis, & adduxere illam & Joſeph in judicium. Et dixit Sacerdos: Maria qvid hoc feciſti, & cur dejeciſti animam tuam, qvæ es educata in Sancto Sanctorum, qvæ ex Angeli manu cibum ſumſiſti, & audiviſti myſteria ipſius, & exultaſti in conſpectu ejus? Qvid hoc feciſti? Ipſa autem flebat amarè dicens: Vivit Dominus DEus meus, qvia munda ſum in conſpectu Domini, & virum non cognoſco. Et dixit Sacerdos ad Joſeph; Qvid hoc feciſti? Dixitqve Joſeph: Vivit Dominus DEus & vivit Chriſtus ejus, qvia purus ſum ab ipſa. Et dixit Sacerdos: Ne dicas falſum teſtimonium, ſed dicito verum, ſuffuratus es nuptias ejus, & non manifeſtaſti filiis Iſrael, & non inclinaſti caput tuum ſub omnipotenti manu, ut benediceretur ſemen tuum. Et rurſus dixit Sacerdos: Reſtitue virginem, qvam accepiſti à Templo Domini. Et perfundebatur lacrymis Joſeph, & dixit Sacerdos: Potabo vos aqua redargutionis Domini, & manifeſtabitur peccatum veſtrum in oculis veſtris. Et accepta aqva Sacerdos potavit Joſephum, & miſit eum ad montem, & rediit ſanus. Potavit & Mariam ipſam, & miſit eam etiam ad montana, & rediit in columis. Et miratus eſt totus populus, qvod peccatum non ſit manifeſtatum in ipſis. Et dixit Sacerdos: DEus non manifeſtavit peccatum veſtrum, nec ego judico vos, & abſolvit eos. Acceptâ itaque Maria Joſeph, abiit in domum ſuam gaudens, & glorificans DEUM Iſraël. Factum autem eſt decretum ab Auguſto Cæſare, ut deſcriberentur omnes, qui erant in Bethlehem. *Hactenus verba allegata ex Scripto indigitato*, qvæ nihil aliud in ſeſe continent, qvàm qvod poſtea ſine fine clamatum, & ad hodiernum usqve diem per annos ſesqvimille in ſuis Synagogis & Scriptis proclamant Judæi, de Meſſia iſto noſtro non nato ex ſola virgine. Hæc igitur una eſt blaſphemia in Chriſtum, qvæ propius tangit humanitatem ejus.

Aqvam probationis Numer. 5. deſcriptam putatur bibiſſe Maria ſed incertũ eſt.

Altera

Blasphemia in Spiritum Sanctum.

Altera est, quæ propius tangit ipsius divinitatem, cujus virtute, tanqvam digito Dei, faciebat miracula adeo stupenda, quanta antea Sol iste nunquam viderat. Ab (omni) ævo non est auditum, quod aliquis aperuerit oculos cæci nati, *inquit Pater cujusdam cæci, per Christum sanati, Johan. 9, 32.* & tamen non desinunt Judæi cantare adversus Christum, suam cantilenam blasphemam, *Joh. 8, 48.* Nonne benè dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Ejiciunt enim patrem istum foras *Joh. 9, 33.* & dicebant; Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis, *Joh. 10, 21.* & qværebant eum comprehendere. *Joh. 10, 39.* Sic quoque *Matth. 12.* post sanatum Dæmonicum cæcum & mutum, Iste, *inquiunt*, non ejicit dæmonia nisi per Beelzebub, principem dæmoniorum, quemadmodum in alio miraculo antea ipsi, *Matth. 9, 34.* idem objecerunt, per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Quemadmodum igitur *Joh. 8.* sese, & Patris sui divinam virtutem ista omnia singulariter operantem, defendit, *hisce verbis versu 49. 50.* Ego dæmonium non habeo, sed (faciendo miracula profiteor, & ob mihi concessa miracula) honoro Patrem meum, & vos ignominiâ afficitis me (legatum Patris, quia sermo meus, qui est Patris, non habet locum in vobis, *v. 37.*) ita in Matthæo convincit ipsos, qvod per spiritum Dei ejiciat dæmonia, tanquam per digitum DEI, *Luc. 11, 20.*

Postquam autem isti nihilominus in blasphemiis pergunt, tum subjicit Salvator noster acerrimam istam ἐπίκρισιν, *sic dicens*: Propterea dico vobis: *omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, blasphemia verò Spiritus non remittetur. Et clarius adhuc versu sequente*; Quisquis locutus fuerit adversus Filium hominis (extra miraculorum potentiam, consideratum pauperem & ignominiæ obnoxium) remittetur ei; quisquis autem fuerit locutus (ut vos Pharisæi pertinaciter facitis) adversus Spiritum Sanctum (cujus virtute, tanquam digito DEI ita facio miracula, ut ad primum contuitum omnes agnoscere, & fateri necessum habeant, non esse illa hominis aut Satanæ, sed solius DEI antea inaudita opera) non remittitur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.

Brentius eruditè & accurate distingvit, inter blasphemiã in Filium hominis & in-

Sed ne sine teste hanc explicationem omnino ex ipsis contextuum visceribus, & rerum gestarum nativâ serie & blasphemiarum, accuratâ distinctione, haustam, producere videar, videat pius Lector Apologiæ Confessionis Illustrissimi Principis Christophori, Ducis Würtenbergensis postremam, seu tertiam pericopem adversus Sotum, in capite de Purgatorio, circiter in medio hujus capitis, *hæc quæ sequuntur verba, quæ Brentii sunt, utpote Autoris Apologiæ*: Christus facit discrimen peccatorum, quorum alia dicit esse remissibilia, alia irremissibilia perpetuò. Intel-

Intelligit autem remissibile, non pro eo, qvod ne pœnitenti qvidem remittatur propter Christum. Omnia enim peccata, qvantumcunqve horribilia & execranda expiavit Christus, & omnia remittuntur credenti in Christum: sed intelligit irremissibile pro eo, qvod nullam habet speciem excusationis, neqve coram hominibus, neqve coram DEo. Multa enim sunt peccata, qvæ etsi sunt gravissima, habent tamen aliqvam coram hominibus excusationem. Si qvis, exempli gratia, cum vidit JEsum Christum multis humanis imbecillitatibus obrutum, ac pene oppressum, non credit eum esse omnipotentem DEi Filium. Hoc peccatum Filium DEi vocat peccatum in Filium hominis. Cujus generis est illud, si qvis fame & paupertate oppressus furatur. Hic etsi graviter peccat, tamen habet aliqvam excusationis speciem coram mundo. Furatur, inqvit Salomon, ut esurientem animam impleat.

ter blasphemia in Spiritum Sanctum.

Alia autem sunt peccata, qvæ ut per se sunt gravissima; ita nullam prorsus habent speciem excusationis, neqve in hoc, neq; in futuro seculo, hoc est, neqve coram homonibus, neqve coram DEo, ut cum calumniarentur Pharisæi manifesta Christi miracula, qvæ nemo negare poterat, qvin essent cœlestia ac divina. Qvod peccatum vocat Christus in Spiritum Sanctum, videlicet tale peccatum, qvod omnibus est conspicuum, nec potest ulla probabili ratione excusari. Qvale etiam esset si qvis pecunia ditissimus furaretur pauperi suam pecuniam, ut pauper necesse haberet algere & esurire. Hoc tam manifestum, tam conspicuum peccatum est, ut nec coram hominibus, neqve coram DEo excusari qveat, qvod Evangelista dicit, nec in futuro seculo remitti. *Hactenus verba Brentii.*

Brentius ex Luthero accepit accuratam distinctionem inter blasphemiam in filium hominis & inter blasphemiam in Spiritum Sanctum.

Brentius hæc desumsit ex Luthero; Tom. 4. Jenensi fol. 450. b. sermone de peccato in S.S. *Verba Lutheri inter alia sic habent:* So sihe nun den Text und die Wort an/wer etwas redet wider des Menschen Sohn/das ist/ ihr möget wider den Menschē Christum/und seine Christen lästern/Er sey ein Sünder/u. wie sie ihn anderswo schelten/ein Fresser/Weinsäuffer/der Zölner gesell/ 2c. Item als die Jůden seine Mutter ein Bůbin scholten/ was Person antrifft/muß er als ein Mensch von den andern leiden/ und vergebē/aber da er in seinem Amt daher ins Licht trit/ prediget/ und wundert/ daß sie die helle Warheit sehen/und dennoch dawider lästern/ da wird nicht des Menschen Sohn geschmähet/ sondern der heilige Geist/ etc. *Hæc Lutherus.*

Qvomodo peccatum in S.S. sit irremissibile.

Porro qvod ipsam remissionem ejusmodi peccati attinet, an possit, vel non possit fieri, sicut jam modo dictum est de peccato ad mortem, ita illud qvoqve accommodari debet ad peccatum in Spiritum Sanctum, vocari illud irremissibile, *non* qvod nulla prorsus ratione remitti posset;

sed qvod in eo attendatur Diaboli operatio, qvi ex DEi indulgentia talem impœnitentem, contumacem, pertinacem invasit, captivum tenet, ducit & trahit, assumptis secum aliis septem, ut metuendum sit posteriora prioribus futura deteriora: & qvod vix sit homini sese tandem ex illo periculo extricare. DEus enim tot annorum impœnitentiam pertinacem tandem traditione tali facta Diabolis vindicat, qvi hominem obdurant, servant, reprobum faciunt, reprobum servant, reprobum ex hac vita in locum æterni exitii portant.

Tria notanda in concione Christi de peccato in S.S.

Rationes hujus declarationis sunt firmæ in ipsis testibus sacris. Nam Matth. 12. tria facit Christus, qvæ diligentissime & ordine sunt expendenda.

Primo coarguit & firmiter convincit Pharisæos, qvod sint rei peccati in Spiritum Sanctum, propterea, qvod dicebant, Christum ejecisse Diabolum per Beelzebub.

Deinde, postqvam eos convicit reos manifestos blasphemiæ & peccati in Spiritum Sanctum simul ostendit, qvod hoc peccatum eorum sit irremissibile, *hoc est*, qvod propter hoc peccatum tradantur Satanæ in potestatem & captivitatem, tanqvam in pœnam meritissimam, & qvod è Satanæ illa captivitate non elapsuri, ideoqve perituri sint. Ideo enim dicit, *versu 30. 31.* blasphemia Spiritus non remittetur ei neqve in hoc seculo, neq; in futuro.

Huc etiam pertinet acris illa comminatio in eodem capite, versu 43. 44. 45. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, qværens reqviem, & non invenit, Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi; Et invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam, tunc vadit & assumit alios spiritus septem secum, & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus, sic erit & generationi huic pessimæ. *Manifeste his verbis docet SALVATOR*, qvod ex indultu divino viros peccantes contumaciter, peccantes in Spiritum Sanctum Satanas cum pluribus sociis aggrediatur, & tanqvam suæ potestati traditos subinde & subinde in atrociora peccata immergat, excæcet, dementet, converti non concedat, & tandem in damnationem certissimam rapiat, & qvod iccirco de talium salute non immerito desperari debeat.

Deniqve hoc ipsos Pharisæos manifestæ blasphemiæ in Spiritum Sanctum convictos, tamen adhuc monet & urget Salvator, ut ex tantis tricis Satanæ sese expedire, à peccato in Spiritum Sanctum discedere, & sese convertere allaborent. *Sic enim loqvitur versu 33.* Aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum, aut facite arborem malam, & fru-

& fructum ejus malum: siqvidem ex fructu arbor agnoscitur. *Hæc utiq; admonitio* prorsus supervacanea, & a Christo intempestive, aut nullo fine instituta fuisset, si peccatum in Spiritum Sanctum absolute esset irremissibile. Irremissibile igitur est, *non* respectu DEi, qvi convertentibus omnia peccata, etiam in Spiritum Sanctum remitteret, *sed* respectu talium peccantium, qvi a DEO ex justa pœna deserti a Satana tam potenter & spiritualiter agitantur & rapiuntur, ut vix unqvam, aut nunqvam convertantur.

Et eodem pacto sese habuit res cum illo loco Hebr. 6. v. 6. Impossibile est, ut qvi semel sunt illuminati &c. si prolabuntur, denuo renoventur ad pœnitentiam: *Ubi tamen* etiam Apostolus ille ad Hebræos pluribus verbis ad constantiam hortatur, & ut ad vitam redeant, qvi jam deficere moliebantur.

Pius lector forsan de his habebit ansam meditandi accuratiorem, si expenderit, qvod Christus *in alio negotio,* nimirum in sermone *de salute divitum* permutet hæc duo vocabula *Possibile & Facile*, ut & hæc duo: *Impossibile & Difficile.* Sic enim scriptum extat *Matth. 19, 24. 26.* FACILIUS est, camelum per foramen acus transire, qvam divitem intrare in regnum coelorum. Apud homines hoc impossibile est, apud DEum autem omnia POSSIBILIA sunt.

In negotio de salute divitum Christus qvadã vocabula permutat.

Marc. 10, 23. 24. 27. Qvam DIFFICILE, qvi pecunias habent, in regnum DEi introibunt. Filioli, qvam DIFFICILE est, confidentes in pecuniis in regnum DEi introire. Apud homines IMPOSSIBILE est, sed non apud DEum: omnia enim possibilia sunt apud DEum.

Luc. 18, 24. 25. 27. Qvam DIFFICILE, qvi pecunias habent, in regnum DEi intrabunt. FACILIUS est camelum per foramen acus transire, qvam divitem intrare in regnum DEi. Qvæ IMPOSSIBILIA sunt apud homines, POSSIBILIA apud DEum.

Sed ut redeam ad peccatum in Spiritum Sanctum, cum illis, qvæ huc usqve de eodem scripsi, ex asse consentiunt duo Theologi, CHEMNITIUS nimirum & ÆGIDIUS HUNNIUS.

CHEMNITIUS enim dicit, peccantibus in Spiritum Sanctum a Christo fuisse annunciatam & inculcatam pœnitentiam in ipso loco Matth. 12, 33. id qvod Christus frustra fecisset, si existimasset peccatum in Spiritum Sanctum non posse, nec solere remitti.

HUNNIUS vero dicit, aut nunqvam, aut certe rarissime, aut vix unqvam fieri conversionem peccantium in Spiritum Sanctum.

Legatur *Chemnitius in Harmonia per D. Polycarpum edita. par. 2. fol. 205. § porro postqvam Jesus,* usqve ad *§. caute admotum & circumspecte. Item fol. 214.*

Verba Chemnitii de irremissibili peccato.

fol. 214. ubi dicit ante finem vitæ de nemine statui posse, qvod sit damnatus etsi videatur esse ex obstinato corde contumeliosus in Spiritum Sanctum. *Et fol. 215.* qvod fideles ministri non debeant desistere eos, qvi in officium Spiritus Sancti peccare videntur, serio ad pœnitentiam hortari, sicut videmus Matth. 12. Christum idem, qvoad Scribas & Pharisæos fecisse. Nam ob hanc obstinatam ipsorum malitiam, & effusam calumniam non protinus eos deserit, sed seria concione pœnitentiæ apud ipsos instat, ostendens, 1. unde hæc ipsorum improbitas proveniat, 2. qvomodo eam corrigere debeant. 3. qvid ipsos vel tandem maneat, si recte monitis dare locum nolint.

Et fol. 217. de secundo illo dicit, ut & fol. 220. Vult igitur, dum dicit, facite arborem bonam, & fructus ejus bonos, ut inposterum aliter se ministerio suo accommodent, ex animo resipiscant, prava vitæ suæ prioris studia & Diabolicum adversus se odium detestentur &c. *Et fol. 214.* Sic Salvator noster Christus suo exemplo prolixe docuit suos ministros, qvaliter virulentissimos & acerbissimos suos, suæqve doctrinæ hostes & calumniatores etiam, qvi in Spiritum Sanctum peccare videntur, tractare debeant. Non protinus debent de eis desperare, nec mox eos Diabolo tradere, sed prædicando verbum, arguendo, obsecrando, increpando, in omni patientia & doctrina instare. Hæc CHEMNITIUS, &c. *Qvi addit,* neminem lenitatis suæ pœnitere posse. Si qvid (*inqvit*) ea ad salutem ipsorum suorum hostium, DEi beneficio profecerint, jam animas aliqvas Christo lucrifecerunt. Sin istorum hostiles animi nec hac ratione expugnari possint, sed manent incurabiles, non tamen cuiqvam merces lenitatis suæ periit. *Hæc ILLE ibidem.*

Verba D. AEgidii Hunnii.

Verba HUNNII *super Matth. 12.* Interim est hujus peccati certissimum qvoddam adjunctum, inexpugnabilis hæc pervicacia, & finalis impœnitentia, qvæ si removeatur (*id qvod nunqvam aut certe rarissime fit*) desinit jam peccatum esse irremissibile, ut ex ipso textu Salvatoris ostendimus. *Hæc HUNNIUS.*

Verba HUNNII *sup. Hebr. 6. par. 2. L. C. 1.* Si tales, qvi hoc etiam peccato se contaminarunt, agnita sua malitia redirent, & ad gratiam DEi aspirarent, & remissionem peccatorum peterent, dubium nullum est, qvod hujus etiam blasphemiæ suæ dimissionem essent consecuturi. Qvod adeo verum est, ut Christus ipse, licet Pharisæos peccati in Spiritum Sanctam palam accusasset, nihilominus immediate subjunget Matth. 12. Aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum, aut facite arborem vitiosam, & fructum illius vitiosum, nimirum perspicue docens, si omissa pervicaci sua malitia resipiscerent, arboremqve bonam

face-

facerent, tum ne qvidem illud ipsorum peccatum plasphemiæ amplius irremissibile mansurum esse, dummodo redirent. Sed aut *nunqvam*, aut certe *rarissime* redeunt tales. *Hæc ibi.*

IDEM ibidem L. C. 2. Qvia tanta est atrocitas hujus peccati ut ob indurationem certo, & infallibiliter adjunctam vix nunqvam redeat amplius, qvi eo tenentur, etiam atq; etiam DEi Spiritu nos regi petamus &c. *Hæc ibi.*

HUNNIUS de peccato, qvæstione 6. ad finem §. Num vero Christus ipse hanc rationem irremissibilitatis assignat, circa finem, ad verbum repetit, & pluribus exponit, qvod scripsit Hebr. 6. part. 2. L. C. 1. *Et hactenus de istis.*

NONUM ORACULUM.

SACRUM.

Heb. 6, 4. 5. 6.

Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.

Fieri non potest, ut qvi semel illuminati sunt, gustaveruntqve donum cœleste, & participes facti fuerunt Spiritus Sancti, gustaveruntq; bonum DEI verbum, ac virtutes futuri seculi, si prolabuntur, ut denuo renoventur per resipiscentiam, ut qvi rursus crucifigant sibimetipsis Filium DEI & ludibrio exponant.

Denn es ist unmüglich / daß die / so einmahl erleuchtet sind / und geschmeckt haben die himlische Gaben / und theilhafftig wordē sind des heiligen Geistes / und geschmeckt haben das gütige Wort Gottes / und die Krafft der zukünfftigen Welt / wo sie abfallen (und wiederum ihnen selbst den Sohn GOttes creutzigen und für Spott halten) daß sie solten wiederum erneuert werden zur Busse.

QVod jam attinet ad locum istum in Epistola ad Hebr. 6, 4. juxta *primam* regulam etiam non opus est prolixa operatione, cum verba omnia per se sint plana. Mox igiur juxta *secundam* regulam, *qvis sit sensus ipsius, videndum est e proxime antecedentibus, qvæ capite qvinto inchoando a versu 11 in hunc se habent modum: De qvo (Pontifice nostro secundum ordinem Melchisedeci) nobis multa forent dicenda, eaq; difficilia explicatu, qvandoqvidem segnes facti estis auribus (id est tarde inceditis, non vultis bene procedere, plus retroitis, qvam pergitis) Etenim, qvi deberetis pro temporis ratione Doctores esse, rursum opus est doceri, qvæ sint elementa initii eloqviorum Dei, factiq; estis ii, qvibus lacte sit opus, & non solido cibo. Enim vero cui cum lacte res est, is rudis est sermonis justitiæ, infans enim est; sed adultorum est solidus cibus, eorum scilicet, qvi pro consvetudine sensus habent exercitatos ad discretionem boni & mali. Qvapropter omisso, qvi in Christo rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, non rursum fundamentum jacientes resipiscentiæ ab operibus mortuis, & fidei in DEum, Baptismatum doctrina, ac manuum impositionis, ac resurrectionis mortuorum, & judicii æterni. Atq; id faciemus, siqvidem permiserit DEus. Nam fieri non potest, ut qvi fuerint illuminati semel, &c.*

Apostolus ad Heb. c. 6. alloqvitur Hebræos religionem Christianã antea amplexos firmius, nunc deserturos.

Ex qvibus antecedentibus apparet, alloqvi ipsum istos Hebræos, qvi Christianam doctrinam receperant, qvi gustaverant donum cœleste, qvi participes facti fuerant Spiritus Sancti, *nimirum* donorum Spiritus Sancti extraordinariorum, sicuti tunc per impositionem manuum conferri solebant dona miraculorum in nomine JEsu Christi, & ita miraculorum ista collata gratia in nomine JEsu Apostoli testabantur & confirmabant, JEsum vivere & regnare ad dextram Patris, adeoqve hæc ipsa in testimonium veritatis operari in hominibus.

Fit enim in hoc capite sexto mentio doctrinæ impositionis manuum, versu 2. per qvam conferebantur gratiæ miraculorum. Act. 6, 6. 8. & 8, 17. 18. 19. Imposuerunt (*Apostoli*) manus super eos (*Samaritanos*) & acceperunt Spiritum Sanctum. Cum vidisset autem Simon, qvod per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit ei pecunias dicens: Date etiam mihi potestatem istam, ut cuicunq; imposuero manus recipiant Spiritum Sanctum.

Apostolus ad Hebræos etiam c. 2. alloqvitur Hebræos, religionem christianã qvidẽ amplexos, sed jam deficere molientes.

Et qvod in locis allegatis *Spiritus Sanctus* dona lingvarum variarum, & his similia vel significet, vel efficere solitus fuisse dicatur, patet *Act. 10. 44.* & seqq. Adhuc loqvente Petro verba hæc, illapsus est Spiritus Sanctus super omnes, qvi audiebant sermonem hunc, Fideles autem qvi (erant) ex circumcisione, & venerant cum Petro, perculsi sunt, qvod in Gentes donum Spiritus Sancti effusum esset. Audiebant enim eos loqventes LINGVIS, & magnificantes DEum.

Sed

Sed & cap. 2. v. 1. ad Hebræos taxat retrogrados auditores autor istius epistolæ *his verbis*: propterea oportet nos maxime attendere iis, qvæ audivimus, neqvando *perfluamus*: (Apparet autem hinc, qvod per illorum suggestiones & calumnias multa de Evangelio amiserint.

Item cap. 3, 6. & seqq. At Christus ut Filius, qvi domui suæ præest, cujus domus sumus nos, si *Fiduciam* & spem illam, de qva gloriamur, *ad finem usq; retinuerimus.* Qvapropter sicut dicit Spiritus ille Sanctus: Hodie si vocem ejus audiveritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis illius in deserto, ubi tentaverunt me Patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea qvadraginta annis. Qvapropter infensus fui nationi isti, & dixi. Semper errant corde, usq; cognoverunt vitas meas. Itaqve juravi in ira mea, si introibunt in reqviem meam. Videte fratres, ne qvando sit in ullo vestrum cor improbum & infidele, deficiens a DEo vivo. Sed exhortamini alii alios qvotidie, qvoad appellatur dies hodiernus, ne qvis ex vobis induretur seductione peccati, Christi enim participes facti sumus, si *sane primordium illud*, qvo sustentamur firmum tenuerimus *ad finem usq;.* (Interim) dicitur, *hodie* si vocem ejus audiveritis, ne obduretis corda vestra, ut in exacerbatione, qvos videmus non potuisse ingredi propter incredulitatem.

Apostolus ad Heb. c. 3. alloqvitur Hebræos, religionem Christianã antea amplexos, sed deficere molientes.

Cap. 4, 1. Metuamus igitur, ne qvando derelicta promissione introeundi in reqviem ejus, videatur aliqvis e vobis fuisse frustratus. 11. Studeamus igitur ingredi in illam reqviem, ne qvis in *idem* incidat *contumaciæ* exemplum. *Hactenus verba Epistolæ ad Hebræos*, qvæ præcedunt ea, qvæ allegari solent ex cap. 6. videlicet *ante hac*: fieri non potest, ut qvi semel fuerint illuminati, si prolabuntur, ut denuo renoventur per resipiscentiam.

Apostolus ad Hebræos etiam c. 4. alloqvitur Hebræos, religionem Christianã antea amplexos, sed deficere molientes,

Ex qvibus omnibus antecedentibus collatis fideliter, integre, perfecte, non obiter, perfunctorie & dormitanter cum conseqventibus, statim qvilibet palpando palpare potest: agere autorem Epistolæ ad Hebræos de iis, qvi fundamenta doctrinæ non tantum perceperunt, sed etiam miraculis confirmati fuerunt, & certi sunt in conscientia de doctrina Evangelica qvod sit vera, patiuntur autem sese seduci a reliqvis Judæis, & in seductione perseverant contumaciter & pertinaciter, aut patiuntur se vinci persecutionibus per Judæos institutis.

De his igitur ait; Fieri non potest, ut denuo renoventur per pœnitentiam, *nimirum*, qvi contumaces (sicut Διαῤῥήδην & expresse in textu intituloti sunt) ita traduntur Satanæ, captivantur, ubi posteriora prioribus fiunt deteriora. Id qvod tamen iterum accipi debet non de impossibilitate absoluta, sed de impossibilitate modificata, qvemadmodum in superioribus etiam necessario fuit distingvendum.

Hebræis igitur in religione Christiana antea fundatis, at contra conscientiam deficere molientibus Apostolus ad Hebræos dicit, tales petulantes non iterum posse renov.

Non

An Hebræis deficientibus absolute & simpliciter hoc peccatum remitti non potuerit?

Non igitur plane non possunt talibus peccata remitti, de qvibus autor Epistolæ agit, Heb. 6. sed periculosa est eorum conversio, siqvidem Satanas custodit aulam suam armatus, ut in pace sint ea, qvæ ipse habet in domo beneipsi præparata, versa & ornata. Qvin & post verba illa, *Fieri non potest, ut qvi semel fuerint illuminati, &c.* adhortationes annectuntur ad sectandum constantiam. cap. videlicet 6, 11. 12. Cupimus, ut unusqvisq; vestrum idem ostendat studium ad plenam spei persvasionem ad *finem usq;* ut ne sitis segnes, sed imitatores eorum, qvi per fidem ac patientiam obtinent promissam hæreditatem. Ubi observa vocabulum *Patientiam.* Inter alia ducebantur Judæi a Judæis, aut per blandiloqventiam, *sicut* Tit. 1, 10. *dicitur*, sunt multi contumaces & vaniloqvi, & mentium seductores, *maxime ii, qvi sunt ex circumcisione*, qvibus oportet os obturare, qvi totas domos subvertunt, docentes, qvæ non oportet turpis lucri gratia: *aut persecutiones*, sicut solebat ipse Apostolus vastare Ecclesiam per singulas domos intrans, Actor. 8, 3. trahensq; viros ac mulieres tradebat in custodiam.

Admonitiones ad illos qvi renovari non posse putantur, ut dubitationem adjiciant.

Cum his cohærent *qvæ extant cap. 10, 19. & seqq.* Cum igitur fratres habeamus libertatem ingrediendi sacrarium per sangvinem Jesu, accedamus cum vero corde, & certa persvasione fidei. Teneamus confessionem spei non facillantem, & observemus alii alios ad imitationem charitatis & bonorum operum *non deserentes* aggregationem nostri, sicut *mos est* qvibusdam. Nam si ultro peccaverimus post acceptam cognitionem veritatis, non ultra pro peccatis reliqva est hostia, sed ignis fervor, qvi devoraturus est adversarios. Qvi abjecerit Mosis legem, absq; misericordia ex duorum aut trium testimonio moritur; Qvanto putatis acerbiore supplicio dignus censebitur, qvi Filium DEi conculcaverit, & sangvinem fœdoris, per qvem fuerat sanctificatus, profanum duxerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit. Novimus enim eum qvi dixit, Meum est ulcisci. Horrendum autē est incidere in manus Dei vivi. Revocetis autem in memoriam dies superiores, qvibus illuminati ingens certamen sustinuistis afflictionum, partim vero socii facti estis eorum, qvi in eo statu versabantur.

Ecce in his omnibus & inconstantes meticulosos hortatur, ne contra conscientiam derelinqvant ob persecutiones veræ doctrinæ Evangelicæ professionem aut retrogradi maneant, qvi talibus contra conscientiam in S. S. peccantibus & perseverantibus pœnæ loco præficitur Satanas, cui captivandi traduntur; ex cujus custodia difficulter possunt liberari. Addit etiam aliam admonitionem, pro constantia servanda, in eodem capite sub *fine in his verbis*

Alia admonitio similis

v. 35. Ne abjeceritis igitur fiduciam vestram, qvæ magnam habet præmii retributionem videlicet propter præmium, qvod ipsis in vita altera maximum est repositum, propter qvod impetrandum omnes pii in hac vita constanter

certa-

certarunt; qvorum toto capite 11. magnum inducit numerum, *ex capite duodecimo concludens illam inductionem, ita scribit:* Proinde nos qvoq; cùm tanta nos circumstet nubes testiū, abjecto omni pondere & peccato ad nos circumcingendos proclivi, *constanter* ad præpositum nobis studiū curram9, intuentes in fidei ducem Jesum, qvi vice sibi propositi gaudii pertulit crucē, Enim verò reputate, qvis ille sit, talem sustinuit à peccatoribus adversus se contradictionem, *Ne animis deficientes* fatiscatis: *& versu 12. ac seq.* (multa enim cogor omittere ad vitandam nimiam prolixitatem, qvæ tamen fundamenta intima rei hujus scrutaturus & optime firmisſiqve cogniturus verbo ad verbum assumet, unaq; perleget diligentissimè) Qvapropter manus *remissas & genua soluta* surgite, *& rectas orbitas* facite pedib9 vestris, ne qvod claudum est, abducatur à viâ, sed sanetur potius. Prospicientes, ne qvis *deficiat* à gratiâ Dei, ne qva radix amara suppullulans, obturbet, & per hanc inqvinentur multi, ne qvis scortator, aut profanus, velut Esau, qvi unico edulio vendidit suum jus primogeniti. Scitis enim, qvod & postea, qvum vellet hæreditario jure *benedictionem* asseqvi, reprobatus sit, non enim reperiit pœnitentiæ locum', qvamvis lacrymis illam exqvisisset. *Sensus est.* Cùm igitur tam constanter promissionem divinam tenuerint ii, qvorum exempla capite undecimo vobis proposui, decet vos qvoq; Evangelium certò vobis agnitum & in conscientia confirmatum retinere citra omnem defectionem, qvæ in Spiritum S. fieret contra conscientiam, uti vobis contingere posset, qvod contigit Esavo, qvi vendidit petulanter jus primogenituræ; sed etiam cum lacrymis qvantumvis pœnitens amissum recipere non valuit.

De qvibus Apostolus minatus fuerat impossibile esse ut prolapsi renoventur eos ad huc monet, ut constanter agant.

Optimè lector, vides ex hac breviuscula anatomiâ totius Epistolæ ad Hebræos Apostolum adhortari Judæos, seu Hebræos suos cunctos & singulos, ut agnitam doctrinam de Christo tenacissimè conservare nitantur, præsertim cum in conscientia convincantur, esse illam verissimam, & ut nec per contradictionem, nec per consecutionem reliqvorum suorum popularium Hebræorum ab illa veritate sese vell tantillum contra Spiritum Sanct. deflectere patiantur. Hoc enim si contra conscientiam & spiritum Sanctum facerent, metuenda ipsis esset pœna, qvam Deus talibus contra conscientiam, in S.S. prævaricatis infligere solet, nimirum qvod pertinaciter, contumaciter & contra conscientiam delinqventes in S.S. deserit, Satanæ gubernandos committit, à qvo custodiuntur diligentissimè, adeò, ut alia conversio ipsis aut vix aut plus qvam difficilimè & rarissimè possit contingere. Fieri enim (facilè) non potest, ut qvi semel gustaverunt bonum cœleste, & participes sunt facti Spiritus Sancti, si prolabuntur (contra conscientiam, & in manus Satanæ addicuntur) ut denuo (per Satanæ potentissima impedimenta) renoventur. Si enim ultro (contra conscientiam) peccaverint, iis

Compendiaria repetitio antecedentium resolutionum dicti Heb. 6, 4.

postacceptam cognitionem veritatis, non ultra pro delicto reliqva est hostia (traditis in potestatem Satanæ propter tanta facinora in Christo commissa contra conscientiam. (Sicut enim Esau postea, cùm vellet benedictionem asseqvi, reprobatus fuit, nec pœnitentiæ locum reperit, etiam si cum lachrymis qværeret; ita qvi jam contra conscientiam pertinaciter delinqvunt, &c. a Deo deseruntur & reliqvuntur Diabolo mancipati, difficulter aut etiam prorsus non convertuntur, qvia Satanas, qvod semel accepit, adeò diligenter costodit.

Et hæc est verissima sententia difficilium locorum in Epistola ad Hebræos, Etsi autem eandem autores Catechetici & Commentatores passim brevibus verbis attingunt, tamen cum auditor qværere posset, num isti autores Catehetici, & isti Commentatores rem acu tetigissent, lectori gratissimus accidere debet hic modus, secundum qvem sententia ista vera ex ipsius totius Epistolæ ad Hebræos visceribus omnibus eruitur; adeoq; hæc & nulla ipsius autoris ad Hebræos esse evincitur. Id qvod idcirco paulò pluribus verbis & operosius facere volui, retentis interim ipsius Scripturæ verbis omibus formalibus, ut ex hoc illustri & prolixiori exemplo Theologiæ Studiosi & Theologi ipsi viam cernerent, qvam ingredi & tenere eos necesse est, si aliorum particularium locorum, aut etiam integrorum librorum sacrorum genuinum sensum iterum ex Scripturis ipsis excerpere, adeoq; Scripturam per seipsam declarare volunt, qvi solus modus est facillimus, expeditissimus, certissimus, & conscientiam lectoris tranqvillam reddit, judiciumq; monstrat, num Catecheta, vel num Commentator alius, in suo libello Catechetico, vel in suo Commentario eadem loca rectè & dextrè interpretatus fuerit.

Sic igitur fiet, qvod monet *Hieronymus in Apologia contra Jovinianum*: Commentatoris officium est, non qvid ipse velit, sed qvid sentiat ille, qvem interpretatur, exponere, alioqvi si contraria dixerit, non tam interpres erit, qvam adversarius ejus, qvem nititur explanare. *Et Hilarius lib. 1. de Trin.* Optimus lector est, qvi dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, qvam importat, & retulerit magis, qvàm attulerit, neq; cogat id videri dictis contineri, qvod ante lectionem præsumserat intelligendum. *Hæc ille.*

Confer lector Habacuc cap. 1. totum, cum loco Act. 13. 35. 36 37. 38. 39. 40. 41. & de his duobus locis Vide scholion marginale Lutheri in Bibliis German. super Habacuc 1.

Anteqvam verò concludam totum hoc negotium de Epistola ad Hebræos, iterum moneo, hic exemplum contineri istius, de qvo Lutherus disseruit ad marginem capitis primi Prophetæ Habacuc, nimirum sæpenumerò in Scriptis Novi Testameti allegari aliqvid ex Scriptis Veteris Testamenti tantummodo per qvalemcunq; applicationem, ita ut sensus idem ipse propriissimus non retineatur utrobiq;

Sic enim hoc loco Apostolus ad Hebræos argumentatur: *Sicut* Esau unico edulio vendidit jus suum primogeniti, & postea, qvum vellet hæreditario jure benedictionem asseqvi, reprobatus est: *ita,* qvi petulanter & contumaciter gratiam oblatam deserunt, postea non recipiuntur, sed in exitio relinqvuntur. *Hic non est* in membro antecedente collationis res illa, qvæ in conseqvente. *In antecedente* namq; tantummodò agitur de primogenitura, ut de re qvapiam terrena, & prærogativa corporali, nimirum de dignitate Sacerdotali & Ducali, sine qva multi salvi facti sunt in æternum, qvi tamen primogeniti, hoc est, Sacerdotes & Duces in hac vita non fuerunt. Hanc prærogativam temporalem seu corporalem vendidit Esavus fratri suo Jacobo, Gen.25, 33 34. & post hanc emptam prærogativam corporalem Jacobus investitus fuit à patre Sacerdos & Dux familiæ suæ, Gen.27. ita ut Esavus eadem non posset simul investiri, utut qvereretur, lamentaretur, lacrymaretur itidem. *In conseqvente* autem membro agitur de æterna salute hominum pœnitentium, qvam amittant per petulantem contumaciam, & pertinacem desertionem, & apostasiam & impœnitentiam.

Non igitur hæc est sententia: Sicut Esau amisit æternam salutem, nec pœnitentiam pro æterna salute qværens impetrare potuit; ita isti in Epistola ad Hebræos amittentes Confessionem fidei per petulantem apostasiam nunqvam converti & salutem impetrare potuerunt. *Sed talis est illatio:* Sicut tardè in forum prodeuntes, necessaria ibi invenire & coëmere non potuerunt; ita tardè conciones audituri in agone mortis, necessariis ad salutem vix instruentur. *Est enim mera argumentatio à simili, seu ab exemplo, non à pari vel eodem.*

Esavum qvod attinet, de æterna ejus salute qvod desperemus, aut de æterna ejus damnatione judicium certum feramus, expressum textum Scripturæ nullum habemus. Qvin potius qvod salvatus fuerit Esau, argumentis pugnant aliqvi hisce 1. qvod parens ipsi officium Sacerdotale cum investitura in primogenituram conferre paratus fuit, *Genes. 25.* id qvod omninò non fecisset, si eum à religione veri cultus divini descivisse cognitum & perspectum habuisset. 2. qvod cum fratre Jacobo *Gen. 33.* rediit post plurimos annos in gratiam. 3. qvod ipse qvoq; cum Jacobo patrem senio confectum sepultura Patriarchis sanctis usitata affecit. 4. qvod non est aliqvid pro damnatione ipsius asserenda, vel in toto Vetere, vel in toto Novo Testamento, qvod limam acrioris examinis sustinere valeret. Chananæas, *inqvies* uxores duxit, *Gen. 26 v.34.35.* At idem fecit Judas, de cujus tamen salute qvis qvæso unqvam dubitationem suscepit ullam? *Gen. 38.* Exempla aliorum recensere supersedeo.

An Esau damnatus.

Decimum Oraculum
Sacrum.

Matth. 11, 25.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ναὶ ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, qvod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater, qvia sic fuit placitum ante te.

Zu derselbigen Zeit antwortet JEsus / und sprach: Ich preise dich Vater und HErr Himmels und der Erden / daß du solches den Weisen und Klugen verborgen hast / und hast es den Unmündigen offenbahret. Ja Vater / denn es ist also wolgefällig gewesen vor dir.

JUxta *primam* regulam hîc qvoq; non opus est operoso labore, qvia vocabula omnia satis sunt plana, & facilia unicuivis intellectu. Statim igitur juxta *secundam* regulam, æstimentur antecedentia & conseqventia.

Et ut hic locus dextrè enodetur, aspiciantur ea, qvæ eandem in partem habentur apud Evangelistam Lucam cap. 10. Summa apud utrumq; Evangelistam in his paucissimis comprehenditur, *qvæ seqvuntur*. Simonem Petrum & Andream fratrem ejus piscatores, & jacientes rete in mare Galilæum sibi elegit discipulos Christus *Matth. 4, 18.* Similiter alios duos fratres, Jacobum filium Zebedæi, & Johannem fratrem ejus in navigio cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua, vocat ibidem versu 21. *Item* Matthæum sedentem ad telonium, *Matth. 9, 9.*

Parvuli cur dicantur piscatores & publicanus, discipuli Christi, Et qvomodo his parvulis revelarit Christus omnia Evangel.

His & reliqvis suis *indoctis* discipulis, seu piscatoribus, & publicano dat potestatem super impuros spiritus, & super omnes morbos *Matth. 10, 1. 8.* Hos etiam idiotas tantùm *his paucis instruit:* Profecti prædicate dicentes: Appropinqvavit regnum cœlorum, *vers. 7.* Et cùm tradiderint vos, ne sitis soliciti, qvomodo, aut qvid loqvamini, dabitur enim vobis in illo momento qvid loqvamini, non enim vos estis, qvi loqvimini, sed Spiritus Patris vestri, qvi loqvitur in vobis, *versu 19, 20.*

Exie-

Exierunt igitur & obierunt singulos vicos, evangelizantes & sanantes ubiqve, *Luc.9,6.* Reversi etiam narrant illi cuncta, qvæ fecerant, *Luc.9,10.*

Sed & præter duodecim discipulos Dominus designavit alios septuaginta, & misit eos binos ante faciem suam *dicens*: Sanate invalidos & dicite; Appropinqvavit regnum DEI ad vos. Reversi autem & illi cum gaudio sunt, dicentes: Domine etiam dæmonia subjiciuntur nobis propter nomen tuum. *Luc.10,1.9.17.*

Jam igitur eo ipso momento (qvando nimirum discipuli isti antea indoctissimi, & instar parvulorum ineptissimi, & reliqvi qvoqve reversi annunciant, qvanta fecerint in virtute JEsu Christi, exultavit JEsus Spiritu & dixit: Confiteor tibi Pater cœli & terræ &c. *Luc. 10, 21.* qvod hæc abscondisti à prudentibus, (qvod tibi discipulos non selegisti ex doctissimorum sacerdotum collegio) & revelasti parvulis (*hoc est*, ad annunciandum Evangelium aptos fecisti brevissimo tempore illos, qvi coram mundo videbantur ineptissimi.) Ita tibi placuit Pater, (*hoc est*, hac ratione tuo Evangelio fidem & auctoritatem conciliare voluisti, qvod non doctissimorum opera, sed contemtissimorum hominum ministerio sparsum fuit sacrosanctum istud verbum.) *NB. Hoc diligenter notet lector.*

Apud Matth. 11, 25. dicitur: *In illo tempore* RESPONDENS JESUS *dixit &c.* qvia nimirum inter eos de tanta felicitate præcesserant interlocutiones. Tunc igitur Christus; Confiteor tibi Pater cœli & terræ, qvod absconderis hæc à sapientibus & intelligentibus, & revelaris ea infantibus, etiam Pater, qvia ita placuit tibi. Tuncq; conversus ad discipulos seorsim *dixit:* Beati oculi, qvi vident, qvæ vos videtis. Dico enim vobis, qvod multi Prophetæ & Reges cupierunt videre, qvæ vos videtis, & non viderunt, & audire, qvæ vos auditis & non audierunt. *Fuerunt* autem ipsi qvoqve septuaginta discipuli ex numero simplicium idiotarum, idq; objiciunt Christo *Johan 7, 48.* Num qvis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis. Et *Joh. 12, 22.23. qvanqvam* tandem ex Principibus multi crediderunt in eum, tamen propter Pharisæos non confitebantur, ne Synagoga moveretur. Dilexerunt enim hominum gloriam potius, qvam gloriam DEI.

His præmissis facillima est & verissima responsio ad illam solemnem gratiarum actionem: *Confiteor tibi Pater Domini cœli & terræ, qvod hæc absconderis à sapientibus, & revelaris ea infantibus.* Si enim Deus Pater Filio deputasset doctissimos & sapientissimos ex toto ordine Pharisæorum, qvi Christo viam præparassent, tum potentia & virtus Christi in edendis miraculis & verbi ejus in convertendis hominibus non ita clarè eluxisset.

xiſſet. Qvando verò juſſu Patris Filius elegit homines & idiotas indoctos & ſimpliciſſimos, eosq; tam ſubitò omni Theologicâ doctrinâ excellere facit, donoq; miraculorum exornat, & toti mundo ſpectatos ſiſtit, unde Chriſti ipſius gloria plus elucet. Et pro hoc inſigni beneficio Chriſtus Patri in verbis iſtis gratias agit. Non igitur mens Chriſti eſt, qvaſi Deus viam ad ſalutem æternam ſapientibus inviderit aut abſconderit, eamq; revelarit infantibus, ſed qvod indoctos piſcatores ipſe elegerit Apoſtolos, unde gloriæ Chriſti magnitudo emicaret clarius. Rediit etiam hinc gloria qvædam ad ipſum Patrem, ſicut Chriſtus inqvit *Joh.15, 18.* In hoc glorificatus eſt Pater, ut fructum multum afferatis.

UNDECIMUM ORACULUM SACRUM.

1.Cor.1,26,27.

Cum præcedente loco maximam cognationem habet locus alius, & iſte alius etiam ſua perſpicuitate magis illuſtrat præcedentem.

Βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, ἐ πολλοὶ δυνατοὶ, ἐ πολλοὶ ἐυγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τῦ κόσμυ ἐξελέξατο ὁ Θεός. &c,

Videtis vocationem veſtram, fratres, qvod non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed qvæ ſtulta ſunt mundi, elegit DEus.

Sehet an / lieben Brüder / euern Beruff / nicht viel Weiſen nach dem Fleiſch / nicht viel Gewaltige / nicht viel Edle ſind beruffen / ſondern was thöricht iſt für der Welt / das hat GOtt erwehlet.

UT ejusdem loci nativam ſententiam aſſeqvaris, iterum non opus eſt laborioſa operatione & praxi *primæ* regulæ, ſed ſtatim juxta uſum *ſecundæ* regulæ, accuratè conjungas & aliqvoties perlegas tria priora capita iſtius Epiſtolæ cum exordio capitis qvarti. *Verſu igitur 10. capitis 1. & ſeqq. hæc ordine reperientur.*

Precor vos fratres per nomen Domini noſtri JESU CHRISTI, ut non ſint inter vos diſſidia. Signiſicatum enim eſt mihi de vobis, qvod unusqvisq; veſtrum

strum dicit; Ego qvidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha, ego autem Christi. Numqvid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ego verò gratias ago DEO, qvod neminem vestrum baptizavi &c. Non enim misit me CHRISTUS, ut baptizarem, sed evangelizarim, NON IN SAPIENTIA VERBI, ut non evacuetur Crux CHRISTI. Verbum enim crucis pereuntibus est stultitia, nobis autem, qvi salvamur, potentia DEI est. Scriptum enim est: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, ubi sapiens, ubi Scriba, ubi conqvisitor hujus seculi, nonne stultam fecit DEUS sapientiam hujus mundi &c. Nam stultitia DEI sapientior est, qvàm homines & qvod infirmum est DEI, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestram fratres, qvia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed qvæ stulta sunt mundo, elegit DDUS, ut confundat fortia ignobilia mundi & contemtibilia elegit DEUS, & ea, qvæ non sunt, ut ea qvæ sunt, destruat. Ex ipso vos estis.

Non sapientes mundi deputavit prædicationi Evangelii Christus

Piscatores elegit DEUS Apostolos per qvos confunderet Philosophos sapientissimos.

Jam cap. 2. v. 1. 4. 5. 7. 8. *Et ego cùm venissem ad vos, fratres, veni non per sublimitatem sermonis, & sermo meus non in persvasibilibus humanæ sapientiæ verbis, ne fides vestra consistat in sapientia hominum, sed in virtute DEI; sapientiam enim loqvimur, qvæ abscondita est, qvam prædestinavit DEUS ante secula in gloriam nostram, qvam nemo Principum hujus seculi cognovit. Si enim cognovissent, nunqvam Dominum gloriæ crucifixissent.*

Cap. 3. v. 4. 21. 22. 23. *Adhuc igitur carnales estis, cum qvis dicit: Ego sum Pauli, alius autem, Ego Apollo. Itaq; nullus glorietur in hominibus, omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Appollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive presentia, sive futura, omnia enim vestra sunt; Vos autem Christi, Christus autem DEI.*

Cap. 4. v. 1. *Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum DEI.*

Hactenus verba omnia Pauli Apostoli, *ex qvibus inter se junctis, collatis & æstimatis* ad amussim patet, qvod non agatur unicè de æterna prædestinatione ad vitam æternam, sed de segregatione certorum mediorum & ministrorum ad prædicationem Evangelii, ad qvam non doctos hujus seculi, sed stultos idiotas gravibus de causis separare & destinare voluit Dominus. Interim tamen in æterna sua prædestinatione hæc omnia ita facere decrevit DEus, ubi etiam non potentes, sed spiritu pauperes & credulos elegit.

DUO-

DUODECIMUM ORACULUM SACRUM.

Matth. 11, 21. 22. 23. 24.

Οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδὰν, ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν; πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν, καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ: ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί.

Væ tibi Corazim, væ tibi Bethſaida, qvia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, qvæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Qvin etiam dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii, qvàm vobis. Et tu Capernaum, num qvid usqve ad cœlum exaltaberis, usqve in infernum deſcendes, qvia ſi in Sodomis eſſent virtutes, qvæ in te factæ ſunt, manſiſſent usqve ad hodiernum diem. Veruntamen dico vobis, qvia terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii, qvam tibi.

JXxta *primam* regulam non opus eſt magno labore, qvia omnia ſatis ſunt plana, etſi qvod in verſu 23. conſeqvente verſioni antiqvæ inſeritur particula FORTE, *Fortè* manſiſſent usq; ad hanc diem, qvæ neq; in Græco in hanc ſententiam habetur, neq; à Luthero in Germanicam verſionem pervenit. Rectiſſimè autem Lutherus in ſua utriusq; ſcripturæ veteris & novæ verſione abſtinuit ab illis vocabulis, qvæ tamen Sanctes Pagninus alioqvin doctiſſimus Interpres ſæpius interſparſit, ut ſunt *Profectò, Certè, Fortè Forſitan*, Id qvod ex collationibus verſionum mutuis benevolus lector plus ſatis deprehendet.

Juxta *ſecundam* igitur regulam pro nativa declaratione horum Oraculorum Chriſti, legantur qvàm proximè præcedentia in Matthæo, & in Luca. Et quidem in Luca præcedunt iſta, quod Septuaginta miſſi acceperint *hæc mandata: In qvamcunq; domum ingrediemini, primum dicite: Pax huic domui, in qvamcunq; urbem ingreſſi fueritis, edite, qvæ apponuntur vobis, & ſanate invalidos, qvi in ea fuerint, & dicite: Appropinqvavit regnum DEI ad vos. In qvamcunq; autem urbem ingreſſi fueritis, & non exceperint vos,*

vos, egressi in plateas ejus dicite: Etiam pulverem, qvi adhæsit nobis ex urbe vestra abstergimus in vos; tamen hoc scitote, qvod appropinqvavit ad vos regnum DEi. Dico autem vobis, qvod Sodomis in illo die tolerabilius erit, qvam illi urbi. Væ tibi Corazim & Bethsaida, &c.

In Matthæo autem præcedunt hæc: *Tunc cæpit ita exprobrare urbibus, in qvibus facta fuerant plurimæ virtutes ipsius, & qvod non resipuissent: Væ tibi Corazim &c. Væ tibi Bethsaida &c.*

In his igitur verbis nil aliud dicitur, qvam qvod (*non fecit taliter omni nationi*) intra Judæam facta sit specialis revelatio DEi, qvalis nunqvam facta fuit in Sodoma, Tyro & Sidone.

Intra Judæam & in Capernaum missi venerunt Apostoli & legati Christi, ibiqve stupenda ediderunt miracula divinæ potentiæ testimonia indubitata. Ad Tyrum, & Sidonem, & Sodomam tales legati nulli unqvam venerunt, nec ullæ ibi tales factæ sunt virtutes. Si olim tales virtutes in ipsis editæ fuissent, utiqve tandem in sacco & cilicio pœnitentiam egissent. Respectu enim Sodomorum, Tyriorum & Sidoniorum deteriores fuerunt Coracini, Bethsaidini, Capernaitæ. Et respectu Corazim Bethsaidæ & Capernaum innocentior fuit Sodoma, Tyrus & Sidon, id qvod hoc loco os veritatis Christus asserit.

Qværitur autem jam, cur olim in Tyro, Sidon & Sodomis nulla curaverit fieri & edi miracula Dominus, præsertim cum hoc loco ipse Christus asserat, miraculis lucrifieri Sodomitas, Tyrios & Sidonios potuisse?

Respondetur. Sodomitæ verbum Domini habuerunt per Lothum concionatorem, ut & per Patriarcham Abrahamum in vicinia. Qui legem & testimonium habent, sufficit illis ut dicant & faciant secundum verbum, Esa. 8. v. 20. Non enim opus est, ut omnibus ubiqve locorum, & qvotidie miracula nova procuret Dominus. In deserto, qvo plura & magis diviniora edebantur miracula, eo populus indies reddebatur deterior, elatus nimiis istis apud ipsum factis miraculis. Et neqve hodie DEus facit miracula sub Papatu, sub Turca, & sub aliis, cum in iisdem locis sacra adsint Biblia, & adsint concionatores in vicinia puri. Vide eruditum libellum *Philippi Nicolai*, qvem scripsit de Regno Christi, ibiqve ad oculum convincit, etiam nomen JEsu Christi notum esse omnibus omnibus angulis totius mundi. Cur igitur occasione ipsa Papistæ, Turcæ & alii non accuratius inqvirunt apud exteros de vera fide? Mercatores Polonici, Turcici, Hispannici pecuniæ caussa legatos in abditissimas mittunt terras, cur eadem industria non navatur animæ saluti? Cur conveniunt Mercatores diversarum religionum, & de mercibus prolixa colloqvia

habent, de religione autem ne unum verbum? Utqve hoc negotium pro gloria DEI semel expeditius præbeam, inde ab initio mundi omnibus seculis verbum DEI publice utiqve locorum spargi solitum fuit, & audiri potuit ab omnibus, cunctis & singulis, ne uno individuo excepto.

An ante diluvium notitia de vero DEO cunctis hominibus patuerit?

Ante Diluvium primo vivacissimi fuerunt Patriarchæ, qvi nepotibus, pronepotibusqve & reliqvis in decimam & vicesimam, & centesimam & millesimam ferme generationem de via salutis præcepta, viva voce vel ore ad os procurarunt sufficientia, ne qvos in hac vita nominis esse & bonorum hæredes futuros viderent, in altera citra culpam suam gehennæ addictos conspicere necessum haberent.

Deinde, qvi etiam longius, imo longissime ab Adami templo seu ara circa Hierosolymæ tractum (*qvod alibi evici*) constituti aberant, tamen adminicula & ὁρμητήρια ut multa, ita evidentissima habuerunt, de cognoscenda accipienda & tractanda vera fide. Ipse egregius Hortus, qvi *Paradisus* appellatur, qvem Dominus DEus ipse plantaverat speciosum, & fructibus vitam corporalem vehementer roborantibus commendatissimum, duravit inviolatus usqve ad Diluvium, in qvo demum mutationem passus fuit. Non tantum autem duravit, sed & toti generi Humano, qvod à lapsu usqve ad Diluvium vixit, maximopere innotuit *ex hoc capite*, qvod nullum hominem intromitteret. Angeli enim virtute divina armati undiqve omnem prohibebant accessum, solumqve ex vicinia concedebant aspectum, sicut e contra Judæi per Hadrianum tandem Hierosolymam etiam ex longinqvo aspicere vetebantur. Hinc igitur in toto genere humano ansa præbebantur disputationibus, cur pulcerrimus ille locus solus maneret inhabitabilis, juxta qvem creatus fuerat primus homo, qvem primo homini domicilium, & cubiculum paraverat ipse DEus, qvæ fuerit causa ejecti primi incolæ, à qvo DEus hæc omnia ita fierent & dispensarentur, qvam diu hortus conclusus manere debeat, an & a qvo iterum porta in Paradisum aperiri posset. Perinde enim sicuti hodie totus orbis terrarum novit, Hierosolymam ita destructam esse, ut templum ibi in æternum ita ædificari neqveat, ut recipiat ex alto ignem cœlestem, qvi solus sacrificiis conficiendis adhiberi potest; & ex illo visibili, & in oculos omnium viventium signo occasionem captare potest, debet, solet inqvirendi causam tanti excidii, contemtum videlicet Salvatoris cœlitus mundo donati; ita qvoq; tunc res sese habuit.

Vide tractatum de sacrificiis, disputatione septima, thesi 24. & seqq.

Acces-

Accessit *tertio* sacrificiorum spectaculum, qvod non licebat instituere nisi in unico loco, circa istum videlicet locum, in cujus vicinia erat ipse sedes Paradisi, & ut alibi convici, juxta Judæam, cum Paradisus esset intra vel certe juxta Babyloniam. Ista sacrificia fuere qvotidianæ combustiones armentorum, qvæ nullo alio igne perficiebantur, nisi qvem DEus cœlo ipse super crudas demiserat & accenderat carnes. Ut enim sæpius sui agnitionem infinitis hominibus faciliorem redderet, & renovaret, sæpius tum talem ignem ex alto porrexit super sacrificia, sicut sacras historias scrutantibus facile patebit. Conjuncta hæc duo externa signa vim magnam habuerunt, modo non fuissent turpiter neglecta ab hominibus antediluvianis. Tanti enim nominis ea fuerunt, ut etiam post Diluvium a Patribus sanctis intra suas Ecclesias inculcata, pervenerint in notitiam Ethnicorum hinc inde.

Vide tractatum meum de sacrificiis disputatione qvinta.

Unde enim alias & alii ante *Ovidium*, & tandem ex istis suis majoribus præceptoribus *Ovidius* accepisset ea, qvæ habet *in libro primo Metamorphoseωn, fabula prima, secunda, tertiaqve*, quod (*juxta Micylli editionem, & ei annexa argumenta*) chaos fuerit, Hesiodo auctore, ante creationem mundi, tanqvam mutata rerum confusio, qvæ in suas species distributa cesserit, & qvod distinctis jam & a se discursis elementis cuilibet regioni sua fuerint attributa elementa, & postea homo, veluti terræ futurus cultor, ac Dominus procreatus; qvodq; seculum aliqvod fuerit aureum, & qvod hoc mutatio in argenteum (*fabula 4.*) graviora incumbere cœperint mortalibus, terraqve negaverit fruges per se crescentes, ita, ut duris agriculturæ laboribus alimenta vix compararentur, & qvod succedente tempore alii alios ferina crudelitate, e terra tollere non erubuerint (*fabulas.*) qvodqve Gigantes extructis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus ipsis cœlestibus inferri conati fuerint (*fabula 6.*) qvodq; habita deliberatione DEorum, decretum fuerit Diluvium (*fabula 9.*) qvodq; post Diluvium Cymbula Deucalionis una cum Pyrrha Epimethei filia, & conjuge sua charissima, qvi soli e cunctis mortalibus superfuerint, in parnasso monte Boeotiæ altissimo ad nubes usqve penetrante consederit. (*fabula 10.*)

Ovidius exempli loco proponitur.

Hæc vero omnia vel qvilibet ex puerulis nostris intelligit ex Bibliis historicis desumpta, per rumorem vicinarum Ecclesiarum Patriarchalium pervenisse inter gentes: Et speciatim prætermittendum non est, qvod *fabula nona* versus qvosdam *Sibyllinos* de interitu mundi extantes interpretari & inserere voluit *Ovidius* hisce:

Esse qvoq; in fatis reminiscitur, affore tempus,
Qvo mare, qvo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Ovidius scribit, mundum igne conflagraturum.

Etiam Lucretius mundum interiturū scribit.

Inqvam sententiam *Philippus Camerarius* l. 1. succis. cap. 41. adducit alios *Lucretii* versiculos istos:

Una dies dabit exitio, multosqve per annos
Sustentata ruet moles & machina mundi.

Unde qvæso Ethnici de *Ambrosia & Nectare* suas acceperunt fabulas, nisi per rumorem vicinarum Ecclesiarum Patriarchalium, de Ambrosia Paradisi, ubi *arbor* erat *Vitæ*, qvod ipsi postea confuse sparserunt, ut recte *Cic. lib. 2. Tuscul. qvæst. scripserit.* Non enim Ambrosia DEos, aut nectare, aut juventute pocula ministrante lætari arbitror.

An post diluvium vera DEI notitia cunctis patuerit?

Post Diluvium iterum nihil desiderari posse in *vocationi DEi universali*, ex his, qvæ seqvuntur, manifestissimum apparebit. *Turris Babilonica & Diluvii* memoria recens tunc plurimis ansam porrexit inqvirendi causas, & ipsum vindicem verum DEum.

Postea Sacramentum *circumcisionis* coram mundo visum stultissimum, pervolavit orbem terrarum adeo, ut pleriqve omnes Ethnicorum libri aliqvid de eodem habeant, vel in ludibrium Judæorum, vel in æmulationem eorundem. Cogita enim Lector, si hodie adulti trecenti octodecim homines in uno loco decurtarent patriculas ex membris suis genitalibus, sicut fecit Abraham sibi & suis annon hæc fama pervolatura esset omnes angulos orbis terrarum, tanqvam res ab insanis, vel risu dignissimis suscepta. Elegit igitur DEus tunc ritum talem per cujus occasionem doctrinam de verbo Deo, & de Messia nascituro ex genitalibus, & ex semine istius populi longe celerius, longeqve latius propagavit qvam si concionatores mille instruxisset, & in varias Provincias immisisset. Ridicula enim avidius excipiuntur, & citius longiusqve disseminantur. Ex hac igitur audita ceremonia omnes gentes ansam arripere debuerunt, ulterius scrutandi de causis tanti ridiculi ritus.

Gen. 1, 11. & 17, 27.

Similis ritus fuit ille, qvi occupatus erat in qvotidianis combustionibus pecorum *sacrificialium*, qvæ erant typi Salvatoris nostri passuri & morituri. Hoc itaqve ritu cœlestis Pater filii sui futuram passionem ac mortem longe citius, longeqve latius propagare potuit, qvam ullis concionibus infinitorum Prophetarum: Id qvod inde constat, qvod omnium propemodum Ethnicorum scripta aliqvid habent & ipsa de sacrificiis in honorem suorum DEorum. Salomon uno tempore in dedicatione templi sacrificavit pro pacificis sacrificiis boum *duo & viginti millia*, ovium vero *centum & viginti millia*, l. 1. Reg. 8. v, 63.

Sed

Sed & nulla dies abiit a reparato post lapsum genere humano, usq; ad Christum exaltatum ad dextram æterni Patris, ubi non, ut ante Mosen in amplissimis Patriarchalibus Ecclesiis, ita post Mosen ex variis maximeqve dissitis locis varia offerrentur sacrificialia pecora, adeo, ut noctes & dies urserit ignis sacrificialis. Levit. cap. 9. 6. 12. Ex hoc Dei verbo non vocali, sed rituali incurrente in oculos, & auditum omnium individuorum sub toto sole, seculis qvibusvis, itidem occasionem habere debuerunt inqvirendi de vero autore, de causa finali. Sic enim pervenissent ad veram notitiam Patris cœlestis, & Mediatoris nostri Jesu Christi.

Unde tanta copia pecorum, cogita enim lector quanta sit.

Qvod interim vero Satanas contra Dei voluntatem sacrificiales ritus excitavit inter omnes populos totius mundi, in omnibus angulis, ut ita obscuraretur & prorsus oblitaretur rituale hoc Israeliticum Evangelium, & incertissima redderetur sedes, & ratio Christi passuri, hoc Ethnici sibi adscribant, suæq; negligentiæ & incuriæ, ut nihil dicam de illa non satis ab ipsis Ethnicis animadversa & æstimata Diaboli fraude; qvando pro sacrificialibus divinitus institutis pecoribus victimas poscere solitus fuit humanas, de qvibus iterum malo tacere, qvam nimis pauca dicere; qvæ victimæ humanæ in America adhuc tempore superiore circa Annum Christi 1490. durarunt, sicut testantur, qvi Americæ inventionem descriptam nobis reliqverunt.

Gentes sacrificare non debuerunt, sed qværere de fine sacrificiorum verorum Israeliticorum.

Sed nec Scripta S. & Oracula divina Ethnicis post diluvium ita incognita manserunt. *Justinus Martyr.* in admonitione ad gentes, & *Eusebius* de Præpar. Evangel. & *Theodoretus* de Græcorum affectionibus, Platonem ex Hebræorum libris multa in suos transscripsisse referunt. Multa huc facientia legant pii apud *Josephum* in libris adversus Appionem.

Dignior autem præ aliis est historia, qvæ extat lib. 1. contra Appionem. Qvod autem non solum sciebant Judæos, sed etiam in qvotqvot inciderent admirabantur, non e vulgo Græci, sed ob sapientiam celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nulli secundus, in primo libro de somno dicit, *Aristotelem* Doctorem suum de viro qvodam *Judæo* ita referre, & ipsi Aristoteli eundem sermonem adscribit, qvod ita conscriptum est. Sed & alia qvidem longum est dicere. Qvæ vero habere potuerunt, illius admirationem qvandam, atqve Philosophiam, ea duco operæ precium referre. Et Hyperochides, vehementer, inqvit, audire desideramus universi. Igitur secundum præcepta, Aristoteles inqvit, Rhetorica, ejus genus primo indicabimus, nec reluctemur Doctoribus Præceptorum. Dic, inqvid Hyperochides, ita si placet, tum ille: genere igitur Judæus erat e Cœlosyria, qvi sunt ex propagine Philosophorum Indorum, vocanturqve, ut ajunt Philosophi, apud Indos Cœlani, apud Syros autem Judæi, nomen accipientes a loco. Locus enim ubi habitant, appellatur

Colloqvium Judæi cum Aristotele.

Aristoteles nomen urbis Hierusalem dicit esse difficile

Aristoteles Judaum suum vocat divinum & gravem eloqvio & animo. Sine dubio Judeus ipsum gravibus argumentis constrinxit

Judæa: nomen vero civitatis valde difficile est. Vocant enim eam nomine *Hierusalem*. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, gravissimus erat, non solum eloqvio, se etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, cum Divinis homo venisset ad loca, confabulari cæpit nobiscum, & cum aliis scholasticis eorum sapientiam tentans, cumqve multi eruditorum congregarentur, *tradebat* potius *aliqvid eorum*, qvæ habebat. Hæc ait Aristoteles apud Clearchum; & in super multam ac mirabilem continentiam viri *Judæi* in cibis, & castitatem narrat. *Hactenus verba Josephi historici libro primo contra Appionem, prope ex medio istius libri.*

Lector, EXPENDE hæc verba Aristotelis.

Habuit igitur occasionem Aristoteles exoptatissimam conferendi cum viro Judæo, qvem laudare vehementer necessum habuit, ut refert Aristotelis discipulus Clearchus, ex qvo hoc citat Josephus tunc omnibus Romanis notissimo autore. Sed inqvit Aristoteles, *potius tradebat* illi Judæus *aliqvid eorum*, qvæ habeat. Nimirum animadvertit, Aristotelem in doctrina sacra prorsus esse jejunum & infantilem. Has pueriles opiniones vir ille divinus risit & dixit: Multum aberras, mi Aristoteles, audi, qvæ ego ex verbo divinitus nobis revelato, de Deo primo motore, & de summo hominis fine dicam.

Observationes annorũ 1903. Babylone accepit Aristoteles.

Sed nec aliæ defuerunt aureæ occasiones Aristoteli perveniendi ad viam veræ religionis. Refert Aristotelis Commentator super libros de cœlo, nimirum *Simplicius lib.* 2. (*complectuntur Commentaria illa super librum 2 de cœlo paginas, ut vocant, in folio 45. inter quas ante finem pag. 12. hoc continetur*) quod Aristoteles ab Alexandro Magno Babyloniæ victores acceperit observationes ex Babylone annorum mille nongentorum trium. Quod observationes suas coctilibus laterculis committere soliti fuerint Babylonii, Lector colliget ex iis, qvæ extant de Babylonicis qvibusdam aliis observationibus ap. Plin. lib. 7. cap. 56. Si ergo accepit, ut accepit Aristoteles circa finem vitæ Alexandri Magni per Callisthenem cognatum suum, ex Babylonia observationes annorum 1903. tum accepit ipse Aristoteles observationes inchoatas Anno mundi millesimo, septingentesimo tricesimo septimo, terminatasque anno mundi 3640. Inchoabantur igitur illæ observationes anno post Diluvium octuagesimo, post qvem vixit *Heber*, a qvo dixi sunt *Hebræi*: post quem vixit *Peleg*, cujus ætate terræ orbis fuit divisus inter habitatores suos, post qvem ædificata fuit Turris Babylonica, ut de reliqvis consecutis, usque ad mortem Alexandri Magni prorsus taceam.

Ex illis observationibus Historicis & Mathematicis, aliisq; tot annorum, tanquam ex thesauro quodam mundi plurima de Deo creatore & gubernatore omnium rerum sine omni dubio addiscere potuisset Aristoteles; sed qvi nec intellexit, nec magnopere curavit, toti posteritati thesaurum il-

lum

ium totum turpissime perdidit, omnino de omni posteritate hac ratione pessime meritus. Sicut autem sua doctrina de autoritate per tot elapsa secula numerosa fecit Philosophos præstantissimos: ita si occasione illa rectius fuisset usus, potuisset innumeros efficere cultores veri Dei per eadem ipsa omnia secula.

Adscribo huc, qvæ de eodem Philosopho habet Theodorus Zvvingerus lib. 7. Voluminis secundo in suo Theatro: Aristoteles Philosophus, cum extrema sibi ingruere præsensisset, dolore ac spe in lacrymas amplius profusus, primæ causæ misericordiam intentius imploravit. Qvin & Homeri sententiam ex Odyssea vehementer approbavit, qva non esse Diis immortalibus indecorum pronunciatur, hominis naturam induere, qvo ab errore sevocentur mortales. Qva in re Christi præsensisse adventum augurantur nonnulli, ejus viri gloriæ inprimis addicti. Cœlius lib. 16. c. 34. A. L. versum non ascribit. An forte is est, quem Odys. H. Alcinous profert, cum Ulysses mendicantis habitu, a nullo conspectus, in regiam penetrasset:

Sæpe Poetæ miscuerunt carminibus talia, qvæ sapiunt aliqvid de doctrina sacra.

Εἰ δέ τίς ἀθανάτων γε κατ᾽ οὐρανοῦ εἰλήλουθεν
ἄλλο τοι δή τόδ᾽ ἔπειτα θεοὶ περιμηχανόωνται.

Qvibus versibus innuit, Deum ad homines descendere posse magno cum mortalium bono. *Hactenus verba Theod. Zvvingeri.*

Etsi vero Zwingerus judicat, ex nimio amore erga Philosophum istum a quibusdam asseri, qvasi potuerit habere Aristoteles etiam gustum de adventu Messiæ; tamen isto judicio rigido opus non fuisset. Fuit enim promissum Messiæ, ante Christum natum, celebre, & notum in omnibus angulis mundi & linguis.

Exemplum adducemus illustre de Cicerone, ex libris ejusdem de Divinat. *Verba libri 2. sese habent*: Sibyllæ versus observamus, qvos illa furens fudisse dicitur. Qvorum interpres nuper falsa qvædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, *eum, qvem revera regem habebamus*, appellandum quoq; esse regem, si salvi esse vellemus.

An suo tempore Cicero aliqvid audierit de Messia.

Hoc si est in libris, in quem hominem & in quod tempus est? callide enim qui illa composuit, perfecit, ut, quodcunq; accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum prædictione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum Poëma declarat (est enim magis artis & diligentiæ, qvam incitationis & motus) tum vero ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur ut in qvibusdam Ennianis, qvæ Ennius fecit. Id certe magis est attenti animi, quam furentis. Atq; in Sibyllinis ex primo versu cujusq; sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne prætexitur. Hoc scriptoris est

Ἀκροστιχὶς.

non,

non furentis: adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrem Sibillam quidem sepositam & conditam habeamus, ut, id qvod proditum est a majoribus, injussu Senatus ne legantur qvidem libri, valeantq; ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones: cum antistibus agamus, ut qvib9 potius ex illis libris, qvam regem proferant, quem Romæ posthac nec Dii, nec homines esse patientur. *Hactenus verba Ciceronis*, qui dicit, se audivisse, ab interprete moneri omnes homines, ut eum appellent regem, quem regem revera habere debeant, & qvod in illis versibus Sibyllinis, ex quibus hæc jam dicta sententia sumitur, ἀκροστιχὶς vel literæ initialis certum sensum præbeant.

Eusebius de Cicerone. Sed jam dudum Eusebius protulit istos versus, quos hoc loco sese legisse Cicero scribit; nec pigeat lectorem cognoscere ipsa omnia *verba Eusebii, qva extant lib. 5. de vita Constantini Imperatoris in hunc modum*: Subiit autem animum meum, etiam extraneorum quoddam de Christi divinitate testimonium commemorare. Ex his enim, etiam blasphementium ipsum animus, Deum ipsum esse, ac Filium Dei novit, si saltem suis ipsorum sermonibus credunt. Sibylla igitur Erythræa, quæ seipsam sexta post Diluvium generatione vixisse, & Sacerdotem Apollinis fuisse dicit, diadema ex æquo una cum Deo cui serviebat, gestas, & tripoda, circa quem serpens versabatur, colens, & appropinqvantes ad se abjiciens, propter dementiam parentum, qui etiam tali cultui tradiderant, ob quam etiam dedecorosæ furiæ, & nihil casti fiebat, sicut commemorant, qui de Daphne scribunt. Hæc, inquam, Sibylla intus in ipsis aliquando adytis importuna superstitione occupata, ac divina certe inspiratione referta, carminibus futura de Deo vaticinata est, perspicue in serie primarum literarum, quæ Acrostichis dicitur, historiam Adventus Jesu declarans. Est autem ἀκροστιχὶς ista Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός (Jesus Christus DEi Filius, Servator Crux. *Hactenus verba Eusebii.*

Ergo, si liber secundus de Divinatione est Ciceronis, & a Cicerone revera scriptus, qui Cicero interfectus fuisse scribitur in Chronico Funccii, seu Osiandrico, anno ante natum Christum circiter quadragesimo, tum Cicero legit hæc verba Sibyllini carminis ἀκροστιχίδα conficientia hanc: Jesus Christus Filius, Crux, Servator. Esse autem libros istos de Divinatione Ciceronis, nemo in hunc usq; diem dubitavit. Ergo certissime legit Cicero illam ἀκροστιχίδα, & de ista miratur in suo libro *& dicit*: Non esse ea verba furentis, aut insani, sed adhibentis diligentiam.

Ecce autem, Lector, subjiciam tibi ex eodem *Eusebio* carmen istud græcum Sibyllinum ipsum. Res enim hæc digna est notatu præ aliis multis. Carmen igitur græcum Sybillinum ita habet, cum subjecta versione *Wolffgango Musculo interprete, &c.*

VERSUS

VERSUS SIBYLLÆ ERYTHRÆÆ CONTINENTES ACROSTICHIDA HANC, JESUS, CHRISTUS, DEI FILIUS, SALVATOR, CRUX.

Hoc Versus legit Cicero teste Eusebio, ante natum Christum.

I IΔρώσει γὰρ ἰχθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται,
Η ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σ σάρκα παρὼν κρῖναι πᾶσαν καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ο ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι
Υ ὕψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο.
Σ σαρκοφόρων ψυχὰς δ' ἀνδρῶν ἐπὶ βήματι κρινεῖ
Χ χέρσος ὅτ' ἄν ποτε κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται.
Ρ ῥίψουσιτ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
Ι ἰχνεύων ῥήξει τε πύλας εἰρκτῆς ἀΐδαο.
Σ σὰρξ νεκρῶν τότε πᾶσ' ἐν ἐλευθέριον φάος ἥξει.
Τ τοὺς ἀκίους ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ο ὁππόσα τις πράξας ἔλαθεν τότε πάντα λαλήσει.
Σ στήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωτῆρσιν ἀνοίξει.
Θ θρῆνος δ' ἐκ πάντων ἔσται καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε ἐκλείψει σέλας ἠελίου ἄστρων τε χορεῖαι.
Ω οὐρανὸν εἱλίξει, σελήνης δὲ τὸ φέγγος ὀλεῖται.
Υ ὑψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν
Υ ὕψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ι ἶσα τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο οὐκ εἰς πλοῦν ἥξει, γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ.
Σ σὺν πηγαῖς ποταμοὶ καχλάζοντες λείψουσι.
Σ σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ω ὠρύουσα μύσος μέλλον καὶ πήματα κόσμου,
Τ Ταρταρέουτε χάος δείξει τότε γαῖα χανοῦσα.
Η ἥξουσι δὶ ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες,
Ρ ῥεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς ἠδὲ θεείου.
Σ σῆμα δέ τοι τόδε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον οἷον
Τ τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται.
Α ἀνδρῶν εὐσεβέων ζωὴ πρόσκομμα τε κόσμου
Υ ὕδασι φωτίζων κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς
Ρ' ῥάβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη γε κρατήσει.
Ο οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστίχοις θεὸς ἡμῶν
Σ σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

CARMINIS SIBYLLINI VERSIO Latina paulo ante indigitata.

I JUdicii fuerit cum ſignum, terra madebit,
H E cœlo veniet princeps per ſæcla futurus.
Σ Scilicet ut carnem præſens & judicet orbem.
O Omnis homo hunc fidusq; DEum infidusq; videbit
Y Una cum ſanctis excelſum fine ſub ævi.
Σ Sede ſedens animas cenſebit corpora & ipſa.
X Cherſus erit mundus, ſpinas feret undiq; tellus.
P Rejiciens portas infringet carceris atri.
I Idola abjicient homines, & cuncta metalla.
Σ Sic etenim cunctæ veniet lux libera carni
T Tunc ſanctis: Ignis ſontes æternus aduret.
O Occultos actus omnes tunc qvisqve loqvetur,
Σ Sed tenebroſa DEus colluſtrans pectora pandet.
Θ Threnus erit cunctis, & ſtridor dentis adeſi,
E Effugiet ſolis jubar, aſtrorumq; choreæ.
O Omne poli lumen ſolvetur, & aurea luna,
U Valles extollet, collesqve a vertice perdet
Y Usqvam nec celſum mortalibus aut grave qvicqvam.
I Inde æqvi montes campis, hinc cærula ponti
O Omne ratis ſpernent onus, hiſce & fulmine tellus.
Σ Sic fontes areſcent, & flummis alvei.
Σ Stridula tum qverulum ſonitum tuba fundet Olympo
Ω Orbis grande malum rugiens, & damna futura,
T Tartareumq; chaos monſtrabit terra dehiſcens,
H Et venient omnes reges Domini ante tribunal.
P Refluet & cœlo tunc ſulphuris amnis & ignis,
Σ Sic cunctorum hominum fient manifeſta ſepulchra.
T Tunc lingnum fidis erit exoptabile cornu.
A Atq; piorum vita hominum nocumentaq; mundi
Y Unde luſtrabunt biſſeno in fonte vocatos.
P Rex paſtoris erit nobis & ferrea virga.
O Omnipotens DEus eſt præſcriptus verſibus iſtis
Σ Servator noſtro æternus Rex paſſus amore.

Ha-

Habes igitur, Lector, carmen Sybillinum ex Eusebii Commentario super vitam Constantini Imperatoris.

Cæterum *Casparus Peucerus* in libro suo de divinationum generibus existimat hoc carmen profectum esse a piis hominibus sub Christianismo post jam dudum natum Christum. Sed *Peucerum* ista affirmantem satis mirari nunqvam potui, cum Cicero, qvi ante natum Christum mortuus fuit, istius carminis Sibyllini expressissimam faciat mentionem.

Audiamus vero iterum ipsius Eusebii verba, qvibus hanc eandem *Peuceri* objectionem olim ab aliis qvoqve usurpatam solidissime refellit *Sic igitur inqvit Eusebius statim post carmen Sibyllinum a se recitatum*: Et hæc virgo perspicue vaticinari potuit; Hanc ego qvidem beatam judico, qvam Servator providentiæ suæ erga nos vatem elegit. Verum multi sunt, qvi hanc ista vaticinatam esse non credunt, qvamvis Sibyllam Erythræam vatem fuisse confiteantur, sed suspicantur, aliqvem nostræ religionis Poeticæ Musæ non expertem, hæc condidisse carmina, esseq; illa adulterina, & falso Sibyllæ vaticinia dici, cum utiles sententias habeant, multam voluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honestam vitæ conservationem ducentes. Est autem veritas in propatulo, eo, qvod nostræ religionis viri tempora diligenter & exacte contulerunt, non posse conjecturari, qvod poëma hoc a qvopiam pio post Christi defensum factum, & qvod judicium, & mendacium sit divulgare, qvod non sunt hæc carmina olim a Sibylla prædicta. Est enim in confesso Ciceronem poema hoc legisse, illudq; & in Romanam dialectum transtulisse & commentariis suis inseruisse, deniq; hunc imperante Antonio interemptum: Antonio vero postea ab Augusto superatum, qui qvinqvaginta sex annos imperavit, & huic Tiberium successisse, cujus tempore Christi adventus illuxit, & sanctissimæ religionis mysterium obtinuit, ac nova populi successio constitit, de qva eminentissimum Italiæ Poetarum loqvi puto, cum dicit:

Peucerus de carmine Sibyllino dubitat, sed male.

Apparet ex hoc Eusebii loco, Ciceronis illa commentaria adhuc extitisse circa annum Christi 330. postea intercidisse.

> *Unde postea novorum virorum multitudine apparuit.*
> *(Et iterum in alio qvodam Bucolicorum loco:)*
> *Sicelides Musæ paulo majora canamus.*

Qvid manifestius? Adjicit enim: Ultima Cumæi venit jam carminis ætas, Significans videlicet Cumæam Sibyllam.

Nec his contentus ulterius progressus est, tanqvam ipsa necessitas testimonium ipsius desideraret. Qvid iterum dicit?

> *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,*
> *Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.*

Hactenus verba Eusebii, qvi vixit in primitivæ Ecclesiæ exordio. Lector evolvat ibidem qvæ seqvuntur usq; ad finem ferme libri allegati.

Sicut igitur hodie viso Judæo statim servuli nostri exprobrant, qvod adhuc expectet Messiam: ita olim ante natum Christum Israelitæ, ubi pedem figebant, magnificentiam suam jactare nunqvam desinebant, qvod nimirum Regem omnium Regum ex ipsis proditurum expectare debeat orbis terrarum. Hac de causa Thamar Ethnico sangvine nata arsit habere hæredem ex ista linea, qvia non ex libidinis æstu, sed ex pietatis affectione jam indigitata, expetebat, & tandem accipiebat semen Judæ, compos facta voti tam sancti, qvando ex sese vidit natum Peres & Phares, Gen. 38. qvi etiam tandem una cum ipsa nominatur & numeratur in linea Christi, Matth. 1. vers. 3.

An Svetonius habuerit gustum 70. hebdomadum Danielis

Notum est etiam eruditis, qvod in Vespasiano recenset *Svetonius c. 4. his verbis*: Percrebuerat toto oriente vetus & constans opinio, esse in fatis ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, qvantum eventu postea patuit prædictum, Judæi ad se trahentes rebellarunt, cæsoq; Præposito legatum insuper Syriæ consularem suppetias ferentem rapta Aqvila fugaverunt. *Hæc Svetonius*; Dicit igitur: *tota Oriente* percrebuisse famam, eo tempore ex Judæa prodituros, qvi Monarchæ essent futuri. Nimirum juxta computationem hebdomadum Danielis, jam instabat eodem tempore finis istarum hebdomadum, & proclamabatur in toto oriente nunc ad futurum promissum Monarcham, id qvod Judæi probe norant, sed tempore Christi male interpretabantur, pertæsi humilis speciei Messiæ. Alii igitur ad Romanam tunc crescentem Rempubl. traxerunt, & plurimi ad Vespasianum adulatores illud ipsum accommdabant: qvanqvam Cicero de eodem negotio in secundo Divinationum verba faciens dicit: *Qvod posthac nec Dii, nec homines Roma velint Regem esse.* Adeo mundus externis semper plurimum sese passus fuit abduci a cœlestium bonorum inqvisitione & acqvisitione.

Vide Tractatum meum de sacrificiis, disputatione decima.

Toto oriente & occidente nota fuere 70. hebdomades Danielis.

Nec mirum est, illam famam toto oriente, imo occidente (in qvo Svetonius eandem famam audivit) sparsam fuisse, qvia Judæi supra omnem fidem qvovis seculo fæcundi habitarunt in omnibus provinciis sub toto Sole. Etsi enim per Mosen introducuntur in terram Chanaan, tamen mature adeo sunt aucti, ut alias sedes qværere multiplices necessum habuerint. Unde in Pentecoste prima Novi Testamenti adsunt Hierosolymis Judæi ex omni natione sub cœlo Actor. 2. vers. 5. Accedit qvod Christus de Judæis refert, qvod circumeant aridam & mare, ut facere possint vel unum proselytum Matth. 23, 15. Qvid? qvod qvovis tempore ante & post ingressum in terram Chanaan sacrificia Patrum publica fuerunt, in qvibus publice cantabatur de Deo, qvod sit magnificus inter gentes, Hierosolymis tandem Herodes ædificavit etiam atrium gentium.

Audive-

Audiverunt autem peregrinantes Gentes hosce Psalmos, ante & post Davidem. *Laudate Dominum omnes gentes*, Ps. 117. v. 1. *Audite hac omnes gentes auribus percipite omnes qvi habitatis orbem*, Ps. 49. v. 2. *Jubilate DEO omnis terra: Benedicite gentes DEUM nostrum*, Ps. 66. v. 8. *Dominus regnavit, exultet terra, lætentur Insulæ multa*, Ps. 67. v. 1. Et ante hunc Psalmum: *Cantate Domino canticū novum, cantate Domino omnis terra, Cantate* Domino *& benedicite nomini ejus, annunciate de die in diem salutare ejus. Annunciate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus: Dicite in gentibus, qvia Dominus regnavit, judicabit orbem terræ in æqvitate, & populos in veritate sua*, Ps. 96. v. 1. seqq. (qvem Psalmum Tertull. Doctor antiqvissimus & gravissimus in lib. adversus Judæos, post medium libri, c. 10. & in lib. 3. adversus Marcionem c. 19. & 21. suo tempore ita legit: *Dicite in gentibus, qvia a ligno regnavit Dominus* & inde adversus Judæos probat Christum debuisse crucifigi. An jure, lectori erudito committo.) *Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, annunciate inter gentes opera ejus*, Ps. 105. 1. *Israëlitæ sub inde invitarunt publice gentes ad agnitionem veri DEi.*

Tantum autem curavit Suetonius illam prædictionem jam allegatam, qvantum postea curavit ea, qvæ de Christo audivit pluta, qvem ipse *Chrestum* vocat. *Sic enim scribit c. 25. in Claudio*: Judæos impulsore *Chresto*, assidue tumultuantes Roma expulit. Et *cap. 16. in Nerone*: Afflicti suppliciis *Chrestiani* genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ. *Sic enim ipsos locutos fuisse & scripsisse*, gravem testem habemus Tertullianum, qvi in Apologetico adversus gentes c. 3. *ait*: Sed & cum perperam Christianus pronunciatur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de svavitate vel benignitate compositum est. *Hæc ille.* *CHRESTUS vel CHRISTUS in Svetonio*

Anteqvam Sibillam totam relinqvam, hoc adjicio, qvalis qvalis illa fuerit, sive etiam fuisset Diabolica, qvod tamen ita de Christo prædixerit, sicuti Christus a Satana filius DEi acclamatur.

Sed & Judic. c. 18, 6. Idololatricus sacrificulus profert verum oraculum, cui eventus respondit. Qvæ cur fieri voluerit Dominus, facile datur æstimare, nimirum, indulget Satanæ ut ex conjecturis futura prædicat, & homines ipsi addictos magis obduret, in pœnam ipsorum, qvod veritati attendere noluerunt. Summatim, fuerunt ipsæ historiæ Biblicæ gentibus plus satis notæ, qvæ non tantum per famam aliorum ad ipsos spargebantur, sed etiam ab ipsis peregrinantibus Ethnicis plurimis inter Patres, & in Judæa ipsa cognoscebantur, & in terris Ethnicis propagabantur. *Sæpe Diabolus futura certo prædixit.*

Audi qvæso, Lector, ex *Trogi Pompeji* Athnici historia Epitomizantem *Justinum* Ethnicum in Græcorum Monarchia tit. 36. de Judæorum origine differentem, & exordientem ultra Abrahamum, ab historiis, qvæ *Justinus Ethnicus Trogi Pompeji Ethnici abbrevia*

tor sacras historias Genesis describit.] in Babylonia contigerunt, ita tamen, ut confuse & mutilate omnia recenseat, qvæ utiqve debuisset & potuisset purius inqvirere. *Sic igitur Justinus*: Fuit namqvæ Judæis origo Damascena, qvæ Syriæ nobilissima civitas est, unde & Assyriis Regibus genus ex Semiramide fuit, nomen a Damasco Rege inditum, cujus honore Syriæ sepulchrum Arathis uxoris ejus pro templo coluere, Deamqve exinde sanctissimæ religionis habent: post Damascum Abraham, Moses Israel reges fuere. *Sed Israelem* felix decem filiorum proventus majoribus suis clariorem fecit. Itaq; populum in decem regna divisum filiis tradidit, omnesqve ex nomine Judæ, qvi post divisionem decessaret, Judæos appellavit, coliqve ejus memoriam ab omnibus jussit. Ejus portio omnibus accesserat, *minimusqve* inter fratres ætate Joseph fuit, cujus excellens ingenium veriti fratres *clam* interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, a qvibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi Regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & *somniorum* primus intelligentiam condit, nihilq; divini juris humaniqve ei incognitum videbatur; adeo, ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos præviderit, periissetq; omnis Ægyptus fame, nisi monitu ejus Rex edicto servari per multos annos fruges jussisset. Tanta experimenta ejus fuerunt, UT NON AB HOMINE, SED a DEO responsa dari viderentur. Filius ejus Moses fuit, qvem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo commendabat: sed cum scabiem & pruriginem paterentur Ægyptii, responso moniti eum, cum ægris, ne pestis ad plures serpeter, terminis Ægypti pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit, qvæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaqve Moses Damascena patria antiqva repetita montem Synæum occupat, in qvo septem dierum jejunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem more gentis Sabbathum appellatum, in omne ævum jejunio sacravit, qvoniam ille dies famem illis erroremqve finierat. Et qvoniam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eadem causa invidi apud incolas forent, caverunt, ne cum peregrinis communicaret, qvod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionemqve convertit. *Hactenus ille.*

Audi & expende lector, qvanā Ethnicus scribat de Israelitis.

Natus Josephi Moses, ab Ethnicis dicitur.

Pharao tādem extrusit Israelitas qvi Ægyptiorum vasa secum sumserunt, dicit Ethnicus.

Qvi volet, legat in hoc ipso Ethnico etiam seqventia de Judæorum successibus, Jericho, balsamo, mari mortuo &c.

Huc igitur pertinet & facilius intelligetur illud, qvod habet ipsa Sacra Scriptura de miraculis factis in egressu ex Ægypto, *Deut.* 2, 25. *Hodie incipiam dare pavorem tuum, super faciem populorum, QVI SUNT*

SUB TOTO COELO, *qvi audierunt famam tuam, & pavebunt, & timebunt a facie tua.*

Et qvidni hoc factum fuisset? Capiat benevolus Lector exemplum commune. Si qvando alicubi fons medicamentosus exoritur, an non ille ad sese allicit peregrinos catervatim, a septentrione, ab occasu longe dissitos, spe tamen sæpius frustranea? An non bellorum Turcicorum nostris temporibus gestorum historiæ transcribuntur in Germaniam, Italiam, Hispaniam, Galliam, Angliam, Daniam, Hollandiam, ita, ut in omnibus & singulis istorum regnorum aulis legantur, immo vix est nobilis mercator, civis aliqvis paulo conspectior per omnes illas provincias, cui eadem historiæ sive per cursores, sive per populares & amicos, aut ex aula sui Regis non communicentur. Multo igitur magis tam divina miracula tunc in deserto publice (non in angulo, sicut in angulis magi per Diabolos futura prænunciare audent, siqvidem certus eventus non est in illorum potestate) facta, intra Ægyptum & Palæstinam, cunctis aliis regibus & populis sub toto cœlo, ut loqvitur & testatur Spiritus Sanctus, tunc temporis innotuerunt. Qvam plurimum adjuvit illam disseminationem, miraculorum illorum divinorum duratio, qvod nimirum totos qvadraginta annos in deserto vagari tam amplissimi Israelitarum exercitus debuerunt, qvi alioqvin inter istud ex Ægypto vel mense uno vel citius commodissime conficere potuissent. Et hæc omnia qvæ breviter dixi, confirmat in scripto suo Justinus Historicus Ethnicus, qvi, ut jam fuit indicatum, summam qvandam brevissimam eductionis ex Ægypto recensuit.

Faciunt illud ipsum alii qvoqve Ethnici, ex qvibus adhuc unum, nimirum *Strabonem* adducere placet. *Strabo igitur lib. 16. Geographia hæc seqventia habet verba*: Fama asserit, Ægyptios fuisse eorum progenitores, qvi nunc Judæi appellantur. Nam Moses unus ex Ægyptiis Sacerdotibus, cum partem qvandam regionis haberet, ac moleste ferret eorum instituta, hinc commigravit. Discessere cum eo multi qvibus divina curæ erant. Docebat enim ille, qvomodo Ægyptii non recte sentirent, qvi ferarum aut pecorum imagines DEO tribuerent; nec Græci, qvi DEos hominum figuris insignirent, & qvod id solum DEus esset, qvod nos contineret, terram ac mare, qvod cœlum & mundum, & eorum omnium naturam appellamus, cujus profecto imaginem nemo sanæ mentis nostræ similem audeat affingere, oportere itaqve relicta omni simulacrorum effigie, & digno ei fano ac templo constituto sine forma colere, & vel pro se qvemqve indormire, vel alios, qvi boni insomniatores essent pro aliis, ac semper bonum aliqvod donum & signum

Strabo Ethnicus commemorat multas historias sacras.

a Deo

a DEo expectare, eos præsertim, qvi caste integreq; & cum justitia viverent, cæteros vero neqvaqvam. Illæ hæc dicens, hominibus bonis non sane paucis id persvasit, & in eum locum deduxit, ubi nunc condita sunt Hierosolyma, qvem facile obtinuit, cum minime esset invidiosus, nec pro qvo qvisqve studiosus contenderet. *Hæc ibi.*

Et mox iterum: Simulq; pro armis sacra & Deum proponebat, cujus sedem qværere vellet. Et ejusmodi cultum & sacrificium se traditurum pollicebatur, qvæ nec impensa, nec affatu, nec re ulla absurda perturbaret. Qvamobrem ille his rebus excellens imperium haud exiguum constituit. Nam facile GENTES OMNES FINITIMÆ ob propositam spem, & hujusmodi consvetudinem adhæserunt. Successores qvoqve aliqvandiu in iisdem institutis permansere, cum REVERA ὡς ἀληθῶς & justi essent & religiosi. *Hactennus verba Strabonis*, ex conversione Cunradi Heresbachii.

Sine dubio autem Strabo hæc omnia accepit ex aliis sese antiqvioribus Historicis, per qvos a Mose ad usqve ista tempora, in qvibus Strabo vixit, fuere inter Ethnicos admodum paulo ante indicatum, propagata. Qvando vixerit Strabo, ipsi mox ibidem *his indigitat verbis*: Jam aperte Judæa à tyrannis opprimitur. Primus pro Sacerdote se Regem fecit Alexander, cujus filios Hyrcanum & Aristobolum de imperio disceptantes *Pompejus* sustulit, atqve eorum munitiones evertit, ipsa & imprimis Hierosolyma vi capta sunt. *Hactenus verba Strabonis.* Jam vero Moses eduxit Israelitas ex Ægypto circa annum Mundi 2454. Hierosolyma capta sunt a Pompejo circa annum Mundi 3903. Ergo ferme per sesqvimille annos historiam de Mose educente Israelitas Ethnici intra suas urbes in suis Ethnicis libris habuerunt, legerunt, & Mosen ut sanctissimum virum sanctissimæ religionis a suis celebrari viderunt. Viderunt, inqvam, & audiverunt, atqve ulterius nihil tentarunt, qvo plura & certiora de illa religione habere potuissent.

Ethnicorũ detestanda negligentia

Ad Judæos utiq; & ad Hierosolymam proficisci debuissent, & ibi inqvirere ea, qvæ sancta ipsimet vocarunt.

Fama qvorundam saltem philosophantium commoti ad illos externos peregrinationem susceperunt plurimi, deserta ad tempus patria sua. Cur non idem ipsum tentarunt in cognoscendis tam magnis, qualia de vero DEo ab ipsis jam judicata sunt Mosis oracula? Ergo adminicula & ὁρμητήρια Ethnicis nunqvam defuerunt inde ab initio, quibus extimulari potuissent ad exercitium qværendi & scrutandi viam salutis. Id qvod etiam ex aliis constat exemplis.

Simili

Simili calculatione utatur qvilibet pius pro æstimatione facienda illorum, quæ antea ex Trogo Pompejo fuere adducta. Eorum initium est ultra Abrahamum, & finis extenditur ultra Mosen.

Apud *Plinium* lib. 7. c. 55. commemorat autor ille de *Democrito* Philosopho, quod crediderit resurrectionem corporum, id quod alias erat absurdissimorum absurdissimum apud Philosophos & apud ipsum Plinium. *Verba Plinii sunt hæc:* Similis & de asservandis corporibus hominum & reviviscendis promissa à Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Quæ, malum, ista dementia est, iterare vitam morte. *Hæc Plinius.*

Democritus Ethnicus scribit de resurrectione mortuorum.

Et omninò mirum est resuscitationem corporum fuisse persuasam Democrito. Unde autem eam sententiam ipse habuerit, & habere potuerint alii, cernet Lector apud *Diogenem Laertium*, lib. 9. de vita Philosophorum, ubi ita scribit *Autor iste*: Magos quosdam & Chaldæos audivit Xerxe Rege, Patris illius Præceptores, quando apud illum hospitatus est, relinquente, ut etiam refert Herodotus, à quibus & Theologiam & Astrologiam didicit, cum adhuc puer esset. *Et paulo post:* Demetrius & Antisthenes tradunt, illum in Ægyptum contendisse ad Sacerdotes Geometriam percepturum, & in Persidem ad Chaldæos, & ad rubrum mare. Non defuere qui dicerent, & cum Gymnosophistis in India congressum esse, atq; in Æthiopiam venisse. *Hactenus verba omnia Diogenis Laertii*, ex quibus constat, non ex rationis principiis, sed ex aliis quibusdam Historicis, tanquam præceptoribus suis illam doctrinam percepisse Democritum, unde unde habuerint Historici ipsi eandem nimirum, sive ex veteri relatione historica, temporibus educti populi ex Ægypto, sive ex rumore vicinarum Ecclesiarum Israeliticarum recentiore.

Ubinam Democritus de resurrectione doceri potuerit.

Vox autem S. Sancti est, non tantum quæ legitur, sed etiam quæ dicitur à quocunque. Et tales occasiones diligenter fuerunt captandæ Ethnicis, neque in vanum dimittendæ. Ea enim ratione, qua doctrinam de resurrectione corporum Democritus percepit, alias doctrinas sacras percipere potuissent ipse & infiniti Philosophi, & homines alii, si modò eandem Democriti in uno illo articulo solertiam æmulati fuissent.

Qvæ Virgilius lib. 6. Æneidos de præmiis piorum & pœnis impiorum post hanc vitam adumbravit, ea ad exemplum Democriti ex aliis Præceptoribus, & Historicis etiam addiscere debuisset accuratius & plenius.

Plutarchus (qui claruit post natum CHRISTUM, circa annum CHRISTI. 120.) lib. 4. quæstion. cont. 5. recenset & ridet festa Judæorum, inprimis Scenopegia, quæ vocat festum Bacchi, ridet vestitum Pontifi-

Plutarchus vixit sub N.T. & tamen mansit infidelis.

Pontificis ſummi, cui olim juſſu DEI erant infra annexa tintinnabula.

Galenus vixit ſub N. T. & tamē manſit Ethnicus.

Galenus lib. 11. de uſu partium c.4. legit Moſen de creatione, & dicit *ratiocinationem Moſis de natura rerum ſibi videri probabiliorem, qvàm Epicuri, optimum tamen eſſe neutrius ſeqvi opinionem.* Vixit is qvidem Galenus circa annum à nato Chriſto 140. cum jam dudum Evangelium perveniſſet in omnes angulos mundi Coloſſ. 1, 23. attamen inter medios ubiq; Chriſtianos converſatus, (ut hodie multi Pontificii inter medios Lutheranos in multis oppidis imperialibus) nihil diſcere & credere ſategit in verum DEUM & Chriſtum ejus.

Lector expende, qvænam Cicero de vera Eccleſia Veteris Teſtamenti ſuo tempore cognita habuerit, unde planè converti ipſe & alios multosq; convertere potuiſſet.

Ante ipſum Cicero fuit, qvi, qvalem ſeſe gesſerit in animae ſalute tractanda, paulò inſpiciamus exactius ex propria ejusdem oratione *pro Flacco* ſatis poſt medium orationis. Omninò enim talem ſeſe in rebus animæ ad ſalutem pertinentibus geſſit, qvalem hactenus reliqvi magni viri Ethnici.

Sic igitur ibidem Cicero ſcribit : Seqvitur auri illa invidia Judaici. Hoc nimirum eſt illud, qvod non longè à gradibus Aureliis hæc cauſa dicitur, ob hoc crimen hic locus abs te, Læli, atqve illa turba qvæſita eſt. Scis, qvanta ſit manus, qvanta concordia, qvantum valeat in concionibus. Summiſsâ voce agam, tantùm ut judices audiant. Neqve enim deſunt, qvi iſtos in me, atq; optimum qvemq; incitent: qvos ego, qvod id facilius faciant, non adjuvabo. Cum aurum, Judæorum nomine, qvotannis ex Italia, & *ex omnibus veſtris provinciis* Hieroſolymam exportari ſoleret, Flaccus ſanxit edicto, ne *ex Aſia* exportari liceret. Qvis eſt Judices, qvi hoc non verè laudare poſſit? Exportari aurum non oportere, cum *ſæpe anteà* ſenatus, tum *me conſule*, graviſſimè judicavit. Huic autem barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere, ſeveritatis: *multitudinem Judæorum, flagrantem nonnunqvam in concionibus*, pro rep. contemnere, gravitatis ſummæ fuit. At Cn. Pompejus captis Hieroſolymis, victor *ex illo fano* nihil attigit. In primis hoc, ut multa alia, ſapienter, qvod in tam ſuſpicioſa ac *maledica* civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliqvit, non enim, credo, *religionem* Judæorum & hoſtium, impedimento præſtantiſſimo Imperatori, ſed pudorem fuiſſe. Ubi ergo crimen eſt? qvoniam qvidem furtum nusqvam reprehendis, edictum probas, judicatum fateris, qvæſitum & probatum palam non negas, actum eſſe per viros primarios res ipſa declarat: Apameæ manifeſtè comprehenſum, ante pedes Prætoris in foro expenſum eſt auri pondo centum paulò minus per Sex. Cæſium Eqvitem Romanum, caſtiſſimum hominem, atqve integerrimum; Laodiceæ viginti pondo paulò amplius

per

per hunc ipsum L. Peducæum judicem nostrum: Adrymeti per Cn. Domitium, legatum: Pergami non multum auri ratio constat: aurum in ærario est; furtum non reprehenditur: invidia qværitur: à judicibus oratio avertitur: vox in coronam turbamqve effunditur. SUA CUIQVE CIVITATI RELIGIO, Læli, EST, NOSTRA NOBIS, STANTIBUS HIEROSOLYMIS, PACATISQVE JUDÆIS; tamen istorum religio sacrorum *à splendore* hujus imperii, gravitate nominis nostri, *majorum institutis* abhorrebat: *nunc* veró hoc magis, qvod illa gens, *qvid de imperio nostro sentiret*, ostendit armis: qvam chara Diis immortalibus esset, docuit, qvod est victa, qvod est elocata, qvod servata. Qvamobrem, qvoniam, qvod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem conversum.

Hactenus verba Ciceronis, de qvibus solis contra Ciceronis in negotio salutis animæ suæ curando plusqvam ignavissimam socordiam, & petulantiam oratio componi poterat prolixa.

Primò scribit qvotannis ex omnibus provinciis Romanis aurum exportari solitum fuisse. Audi lector, ex omnibus provinciis Romanis tunc aurum exportatum Hierosolymam scivit, & iccirco stomachatus fuit Cicero. Et isto tempore Romani rerum & regionum erant Domini. Etenim qvanqvam *Lipsius* commemorat, l. 3. c. 3. de Magnitudine Romæ, sub *Adriano* urbem in summo flore fuisse, tamen etiam Ciceronis & Augusti ætate non paucis ejusdem constitisse amplitudinem, inde licet conjectare, qvod apud *Suidam* in voce AUGUSTUS, cum ei visum esset numerare omnes Imperii Romani incolas, ut sciret, qvanta esset multitudo, reperiisse dicitur myriades qvadringenties, & decies mille cum tredecim viris. Si ergo juxta *Herodotum*, lib. 7. decem millia hominum constituunt unam myriadem, & si tunc pro censu unusqvilibet solvisset unum nummumm, illo unico actu centum & sexaginta duas tonnas auri, & amplius corrasisset Augustus. Si ergo in omnibus provinciis tunc Romano Imperio subjectis Judæi habitarunt, qvi tunc adhuc in censu membrorum veræ Ecclesiæ numerabantur, non tantum populus Romanus magnam sub sese Judæorum & membrorum Ecclesiæ multitudinem habuit, sed & in medio sui exoptatissimam & commodissimam de religionum veritate conferendi, & animas tam infinitorum numerorum salvandi & lucrifaciendi habuit occasionem.

Siclus fuit ille, de qvo Exod. 30.

Si hanc ipsam occasionem conferendi cum Judæis non neglexisset Cicero, tum Judæi in versione sic vocata LXX. interpretum. [Hebræum enim codicem non intellexit] præbuissent ipsi evolvendam Exodum Mosaicam, ubi capite tricesimo auctorem numerandi sicli conspexisset,

ſpexiſſet, ex qva ſola converti, & alios infinitos ipſe vir tantus convertere potuiſſet. Sicut ab illo ſuo tempore ſua eruditione & auctoritate infinitos progeneravit Oratores, & ab infinitis ſcholaſticis fuit lectus. Videtur qvidem multa, qvæ in libros ſuos de Natura Deorum prorſus Theologica inſeruit, ex Judæis accepiſſe, attamen vel pudore, ah nimium ſub ruſtico, vel ſomnolentia, ah nimis Diabolica, fundamentis inqvirendis penitius & plenius ipſe diligenter nunqvam incubuit.

Egregia gloria Ciceronis.

Deinde ſcribit *ſe qvoq; conſule* judicatum fuiſſe graviſſime de illo Siclo non amplius ex provinciis Romanis Hieroſolymam exportando. Qvomodo igitur in extremo die excuſabit ſuam iſtam putidam invigilantiam. *Tertio addit:* gravitatis ſummæ fuiſſe, MULTITUDINEM JUDÆORUM FLAGRANTEM nonnunqvam in concionibus pro Republ. contemnere. Utiq; igitur Siclum Hieroſolymam mittere invito contradicente ſenatû, populoq; Romano perrexerunt, & ſummum DEI ſui mandatum urgere & perurgere eqvis virisq; contenderunt, additis ſine omni dubio interminationibus, ex prædictionibus pœnarum, qvales expertus fuit in libris ſic indigitatorum Maccabæorum *Heliodorus* à cœleſti Eqvite cum duobus juvenibus angelicis, flagellationes ſine intermiſſione propter violatos templi ejusdem theſauros, *qvi Heliodorus* poſtea rogatus à ſuo Rege, ecqvem cenſeret idoneum qvi denuo Hieroſolymam mitteretur, ſi qvem (reſpondit) hoſtem habes, aut hominem rebus tuis inſidioſum, eum illic mittito, & recipies flagellatum, ſi tamen ſalvus evaſerit; nam verè divinum qvoddam numen verſatur in eo loco, qvi enim domicilium habet cœleſte, ipſe eſt inſpector illius loci & defenſor, qvi cædit ac diſperdit eos, qvi ei nocendi cauſa acceſſerint, 2. Maccab. 3. & ſeqq.

Annon Judæi Romæ contra Ciceronem invecti fuerint?

Pompejus in qvo ſapientius egerit qvam Cicero.

Et hoc ipſo exemplo citra omne dubium abſterritus fuit *Pompejus*, qvod ex templo Hieroſolymitano nihil auferre voluit, id qvod hoc loco *qvartum* eſt, qvod Cicero refert, *cum inqvit:* At Dn Pompejus captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit, inprimis, ut multa alia ſapienter, in tam ſuſpicioſa ac maledica civitate ſermoni obtrectatorum locum non reliqvit. Non enim credo religionem & Judæorum & hoſtium impedimento præſtantiſſimo Imperatori, ſed *pudorem fuiſſe.* Ex qvibus Ciceronianis verbis qvis non facilè colliget, Pompejo Judæos in urbis occupatione inprimis magna verborum divinorum autoritate perſvaſiſſe, ne templum ſpoliaret, adductis maledictionibus divinis, qvas DEUS miſſurus eſſet ſuper theſauri ſui ſpoliatorem, adducto exemplo *Heliodori*; adducto è contrariis exemplo *Alexandri Magni*, qvi in templo Hieroſolymitano reverenter ſacrificaverat, & poſtea infinitam DEI benedictio-

benedictionem, & multiplices victorias impetraverat: Ut veterum Romanorum fœderibus initis cum Judæis in lib. Maccab. Has persvasiones Cicero iste in suam salutem, & infinitorum aliorum hominum salutem nimis impius protervè vocat *suspiciones & maledictiones* : & *tamen* (*qvintò*) addit vel suspiciatur potius, pudore magis, qvàm religione suspiciosæ & maledicæ civitatis commodum Pommpejum abstinuisse à spoliis templi.

Qvilibet autem facilè æstimabit, judæos adversus Ciceronem in Curia & urbe Romana, in conspectu & auribus populi Romani, causas istas suas thesarum JEHOVÆ spectantes maximis animis, maximâ verborum contentione, maxima argumentorum sacrorum ponderositate, maximis maximarum pœnarum imprecationibus agisse. Id enim vocat FLAGRANTEM Judæorum multitudinem pro concionibus.

Potest illorum illa flagrantia existimari ex simili exemplo, *qvod extat apud Josephum lib. 18. Antiqv. c. 4. his verbis*: Pilatus ignaris Judæis signa cum effigie Cæsaris in urbem intulerat. Hoc cognito, magno agmine petierunt Cæsaream & per dies multos petierunt translationem supplices Pilato pernegante se facturum, qvod conjunctum esset cum injuria Cæsaris; cum Judæi precari non desinerent, sexto pòst die, jussit clam in armis esse militibus, sedit pro tribunali in stadio, captatâ loci opportunitate, qvod aptissimus esset insidiis.

Ibi igitur iterum compellatus de eodem negotio signum dat militibus, ut eos circumveniant, mortē minitans, nisi qvamprimum qviescerent, & in suam qvisq; domum discederent. At illi procidentes humi, & exertos præbentes jugulos manifestè præ se ferebant, vitâ sibi chariorē esse observantiam legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam constans Legum studium, continuò reportavi eas imagines Cæsareas è Hierosolymis. *Hactenus verba Josephi.* Vide etiam Joseph lib. 16. c. 9. ad finem, &c. 10.

Tám strenuos, tamq; ferventes sese adversus Ciceronem istum disputatores præbuerunt iidem Judæi, qvorum FLAGRANTEM multitudinem tamen brachio seculari summo armatus, frigidus qvoad Divina ille, & salutis animæ propriæ in summo gradu prodigus, Orator floccifecit.

Allegarunt iidem sine dubio, qvæ apud Josephum commemorantur in eodem libro, cap. 12. de eodem Siclo. *Et summatim* cum tali zelo Judæi conjunctas protulerunt orationes, qvalis zelꝰ in oratione contra aliū Flaccum & ex Legatione ad Caligulam conspici potest apud Philonē Judæum. *Hæc omnia* contēnere summæ gravitatis esse judicavit Cicero iste. His ipsis autem verbis nihil aliud facit, qvam qvod fatetur *sæpè & nonnunqvam* talia ipsi Romæ contigisse media ad æternam salutē animæ suæ profectura, qvæ contemsit & neglexit pertinaciter, perseverans in defendendo adversꝰ mem-

bra tunc veræ Ecclesiæ, Judæos Flaccum suum, & alios, qvi thesauris divinis insidias struxerant.

Cicero scribit, religionem Judæorum sibi fuisse notam.

Tandem verò subjicit: *Sua cuiq; civitati religio est, Læli, nostra nobis, stantibus Hierosolymis pacatisq; Judæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, majorum institutis abhorrebat.* Ergo Cicero, aut mentiris te contulisse religionem Judæorum cum tua, aut verum dices. *Si mentiris*; tamen indicas tibi non defuisse occasionem conferendi; & ita teipsum ex proprio tuo ore contemnabis in ultimo die. *Si verum dicis*, & consulisti religionem istam utramque, utique Judæorum religionem cognovisti. Jam ex te qværitur, cur non diligentiùs, cur non constantiùs versata fuerit opera tua in negotio isto tanti momenti. Non igitur satisfacient *Erasmi Roterodami* argumenta, qvæ pro te salvando adducit in præfatione super qvæstiones Tusculanas tuas,

Verba Erasmi ita se habent: Ubi nunc agat anima Ciceronis, fortassè non est humani judicii pronunciare. Me certè non admodum aversum habituri sunt in ferendis calculis, qvi sperant, illum apud superos qvietam vitam agere. Nulli dubium esse potest, qvin crediderit aliqvod esse Numen, qvo nihil esse posset neq; majus neq; melius. Porrò qvid senserit de animarum immortalitate, qvid de diversa sorte præmiisq; vitæ futuræ, tum qvanta fuerit syncerae conscietiæ fiducia: si non satis declarant tot ejus libri, certè vel una illa epistola satis arguit, qvam ad Octavium scribit jam, ut apparet, destinatà morte. Si Judæis ante proditum Evangelium sufficiebat ad salutem rudis qvædam & confusa de rebus divinis credulitas, qvid vetat, qvò minus Ethnico, cui ne Moysi qvidem lex erat cognata, rudior etiam cognitio profuerit ad salutem, præsertim cum vita fuerit integrâ, nec integrâ solum, verum etiam sanctá? Perpauci judæi ante lucem exortam Evangelii noverant exactè Filium ac Spiritum Sanctum: multi non credebant resurrectionem corporum, nec tamen ideò illorum salute desperatum est á majoribus. Qvid si Ethnicus tantum hoc credat, Deum, qvem persvasum habet esse omnipotentem, sapientissimum, & optimum, aliqva ratione subventurum bonis, & ulturum malos, qvæ ipsi videatur qvàm maximè accommoda? Qvod si qvis objiciat vitæ maculas, eqvidem arbitror nec Job, nec Melchisedech omnibus omniò vitiis caruisse per omnem vitam. Sed excusandum non est, qvod immolavit idolis. Id fortassè fecit, sed non ex suo judicio, verum ex consvetudine publica: qvæ qvoniam legibus etiam erat confirmata, non poterat convelli. Nam esse conficta qvæ de Diis ferebantur, vel ex Ennii sacra historia poterat cognoscere. Sed oportebat vel vitæ jacturâ, populi stultitiam coarguere. Tantum roboris nec ipsi aderat Apostolis, priusqvam hauserant cœlestem Spiritum, ut impudens

sit

fit hoc exigere à M. Tullio. Verum hac de re liberum esto suum cuiq; judicium. *Hactenus verba Erasmi Roterodami*, qvibus Ciceronem salvare conatur. Utiq; autem non sufficiunt hæ Phaleræ verborum Erasmianorum pro excusanda tanta ignavia & putrida socordia, qvam in mediis ad salutem conseqvendam spectantibus, & tam exoptatissimè Romæ oblatis &c. magno fervore amplexandis Cicero commisit. Utinam verò tales extarent historiæ omnium individuorum præcipuorum, qvæ in diversissimis Provinciis orbis terrarum passim, & pedetentim paulatimq; vixerunt singulis mundi seculis. Utiq;, qvemadmodum ex his paucis exemplis testatum & probatum dedi; ita ex ipsis promere promptissimum esset futurum, qvod & ipsis non defuerint qvavis ætate occasiones jucundæ, & utilissimæ, ac sufficientes perveniendi in notitiam patefactionum divinarum, qvas tamen cum Aristotele, Cicerone & aliis æqvè neglexerunt.

Hactenus pauca exempla privatorum consideravi: si lubitum & licitum esset majora perlustrare, res fieret longe plus dilucidissima. Intueatur aliqvis in quatuor Monarchias, qvatenus istæ floruerunt & durarunt ante natum Christum.

Omnium qvatuor Monarcharum aulæ habuerunt exoptatas occasiones discendi & spargendi veram religionem.

Nihil *in prima Monarchia* dicam de Abrahamo, qvi, cum paucis bellum gessit adversus Babylonium Imperatorem, seu Regem Sinar Amraphelum, Gen. 14. 1. & victoriam reportavit mirabilem. Nihil de Josepho, qvi totam Ægyptum reformatione piâ beavit: Nihil de multis ex omnibus populis orbis terrarum per miracula inter egressum ex Ægypto monitis & conversis, nihil de Regina Sabæ & Æthiopiæ, ut colligitur, Hierosolymam ingressâ, in cujus regno veram religionem tempore Christi adhuc viguisse ostendit ipsius Eunuchus. Act. 8, 27. nec de aliis similibus dicam, sed Hierosolymam saltem, Academiam mundi contueamur.

Etiam Hierosolyma innotuit omnibus aulis qvatuor Monarchiarum Babyloniæ.

An non *Hierosolyma* venit in potestatem singularum qvatuor Monarchiarum, & ita, ut in magnis & præclaris victoriis usu venire consvevit, innotuit omnibus exercitibus, omnibus Provinciis Victoris, nec tantum Provinciis Victoris, sed etiam vicinis populis.

Utiq; *Babyloniis* potentissimis ipsa Hierosolyma cum templo præda cessit & serva facta est in postrema captivitate Babylonica, 2. Reg. 25. Dan. 1, 1. 2. qvo tempore Daniel fuit præfectus universæ Babyloniæ supra omnes sapientes Babyloniæ, Dan. 2, 48. qvo etiam tempore Nebucadnezar rex per mandatum omnibus populis, tribubus, & lingvis in illa prima amplissima Monarchia Deum Israelis notum fecit, Dan. 3, 29. &c. Hoc igitur tempore Ethnici in illa amplissima Monarchia exoptatissimam habuerunt occasionẽ, agnoscendi verum Deum Israelis, si modo tantam opportunitatem singuli tanto fervore apprehendissent, qvanto fervore qvasdam oblatas corporaliũ

bono-

bonorum ansas amplexari consveverunt singuli. Sic enim in toto Oriente una vera religio Israelitica florere, & inde in Occidentem splendores suos emittere potuisset.

Persia. Utiq; post Babylonios *Persis* Dominis itidem innotuit ipsa Hierosolyma, utpote qvorum aliqvot Reges Deum Israelis optimè agnoverunt, coluerunt & coli mandarunt, qviq; mandatis suis Hierosolymam & templum restaurari jusserunt, Esdræ 1, & 6. & 7. Nehem. 2. Tunc temporis infinitam multitudinem Ethnicorum ad veri Dei Israelis notitiam pervenisse, qvilibet facile & satis æstimabit.

Etenim sicut populum Israël viderant antea cuncti orientales ejici sedibus suis juxta divinas prædictiones: ita jam mirabili metamorphosi videbant eundem reduci itidem juxta prædictiones Propheticas. Cum igitur tantam animadverterent esse certitudinem prædictionum Propheticarum, à longè ad Judæos contendebant, & cum eis conjungebantur, sicut passim à Prophetis innuitur.

Græcia. Utiq; Alexander magnus, *Græcæ* Monarchiæ Pater, Hierosolymis sacrificavit ipsemet, spectante omni exercitu suo selectissimo apud Josephum l. 11. cap. 8. ubi verba habentur digna consideratione hæc seqventia: *Alexander verò expugnatâ Gazâ Hierosolyma properare petiit. Jaddus verò Pontifex, postqvam hoc audivit, solicitus hærebat inops consilii, nec inveniens, qvomodo Regem deberet excipere iratum, eò, qvod antea neglexisset imperata ejus facere. Ergo indictis populo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem ejus confugit, illi publicam salutem commendans. Proximâ deinde post sacrificium nocte, in somniis ei Deus apparuit, jubens ut bono esset animo, & coronatâ urbe portas aperiret; utq; populus in albis vestibus prodiret obviam, ipse verò cum reliqvis sacerdotibus solenni cultu sui ordinis, securi de Dei providentia. Experrectus autem è somno lætus civibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus, ut in somnis præmonitus fuerat, regis adventum præstolabatur: & cum renunciatum esset, eum jam non procul ab urbe abesse, progressus est cum Sacerdotibus & urbanâ multitudine, pompâ qvadam novâ & venerabili usq; ad locum qvi dicitur Sapha, qva vox speluncam significat, qvod ibi & urbs & templum in prospectu sit. Et cum Phœnices & Chaldæi sperarent, sibi licere, qvicqvid iratus Rex posset permittere, direptionem urbis, & Pontificis exqvisitum supplicium, plane contrarium evenit. Alexander enim ut vidit è longinqvo candidatum populum, & Sacerdotes ante agmen in amictu byssino, Pontificemq; in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestantem cum præfixa aurea lamina insculpto Dei nomine; solus ad eum accedens nomen illud adoravit, & salutavit Pontificem Judæis autem omnibus uno ore Alexandrum consalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqvi obstupuerunt, vix credentes regem mentis compotem: solus*

Parme-

Parmenio propius accedens rogavit familiariter, qvid ita, cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Judæorum pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cujus Pontifex esset, bonorem eum exhibuisse. Hunc enim, inqvit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedoniæ, qvi me deliberantem, qvomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum trajicere. Nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Qvapropter qvi nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc & visionis memor, qvæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia. Hæc locutus ad Parmenionem & comiter complexus Pontificem, deducentibus sacerdotibus in urbem perveniet. Et ascendens in templum immolavit Deo ex Sacerdotis præscripto, ac Pontifici qvoq; suum honorem exhibuit. Ostensóq; sibi Danielis libro, in qvo Græcum quendam Persas debellaturum significat, hunc ipsum se esse interpretatus lætus dimisit multitudinem. Seqventi verò die vocatis eis, jussit, ut qvicqvid vellent, peterent. Pontifice autem petente, ut patriis legibus vivere sibi liceat, utq; septimo qvoq; anno concederetur eis tributorum immunitas, concessit omnia. Rogantibus deinde, ut eos qvoq; Judæos, qvi Babyloniam ac Mediam colerent, siveret uti institutis propriis, hic etiam postulatis eorum satisfacturum se esse pollicitus. Et cum fecisset eis potestatem, si qvi vellent salvis suis ritibus seqvi ejus militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Hactenus verba Josephi. Ergo etiam tunc temporis totus oriens occasionem plusqvàm commodissimam habuit inqvirendi veritatem cœlestem.

Utiq; tandem *Romanis* nimis fuit nota Hierosolyma, sicut in libris Machabaicis extat fœdus inter Romanos & Judæos, & supra ex Cicerone in hanc sententiam multa fuêre prolata.

Consideretur præterea illud, qvod Propheta unus Ninivam fuit missus: qvod Prophetæ alii, ut Esaias, prophetavit intra terram Chanaan adversus Assyrios, Babylonios, Persas, Medos, cap. 13. adversus Æthiopes cap. 18. adversus Gomer seu Cimbros, sey Schythas, Thogarma, unde rectissimè derivatur nomen Germanorum, ablatâ primâ syllabâ, ut infinitis exemplis aliis comprobatum dari poterat (ut nihil dicam de vicinioribus, Ægypto, Moabitis, Edomitis, Tyriis, Sidoniis, Syriis, Damascenis, & similibus aliis) adversus Mesech, seu Meschinos seu libros eodem capite. Cumq; tum totus mundus nosset, ea, qvæ intra Judæam prædicerentur, certissimè evenire, iccircò magnis studiis undiqve conqvirebantur ab Ethnicis, sicut videmus, magum aut magã longè conqviri ab illis, qvi aliqvid amiserunt, aut aliqva scire cupiunt, licet contra verbum Dei. Et ita satis constat, Prophetas istos prophentasse adversus proximos, & adversus longissime dissitos Orientalis

Prophetarũ prædicti-ones in V. T. ab Ethnicis inqvirebantur.

regni Babyloniæ, Persiæ, Æthiopum, Hispanorum Occidentalis, & Septentrionalium Schytarum intimis recessibus peccatores. Non accipiebantur, ut dixi; ab exteris frigidè ista vaticinia, qvia noverat omnis orbis nullibi, nisi in hoc populo solo editas prædictiones eventum nancisci certissimum. Inqvirere igitur solebant & metuere necessum habebant, & sic prophetiæ sacræ in omnem tunc evolabant orbem.

Miracula eis innotescebant.

Qvando solem Deus retrogradum posuerat in scioterico Achaz decem gradibus, seu lineis seu horis 2. Reg. 20, 9. ibi ex Babylonia ad ipsum Ezechiã venerunt Legati Principum Babel, ut qværerent de isto portento. 2. Paral. 32, 31. Qvin etiam Prophetæ suas visiones affigere solebant publicè, ut à percurrentibus qvibusvis legi, & ita citius dispergi in regiones possent. Esa. 30, 8. Jer. 36, 2. Habacuc. 2, 2. Qvin & cogebantur divina coarctatione mittere verba Domini ad Reges per manus nuntiorum, qvi venire Hierosolymam solebant, ex qvodam exemplo illustri colligere satis datur, Jer, 27. 3.

Visiones Prophetarũ publicè sunt affixæ, interdum ad Reges exteros transmissa.

Nostra aliqva vaticinia de regni sui ruina hodierni Turcæ prorsus nihil curant, qvia etsi passim sparserunt Christiani aliqva, tamen hactenus nullum ne unum ullo fuit comprobatum eventu. At ista Prophetarum vaticinia, certò certius omnia ad minimam usq; literulam complebantur, eò igitur avidius, solertius, scrupulosius acceptabantur.

Veneficas, fatidicas solent, qvi aliqvid amiserunt scrutari & adire per plurima milliaria: Inde tantùm utcunq; æstimetur qvantis sumptibus vicina regna qvantisq; conatibus hos illustres vaticinatores Ethnici inqvisiverint.

Multi Prophetæ fuêre ab initio mundi præter illos, qvorum paucorum scripta hodie habemus.

Sed nec de illo dubitabit pius aliqvis, qvod semper semper sub toto Veteri Testamento, ita appellato, cum vicinis & exteris divina providentia sic egerit per prophetas aliqvos, qvemadmodum cum istis egit in Prophetarum, qvi hodie extant, duratione. Semper enim ab initio post lapsum usq; ad Christum, Ecclesiam suam dono prædicendi futura illustrem conspici voluit Dominus, idq; clarum erit exemplis ante hos 16. qvi extant, Prophetas, ut de summo Pontifice nihil tangam, cui Deus responsa dabat induto *Urim* & *Tummim*. Notus est antea Elisæus, Elias, Salomon, David, Samuel, Saul, qvandoq; prophetans, Debora qvoq; Prophetissa mulier, Moses, Joseph in Ægypto, Sacerdos prædicens duos populos in ventre Rebeccæ, qvorum major serviturus sit minori. Exempla alia in libris Samuelis & Regum, passim invenientur, & in libro Judicum.

In V. T. ad Antipodes delata doctrina sacra.

Ne qva tamen orbis terrarum pars ulla, vel supra, vel infra Horizontem Hierosolymitanum haberet, de qvo Deum accusaret, ecce dabimus exemplum, qvomodo Antipodes ante Christum natum veri Dei notitiam acqvirere & retinere potuerint, maximam.

Notum

Notum est ex lectione sacrarum literarum 1. Reg. 9. & 10. cap. de classe, qvam Rex Salomon & Rex Hiram in Ophir mittebant, qvæ in tribus annis semel redibat, referens aurum & argentum, dentes Elephantum, & simias & pavos.

Edidit vir undiqvaq; doctissimus, *Benedictus Arias Montanus Hispalensis*, de gentium regionibus librum eruditum ex sacris literis concinnatum, in qvo demonstrat (cap. 9.) ex Genes. 10, v. 29. Semi familiam occupasse in distributione terræ partes orientales, tam juxta Euphratem, Assur post Euphratem, Arphaxadum citra montes Ararat, Lud ab occasu habuisse prioris Sela montana loca &c.

Qvi ex Arphachsad prodierunt, Sale, Eber & Jectan, & tredecim ex Jectan orti, inter qvos unus à Mose expresse nominatur Ophir, ad ultimos usq; orbis terrarum tractus sedibus dilatatis penetrarunt. Inprimis Ophir longè procesisset, latissimèq; patentes terras secundum abyssi magna littora ad ortum extentas solus obtinuit. Produxit autem nomen genusq; suum ad duas regiones angusto terrarum, sed longo Isthmo interjecto distinctas, qvæ ad Salomonem usq;, & adulteriora etiam tempora integrum retinuere vocabulum Ophir, qvod tantum, *ut infinitis aliis Provinciarum & urbium propriis appellationibus etiam usu venire norunt, & fatentur doctissimi qvivis*, in versum, & qvasi paululùm mutatum utriq; parti in hunc usq; diem seorsim asscribitur, atq; alterutra pars *Peru*, utraq; autem simul dualis numeri pronunciatione *Peruaim*, sive *Paruaim* dicitur; annotante ipso Spiritu Sancto. 2. Paral. 3 v. 6.

Ophir.

Peru seu Ophir provincia novi orbis hodie qvoq;.

Ea terra ante proxima hæc secula nostris doctis in Europa fuit prorsus ignota, & ante seculum ab Hispanis inventa. Olim autem Israëlitis fuit eadem notissima, qvod auro, argento, gemmis, aliisq; qvæ ab hominibus magnifiunt, & ad vitam sunt necessaria, mirum in modum abundet. Hanc in terram Salomonis navis à nave Hiram Regis comitata & deducta freqventer commeabat, & in itinere triennium insumebat uno 1. Reg. 9, 27. 28. & 10, 11, 22. 2. Paral. 8, 18. & 19. v. 10.

Freqventer autem & communiter Israëliticas naves in terram istam trajecisse patet ex 1. Reg. 22, 49. Portus qvoq; istius navigationis in mari rubro in mappis hodie ostenditur, & appellatur Esion Gaber. 1. Reg. 22, 49.

Si in vicinia Ophir fratris frater Hevila familiam constituit, optimè qvadrant, qvæ habentur Gen. 2, 11. de fluvio ex Hevila, ubi multum & optimum est aurum.

Fuerunt igitur èx Hierosolyma, mundi illa Academiâ, qvibusvis trienniis navigationes institutæ in remotissimas illas partes prope ad Antipodes Salomonis. Et cum aliàs Physici disputent, hanc esse insignem maris utilitatem

à Creatore ipso singulariter indigitatam, ut hac facili ratione faciliores hominum longissimè dissitorum fieri possint congressus, mutuæq; sententiarum de religione & aliis bonis disciplinis, ut item faciliores mercium unius terræ ad alteram promoveri qveant vecturæ, *siqvidem non uni unqvam terra omnia voluit concedere Deus, sed uni dat hoc, alteri aliud, ut dum una alteram de necessariis corporis bonis compellat, occasione tam exoptatâ simul & semel de religione docere & discere incipiat:* citra omnem tergiversationem hac in parte Israëlitæ nihil in sese fidei, amoris & laboris desiderari passi fuerunt. Siqvidem & Christi tempore mare & aridam percurrebant, ut unum facerent proselytum. Matth. 23, 19. Multò autem magis illud tum fecerunt, qvia & Ophiranos, seu Peruanos sangvinis veteri cognatione sibi conjunctos longè melius intelligebant, qvam nos hodie intelligimus. Et cùm hodiè Americanos Hispani ad fidei Christi incunabula promoverint, qvis minorem tunc in Israëlitis diligentiam fuisse putabit? qvis non majorem felicitatem in istis actionibus contigisse existimabit?

Prophetarũ prædictiones olim innotuêre toti orbi.

Sic ergò Prophetæ, in Horizonte Hierosolymitano constituti, accusarunt in Prophetiis suis peccata populorum versus ortum, occasum, septentrionem & meridiem constitutorum, & qvidem longissimè dissitorum. Sic Hierosolymitani legati populos vicinos & longè dissitos infra terram usq; ad Antipodes freqventer adierunt & instruxerunt de vera religione. Sic DEus singulis & universis inhabitatoribus orbis terrarum facem verbi in Hierusalem satis ardentem & lucentem in oculos insinuavit.

Externi ritus V.T. innotuêre toti orbi.

Accesserunt postea stulti, *coram ratione visi*, ritus circumcisionis & combustorum pecorum optimorum in singula momenta, qvæ tantum in illo unico loco comburere Deo licebat; sed à Deo sapientissimè instituti. Ex his enim ceremoniis in omnes angulos mundi delatis & exagitatis, ansam arripere debuerunt de causa eorundem plenius cognoscendi, singuli & universi.

Cum verò hæc & alia adminicula ingratitudine Diabolicâ negligerent, iccirco Deus Spiritum Sanctum ab illis in pœnam justissimam subtraxit, & indulsit Satanæ cum Diabolis suis licentiam grassandi inter ipsos. Hi igitur, assumtis aliis infinitis, Ethnicos aggrediuntur, dementant, in bestialia crimina præcipitant, sicut Apostolus Rom. 1. docet. Qvi enim habet, illi dabitur (*docili*) qvi non habet (*indocilis*) ab illo etiam qvod habet auferetur.

Deduxi breviter ab ætate Patris Abraham, usq; ad Christi nativitatem ex propria Ethnicorum confessione, qvæ extat in libris eorundem, & ex aliis cognatis, qvod inter medios Ethnicos, sub medio & densissimo Ethnicismo tamen semper cognitæ ipsis esse potuerint historiæ sacræ, & simul qvod ipsis cognitæ fuerint, qvodq; ex illis plurima in suos commentarios ingesserint.

Commen-

Commemorabilis autem est confessio qvondam Philosophi, postea verò ex Ethnicismo ad Christianismum conversi, *Justini Martyris in Apologia secunda ad Antonium ista :* Antiqvior est Moses omnibus scriptis Græciæ, & omnia qvæcunq; de immortalitate animæ (id est, de beata æterna vita) aut de pœnis post mortem, aut de speculatione cœlestium, aut aliorum dogmatum, aut Philosophi, aut Poëtæ dixerunt, ea à Prophetis acceperunt. *Hæc ille.*

Noverat etiam Plutarchus in libello, cujus titulum fecit: *Utra animalia plus rationis habeant,* columbam à Deucalione emissam. Unde colligimus inter Ethnicos mansisse historias à diluvio ad Christum natum, intra qvod tempus vixit Plutarchus. Utut autem hæc omnia optimè perspicua habuit Cicero, utut Hierosolymis novit esse Academiam præstantissimam sub toto cœlo, tamen ipse non ad Collegium aliqvod Theologicum Hierosolymitanum, sed ad Collegium aliqvod Ethicum ethnicum, Aristotelicum, Athenas mittere filium voluit, qvemadmodum patet ex exordio libri primi Officiorum. Pari autem ratione demonstrare poteram, inde ab exaltato ad dextram æterni sui Patris in cœlestibus Christo JEsu usq; ad hunc diem nomen & argumentum doctrinæ JEsu Christi innotuisse, innotescereq; hoc ipso die omnibus gentibus in omnibus angulis sub toto cœlo. Nam Christus ipse Matth. 24. prædicit, non debere prius destrui Hierosolymam, qvam fuerint prædicatum Evangelium in universa terra v. 14. Et ex Roma ad Colossenses cap. 1. scribit Apostolus, jam illo tempore Evangelium provenisse in totum mundum & fructum proferre, *versu 6.* prædicatum esse omni creaturæ, qvæ sub cœlo est, *versu 23.* Ad qvæ verba super caput Matth. 24. Chrysostomus hæc seqventia declaratoria *adjicit : Qvæ res maximum argumentum omnipotentiæ Christi est. Viginti enim annis aut ad summum triginta ad omnes oras orbis Evangelium transcurrit. Hæc Chrysostomus.*

Socordia Ciceronis

Triginta annis Apostoli Evangelium per totum orbem sparserunt.

Propositiones Lutheri, qvas primas omnium adversus Tezelium in festo omnium Sanctorum, Anno Christi 1517. ad valvas templi arcis Wittebergensis affixit, intra qvatuordecim dies pervolitarunt omnes angulos totius Germaniæ. Cur non intra viginti aut triginta annos pervenisset, Evangelium tot miraculis, *qvorum libros mundus capere non posset, Johan. 21, 25.* fundatum, in omnes angulos totius orbis terrarum. Et hoc qvoq; prædixerat Salvator, Matth. 24, 27. *Sicut fulgur exit ab Oriente & apparet usq; in Occidentem, ita erit & adventus Filii hominis,* nimirum per Evangelium suum intra omnes angulos totius orbis terrarum.

Reformatio Lutheri totum orbem personuit.

Malo non meis, sed aliorum verbis hæc seqventia narrare. *Chytræus igitur super 7. Apocal. ita scribit :* in medio tyrannidis Turcicæ & Pontificiæ

ficiæ innumerabilis Hominum ex omni genere & lingva per Evangelium Christi auditum à Spiritu Sancto ad æternam salutem obsignatur, ut hodiernâ die certissimum est, non tantum in hoc angusto Europæ angulo, & Insulis Borealibus Ecclesias Christi florere, verùm etiam in media Turciâ, in Græciâ, in Asiâ, in Armeniâ publicum Evangelium Christi manifestum esse, & homines pios & rectè sentientes multò qvam in Galliâ, Hispaniis & aliis Europæ regnis tranqvillius & tutius versari. Ante aliqvot annos, anno nimirum 1597. ad Clementem VII. pervenerunt Præstehannis, ut apud nos nominatur, Æthiopum Regis, cui circiter XL. Africæ regna parent, Legati, qvi formam doctrinæ & Liturgiæ Ecclesiasticæ in omnibus illis regnis Africæ usitatam planè Christianam esse, & cum nostris præcipuè Ecclesiis convenire ostenderunt. Nam inter cætera Articulum de gratia remissionis peccarorum propter sacrificium Christi, & integri Sacramenti usum, & conjugium Sacerdotum apud eos retineri narrarunt, teste Paulo Jovio, & Erasmo in Ecclesiastico, & Francisco Alvares, ex qvo integram Liturgiæ formam Cassander descripsit. In amplissima etiam Ruthenorum gente & multis Indiæ regionibus religionem Christianam retineri ac coli scimus. *Hæc ille fol. 170. 171.*

Videat etiam lector tabulas Geographicas Magini sub titulo Turciæ, ubi in eandem sententiam aliqva commemorantur.

Extat etiam Liturgia Severi Patriarchæ Alexandrini *lingvâ Syriacâ* Antverpiæ edita, in qvô forma Syrorum baptizandi & administrandi cœnam traditur, insertis precibus & declarationibus tam piis, qvas vix inter nostros reperies similes.

Narratio typis expressa ante annos sexaginta & amplius, de veritate religionis inqvisita ab Imperatore Turcico.

Extat adhuc in Bibliothecis narratio, qvæ prodiit anno Christi 1539. & sparsa tunc fuit per Europam, Germanicis qvoqve typis per omnem Germaniam, de occisis ab Imperatore qvodam Turcico multis sacerdotibus Turcicis, propterea, qvod cum ille scire percuperet, utra religio verior, num Turcica, num Christiana, tamen responsionem Categoricam accipere non posset. Tandem reliqvi sub eadem severitate & sub summa conscientiæ religione interrogati responderunt, sibi videri Christianam religionem veriorem præ Turcica, *Rationem attulerunt istam*, qvod in Alcorano ipso Christus constituatur in septimo cœlo apud Magnum DEum, & qvod ibi Christum Gabriel pariter & Mahometes ipse adorent, eiq; tanqvam Domino sese commendent, & qvod sese commendet ille simul Johanni, Moysi, & aliis Prophetis, ut pro ipso intercedant apud magnum DEUM, & apud Christum JESUM. *Hactenus summaria epitome narrationis indigitatæ.* Sæpius etiam ex aliis in Turcia versatis inaudii, nonnunqvam in Turcia à prudentioribus Turcis

eundem

eundem tenorem repeti, nimirum in Alcorano Christum adorari ab ipso Mahomete.

Hoc si ita sese habet in *Arabico textu Alcorani Turcici*, utiq; facillima esset exoritura methodus pro convertendo homine Turcico. *Primò* enim omnium maximé illa verba Alcorani debebant urgeri qvoad ipsam literam, & inculcari, ut citra omnem prætextum crederet firmiter, qvod ponit Alcoranus clarè & simpliciter. *Deinde* hoc Syllogismo ad lectionem novi Testamenti adigendus erat, qvod Alcoranus ipsemet præfert, hoc præ aliis est recipiendum, & expendendum. Sed Alcoranus ipsemet præfert Christum Mahometi. Ergo Novum Testamentum Christi præ Alcorano ab omnibus est recipiendum & expendendum.

Deniq; à Novo Testamento ad Vetus Testamentum abducendus erat, saltem hoc argumento, qvod Novum commendat ea scripta, qvæ extant in Vetri Testamento.

In hac autem methodo servandâ versabitur ille majori cum utilitate, cui lingva Arabica non fuerit ignota, ut ipsam phrasin nativam Alcorani inspicere & examinare valeat, cum sæpenumero versiones non tam pure fluant. Et si qvid optandum esset, omninò optandum, ut, qvi sunt vicini proximi Turcis ex genere Thelogorum, hac in parte solertes sese præbeant, qvales sunt, qvi in ipsa Constantinopoli, aut in civitatibus Bassarum Christianam religionem profitentur.

Sed, ut dixi, hanc materiam sub Novo Testamento ideò perseqvi nolo, qvia operæ magnæ precium in hanc parte fecit *Philippus Nicolai* in libello de regno Christi, qvem omnium piorum lectione dignissimum esse statuo.

Etsi verò ætatibus atq; seculis ab orbe condito nedum redempto, ubiq; locorum tales hactenus dictæ extant occasiones, tamen illas non nisi pauci serìò amplectuntur. Qvod verò non convertuntur integræ gentes, & olim & hodie, causæ sunt in promptu, ne cogantur scilicet instituere mutationes in Politicis officiis & gubernationibus. Malunt igitur sapientes inter ipsos frui antiqva formâ, ut ditescant, qvàm in animis reformandis varios experiri successus, & jacturam facere honorum atqve divitiarum. Plebei inter istos faciunt, qvod faciebant tempore Christi in terris inambulantis plebji Judæorum, qvi metuebant excommunicationes Pharisaicas, & ne venirent Romani & tollerent locum istum. Et tantùm de istis pro scripti hujus brevitate.

QVÆSTIO

QVÆSTIO.

AN DEUS LAPSUM PRIMORUM PARENTUM NULLO MODO IMPEDIVERIT.

LUbet autem certis de causis hoc in loco tangere qvæstionem aliqvam à præcedentibus non longè discrepantem.

Ante omnia multi vehementes sunt in urgenda illa qvæstione: *Cur DEus non impediverit lapsum primorum parentum, qvem utiq; & prævidere & impedire potuit?*

Rigida impeditio vel violentia.

Ubi *primò* omnium nemo nostrum negabit, DEum providisse lapsum primorum parentum, etsi hodierni Arriani seu Antitrinitarri illud negare velle videntur & coguntur, si stare debent & possunt ea, qvæ scripsit in prælectionibus suis *Faustus Socinus* de contingentibus DEO ante eventum non perspectis.

Deinde, si impedire debuit DEUS tantum malum, qvantum ex lapsu consecutum fuit, *aut debuit istud impedire per modum rigidæ violentiæ, aut per modum paternæ providentiæ.*

Rigidam violentiam nomino, qvod DEUS debuisset mentem primorum parentum in tota ipsorum vita reddere plvsqvam ecstaticam, aut etiam expertem sensus, ita, ut de arbore prohibita nunqvam vel una cogitatio ipsis in mentem venisset, qvâ vel ad spectandam arborem ipsam, vel ad videndum & conspiciendum fructum arboris scientiæ boni & mali qvalicunqve occasione potuissent deduci. Hac ratione si stupidam reddidisset mentem primorum parentum, non reliqvisset ipsis integram mentem humanam, sed truncis similem fecisset, & per conseqvens ex homine fecisset NON HOMINEM. Nisi enim homo habet integram nec impeditam mentem, aut furiosus, aut fatuus, aut truncus efficitur. *Rectè enim Damascenus lib. 3. orth. fidei. cap. 27.* Ratio nunqvam est absqve voluntate, & voluntas absqve ratione, sed unà cum ratione inducitur voluntas: *Hæc ille.* Qvapropter si DEus violenter impedire debuit lapsum, tum debuit hominem condere rudissimum, instar ignis, qvi carpit manum Regis & rustici indiscretim, debuit motum ex manu Evæ auferre, qvoties accessit ad arborem scientiæ boni & mali, debuit miraculosè continere os & dentes, ne dilaniarent pomum, imò mentem auferre, ne de his ullis cogitaret qvicqvam unqvam. Qvæ omnia tam sunt absurda, ut iis absurdiora alia excogitari neqveant. Ubi enim tùm man-

ſiſſet honor DEo creatori à creatura ſua, vero & ſancto motu exhibendus. Sicut Pſal.110,3. populum DEI reqvirit DEUS, *populum ſpontaneum*, & alius Pſalmus 32,9. monet, *ne ſimus ſicut mulus & eqvus, qvibus non eſt intellectus, in chamo & freno os ejus ad coercendum, ne appropinqvet tibi.*

Paternam providentiam voco, qvod DEUS debuit creaturam illam nobiliſſimam ſuam, nobiliſſimo libri arbitrii dono exornare, & tamen ſufficientiſſimis remediis ipſi proſpicere, ne tanto dono abuteretur, ad perpetuam & maximam ſui, & omnis ſuæ poſteritatis perniciem. Remedia, huic rei ſufficientiſſima, rationalis illa & nobiliſſima creatura agnoſcere debuit, & potuit, *leges & ſevera mandata* de arbitrio libero non male collocando, & de pœnis utiqve graviſſimis, talem abuſum certiſſime ſecuturis, temporalibus & æternis. Talia remedia paterna, & ultra omnem abundantiam ſufficientiſſima, dedit ei DEUS in illo graviſſimo mandato, Gen. 2,16. 17. *Ex omni arbore horti comedendo comedes: At de arbore ſcientiæ boni & mali non comedes ex ea: nam in die, qva comederis ex ea, moriendo morieris.* Qvid hoc repagulo fortius dari potuit primis Parentibus, adhuc in ſtatu innocentiæ conſtitutis, ubi Satanæ tentationes tam facile ſpernere poterant, qvam nunc in ſtatu corruptionis venena ſibi in potu mixta, & ab amicis prædicta & indicata, cavere & vitare poteſt qvilibet. Si venena corpori nocitura tam prompte, tam expedite, tam curioſe, tam circumſpecte declinare ſolet & poteſt unusqvisqve; cur non corporis & animæ integritatem, & proſperitatem corporalem & ſpiritualem, temporalem & æternam tunc amare; & è contrario nocitura eidem, ſi non majore, ſaltem æqve ſimili prudentia & ſtudio, tunc vitare primi ſategerunt Parentes. Hoc igitur repagulo ſufficientiſſimo DEUS lapſum prævisum avertere, & impedire voluit, impeditqve in ipſo actu, nec lapſum unqvam permiſit, tali permiſſione, quæ adverſus mandatum, ab ipſo prolatum, conniventiam, nedum conſenſiunculam, aut approbatiunculam minimam ſibi conjunctam habeat. Neqve enim DEUS inter actum, & ſub actu lapſus, qvaſi clauſis oculis, mandatum ſuum ad tempus ſeponere, & connivere voluit, ut iſte fieret; ſed ut ante & poſt actum, ita inter media tempora ipſius lapſus, & mandati ſui vigore, & voluntatis ſuæ ſanctitate lapſum disſvadebat, mox, disſvaſione ſua fruſtratus, execrabatur commiſſum peccandi actum, damnabat ad mortem æternam legis transgreſſum.

Paterna providentia.

Omnino appoſitiſſime Syracides capite 15. verſu ultimo: οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν, *non dedit indulgentiam, ſolutionem, ſpatium peccandi ulli DEUS.* Si ergo DEUS maxima cum gravitate, modo jam dicto, impedire ſatagit lapſum, & vero homo contra tam paternam providentiam, & di-

vinam admonitionem suæ salutis prodigus fuit, & in peccatum contra DEI mandatum contendit, utiqve omni suspicione conniventiæ, nedum delectationis, nedum approbationis, nedum impulsionis, DEUM exprimere, qvi non allaboraverit, is impietatis maximæ reatum effugere neqvit.

Non debuit DEUS impedire peccatum violentia rigida, qvia etiam tunc non hominem, sed truncum creare debuisset, qvem pro lubitu huc illucve propelleret, ne peccatum aliqvod committeret.

II. Alia
Qvæstio qvotidiana similis qvæstioni jam expeditæ.

Nulla fieri peccata. EAdem ratio militat in hodiernis hominibus. Si enim, *inqviunt*, DEUS non vellet, tum nulla contingere possent peccata?

Respons. *Respondeo.* Omnino peccata qvotidie fiunt contra voluntatem DEI, qvam in suo Verbo patefecit, qvod odio proseqvatur, prohibeat, execretur, non velit, & puniat peccatum. Sic homicidium fit contra voluntatem DEI in qvinto præcepto. Qvintum præceptum est, qvo DEUS non vult homicidium. Rigida prohibitio hic iterum non habet locum. Si enim DEUS hominem illico peccaturum illico necaret, substantiaqve ipsius perderet: aut, ut Nebucadnezaro contigit, Dan. 4. mentem stupefaceret, attonitum faceret, & hoc rigido modo peccaturum impediret, tum qvidem peccatum nullum committere posset. Et hac stupefactione oportebat DEUM uti per omnem vitam uniuscujusqve hominis, qvia, qvamdiu durat uniuscujusqve, hominis vita, tamdiu metuenda ipsi est deviatio & deflexio, extra præscriptas pietatis regulas & limites. Sed sic iterum DEUS qvotidie ex HOMINE faceret NON HOMINEM. Et qva gloria afficeret DEUM operibus suis, si omnia, violento motu compulsus, ageret homo? Qvod vero DEUS in arcano suo consilio peccata velit, approbet, juvet, & hominem ad eam impellat; hoc nulla ratione humanæ sapientiæ, nedum evidenti & perspicuo aliqvo verbo DEI edoceri potest. Legibus enim & mandatis suis ita sese revelavit, qvod peccatum prohibeat, fieri nolit, fieri cœptum execretur, factum abominetur, & puniat.

Deus in Verbo suo non permittit, ut peccata fiant sed Qvod ad leges igitur peccata prohibentes attinet, secundum eas consideratus DEUS etiam peccatum *permittere* dici nec potest, nec debet, nec vult. Sicut autem DEUS non dedit homini 18. oculos, nec robur Elephanti, sed rationis nobilissimum donum: ita eidem non dedit ipsam divi-

divinitatem, qvæ peccare neqvit, ſed talem conditionem, ut poſſet peccata prætermittere, invitatus magno æternæ vitæ promiſſo, & deterritus graviſſimo æternæ mortis ſupplicio. Et hoc ſpontaneo pietatis exercitio & voluntario ſacrificio DEus vult per hominem, ut HOMINEM rationalem & SPONTANEUM glorificari: aliter qvam glorificatur ab igne, qvi etiamfacit ſuum officium in honorem DEI, ſed ex nulla agnitione Creatoris, ex nullo amore erga Creatorem.

ſot ius in Verbo prohibet, ne unqvam fiat.

Quæſtio adhuc alia qvotidiana de Paſſione CHRISTI.

POſt hæc multi vehementer ſunt in illo qvoqve exaggerando: *Si DEUS nulla prorſus peccata vellet, nec approbaret, nec juvaret, utiq; poſt lapſum nemo potuiſſet prodere CHRISTUM Salvatorem, nemo eum accuſare, nemo percutere, nemo crucifigere & interimere potuiſſet, & ita genus humanum nunqvam fuiſſet redemtum.* Imo blaſphemi hodierni Judæi addunt, qvin pro perſecutionibus ac dicteriis, vos noſtræ genti debetis gratias & præmia, qvia *veſtrum Meſſiam interemimus, ſi iſte venit, ut ſua aliqva morte vos, & totum genus humanum redimeret.*

Objectio. Chriſtum non fuiſſe poſſum.

Sed *primo* omnium veriſſima & expeditiſſima eſt reſponſio: non fuiſſe ſimpliciter & abſolute neceſſariam illam, in occidendo CHRISTO, Judæorum impiorum *vicariam* operam, Eſa 53. verſ. 10. Jehova voluit Meſſiam conterere. Si Jehovah voluit Meſſiam conterere, utiqve Jehovah potuiſſet etiam viam & rationem inire commodiſſimam, qva pro nobis CHRISTO Filio ſuo ſponſori noſtro auferret vitam, etiam cum maximis doloribus & cruciatibus.

Reſponſ.

Qvæ *mors* appellatur, & homines necare dicitur, ea conſiderata in fonte, ſeu efficiente & forma, eſt operatio Dei, qva ipſiſſimus Deus interficit homines. Sic enim Elias Propheta deſcribit mortem filii Sareptanæ, 1. Reg. 17. v. 20. *Clamavit enim ad Jehovam, & dixit: JEHOVAH DEUS mi, etiamne viduam, apud qvam habito, afflixiſti interficiendo filium ejus. Poterant & debebant hoc pacto loqvi Chriſtiani*: Deus hoc die in hac urbe interfecit homines qvatuor; in peſte ſuperiore apud nos à Deo fuere interfecti homines trecenti. *E contra loqvimur*: Es ſtirbt/es hat ſehr geſtorben/ in qvibus verbis prorſus nullus eſt Grammaticus, nedum Chriſtianus ſenſus.

Mors ſignificat interfectionem, qvam Deus exercet.

De homine dicit Scriptura perſonaliter, *Homo moritur*, der Menſch ſtirbet/Hebræum eſt גוע *conſumptus eſt*: unde conjici poteſt, activum eſſe poſſe,

Qvi moritur, is interficitur à DEO.

posse, *debere consumi*. Ergo, in morte Deus consumit, homo consumitur, moritur, mortificatur, absumitur, interficitur. Sic active & passive de morte agit, nos vero in communi & Vulgata lingva ad impersonalia descendimus, es stirbt.

Mors respectu formæ & finis etiam significat consumtionem, finem, occisionem, interfectionem. Sic enim vita qvoqve vigorem, seu vegetationem alicujus rei significat, & opponitur consumtioni vigoris. Sic accuratam ἀκρίβειαν rerum sectatur lingvæ Hebrææ profunda opulentia.

DEUS variis modis interficit homines.

Porro interficit Deus hominem 1. aut per alium hominem, sicuti homicidas iterum occidit per hominem, Gen. 6, 5. Matth. 25. 2. aut immediate immittendo qvotidie occisiones, & corruptiones humorum, & calidi innati, sicuti exemplis qvotidianis edocemur. 3. Potest idem Deus facere per immissos Diabolos, sicuti porci ab istis in mare præcipitabantur, Matth. 8. vers. 32. & per Diabolos tragœdia excitata, ventoqve suscitato filii & filiæ Jobi necantur, Job. 1. vers. 11. 12. 18. 19. qvo pacto Christum necare sategissent Diaboli in deserto, in magna tentatione, Matth. 4. si Pater ipsis induisisset. 4. Ejusdem rationis est, qvando Dominus feras immittit in homines, qvemadmodum factum esse videmus, & per leones immissos periisse Prophetam immorigerum, 1. Reg. 13. vers. 24. & per serpentes venenatos immissos in deserto, Num 21. vers. 6. per ursas, qvemadmodum contigit 42. pueris, 2. Reg. 2. vers. 24. & qvi possunt qvam plurimi modi excogitari alii. 5. Interfecit Deus duos filios Aaronis, qvi alieno igne offerre præsumebant, Levit. 10. vers. 1. citra ullius hominis vicariam accedentem operam. Illustrius est exemplum Mosis & Aaronis ipsius, Num. 20. In montem ascendunt Moses, Aaron & Eleazar, in oculis totius congregationis, seu vidente tota Ecclesia Israelitica, ibiqve, inter manus Mosis & Eleazari, Deus interficit Aaronem, & Aaron interficitur seu moritur, quem tota multitudo Israel triginta diebus amare deflevit. Eadem ipsa ratione postea interfecit Deus Mosen in monte, qvem itidem defleverunt triginta diebus Israelitæ. Quin, & hoc ipso pacto, interficiuntur a Deo qvotidie, per immissos divinitus morbos, innumeri homines, per apoplexiam, per sangvinis immodicum profluvium, cita omnem ullius hominis accedentem operam vicariam.

Satan Christum in deserto interfecisse, nisi à DEO fuisset prohibitus.

An Christus potuisset interfici seu mori, absqve Judæorum vicaria opera.

Ergo, qvia Deus in Messiam decreverat omnium nostrum conjicere peccata, & ipsum conterere & interficere, utiqve poterat Deus hoc ipsum in effectum deducere, citra omnem intervenientem operam Judæorum vicariam. Nimirum Pater cœlestis hunc Filium suum, spectante tota Judæorum Ecclesia, potuisset advocare in montem Oliveti, ibiqve dolo-

doloribus internis & corporeis excruciare maximis, (qvales etiam sensit Christus in horto, ut sudorem ipsi cruentum extunderent) ibidemque inter maximos cruciatus eidem adimere Spiritum seu vitam, eundemq; sepelire, sicut Mosen sepelivit, aut, ad minimum, ut vere mortuus animadverteretur & prædicaretur, Judæis sepeliendum relinqvere. Hæc, inqvam, potuisset æternus Pater Filio suo, nostri causâ, immittere etiam, dum interim Judæi Messiam pro suo impensissime dilexissent, ascendentem ad mortem in montem effusissime deplorassent, sepeliendum amarissime deflevissent, & tam in morte, qvam in vita, pro suo ardentissimè amassent. Ex his igitur qvilibet pius videt, Christum pro nostris peccatis mortem, sponte in sese susceptam, subire potuisse, etiamsi Judæus nullus manu ipsum improbâ attigisset, & Pilati servulis tradidisset. Pater etiam ipsum ex morte suscitasset post aliqvod tempus, sicut alioqvin tandem ipsum suscitavit.

Christus potuisset mori cum magna Judæorum condolentiâ

Verum enim verò, qvia æternus Deus longe ante prævidit, Judæos Messiam osuros, & manibus cruentis impugnaturos esse, adeoqve occisuros, *propter veritatis nimis apertum præconium*, idcirco decrevit malorum istorum opera in eodem negotio uti, ad occidendum *pro peccatis totius mundi* Messiam. In qvo negotio jam *fines* optime distingvendi veniunt. Judæi nihil aliud spectant in occisione Christi, qvam ut gallum, tam clare cantantem, voce & vitâ privent, ut suis licentiis citra impedimenta ulterius fruantur. Pater vero decrevit morti subjicere Filium unigenitum, ad delendam iniqvitatem totius generis humani.

Cur Deus voluerit Judæorum opera tamẽ uti in interficiendo Christo.

Potuit qvidem Pater Filium occidere pro peccatis mundi ipse, sicut occidit ipse Mosen. Sed qvia invidia Judæorum erga conciones Christi, *coincidebat* in tempus Messiæ enecandi pro peccatis mundi, idcirco Deus, illam occasionem necandi Messiam, Judæis non violenter è manibus extorqvet. Occidunt igitur Judæi Christum, qvem tamen occisionis actum Deus prohibuit *ipse Psalm 2, 12.* Osculamini filium, *& qvidem* tam ante actum occisionis, & in actu occisionis, detestatur & damnat ipsum factũ occisionis. Nisi scivisset, qvod *coincideret* invidia Judæorum erga conciones Christi, cum tempore Messiæ necandi pro peccatis mundi, utiqve alium ipse iniisset modum, per qvem Christus morte suâ peccata nostra delevisset.

Non violenter, inqvam, illam, à Judæis raptam necandi Messiæ occasionem, è manibus extorqvet, sicut nec violenter primis Parentibus è manibus extorqvet occasionem admovendi brachia, carpendiqve pomum & deglutiendi illud. Deus enim, ut paulo ante demonstratum fuit, creavit hominem in creaturam rationalem, & vult, ut illa ratione & Verbo sese regi concedat, nec sit velut truncus, qvi violenter volvitur, vel ut eqvus, Psal. 32, 9. qvi non nisi capistro coërcetur. Populum suum Deus Psal. 110, 3. vult esse spon-

Deus non violenter Judæos ab occisione Christi avertit, qvia volebat, ut sponte Verbo Dei de colendo Messia obedirent.

ſpontaneum, qvi in honorem ipſius, & in proprium commodum abſtineat ſponte à malis. Si violenter obſtupefeciſſet mentem & manum Judæorum, utiqve nulla inde ad Judæos utilitas, qvia hoc reſpectu, á Meſſia occidendo, non abſtinuiſſent in reverentiam mandati Dei: *Oſculamini filium, Hunc audite*: ſed ut trunci irrationales prohibiti, violenter ſatisfeciſſent officio, at nullam Deo in obedientia gloriam dediſſent.

Aliud eſt, ex amore erga genus humanum, & conſilio Dei deditum, qvod conſilium Deus variis aliis modis, potuiſſet exeqvi.

His ſuffragantur verba Spiritus ſancti Actor. 2. verſ. 22. *Viri Iſraelitæ, audite ſermones iſtos, JESUM illum Nazarenum, Virum, à DEO approbatum, apud vos præſtantibus factis, & prodigiis, & ſignis, qvæ edidit Deus per eum in medio veſtri, ſicut & ipſi noſtis. Hunc definito conſilio & providentia DEI, deditum qvum accepiſſetis, manibus injuſtis affixum ſuſtuliſtis.* Nimirum Judæi ex invidia & injuſtitia accipiunt, & manibus injuſtis interimunt Chriſtum, qvi conſilio, decreto & præſcientia Dei, & ex amore Dei erga genus humanum erat deditus ſeu traditus, nimirum pro peccatis, ut alibi Scriptura loqvitur Roman. 4, 25. *Qvi traditus eſt propter delicta noſtra.* Rom. 3, 25. *Qvem propoſuit Deus propitiationem.* Johan. 10, 18. ipſe dicit de morte ſua: *Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam à meipſo.*

Aliud eſt, qvod Satanas Judeiqve ex invidia exeqvuntur, qvod Pater aliis modis potuiſſet ex amore exeqvi.

De hac cruenta invidia erga Chriſtum Jeſum ordine hæc legimus in Sacris. *Primo omnium SATANAS* perſvaſit Judæ, ut à Chriſto deſciſceret, veniretqve ad Sacerdotes, & diceret, ſe erraſſe in colendo Chriſto pro Meſſia, verum Meſſiam ſemper manſurum, hunc vero jam jam moriturum, ex propria prædictione, ſe igitur petere veniam, qvin & petere, ut hoc ſcandalum avertant ante feſtum, & capiant ipſum qvamprimum, ſeſe velle hac in parte juvare ſervos ſeu legatos Pontificum. Hæc enim fuit ſine dubio mens Judæ, qvi ſemper dicitur *παραδίδοσθαι*, qvod *tradere* rectius convertitur, pro qvo alii *prodere*.

Si qvis tamen τὸ *PRODERE* retinuerit, is ad eandem ſententiam collineabit, ſiqvidem Judas, abuſus prædictionibus Chriſti de morte ſua, jam certo certo imminente, Judæos contra Chriſtum vehementer extimulavit; ſignificando clam, jam inter diſcipulos anxium degere, & mortem ſibi imminentem prænunciare Chriſtum, cumqve verus Meſſias non ſit moriturus, in hunc deceptorem, ut vocant Matth. 27, 63. eſſe merito animadvertendum, ſe operam ſuam in hac re promtam polliceri. Satanas hoc excitavit in Juda.

Johan. 13, 2. Cum Diabolus jam imiſiſſet in cor Judæ Simonis Iſchariotæ, ut traderet eum.

Secundo Matth. 26, 15. JUDAS dicit: *EGO* trandam eum vobis. *Matth. 10, 4 JUDAS* Iſchariotes, qvi & tradidit ipſum. *Matth. 26, 24.* Væ illi, per qvem (*JUDAM*) Filius hominis traditur.

Tertio

Tertio. Qvibus traditurus erat Messiam Judas, exprimitur *Matth. 20. v. 18.* Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur primariis *SACERDOTIBUS* & Scribis, & condemnabunt eum morte, & 27, 3. Judas videns eum damnatum, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus *SACERDOTUM* & Senioribus, dicens: peccavi, tradens sanguinem justum. Reddit igitur iis, qvibus tradiderat Christum.

Qvarto. Sacerdotes tradiderunt Christum *PILATO. Matth. 17, 22. 23. cap. 20, 19.* Tradetur Sacerdotibus & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum *GENTIBUS*, ut illudant & flagellent. *Marc. 15, 1.* Statim diluculo, consilio inito, summi Sacerdotes, cum Senioribus & Scribis, & universo Concilio, vincientes JESUM duxerunt, & tradiderunt *PILATO*.

Qvinto. Pilatus eum tradidit servis & militibus suis. *Joh. 19, 2.* Apprehendit JESUM Pilatus, & flagellavit eum, & milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus. *v. 16.* Tradidit eis illum, ut crucifigerent.

Satan et, Judas, Sacerdotes, Pilatus & ejus milites peccant in exagitando Christo, qvem Judæi spectãt, non ut victimam mundi, sed ex odio, ut nimis severum Concionatorem.

Qvod omnes isti qvinqve male fecerint, patet ex Scripturis sacris. 1. De Diabolo & Judæis, *Joh. 8, 44.* Vos ex patre *DIABOLO* estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille *HOMICIDA* erat ab initio, & in veritate non stetit, qvia non est veritas in eo. Cum loqvitur mendacium, ex propriis loqvitur, qvia mendax est, & pater ejus scil. mendacii.

Ubi *obiter* admoneo, qvod Tomo 4. Augustini qvæstionibus in Novo Testamento, & immixtis extent duæ qvæstiones, qvibus qværitur: qvomodo Diabolus dicatur habere patrem, qvum hoc loco dicatur *mendax, sicut & pater ejus?*

Et refertur ibi hoc ad Cainum, qvod is sit Pater mendacium Judæorum. Verum Scriptura sese adeo rigide Grammaticis regulis nuspiam subjicit: unde hoc qvoqve loco sensum vult servare, qvod Diabolus sit mendax, sicut & pater mendacii, hoc est, nunc ita mentiatur, sicut olim fuit mentitus in Paradiso, & decepit genus humanum, ita nunc qvoq; decepturus sit populum Judaicum, & seducturus à Messia. Id qvod qvam strenue fecerit, adhuc hodierni Judæi magno suo malo comprobatum faciunt.

Porro ad rem. Qvid hoc loco Christus intelligat, qvod dicit, *Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere*, illud patet 1. ex Luc. 4. v. 2. 3. 4. &c. ubi Diabolus, per dies qvadraginta tentat in deserto Christum, & ILLIS diebus qvadraginta CONSUMMATIS, POSTEA esuriit, subducitur in montem, statuitur super pinnaculum templi. Et vers. 13. FINITA seu consummata OMNI tentatione, (tum dierum qvadraginta, tum qvæ facta est triplex alia post qvadraginta dies, omnis tamen in deserto) Diabolus recessit ab eo *ad tempus*, 2. Ex Joh. 13, 2. ubi in Judã intravit, & Joh. 14, 30. ubi ingruente

Pas-

Passione Christus dicit: VENIT PRNICEPS mundi hujus, significans, omnis illius tragœdiæ auctorem esse Satanam, impellentem Judæos ad occidendum Christum.

3. De Juda, *Matth. 26, 24.* Væ illi, per qvem Filius hominis traditur, bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

4, De Sacerdotibus testatur Spiritus sanctus, *Matth. 27, 18.* qvod sciverit Pilatus, qvod per invidiam tradidissent Christum.

5. De sese Pilatus ipse, lotis manibus, fert sententiam *Matth.* 27, *24.* innocens ego sum à sangvine hujus justi, *Act.3,13.* JESUM vos tradidistis, & abnegastis inconspectu Pilati, cum ille judicasset absolvendum, vos vero sanctum illum & justum necastis, & postulastis, ut homicidam GRATIFICARETUR vobis, autorem verò vitæ trucidastis.

6. De servis Pontificum & Pilati *Matth.26,55.* dixit Jesus turbæ, ut in latronem exiistis cum gladiis & fustibus, & *Luc.23,34.* pro omnibus, inprimis tunc eum inter duos maleficos medium statuentibus, & pro crucifigentibus orat Christus, *Pater, remitte eis, nesciunt enim, qvid faciant.*

De DEO nuspiam extat, *qvod Messiam tradiderit Judæis occidendum.* Hoc qvidem dicitur Rom. 8,32 qvod Deus proprio filio non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum, sicut etiam de Christo ipso extat, *Gal. 2. v.20.* qvod tradiderit semetipsum, *Eph.5,2.25.* qvod dilexerit nos, & tradiderit semetipsum pro nobis, oblationem & victimam Deo, in odorem svavitatis, qvod tradiderit semetipsum pro Ecclesia.

Judæi impleverunt Prophetias de morte Christi.

Sed facilis erit declaratio, si audierimus iterum ipsum Spiritum sanctum Act.13,27. & seqvent. *Qvi habitabant in Jerusalem & Principes eorum, hunc ignorantes, & voces Prophetarum per omne Saubbathum lectas, judicantes impleverunt. Et nullam caussam mortis invenientes, petierunt Pilatum, ut interficeret eum. Cumq; consummassent omnia, qvæ de ipso scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento, DEUS vero suscitavit eum à mortuis.*

Horum verborum sensum luculentiorem malo ex Syriaci Interpretis versione, qvam ex mea Paraphrasi audire Lectorem. *Sic igituv Syrus ille nunqvam satis laudatus habet*: Illi habitatores Jerusalem & primates eorum, non consenserunt ei, nec etiam Scripturis Prophetarum, qvæ leguntur in omni Sabbatho, sed condemnarunt eum, *& impleverunt omnia*, qvæ sunt scripta. Et cum non invenissent caussam mortis ullam, petierunt à Pilato, ut interficeret eum, & cum *explevissent* omne id, qvod scriptum est de eo, sumseruut eumde cruce &c. Utor autem versione Latina Syri Interpretis ista, qvæ prodiit Parisiis Anno Christi 1548. apud Johannem Benenatum, opera aliqva Gvidonis Fabricii.

Qvili-

Qvilibet autem videt *hoc dici.* Sacerdotes partim Christum non audivisse, partim ejusdem miracula divina esse credere noluisse, offensosq; specie ipsius humillimâ, & acerrimâ veritatis prædicatione, malô consiliô & impiô ausu eum interfecisse, & ita complevisse, qvæ de eo scripta erant, & qvæ non per ipsos Pater complere necessum habuisset, sed aliô modô implere voluisset & potuisset.

In Veteri enim Testamento passio Christi satis est descripta *Genes.* 3 15. conculcabis calcaneum ejus, *item* in sacrificialibus pecoribus, qvæ adducebantur, mactabantur, sangvine privabantur, exoribantur, dimembrabantur, imponebantur lignis & comburebantur, idq; per Sacerdotes; & qvidem tantùm igne cœlitùs demisso, & ab initio post lapsum usq; ad Christum in cœlos exaltatum, & ad dextram Patris in cœlestibus collocatum in vicinia Hierosolymæ, tandem non nisi intra Hierosolymam. *Item* Esa. 53. Daniel. 9. mors Christi, vel, ut Judæi hodierni, qvoties urgentur, fateri & loqvi solent, infirmatio Christi, Schwächung des Meßiæ/ satis innuitur. Et hæc, aliaqve plurima de Christo morituro in Scripturis prædicta, fuere complenda, & fuissent â Patre completa facillimè per modum aliqvem superiùs allegatum: Ipsi autem Judæi eadem ex malo consilio compleverunt, alio etiam fine, qvàm qvo fine Pater Filium mactari voluit, unde nec uspiam in Scripturis primariò & absoltè de Judæis Christum interempturis, præsertim fine jam dicto, qvicqvam unqvam prædici curavit. *Qvæ de Christo sint scripta in Scripturis Veteribus.*

In *Psalmo qvidem* 22. haud obscurè alluditur ad Tragœdiæ passionis Christi actores, qvin & Galatinus lib. 8. aliqva adducit ex veteribus Rabbinis, qvod proprius populus Messiam esset despecturus, Interim ex sacris nullus locus proferri potest, qvòd Deus extra respectum contumeliæ, qvam Judæi spontè illaturi erant Messiæ, cogitaverit, decreverit, cum delectatione & comprobatione spontanea elegerit hosce Filii mactatores. Impleverunt igitur tamen Judæi malo consilio & malo fine, qvod Deus prædixerat, & bono consilio bonoq; fine in Christo exeqvi decreverat.

Qvod Christus Pilato dicit Johan. 19, 11. *Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset supernè:* proptereà qvi me tradidit tibi, majus peccatum habet: illud ita explicandum est, ut totus hic versus sibi mutuò arctissimè cohæreat. Fiet illud citra omne dubium, si hanc retinueris sententiam. Timuit anteà Pilatus qvando audivit, Christum esse Filium Dei. Sed mox timoris istius oblitus, & gratiæ Cæsareæ retinendæ affectu afflatus, tumidè & superbè Christum aggreditur, (idq; citra omnem respectum & cogitationem ad Dei tribunal, & ad responsa olim de omnibus rebus judicatis reddenda) inq; has superbas erumpit voces, qvasi loco Cæsaris ipse Deus esset in cœlo & in terrâ, & qvicqvid ageret, propter hoc à nullo judicari

cari posset. An nescis, me habere potestatem te absolvendi, vel crucifigendi, cur non applicas tuos mores ad meum palatum, cur adeò es obliviosus tuæ propriæ salutis?

Hîc igitur respondet Christus: Tu omninò habes jam potestatem, ad qvam ego qvoqve citatus sum, sed scias, illam talem non esse, qvalem tu tibi somnias. Ex Deo ista est, officio DEI vicarius DEI fungeris; debebas autem ita fungi, ut & hæc jam dicta agnosceres & te præpares ad rationes pro omnibus tuis judiciis suo tempore DEO reddendas. Neqve enim nisi hoc unum certissimè tibi persvadebis, qvod DEUS te examinabit de omnibus, qvæ per te facta sunt in judicii tui officio: Si ista considerares, non posses abuti potestate tuâ, sed veritatem debebas agnoscere, & hominem innocentem non lædere, id qvod maximum est peccatum contra conscientiam.

Majus qvidem est peccatum Judæorum, si originem meæ passionis injustæ considerem, qvia isti me tibi in terris loco DEI & loco Cæsaris judicanti tradiderunt ex mera invidia, id qvod te latere non potest, interim verò tu æqvè atqve Judæi peccas, qvi veritatem vides, & justitiam agnoscis, veritatem tamen & Justitiam nullam facis, nec rectum judicium judicas, nec innocentem defendis.

Hanc sententiam spero agnituros qvovis pios. Si è contrario ita resolveris versus istius verba prima, sicut qvidam indigitat, ab aliqvibus exposita fuisse: *Pater meus ME tradidit in judicium tuum*: qvâ ratione & qvâ connexione conjunges seqventia & posteria ejusdem versus verba cum prioribus: *propterea, qvi me tibi tradidit, majus habet peccatum*? Sic enim & DEUS Pater haberet aliqvod peccatum in morte Chrsti procuratâ. Utiqve *ἀσυλλογηστίαν* magnam committere habebit, qvi planè ruditer & nudè interpretationem hanc postremam urgebit.

QVÆSTIO ALIA
DE CRUCIFIXIONE CHRISTI.

Qvæstio, aut volonte aut nolente Deo traditus Messias Respons.

SEd jam tandem qværes, Lector: *Ergone, volente aut nolente DEO, Judæis crucifigendus cessit Filius DEI, Messias noster.*

Hîc tibi do responsionem, qvam superiùs dedi de lapsu primorum parentum, & illam insuper illustri exemplo confirmabo, petito itidem ex sacris literis, Exod. 21, 13. Deut. 19, 5.

Sicut DEUS primorum parentum stubstantiam non abolevit, mentem non ademit, membris fructum prohibitum apprehensuris motum non

sub

subtraxit, interim tamen ex protervo animo proprio profectam & absolutã ingluviem noluit, improbavit, damnavit: *Ita* Judæorum in Messiam prævaricantium neqvitiam noluit, mandatis compescere sategit, illis nimirũ, qvibus, ut in secundo Psalmo, osculationẽ Filii præcepit, cum annexa comminatione adversus inobedientes, attamen futuris contra hanc comminationem & prohibitionem contumacibus mentem & motum non ademit, Christum iisdem jam occisuris non subtraxit violenter, factũ tandem vindicavit gravissimè. *Summatim*, hæc in ipsis noluit, improbavit, damnavit ante passionem Christi, in passione Christi, & post passionem Christi semper acerrimè.

Deus odium Judæorum erga Christum nunqvam voluit.

Deinde idem in morte Christi per Judæos intentata fecit DEUS, qvod qvotidiè facit in aliis innumeris exemplis: Interdum uni alicui individuo prædestinavit Deus vitam 20. annorum, & in fine horum 20. annorum ipsum ex hac vita simul tollit. Jam de medio observandum. Posset tali homini, cui decrevit non nisi viginti annorum dare vitam, per morbos naturales finem vitæ imponere. Verùm qvia prævidit, in fine horum viginti annorum amicum ex imprudentia cum tali homine conversaturum, iccirco hujus ipsius amici operâ improvisâ adversus talem hominem viginti annos natum utitur, ut nimirum à tali improvido amico interficiatur amicus alter, ad mortem isto anno destinatus.

Et hoc est illud ipsum, qvod Dominus expressè dicit Exod. 21, 13. *Si duo abeunt ad cædenda ligna, & alterius instrumentum aberrat & interficit sodalem*, ego dedi eum in manus ipsius. *Hæc ibi.*

Item Deut. 19 4. 5. 6. *Qvi percusserit proximum suum ignoranter, neq; oderat eum ab heri & nudius tertius, qviq; abierit cum proximo suo in sylvam ad cædenda ligna, & impulsa fuerit manus ejus in securim ad cædendum lignum, elapsum autem fuerit ferrum è ligno, inveneritq; proximum* suum & moriatur, is *fugiat ad unam urbium istarum & vivet, cum non sit reus mortis, qvod odisset eum heri & nudius tertius.*

Dedit igitur *Deus hominem* vicesimo anno ætatis morti destinatum *in manus interficientis* amici, amici operantis ex incuriâ, qvem tamen sine hoc amico ipse DEUS suâ potuisset interficere potentiâ, immisso morbo aliqvo communi. Ita qvoqve Deus Christum dedit in manus Judæorum occidendum, qvia prævidit, tales eos futuros erga Christum eo tempore, qvo ex decreto Patris pro mundo debuit pati Christus.

Et his præmissis jam satis & perspicuè intelligi poterunt ista loca in Actis Apostolicis.

Act. 3, 13. 14. 15. *Deus glorificavit Filium suum Jesum*, qvem vos tradidistis & *negastis ante faciem Pilati, cum ille judicasset esse absolvendum, vos justum negastis & petiistis virum homicidam donari vobis: Autorem verò vitæ interfecistis.*

Actor.4, 27. 28. *Convenerunt in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum, qvem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel,* facere, *qvæ manus tua, & consilium tuum prius decreverant fieri.*

Act.7,51.52.53. *Duri cervice, & incircumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui Sancto restitistis, sicut Patres vestri, & vos. Qvem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri, trucidarunt, inqvam, eos, qvi pronunciarunt adventum justi illius, cujus vos nunc proditores &* occisores fuistis, *qvi accepistis legem per dispositionem angelorum, nec servastis.*

Act.13,27.28.29. *Qvi habitant in Jerusalem & Principes eorum* (ignorantes illum & Scripturas Prophetarum per omne Sabbathum lectas) *judicantes impleverunt. Et cùm perfecissent omnia, qvæ de eo scripta erant, detractū á ligno posuerunt in monumento.*

Duo in his Oraculis sacris dicuntur, qvæ diligenter sunt discernenda, & diligenter expendenda.

Deus fecit certum de morte Christi ex charitate erga mundum.

I. Qvòd manus & consilium Dei prius decreverat mortificare Christum, ponere nimirum omnia peccata super ipsum, & in salutem mundi, *ex Charitate* erga totum mundum constituere eum victimam, & qvòd hoc consilium suum Deus in Scripturis prædici curârit, & qvòd omnes expectarint tempus, ubi implerentur eædem prædictiones, Es. 53. id qvod etiam Deus exeqvi potuisset citra omnem vicariam operam ullorum hominum, nedum Judæorum. Sic enim Deus qvoqve in exemplo paulò anteà proposito decreverat hominem aliqvem mortificare vicesimo anno ætatis, idqve præstare poterat per appoplexiam, vel per ruinam domûs, vel per similem modum.

Judæi decerunt Christo mortem ex mero odio.

2. Qvod Judæi convenerint *ex odio* erga Christum, & negârint, hunc esse Salvatorem mundi, ideoq; cum Pilato egerint, ut eundem interficeret, adeoq; perfecerint *ex odio* actum occisionis Christi, qvam occasionem *ex nimia dilectione* erga salutem totius generis humani Deus alio modo sine Judæis perficere potuisset.

Sic enim, in exemplo paulò anteà propsito, Deus jure & consiliô suô, & ex sua potestate hominem qvendam vicesimo ætatis anno morti tradere decreverat, sed ex incuria intervenit amicus, ex incuria occasionem ejusdem hominis perficiens, qvam Deus sine interveniente illo solus per alia media effectui tradere potuisset. Sicut autem Deus utitur operâ vicariâ amici, & ita in manus amici dedit alterum: ita qvoqve Deus utitur cruentis Judæis, & dat Christum in manus eorum, qvi tamen ipse sine Judæis Christum occidere potuisset.

Sicut

Sicut autem excuſatus non eſt amicus ex in curia amicum interficiens, hoc eſt, necans illum amicum, qvem tamen DEUS dedit in manus ejus!, ſed cogitur exilium pati usqve ad mortem Pontificis ſummi, Num.35. v. 22, 23. 24,25. *Ita* qvoqve excuſati non ſunt Judæi, qvi ex odio necant CHRISTUM, qvem DEUS occiſioni deſtinaverat, & alio modo, qvàm per Judæos, commodisſimè occidere potuiſſet, ex magno amore erga generis humani ſalutem.

CHRISTUS igitur Mesſias verus ſecundùm Scripruras fuit tradendus à Patre in mortem, non qvam ludibria Judæorum erant confecturi, ſed qvam Pater erat perfecturus; unde Judæi ex invidia, malo conſilio tamen perficiunt, qvod bono conſilio Pater decreverat & facere poterat.

Porrò, qvia Act. 13, 27. Judæi ex ignorantia CHRISTUM crucifixiſſe perhibentur, meritò qværitur; Utrum omninò ex ignorantia ita fecerint, ut ſint excuſati. Et Reſpondetur in modum ſeqventem.

Judæi ignorarunt.

De Judæis ſunt duplicia dicta; 1. Qvod ex ignorantia CHRISTUM rejecerint, Luc.3,34. *Pater, dimitte eis* neſciunt, *qvid faciunt.* Act.3.17. *Et nunc fratres, ſcio, qvia* per ignorantiam *feciſtis, ſicut & Principes veſtri* 1. Cor.2, 8. *Qvam nemo principum hujus ſeculi cognovit,* ſi enim cognoviſſent, *nunqvam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

Judæi non ignorarunt.

2. Qvod non ex ignorantia peccarint. Matth.12, 32. *Loqvuntur blaſphemiam in Spiritum Sanctum, nec in hac nec in altera vita remittendam.* Joh.10. v. 38. *Si mihi non creditis, operibus credite.* Joh. 15, 24. *Si opera non feciſſem inter eos,* qvæ nemo fecerat alius, *peccatum non haberent.* Nunc autem & viderunt & *oderunt & me & Patrem meum.* Joh.15, 44. *Gloriam hominum* plus fecerunt, *qvàm gloriam DEI.*

Sed conciliatiò eſt facilis. Diſtinguendum enim eſt inter majeſtatem CHRISTI revelatam per opera in ſtatu exinanitionis, & inter majeſtatem CHRISTI revalatam in reſurrectione ejus & aſcenſione ejus in cœlos.

Opera in ſtatu exinat & exaltat.

Opera in ſtatu exinanitionis tanta ſunt facta, ut inde etiam Laici potuerint ſufficienter concludere, hunc eſſe Mesſiam, & per illa omnis ignorantia Judæis adimatur. Et hoc reſpectu Chriſtus dicit: *Si opera non feciſſem,* peccatum non haberent.

Reſurrectionem & aſcenſionem in cœlos nondum viderant, nec tenui ſpecie Mesſiæ offenſi credere poterant, qvam ſi credidiſſent, Chriſtum non crucifixiſſent. Hoc altero pacto ſeu reſpectu Apoſtolus etiam Actor. 3. v. 17. loqvens de Chriſto glorificato addit, *Judæos ex ignorantia peccaſſe.* Et congruit hoc cum illo Chriſti Iohan. 8, 28. *Cùm exaltaveritis Filium hominis,*

 tum

Aliqvi ex crucifixoribus Christi sunt conversi.

tum cognoscetis, *qvia ego sum.* His ex ore Domini ita se habentibus, jam cogitetur I. An ex *omnimoda* ignorantia peccarint Judæi crucifixores illi, qvi conversi tamen tandem sunt, Actor. 2, 23. 37. 38. Chemnitius parte alt. l. 3. Harmon. fol. 208. ipsorum contumeliosam abnegationem coram Pilato annumerat illis blasphemiis, qvas faciunt peccata in Spiritum sanctum. II. An Judas possit excusari, an ex mera avaritia, an verò non etiam simul hoc fecerit, qvod non sperârit aut crediderit resurrectionem & ascensionem CHRISTI.

XIII. ORACULUM SACRUM.

Luc. VIII, 10.

Sed jam illud qvoqve expediendum adest, qvod extat *Matth. 13, 11. 12. 13. 14. 15.*

11. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς: ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

12. Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται: ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

13. διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσι.

14. καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

15. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Qvisqvis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior; qvisqvis autem non habet, etiam qvod habet, tolletur ab eo. Ideò in parabolis loqvor eis, qvia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Esaiæ dicentis: Auditu audietis & non intelligetis; & videntes uidebitis, & non videbitis. Incrassatum enim est cor populi ejus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne qvando videant oculis, & audiant auribus, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos, &c.

Er antwortet/ und sprach: Euch ists gegeben/ daß ihr das Geheimniß des Himmelreichs verneh- met/ diesen aber ists nicht gegeben. Denn wer da hat/ dem wird gegeben/ daß er die Fülle habe/ wer aber nicht hat/ von dem wird auch genommen/ daß er hat. Darumb rede ich zu ihnen durch Gleichnüsse/ denn mit sehenden Augen sehen sie nicht/ und mit hören- den Ohren hören sie nicht/ denn sie verstehen es nicht. Und über ihnen wird die Weissagung Esaiä erfüllet/ die da saget: Mit den Ohren werdet ihr hören/ und werdet es nicht verstehen/ und mit sehenden Augen werdet ihrs sehen/ und es nicht vernehmen. Denn dieses Volcks Hertz ist verstockt/ und ihre Ohren hören übel/ und ihre Augen schlummern/ auf daß sie nicht dermaleins mit den Augen sehen/ und mit dem Hertzen verstehen/ und sich bekehren/ daß ich ihnen hülffe.

Q*væ proximè antecedunt, ita sese habent:* Christus ex navi ad turbam in littore stantem recitat parabolam de qvadruplici semine, & in conclusione concionis exclamat: *Qvi habet aures ad audiendum, audiat:* hisq; verbis admonet cunctos auditores, ut hanc suam dictam de qvadruplici semine parabolam ad huc ulterius, plus & altius meditentur, expendant, scrutentur, ideoq; ex Christo plura de eadem qværant & audiant.

Christus monet, ut de parabolis dictis plura inqviran- tur.

Postqvàm hanc admonitionem proclamavit, *accedunt soli discipuli* auditurì declarationem, & primo loco qværunt cur ita per parabolas loqvatur? Respondet Christus; *Vobis* (qværentibus & scrutantibus nimirum) *datum est nosse mysteria regni cœlorum, reliqvis* (obmutescentibus, ulteriùs non inqvirentibus) *non est datum.* Et his verbis satis innuit, auditores sedulos, de concionibus auditis plus inqvirentes plenè edoceri & illuminari; at reliqvos non inqvirentes nec plenè edoceri, nec illuminari, idqve propria ipsorum culpa.

Per conciones sufficienter auditas datur fides.

Statim autem posteà incipit *discipulis inqvirentibus* explicare parabolam de qvadruplici semine, & in *fine iterum ostendit, qvi sint auditores*

bea-

beati, nempe, qvi sermonem audiunt, & post inqvisitiones institutas intelligunt. Qvo ipso non obscurè declarat, illis etiam datum esse, nosse mysteria regni cœlorum, qvi audiunt, nec audiunt tantum, sed & intelligere satagunt, & ut intelligere valeant, diligenter inqvirunt, & tandem ferunt fructum. Et hæc est nativa & propria interpretatio verborum Salvatoris ex contextu deprompta, qvæ omnem προσωποληψίαν in Deo excludit, & omnem culpam damnationis in homines rejicit.

Discipuli inqvirunt ex Christo plura etiam de zizaniis.

In eodem capite, versu 36. post dimissam turbam adeunt JESUM discipuli ejus, & adhuc plura inqvirunt, & dicunt: *edissere nobis* etiam *parabolam de zizaniis*. Id qvod Christus etiam facit: & tandem versu 51. ita compellat discipulos suos à concione & recitatione aliqvot parabolarum (qvibus libenter utitur, qvòd meliùs & pleniùs doceant, diutiusq; animo observentur & inhæreant ad qvemvis conspectum istarum rerum, à qvibus sunt depromptæ.) *Dicit igitur eis* post explicationem parabolarum datam & absolutam JESUS, *Intellexistis hæc omnia?* Et respondent Christo discipuli, *etiam Domine*. Ecce iterum benigne Lector, qvibus det Dominus gratiam, ut agnoscat veritatem, & salventur, nimirum illis, qvi audiunt, deinde, qvi non intellecta ulterius inqvirunt, tamdiuqve scrutantur, donec dicere possint: (Etiam seu omninò intelligimus, qvæ fuere dicta,) qvi item intellecta reipsa præstant & fructum ferunt. Et hæc omnia itidem DEUM ab omni προσωποληψίᾳ excusant. Hanc diligentiam in cognoscendis concionibus Christi discipuli adhibebant, promiscua mulititudo populi eandem non adhibebat, unde facilè est cognoscere caussam, cur Deus dederit gratiam ampliorem discipulis, gratiam verò nullam ampliorem promiscuæ multitudini dederit. Ex pleno enim auditu gratia fidei datur & oritur. Ergò ex non adhibito pleno auditu, nulla oritur vel datur gratia DEI, seu donum fidei, Rom. 1, 16. & 10, 17.

Marci 4.

Apud Marcum Evangelistum eòdem res redit, qvia apud hunc qvoqve commemoratur, qvod post parobolam de qvadruplici semine finitam, cùm Christus solus esset, (post turbam citra scrudandi studium ab ipso digressam) interrogaverint eum ii, qvi cum eo erant, duodecim, de illa parabola: & versu 34. qvod Christus seorsim (post turbam somnolenter profectam ab ipso) edisseruerit omnia: sed & anteà versu 11. etiam dixit, vobis datum est nosse mysteria regni DEI, illis autem, qvi foris sunt (corpore præsentes, animó absentes) in parabolis omnia fiunt, (qvia scilicet audiunt, sed non intelligunt, nimirum, qvia nec qværunt, nec scrutantur.)

Qvod

Qvod attinet ad locum ex Esaia Propheta à CHRISTO adductum ex capite sexto ipsius Matth. 13. iste repetitur etiam Joh. 12., 38. 39. 40. 41. hac ratione: *Cum tot signa dedisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, qvem dixit: Domine, qvis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est, propterea non poterant credere, qvia iterum dixit Esaias: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias qvando vidit gloriam ejus, & locutus est de eo.* *Locus Esaiæ 6.*

Sed ut rectiùs æstimari qveant verba Prophetæ, legatur sensus dictorum apud ipsum Prophetam *cum antecedentibus & conseqventibus*, & res omnis fiet dilucidissima. *Ibi igitur ita sese habet negotium: Dicit Esaias* v. 8. *Audivi vocem Domini dicentis: qvem mittam? & qvis ibit nobis? Tunc dixi: Ecce, ego, mitte me.* v. 9. *Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audiendo, & ne intelligatis, & videte videndo, & ne cognoscatis.* v. 10. *Impingva cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.* vers. 11. *Et dixi: usqveqvò DOMINE.? Et dixit: Donec desolentur civitates absqve habitante, & domus sine homine, & terra desoletur desolatione.* vers. 12. *Et elongaverit Jehova hominem, & multiplicaverit* (dies ejus) *qvæ derelicta est in medio terræ, verùm adhuc in ea erit decima &c.* Hucusqve verba Prophetæ Esaiæ.

Qvorum facilis sensus est iste: Dic populo, ut audiant diligenter: sed dic eis hoc simul, futurum, qvod præ sua contumacia seriam pœnitentiam omnem adversante tuam qvidem concionem aliqvoties ita sint audituri, ut tamen mentem non satis æstiment, nec convertantur, tu tamen impingva & crassum fac, & oculos & aures eorum, seu pergas, in te desiderari nihil patiaris, qvasi dura reddas eorum corda, toties toties, iterum iterumq; inculcando eadem verba, sicut impii dicere solent, suas aures obtundi toties repetitis iisdem. *Multi audiunt, sed sine mente convertendi.*

Qværit autem Esaias; qvamdiu hoc durabit, qvamdiu clamabo, & clamoribus meis nihil aliud proficiam, qvàm qvod ego (nam de Esaia, non de DEO dicuntur hæc verba, *impingva crassum fac*) impingvabo & crassiora reddam corda ipsorum? Respondet Esaiæ qværenti DOMINUS, usqve dum seqvetur eventus tuæ prædictionis, ille nimirum, usqve dum isti pertinaces, impœnitentes, inobedientes, incident in pœnas suæ iniqvitatis, usqve dum videbunt ab hostibus desolari omnes munitiones abduci homines in longinqvam captivitatem, eamq; diuturnam, qvanqvam tamen aliqvot pauci remanebunt residui. *Tamdiu multi non audiunt, donec seqvantur reales conciones.*

Hæc collatio ex antecedentibus & conseqventibus conjunctis instituta exhibet planum, nativum & facilem intellectum. Nimirum Esaias jubetur eos admonere fidelissimè, id enim innuit phrasis, qvà uti debet, *audiendo audite, videndo videte:* additur autem effectus prædicationis ipsius, qvi erit futurus frustraneus, id qvod idem ipsis contumacibus itidem prædicere, ideòqve os aperire & anunciare jubetur, *non tamen cognoscetis, non intelligetis,* (qvia existimabitis, populo Israël DEUM carere non posse, seu vos esse templum Domini, qvod ante ultimum diem destrui non posit, qvemadmodum etiam sentiunt Apostoli, Matth. 24, 3. Ideoq; subinde durioribus factis tu Esaia callum obduces tuà concione toties repetitâ (*impingva igitur & crassum fac populum hunc, aures & oculos ejus & cor ipsius, ut non videant, nec audiunt,*) perge tamen annunciando pœnas, qvas cùm non vident illicò, & in eodem momento inferri, icciro concionem esse inane terriculamentum existimabunt, & hac Patientiâ DEI, & hac morâ abusi, fient indies & magis increduli, pertinaces, contumaces, crassi, in impietate augescent.

Caussæ pertinaciæ impœnitentiæ in Judæis.

Qvamdiu? Id jam seqvitur: qvæ etiam seqventia sunt exactissima præcedentium explicatio. Qværit enim Esaias (qvandiu annunciare populo debeat frustrà tot & tantas minas, adeòqve ipse nihil aliud tamen efficere, nisi qvod tantummodo faciet crasiores, inobedientiores aures & oculos, & impuriora corda populi? Respondet DEUS: tamdiu frustra clamabis, minaberis, tonabis, crasiores experieris tuos auditores, donec post verba frustra inculcata viderint, me uti verberibus, desolare terram, abducendos tradere homines hostibus in lonqvinqvam & diu duraturam captivitatem.

Esaias incrassat cor Judæorum, non Deus.

Inprimis benè iterum iterumq; istud expendendum est, non oscitanti, nec dormitanti sacrorum librorum lectori, qvod non dicat hoc loco DEUS, *se velle pingvefacere & incrassare cor populi hujus*, sed qvod jubeat hoc ipsum fieri à Propheta & qvod illa impingvefactio & incrassatio populi per Prophetam non posit fieri aliâ ratione, qvàm si nimis sæpè minas divinas inculcet, adeò, ut aures auditorum plenæ fiant istis sermonibus & crassæ, fine utiqve non nisi optimo, eventu tamen propter hanc caussam irrito, qvod non statim vident impii seqvi furoris divini incendium, sicuti in *Ecclesiaste dicitur cap 8 vers. 11. Qvia non fit sententia de opere malo citò, ideò totum in hoc est cor filiorum hominum, ut faciat malum.*

Prophetæ conciones suas ita scribunt, acsi coràm cum

Sic homines in communi lingvâ *cum affectibus* etiam suos domesticos & suos auditores compellare solent. Dico autem (*cum affectibus*) qvia Prophetæ ita describunt suas conciones, ac si easdem loqvantur, & ac si easdem cum affectu ad præsentes auditores habeant.

Sic

Sic igitur cum affectu Princeps in præsentiâ auditorum ad Concinatorem dicere potest: Tu concionator sæpè repete admonitiones tuas populo, & tu popule ne intelligas. Blaue du dich mit ihm ab/ und ihr sollet nur nichts verstehen. Hîc imperationem esse nihil aliud, qvàm prænunciationem effectus inanis secuturi post conciones habitas, qvilibet videt. Et eodem pacto in verbis Esaiæ res sese habet. Etsi verò in Evangelista Matthæo paulo aliis verbis recensentur ista ex Esaia; tamen qvoad sensum nulla est differentia. Apud Matthæum enim, (ut vidit lector jam modo) hæc est series: Per parabolas loqvor eis, qvia *videntes* (prima verba parabolæ, primâ vice audientes, sed nihil pro intimo sensu parobolarum impetrando, inqvirentes aut petentes) *non vident*, & *audientes* (externas syllabas, & tamen in nucleo explicationum inqvirendo ignavi) *non audiunt*, & (qvia initium tantùm exceperunt, nec expectarunt conseqventia necessaria interpretamenta) *non intelligunt. Sic enim completur in ipsis Prophetia Esaiæ*, sic fit ipsis hodiè qvod tempore Esaiæ contingebat eorum patribus, *auditu audietis*, & (concionem non æstimando nec timendo satis) *non intelligetis, pingvefactum est* (induratum est (*cor populi hujus* (per nimiam patientiam DEI, tamdiu differentis pœnas, & tantummodò verbis conversionem flagitantis &c.)

affectibus ad populum easdem pronunciarent.

Matth. 13. Esa. 6. conciliantur.

Apud Johannem hæc est series: Animadverterunt ibi miraculum Lazari ex mortuis resuscitati, cap. 12. versu 9. audierunt vocem de cœlo, *Glorificabo te*, versu 28. & tamen cùm tot signa vidissent, non crediderunt, versu 37. ut sermo Esaiæ 12. in illis Judæis ipso tempore CHRISTI duris impleretur & perficeretur, seu illis accommodari posset, qvi olim fuit impletus in eorundem duris majoribus. *Non potuerant credere, qvia excœcabat eos*, hoc est, miraculis Filii DEI nihil aliud apud hos tenui specie Messiæ offensos efficiebatur, qvam qvod multitudine concionum & miraculorum abutebantur, & qvemadmodum faciebant, Matth. 12, 38. subinde plura & plura miracula expectabant, miraculis unicè intenti videndis, interim in miraculis satis expendendis non satis solertes, & in concionibus ante omnia observandis ignavi. Nam de miraculis inprimis apud Johannem est sermo. Atqve satis constat de illo loco, qvod nimirum nihil aliud dicatur, qvàm istud, non scrutantes, non qværentes, non facientes qvæ jubentur, habere & facere sibi ipsis corda crassa, oculos non videntes, aures non audientes, audire & non intelligere, videre & non cognoscere, ne possint converti & servari, fieri indies indiesq; impingvioribus & crassioribus cordibus, auribus ac oculis.

Joh. 12. & Esaia 6.

Qvomodò CHRISTUS Judæos excæcat.

Ac licèt de DEO fuisset usurpata illa ipsa eadem phrasis, Esa. 6. vers. 10. qvòd DEUS impingvasset, & impingvefecisset & incrassasset, adhuc im-

Si de DEO & Christo dictum esset, qvòd incrassent, qvomodo illud fiat.

pingvaret, impingvefaceret, crassefaceret corda hominum; tamen nihil aliud ex illis evinci patitur συνέχεια contextuum, qvàm qvod jam jam indigitatum est, nimirum DEUM tot & tantis comminationum suarum repetitionibus & iterationibus alium eventum nullum acipere, qvàm qvod securi, indiesqve redduntur securiores: audiunt qvidem, sed non scrutantur, ut intelligant, & ut in sese concipiant metum comminationum divinarum: fiunt enim crassiores, pingviores, & clausiores & duriores istorum aures: utiqve non culpâ DEI concionem totius iterantis & svadentis; non tantùm audiant, sed audiendo audiant, hoc est, fidelissimè audiant & audita expendant, sed vitio securitas hominum, qvi tot inculcationibus frustrà aures obtundi patiuntur, & convertuntur, sed securiores fiunt, cùm non statim eveniunt opere ipso tùm alia, tùm minæ verbis prædictæ; sicut Pater dicitur filium indurare, cum saltem verbis monet.

Qvando & qvomodo hominum corda mutentur.

Tandem autem, inqvit DEUS, incipiunt videre & audire, cum eventu comprobantur minæ, cùm jam incipiunt desolari urbes & munitiones à præsentibus hostibus, qvando hostibus non possunt resistere, vident sese deseri ab auxilio divino. Tum in sese descendunt, & cogitant, fatenturq; fieri illa propter peccata ipsorum, se non attendisse νουθεσίαις Prophetarum, seipsos obdurasse aures, & clausisse oculos, & pervertisse corda, nunc verò per calamitatem aperiri clausos oculos, & duras aures, & emolliri corda eorum, nunc scribi in corda eorum sermones DOMINI. Et hoc est compelle intrare qvoddam, qvando DEUS non amplius verbis, sed virgis & calcaribus urget, circumcidit corda cultellis calamitatum.

Huc pertinet, qvod dicitur Deuter. 30, 1. *Erit, cùm evenerint tibi omnia verba hæc, benedictio & maledictio, & reduxeris ad cor tuum, in cunctis gentibus, ad qvas expulerit te Jehova DEUS tuus.* v. 2. *Et conversus fueris ad Jehovam Deum tuum, tum reducet captivitatem tuam.* v. 3. 4. 5. 6. *si fuerit expulsus tuus in extremo cæli, illinc reducet te Jehova Deus tuus, & circumcidet cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Jehovam Deum tuum.*

Hoc dicit verbis illis jam recitatus DEUS, sapientiores, oculatiores, obedientiores futuros eos esse 1. ex calamitatibus, in qvas propter peccata conjicientur divinitus, 2. & ex liberationibus, qvas DEUS ipsis mittet, qvemadmodum alibi qvoqve in eodem Deuteronomio capite 29. versu 4. Scriptura loqvitur: *Nondum dedit Jehova vobis cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum usqve adhuc diem. Nimirum non vult hoc,* qvod DEUS hactenus clauserit & obduraverit ipsis corda & oculos, feceritq; cohibendo animas, ne convertantur; *Sed* qvòd

DEUS

DEUS in Ægypto, in exitu ex Ægypto in deserto plurima eis exhibuerit clarisſima & divinisſima miracula, & qvod tamen illis miraculis in hanc usqve diem non fuerint commoti, ut inciperent amare & revereri & metuere DEUM.

Hunc enim ſenſum eſſe, patet ex collatione trium verſiculorum in capite jam indigitato, *nim. ſecundi, tertii, qvarti, idq; in hunc modum: Dixit Moſes ipſis vos ipſi vidiſtis omnia, qvæ fecit Jehva in oculis veſtris, in terra Ægypti, ipſi Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, & univerſæ terræ ejus, tentationes magnas, qvas viderunt oculi tui, ſigna & portenta magna illa. NEQVE TAMEN dedit Jehova vobis cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum usqve in hanc diem.* Facilè qvilibet ſimplicis ingenii animadvertet, mentem Dei eſſe iſtam: Etſi feci vobis multa miracula, tamen vobis nondum ex veſtro judicio ſatisfeci, ut commoti iis, inciperetis mihi unice obedire. Multa vidiſtis ſigna, nondum tamen ex tot ſignis ſatis facti eſtis intelligentiores & obedientiores, qvæ tamen portenta vos extimulare debuiſſent, & veſtram ſupinam ſtupiditatem excutere.

Ex miraculis homines moveri debent ut corda mutent.

Exemplum, ſi qvis deſideret, aliud extat Dan. 5, 18. & ſeqq. Ubi Balthaſarum impium Regem, qvi Patris ſui Nebucadnezari inſigni calamitate & reſtitutione in regnum poſt calamitatis ſanationem, ipſe tamen melior fieri neglexit & detrectavit, ita alloqvitur Daniel: *Tu Rex, Deus altisſimus, regnum & magnificentiam, & gloriam & honorē dederat Nebucadnezari patri tuo, timuerunt ab eo omnes lingvæ & populi. Qvando autem elevatum fuit cor ejus, & ſpiritus ejus induratus* (tot rerum felicibus ſucceſſibus, citra omnem admixtam ærumnam) *eſt ad ſuperbiam* (ſuo generi, virtuti & viribus omnia accepta referens, non Deo, neq; Deo gratias egit pro tanto honore) *depoſitus eſt de ſolio regni ſui, herbæ tanqvam bovem cibaverunt eum, donec cognovit, qvòd dominaretur altisſimus: & Tu filius ejus Balthaſar non humiliaſti cor tuū, cùm totum hoc ſcires, ideò diviſum eſt regnum tuum, & datum Medis & Perſis.*

Rex calamitatibus patris non movetur ut cor mutet

Libet aſcribere qvæ eodem ſenſu de Iſraëlitis in captivitatem abductis ſcripſit, qvanqvam non canonicus Aſcriptor Baruch. Sic enim ille cap. 2. à verſu 28. ad finem capitis reſpicientes ad locum Deuteronomii 28, 15. &c. *Per Moſen ſervum ſuum teſtatus eo die, qvo legem tuam jusſiſti coram filiis Iſraël perſcribere, dicens: niſi vocem meam audiveritis, hæc tanta hominum multitudo ad ſummam paucitatem redigetur inter gentes, ad qvas ego vos diſpergam. Scio enim, qvod me qvidem non audient, qvoniam ſunt populus duræ cervicis: Sed in terra captivitatis ſuæ ad cor ſuum redigentur & cognoſcent, qvod ego ſum Dominus Deus ipſorum, & dabo* (per calamitates ſcilicet immiſſas) *eis cor & aures, ut audiant, atq; illud ſuum contumax deponant dorſum, improbaq; facinora abjiciant &c.*

Baruch 3,4. Deus audi preces mortuorum tuorum.

Similia leguntur in eodem Baruch capite tertio his verbis *Domine Deus Israël, audi qvæso preces mortuorũ* (sic nominat abductos in captivitatem Babylonicam, & ita etiam poterunt qvivis captivi & carceribus inclusi indigitari. Sumsit Baruch sine dubio comparationem illam ex visione Prophetæ Ezechielis, qvæ extat capite 37. de campo pleno ossibus siccis, qvæ jubentur audire verbum Domini, & recipiunt nervos, carnem & spiritum, & iterum vivificantur, id qvod fiet in resurrectione. Sic autem ad captivos versu 11. & 12. visionem accommodat: *Ossa hæc universa domus Israël est, ipsi dicunt, aruerunt ossa nostra, periit spes nostra sed dico ad eos: Ecce ego aperiam tumulos, educam vos de sepulchris vestris, & inducam vos in terram Israël.* Sed ad rem.)

Domine Deus Israël, audi qvæso preces mortuorum tuorum. (captivos viventes ita vocat, ut expresse colligitur Baruch 2,17. ubi opponit mortuos intra terram tnmulatos, & mortuos in miseriis hærentes.) *Audi igitur preces mortuorum* (jam qvòd sint viventes, per ἐξήγησιν pleniorem declarat) *FILIORUMQVE, qvi peccaverunt in te, nec vocem DEI auscultarunt, propterea nobis hæc mala adhæserunt. Nam ideò timorem tui cordibus nostris injecisti, ut nomen invocemus tuum, ac in exilio nostro collaudemus. Qvid est Israël, qvod in terra inimicorum degis, aliena terra inveterasti, cum mortuis* (viventibus tamen, scilicet peccatoribus) *pollutus es, atq; inter eos numeratus, qvi descendunt in infernum, si viam Dei tenuisses, in paci vixisses sempiterna. Disce ergo ex his calamitatibus, ubi sit intelligentia ut cognoscas, ubi pax sit.* Hæc ex Barucho.

Ex calamitatibus incipiunt sapere, & ita intelligentiâ donatur homines.

Sed qvid Baruchum morabor; qvin & Jeremiam ipsum eodem ore ex ore Domini loqventem audiamus. Sic igitur ille capite 24, 5. seqq. *Sicut ficus istæ bonæ, sic agnoscam transmigrationem Judæ, qvem emisi de loco isto in terram Chaldæorum IN BONUM. Ponam enim oculum meum super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc. Et dabo* (per toleratam captivitatem & inde secutam liberationem) *eis cor, ut sciant me, qvod sum Jehova, qvia revertentur ad me toto corde suo.*

Prorsus similia deprehendet Lectorem Jerm. 32. á versu 30. usqve ad 42. *Filii Israël fecerunt malum in oculis meis ab adolescentia sua* (ab exitu ex Ægypto) *in ira mea fuit mihi civitas hæc, â die, qva ædificaverunt eam, propterea sic dixit Jehova: tradetur in manum Regis Babel, ECCE* (*tamen*) *ego congrego eos de universis terris, ad qvas ejeci eos in furore meo, rediređ; faciam eos ad locum istum, & ero eis in Deum, & dabo eis cor unum & viam unam* (per calamitates istas, & inde secutas liberationes) *ut timeant me cunctis diebus, & timorem meum dabo in corda eorum, ut non recedant à me, lætabor super eos benefaciendo eis, plantaboq; eos* (post actus istos toleratos) *in terra hac in veritate toto corde meo, & totâ animâ meâ.*

In calamitatibus per calamitates cor novum datur.

Le-

Legantur similia Ezech. 6. v. 6. 7. *Audite verbum Domini: Ego adducam super vos gladium & cadet interfectus in medio vestri, & scietis, qvòd sum Jehova. & reliqvos* (aliqvos) *faciam, ut sint ex vobis evasores inter gentes. Et* (ex his toleratis afflictionibus) *recordabuntur mei, scient, qvòd sum Jehova.* Item Exech. 11, 17. 18. 19. per totum comminatur Propheta gladium, & orans Deum audit consolationem hanc; *Congregabo vos populis, in qvos dispersi estis, & dabo vobis terram Israël & ingredientur illuc, & removebunt omnes abominationes ejus de illa. Et dabo* (per has calamitates nimirum, & inde secutas admirandas liberationes) *eis cor unum & spiritum novum tribuam in visceribus eorum, auferamq;* (per easdem immissas magnas tribulationes, & simul ex misericordia mox concessas miraculosas liberationes) *cor lapideum de carne eorum, & dabo eis carneum, ut in statutis meis ambulent, & sint mihi in populum.* Lege etiam totum 37.

Deus dat hominibus cor novum qvomodo.

Utqve adhuc longe clariusqve appareat, esse omninò istum & non alium sensum verborum Spiritus sancti, iccircò paulatim immutat phrasin, eamqve omnem ad sensum jam indigitatum omninò accommodat & strictissim dirigit. Exempli gratiâ, apud Ezechielem 15, 30. dicit Jehova: *Unumqvemq; juxta vias suas judicabo, domus Israël, convertimini & converti facite ab omnibus iniqvitatibus vestris & non erit vobis in offendiculum iniqvitas, projicite à vobis iniqvitates vestras, qvibus prævaricati estis, & FACITE COR NOVUM, & SPIRITUM NOVUM, & ut qvid moriemini domus Israël.*

Homines jubentur sibi facere cor novum, qvomodo?

Ecce *pœnitentes* suâ pœnitentiâ faciunt sibi cor novum, & Deus immittendo post minas verbi calamitatem, etiam facit novum cor, Deus jubendo & per conciones compellendo, *homo* autem obediendo: nunqvam autem Deus hoc facit violenter compellendo ex absoluto aliqvo fato. Sicut enim Rex Tyri propter superbiam dicitur *ponere cor suum, sicut cor DEI, Ezech. 28, v. 2. 6.* & impœnitentes cor suum ponere, sicut adamantẽ, Zach. 7, 12. ita è contrario emendans mores, dicitur cor suum facere cor carneum, sicut Act. 2, 37. audientes cumpungi corde dicuntur. Tunc n. fides purificat corda, Act. 15, 8.

Act. 16. DEUS aperuit cor Lydiæ purpurariæ, UT ATTENDERET.

Qvod ad Lydiam purpurariam attinet Actor. 16, 14. *Cujus cor aperuit DOMINUS, ut attenderet iis, qvæ dicebantur à Paulo,* ex antecedentibus & conseqventibus, versu nimirum 13. & 40. apparet, qvòd fuerit piissima fœmina, verbi divini semper amantissima, qvæ nunc etiam cum reliqvis convenerat ad audiendum ea, ad qvæ divino consilio hominibus anuncianda missus erat Paulus. Et qvia audit prædicantem Apostolum, per prædicationem Apostoli Deus aperuit cor ejus, ut attenderet iis, qvæ dicebãtur ab Apostolo. Qvòd a. in vocabulo προσέχειν, attendere comprehẽdatur notio FACIENDI jussa, non tantũ NUDE auscultandi, lector benevolus colliget ex his seqventibus

bus locis Matth.6. v.1. *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus*, & 7, 15. *Attendite à falsis Prophetis*, hoc est, hoc, qvod vobis dico, reipsa complete. Item 16, 6. προσέχετε, *attendite* (cavete) *à fermento Phariæsorum & Sadducæorum* Act 5, 35. *Attendite vobis super hominibus istis, qvid facturi sitis.* & 8, 6. προσεῖχον, *attendebant ea, qvæ dicebantur, audientes & videntes*, ubi τὸ attendere à τὸ audire apertè distingvitur. Ibidem cap. 8, 10, 11. *Omnes attendebant* Simonem Magnum, *qvod multo tempore dementasset eos magicis artibus.* Qvid illud sit attendere, ex conseqventibus illicò apparet, nimirum qvod prohibebantur à Simone, ne baptizarentur, qvia cum posteà evangelizanti & contrarium docenti & urgenti Philippo credissent, batizantur viri simul & mulieres. Actor. 20. v. 28. *Attendite vobis ipsis & toti gregi, ego enim novi, qvod post discessum meum ingressuri sint in vos lupi rapaces. Ideò vigilate.* Hoc est, magnam curam adhibere vestri, & gregum vestrorum &c. Ergo Lydia purpuraria prædicatione Apostoli commota fuit, ut obediret & batizaretur.

2. Cor. 3. Corinthii sunt epistola Christi.

Eadem est mens alteriusphrase ὡς 2. Corinth. 3. vers. 3. *palam est Corinthios esse epistolam, Christi subministratam à nobis, inscriptam non atramento, sed Spiritu DEI vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis carnis.* Alludit nimirum Apostolus ad Scripta veteris Scripturæ, inprimis Jerm. 31, 31. seq. & omninò per prædicationem (ut alias per crucem, per calamitatum mitigationem, per plenam liberationem ex ærumnis,) Deus etiam verbum & voluntatem suam scribit in cordibus hominum, ut incipiant ipsi posthac obediri. Sed plusqvam satis de loco isto. Ad alium procedat meditatio, qvi est Matth. 18. vers. 7.

XIV. ORACULUM SACRUM.

Matth. 18,7.

Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι᾽ οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.

Væ mundo à scandalis. NECESSE est enim, ut veniant scandala. Veruntamen væ homini illi, per qvem scandalaum venit.

Weh der Welt der Ergerniß halben. Es muß ja Ergerniß kommen/doch wehe dem Menschen/durch welchen Ergerniß kömmt.

Mat-

Matthias Flacius Illyricus in prima parte Clavis, in vocabulo NECESSARIUM, ita de hoc loco scribit: Observandum porrò est, qvod verbum *Oportet* idem fermè significat. Cùm igitur Christus dicit Matth. 18. vers. 7. Necesse est venire scandala, & Luc. 17. vers. 1. Non esse contingens, ἀνένδεκτον seu impossibile esse, non venire scandala, non intelligendum est, qvod aut æternum Parcarum fatum tale sit rebusqve afferat necesitatem, aut etiam, qvod Deus vel prima ordinatione, vel qvotidianâ coactione, vel fati lege cogat homines ad peccandum; sed qvod Satanæ potentia, malitia & hominis ei subjecti coruptio, omninò tales fructus, qvasi naturali qvadam vi, ac rerum serie, proferant. Est igitur necessitas conseqventiæ, pendens ex istis duabus pessimis causis, nempe Diaboli potentiâ, & hominis non tantum imbecillitate, sed etiam perversitate. *Et paulò post:* Suprà diximus de necessitate scandali, qvod neqvaqvam de jure, sed tantùm de effectu, & de eventu est accipiendum. *Tandem addit:* Utile fuerit & Aristotelis sententiam de voce NECESSARII audiri, qvæ ab hisce prius annotatis, non ita valde aliena est. *Hæc omnia Flacius* in isto loco pro explicatione istius aphorismi sacri, NECESSE est, ut veniant scandala. *Matthias Flacius Illyricus.*

Etsi verò hæc veritas est, tamen non patietur qvilibet pius hoc pacto informari mentem suam, ut credat, hujus oraculi Christi, (necesse est, ut veniant scandala,) hunc esse sensum, loqvi Christum de necessitate conseqventiæ, qvod Diaboli malitia & hominis perversitas sint antecedens caussa conseqventis scandali. Et interrogati postea, unde habeant istam explicationem, unde sciant hoc & non alio pacto declarandum esse dictum illud? Respondeant, Flacium ejus autorem esse, hominem in exponendis sacris solertissimum. Hoc utiqve nemini satisfacere debet, nec conscientiam cujusqve hominis tranqvillare & qvietare potest. Qvid enim si aberret Flacius? qvid si non satis sufficientes rationes ex Scripturis afferat, sicut hoc loco non affert. *Non Autoritatibus humanis standum in sacris, sed rationes, qvas ex Scriptura afferunt, pie æstimandas esse.*

Qvid verò respondebitur illi, qvi præ Flacio amabit Calvinum, qvi jubet reverenter sentire de arcanis DEI ex qvibus hoc unum esse dicit, qvod scandalis necesse sit mundum turbari. Et omnino ex parte Flacii, & ex parte Calvini reperientur plusqvam plurimi, qvi aut in priore aut posteriore declaratione acqviescent, contenti solâ autoritate explicatoris, vel istius, vel hujus. Qvæ nimirum simplex credulitas verbi divini genuino sensui vim facit maximam, & tenebras inducit super tenebras crassissimas, qvando bibente uno ansere, bibit & alter, alter ex altero describit dealarationem cujusvis loci sacri, nec attendit, utrum Scriptor hic vel alius suæ declarationis aliqvas ex Scriptura conqvisiverit, & protulerit rationes & fundamenta ista qvæve conqvisierit & protulerit, multô minùs rationes & fundamenta ista NB.

in suæ conscientiæ scrinio, inter preces, & cum diligentiâ meditatur, meditandoq́, dijudicare & probare, explorareq́; satagit.

Et hoc est illud unum, qvod mihi proposui in hoc toto Tractatu, Lectorem & interpretem Scripturæ instruere, ne tantùm habitet in alienis auribus, ore, cerebris, sed ab interprete qvocunqve scripta, dictaq́; legat, relegat, meditetur, judicet, exploret, examinet, atqve confirmata probet, non satis ex fundamentis sacris confirmata dimittat, aliterq́; ea sibi explicari postulet. Qvam admonitionem percupio in honorem gloriæ Christi accipi & observari ab omnibus piis hominibus, extra & intra ministeria Ecclesiastici officium constitutis.

Ad rem. Flacius in allegato libro adducit qvidem Aristotelis distinctiones, sed, etsi terminos scholasticos in disputationibus non rejicio, tamẽ svadeo, ut verba Scripturæ non nisi per alia verba Scripturæ explicentur. Id facturus Flacius, aliqvid facit, dum adducit Lucam & Matthæum. Apud Matthæum dicit Christus: *Necesse est, ut veniant scandala.* Apud Lucam: *Fieri non potest, qvin eveniant scandala,* seũ, *Impossibile est, ut non eveniant scandala.* Et verba Lucæ clariorem faciunt sententiam Matthæi. Interim tamen ex his à Flacio allegatis satis nondum solutus est nodus integer: qværitur enim, cur secundùm Matthæum necesse sit evenire scandala, cur secundum Lucam impossibile sit, ut non eveniant scandala? Respondet Flacius, fieri illud propter potentiam & malitiam Satanæ, deinde propter perversitatem ingenii humani. Rectè hoc qvidem dicitur, sed nondum satis ex Scriptura allegatur alicubi probatio.

Matth. 14. & 18 sunt similes contextus, seu loci sacri.

Qværat igitur Studiosus Theologiæ, & interpres, qvem hic tractatus informandum sumsit, in Concordantiis, sub vocabulo NECESSE & NECESSUM, & sub vocabulo SCANDALI similia loca. Sub priore vocabulo reperiet Matth. 14. versu 16, qvod Christus dicit discipulis de populo, qvi ipsum auscultaverat in deserto, *non necesse habent abire, date illis vos manducare;* Ubi NECESSE vel NECESSITAS significat caussam abeundi, qvam ideò non habeant, qvia ipsi discipuli possint & debeant ipsi dare escam. Sub posteriore reperiet Matth. 13. parobolam de seminante zizania, interim dum dormiunt homines &c. qvam à versu 37. interpretari incipit Dominus, & vocat seminatorem filium hominis, agrum mundum, bonum semen filios regni, zizania filios Mali seu Satanæ, inimicum Satanam, messem consummationem seculi, messores angelos, & addit: Sicut ergò colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi, mittet Filius hominis angelos suos, & colligent ex regno ejus omnia scandala, & eos, qvi dant operam iniqvitati.

Ex

Ex his apparet, qvid sint *scandala*, nimirum omnes, qvi operantur iniqvitatem, homines insigniter malitiosi, & tales, qvi Matth.7,21.22. clamant qvidem in hac vita: Domine, Domine, sed non faciunt voluntatem Patris cœlestis, in nomine Domini prophetant, & ejiciunt dæmonia, & faciunt virtutes, sed nihil aliud ex Filio DEI audient in extremo die, qvam istud: Discedite à me omnes, qvi operamini iniqvitatem.

1. *Qvid sint scandala?*

Deinde unde sint hæc scandala, itidem in parabola jam allegata Christus docet: *Cùm enim dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Accedentes igitur servi Patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum seminasti in agro tuo. Unde ergò habet* zizania? *Et ait illis:* Inimicus *homo hoc fecit.* Etsi verò servi voluerunt colligere ista zizania, tamen Christus prohibuit, ne simul eradicarent & triticum: *Sinite*, inqviens, *utraq; crescere usq; ad messem, & tunc dicam messoribus, colligite primùm* zizania *ad comburendum: Triticum autem congregate in horreum meum.* Ex his evidentissimè elucet, Satanam esse causam efficientem omnium operantium iniqvitatem, & omnium præbentium scandala, & hominum insigniter malitiosorum, qvi semper reperiuntur in Ecclesia cum offensione piorum.

2. *Unde sint scandala?*

Qvod enim Christus vult, ut servi sinant crescere zizania, eo ipso non prohibet malitiosos affici mortis suppliciis, alioqvin tolleret legem de adulteris & homicidis, & de veneficis è medio tollendis, in qvibus coercendis etiam in Nov. Test. leges veteres positas & sartas tectas in pœnis inferendis vult vigere, qvemadmodum dilucidissimè apparet ex Matth.26,52. Apoc.13, v.10. qvi gladium acceperit, gladio peribit; 1.Timoth.1,9. *Lex justo non est posita, sed legis contemtoribus, & iis, qvi subjici nesciunt, impiis & peccatoribus, nefariis & profanis, patricidis, matricidis, homicidis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si qvid aliud est, qvod sanæ doctrinæ sit oppositum.* Non enim hoc in loco Christus instruit magistratum politicum, sed suos discipulos seu ministros verbi.

Sinite crescere zizania.

Etiam in novo Testamento gladius in noxios stringendus.

Cum igitur maleficis non parci velit Deus, etiam in Novo Testamento, utiq; in hoc loco non aliud dicitur, qvàm qvod semper deprehensuri sint pii ministri, suis cœtibus admixtos impios, qvi à magistratibus non tollantur, nec à ministris verbi aliter tractari debeant, nisi per admonitiones iteratas ex verbo divino. Qvemadmodum si paterfamilias aliqva zizania evellit, omnia non potest; Ita etiamsi qvidam afficiuntur meritis pœnis mali, tamen & non omnes innotescunt, reliqvi suis sese eximere & defendere norunt exceptionibus, ut sufficere debeat probo homini, talem futurum & mansurum statum Ecclesiæ usq; ad resurrectionem mortuorum. Id qvod Christus aliis multis Parabolis alibi, & in hoc ipso 13. capite collustravit & prædixit.

3. Cur NECESSE sit, ut veniant scandala. His præmissis jam facillimè ratio dari potest, cur necesse sit, ut veniant scandala, cur necesse sit, ut contingant scandala, & qvomodo fieri neqveat, ut non sint scandala. Cùm enim Diaboli ardeant & arsuri sint usq; ad ultimum diem odio summo & indesinente erga veram religionem, & erga pietatem sinceram, ideoqve nihil magis exoptent, qvàm ut indesinenter singulis momentis per omnia secula malitiæ & improbitatis suæ socios qvamplurimos colligere & efficere possint: UTIQVE nullo unqvam tempore defutura sunt talia scandala, talia neqvitiæ organa. Et rectè prædixit Christus, sic necesse esse, ut veniant scandala, fieri non posse, qvin eveniant scandala, impossibile esse, ut non veniant scandala. Positâ enim causâ efficiente, nunqvam cessante, nec cessaturâ, videlicet indesinente malitiâ Satanæ, impossibile est, ut non seqvatur effectus, nimirum ipsum scandalum, immò necessarium est, ut seqvatur ille effectus, scandalum scilicet.

Qvid? qvod circa finem mundi longè plura sunt ventura scandala. Qvò enim scit Diabolus minùs restare temporis, eò etiam furit sæviùs & rabiosiùs, iræ magnæ plenus. Apoc. 12. v. 12 *Sicut* enim 1. tempore nati Christi, & 2. tempore exitus ex Ægypto, & 3. tempore diluvium qvàm proximè antecedente, omnis generis viguerunt ubiqve locorum scelera grandissima, tribus *illis* temporibus insignes mutationes præsentiente Satanâ: *Ita* qvoq; talia scandala, & talia qvamplurima magnæ malitiæ organa vigebunt (Satanâ exuscitante) ante ultimum diem, juxta Christi prædictionem, Matth. 24, 37. & seqq. *Sicut etiam erant in diebus diluvii comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usq; ad eum diem, qvo intravit Noa in arcam, & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: Ita erit & adventus Filii hominis.*

Et sic ex ipsis sacris contextibus & similibus locis sacræ Scripturæ sufficienter explicatur illud, NECESSE est veniant scandala, adeò, ut optimè appareat, in illo qvoq; sacro oraculo ne literam unam esse, qvæ DEUM constituere valeret causam peccati.

Adminitio diligenter observanda interpretibus sacrarum paginarum. Hîc autem vehementer inculco, etiam inter pomœria sacrarum literarum nunqvam consultum videri, ut vel intra complexum solius vocabuli NECESSITAS, vel intra complexum solius vocabuli SCANDALUM putetur latitare, & qværatur sufficiens responsio. Qvicunqve enim in nudi soliusqve unius vocabuli angustias sese cogi patietur, & inde adversus hostem depromere cogitabit sufficientem declarationem, is sæpè coangustabitur & premetur, & in magnas sese conjiciet difficultates; longè igitur consultius est, ut totius propositionis, & utriusqve ejusdem membri aspiciatur & excutiatur sinus, adeoqve ex contextu & simili loco qvodam inqviratur responsio & solutio, sicut in hoc brevi exemplo, & in omnibus aliis huc usqve demonstravi. Meliores igitur sunt prolixiores difficilium sacrorum loco-

locorum explicationes ex contextibus scripturarum desumptæ, qvas tamen respondens sub finem semper brevissimis includere poterit axiomatibus, ut ab auditoribus & lectoribus eò meliùs retineri, intelligi, & ad usum transferri qveant. Etiam docendi causâ in disputationibus eruditi terminos Platonicos, Aristotelicos, vel aliorum Philosophorum, parcè tamen & prudenter adhibere possunt, modò non constituantur pro fundamentis aut principiis explicationis doctrinæ sacræ.

Qvod autem jam modò indicavi, solutiones & responsiones omnes ad objecta difficilia loca Scripturæ debere firmari, fundamentis petitis & semper adjectis ex sacris Scripturis, in eo plurimorum autorum libros vehementer peccare, prudens lector nimis manifeste deprehendet.

Ad locum Matth. 18, 7. Calvinus ait, esse hoc dictum, necesse est, *ut veniant scandala, fieri non potest, ut non eveniant scandala*, unum ex illis, qvæ pertinent ad arcana consilia DEI. Dicit hoc ille qvidem, sed nullo vel brevissimo testimonio divino, sive expresso illo, sive per conseqventiam indigitato, qvod dicit, confirmat, unde meritissimè illud planè prorsusq; tàm facilè contemnitur, qvàm facile ab ipso affertur.

Accedo ad ista etiam utriusque Testamenti oracula, ubi dicuntur impii traditi in reprobum sensum ab ipso DEO.

XV. ORACULUM
SACRUM.

1. Samuel. 2. v. 25. dicitur de filiis Eli Sacerdotis, à patre in hunc modum objurgatis.

Si peccaverit vir in virum, judicabit ipsum Judex; si autem in Jehovam peccaverit qvispiam, qvis judicabit pro eo? (*& additur:*) Et non audierunt vocem patris sui, qvia volebat Jehova occidere eos.

Wenn jemand wider einen Menschen sündiget / so kans der Richter schlichten; Wenn aber iemand wider den HErrn sündiget / wer kan für ihn bitten? Aber sie gehorchten ihres Vaters Stimme nicht / denn der HErr hatte Willen sie zu tödten.

AD conseqvendum genuinum sensum hujus sacri oraculi, juxta *primam* regulam poterat qværi, qvid particula Hebræa כִּי significet, videlicet hæc seqventia, *enim, qvia propterea*, qvemadmodum lexicographi docent. Psal. 116,10. Credidi, *propter* qvod locutus sum, *hoc est*, certam spem habui, me vivum mansurum, & misericordiam DEI in statu meo consecuturum, *iccircò* ardenter oravi, & mea officia feci. *Ita hoc in loco:* Non audierunt filii Eli vocem Patris, *iccircò* Dominus voluit occidere eos. Hoc aliquid quidem est, sed tamen nondum poterit lectori pio per omnia satisfacere.

Exemplum æstimandi vocabulorum significationes juxta Concordantias ex scripturis.

Assumatur igitur juxta *primæ* regulæ praxin potior vox *altera Belial*, dum dicitur, *Filii Eli erant Filii Belial*, ut ex Scripturæ sacræ ipsiusmet Lexico, *hoc est*, ex Scripturæ sacræ contextibus antecedentibus & conseqventibus, *seu* similibus aliisqve locis appareat, qvidnam sint *filii Belial*, *viri Belial*, *homines Belial.* Ex Scripturis enim sacris ipsorum vocabulorum genuina significatio certissima petitur, & longè certior, qvàm ex solis Lexicis: unde Lexica illa sunt Lexicis aliis præponenda, qvæ itidem in hoc genere excellunt, & plura cumulant dicta sacra, qvemadmodum Avenarium fecisse, videbit lector.

De hoc vocabulo Belial ita scribit in Lexico suo *Schindlerus: Belial componitur* ex Beli absqve & יָעַל utilitas, à יָעַל profuit, utilis fuit: *denotat hominem ἀχρεῖον*, inutilem, *qvi ad rem nullam utilis est aut commodus: hominem nihili & neqvam, qvi nec sibi, nec aliis prodest*, 1. Sam. 25,25. ne qvæso ponat Dominus meus cor suum ad virum Belial istum, ad Nabal, Targum, stultum. Deut. 13.13. Egressi sunt viri Belial, Targ. filii impietatis è medio tui. 1.Sam.2,12. Filii Eli erant filii Belial, non noverant Dominum, Targ. viri impii. *Transfertur posteà ad res alias inutiles, noxias, impias*, Deut. 15, 9. ne forte sit verbum cum corde tuo Belial, dicendo, appropinqvat annus septimus, Targ. cum impietate. Psal. 41.9. Verbum Belial adhæsit in eo. Targ. injustum. Psal. 18,5. Et torrentes Belial terrebunt me. Targ. & cœtus injustorum. In Novo Testamento hoc nomine vocatur *Diabolus*, neqvam pessimus. 2.Corinth.6,15. Qvæ concordia Christo cum Belial. Syr. Sathana. Et qvidam libri habent βελίαρ, litteris λρ permutatis. *Hæc Schindlerus.* Etsi alii paulò aliter hac de voce differunt.

Avenarius etiam in suo Lexico sub themate יָעַל considerat & introducit hæc seqventia loca, Deut. 13. v. 13. Psalm. 18. v. 5. & 41. v. 9. Proverb. 19, v. 28. Nahum. 1. v. 11. Psal. 101. v. 3. & ex æstimatis rebus exemplorum allegatorum plenius docet mox ab initio per hæc verba: (*Belial significat illum, qvi nemini prodesse, sed tantum obesse studet:* qvasi dicat, significat illum, qvi datâ operâ & malitiosissimè & indesinenter peccare satagit.] Sicut autem

rem jam modò dixi, lexica pleniora & certiora esse qvæ secundùm ductum Concordantiarum, ex ipsis Scripturis sacris numeratis & ante omnia prudenter æstimatis, conscribuntur; ita qvoqve, ut longè certissimus lector esse qveat, in inveniendo vero sensu Oraculi sacri propositi, juxta Avenarii exemplum, juxta meam manuductionem, & Concordantiarum indicem, ex inventis & allegatis exemplis unum altius expendat, Deut. 13. usurpatum de illis, qvi contra DEI tàm dilucida & gravia mandata, de Jehova solo agnoscendo & celebrando, tamen Diabolica idola colunt, & insuper impellunt habitatores integræ civitatis ad eandem idololatriam. Hos igitur etiam vocat Scriptura *filios Belial*, nimirum, qvi in peccatis talibus contra conscientiam, malitiosè, datâ operâ, nefariè, petulantissimè, indesinenter perseverant, ideoqve qvod alia loca docebunt, propter tale peccatum in DEUM tàm atrox deseruntur à DEO, & à Spiritu Sancto, & traduntur regendi Satanæ, qvi statim cum aliqvibus suis sociis succedit in locum contristati & amissi Spiritus sancti, & in homine, organo jam facto suo, non tantùm continuat priora peccata atrocia, verum longè plura in ipso excitat, ut talis homo nec DEUM, nec ullos homines formidet, sicqve raptus ad peccata à Satana, tandem ab eodem in æternum exitium præcipitetur. *Filii Belial qvi sint.*

Postqvam hæc jam dicta in hunc modum primùm qvæsivisti, & expendisti seu æstimasti, deinceps cogita de qvodam exemplo peccatoris ejusmodi Belial. Ecce igitur hujus rei expressissimum & pulcherrimum extat exemplum in Saule, qvi primis annis in Regem unctus & expertus fuit largam gratiam divinam. Sic enim eum compellat Samuel, 1. Sam. 10. 5. & seqq. *Devenies in collem DEI, & obviam habebis cœtum Prophetarum descendentium, & erunt prophetantes, & reqviescet super te Spiritus Jehovæ, & prophetabis cum eis, efficierisq; vir alter.* v. 9. *& immutavit Jehovah cor ejus in aliud.* v. 10. *& reqvievit* (hæc est illa mutatio, spiritualium scil. donorum collatio) *super eum Spiritus DEI, & prophetavit in medio eorum.* v. 11. & 12. *dixitq; alter ad alterum: Num & Saul inter Prophetas?* *Saul factus fuit filius Belial.*

Et hactunus benè sese res habuit cum Saule. Postqvam verò Saul sumsit potestatem sibi sacrificandi holocausta, 1. Sam. 13, v. 9. & 10. contra verbum DEI, Levit. 1, vers. 7. & 9. & 6, 10. 11. 12. 13. Postqvam idem Saul parcit Regi Amalekitarum, (qvi triplici verbo Domini intra qvadringentos fermè annos ter repetito. Exod. 17. v. 14. Deuteron. 25. v. 17. & seqq. 1. Samuel. 15. v. 2. 3. deputatus fuerat cum populo suo cædi & exterminationi) ibi illicò rejicitur ab axiomate regni, & clarè testatur de ipso textus sacer 1. Sam. 16. v. 14. qvod *Spiritus Jehovæ recesserit à Saule, & terruerit eum Spiritus malus à Jehovah.* Legatur etiam 1. Sam. 18, v. 10. cap. 19, v. 10. Ab hoc igitur *Ecce post Spiritum S. ex Saule disceden-*

tem, illicò successit in Saule Satanas, & sic Saul fit filius Belial.

igitur tempore qvantoperè fuerit erga Davidem (etiam tandem generum factum) diabolicus, & qvantoperè ipsum perseqvi perrexerit, qvomodò una die 85. Sacerdotes in Nob interfici curaverit; qvomodò in Pythonissæ personâ consuluerit ipsum Satanam, qvomodo se ipsum in gladium proprium tradiderit; ex historiis omnibus per totum primum librum Samuelis à cap. 16. inchoando, satis clarè & sufficienter recensetur.

Regula utilissima pro multis oraculis sacris rectiùs explicandis.

Ex qvibus omnibus regulam colligimus theologicam, plurimis sacrarum literarum locis utiliùs & dexteriùs enodandis apprimè necessariam, nimirum, qvod DEUS peccatorem contumacem, petulantem, protervum, excelsâ manu prævaricantem, & contemnentem omnes iteratas conciones pœnitentiæ, soleat hac justâ pœnâ afficere, nimirum solet ab ipso auferre Spiritum suum sanctum, & custodiam sanctorum Angelorum, ipsumqve indulgere & concedere, vel tradere malo Spiritui, qvi eundem præcipitat in varia graviora peccata, & in illis ita detinet hominem, ut difficilima & periculosissima sit conversio. Intereà tamen verbum suum eidem relinqvit, num adhuc istud audire, & Diabolo (juxta monita verbi) per verbum adhuc resistere & valedicere velit. Hanc methodum servat DEUS in contumacibus impiis inter exempla, qvotqvot extant in sacris literis. Etsi enim non omnia exempla tàm prolixè in filiis Belial qvoad Spiritum Jehovæ ab impiis recedentem, & de spiritu malo in locum ejusdem succedente describuntur in Scripturis, tamen nemo dubitet, in omnibus qvoad ipsa realia & actiones DEI, Satanæ & hominum omnem hunc processum servari. Ex uno igitur tenore æstimanda sunt omnia exempla impiorum contumacium.

Sunt reipsâ filii Satanæ, qvi a Satana gubernantur, etsi filii Belial expressè non semper nominantur.

Porrò cum hac regula conjungi debet tanqvam corollarium illud, cujus jam modo suprà facta fuit alicubi mentio, nimirum, qvod DEUS sæpenumerò malis quibusdam talibus hominibus abbreviat vitam, ne ulterius grassari & nimiùm nocere queant, juxta illud Psalm. 55, vers. 24. *Viri sangvinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Jam verò, cur DEUS ex talibus peccatoribus unum citius, alterum tardius *in nostris oculis* videatur gratiâ & Spiritu Sancto suo destituere, & diabolo tradere; Cur idem maleficum unum citius, alterum tardius iterum videatur *in oculis nostris* ex hac vita eripere, *ne qvæso putes causam esse*, nudum arbitrium & merum solumqve beneplacitum ipsius, qvasi tabulam qvandam fatalem, sed certò credas, causam esse positam 1. *vel in viventibus*, quorum peccata qvandoqve *vivacem* meruerunt Tyrannum, vel plures sibi citò succedentes stultos aut tyrannicos Reges, *Prov. 28, v. 2.* 2. *vel in ipsis tandem pereuntibus*, qvi nondum impleverunt mensuram suorum peccatorum, ne habeant, qvod posteà

Sæpè DEUS filiis Belial vitam abbreviat, & cur? Cur peccata non semper citò puniantur?

postea conqverantur, se propter pauca & parva peccata tam gravi pœna & æterna maledictione puniri cœpisse justo citius, item sic adhuc conversio ipsorum ad tempus aliqvod expectatur.

Hoc ex parte Diaboli in suis oraculis (ut obiter aspergam) suos cultores docuerunt. Refert enim *Herodotus* de Mycerino Rege, cui ex urbe Buthi venerat oraculum, fore, ut sex tantum annos viveret, septimo defuncturus, id hic ægre ferens, iterum misit ad oraculum contumeliosas qverimonias, qvod pater suus, ac patruus, qvi, Deorum immemores, templa clauserant, homines perdiderant, tamdiu vixissent: ipse vero pie faciens tam cito foret vita defuncturus. Rursus igitur ei venerunt oraculi responsa, ea propter ipsum propere vitam finiturum, quod non id faceret, qvod deberet: Oportere enim Ægyptum *centum qvinqvaginta* annis affligi, idqve duos, qvi ante ipsum fuissent, Reges fecisse, ipsum vero neqvaqvam. *Historia de Mycerino rege Ægypti.*

Plenissime autem hæc ex sacris nostris debent esse nobis longe notiora & certiora; Proverb. 28. vers. 2. *Propter peccata populi mei sunt Principes.* Et de nondum completa mensura peccatorum juxta sensum jam jam modo indigitatum, ut nihil dicatur de 120. annis datis mundo ante diluvium, & tot annis frustra abuso, Genes. 6. versu 3.) evidentissime docetur Genes. 15. versu 16. ubi DEUS Abrahamo promittit terram Canaan occupandam, non nisi a qvarta generatione seu post annos qvadringentos, *qvod nondum completa esset iniqvitas Amorrhæorum.* Huc etiam pertinet pœna Amalekitis prædicta & non inflicta, nisi post annos trecentos octuaginta octo, Exodi 17. versu 14. Deuteron 25. versu 17. & seqq. 1. Sam. 15. versu 12. Tempora, *lector*, computa ex Chronico Funcii seu Osiandrico, aut ex alio. Non autem delectatur DEUS peccatis eorum, qvibus tamdiu connivet, sed vehementer sitit & expectat ipsorum conversionem, nec invidet ipsis interim verbum, sed facit, ut illud aut intra suas provincias, aut in vicinia habere possint: idq; omne in hunc finem, ut tandem fateri necessum habeant, DEum satis diu, satisq; patienter expectasse conversionem ipsorum, dedisseq; media opportuna, se vero illis abusum, & iccirco sese a DEO tandem meritissimis affici pœnis. His omnino immotis fundamentis ita jactis, jam facillimæ & expeditissimæ erunt responsiones ad similia oracula divina, qvæ prima fronte aliqvam ostendunt, qvod ex sensu nostro dico, obscuritatem seu difficultatem. *Nondum completa mensura iniqvitatum.*

Hactenus igitur de operatione juxta *primam* regulam in hoc oraculo sacra egi: nunc de praxi *secundæ* regulæ, qvæ erit facillima. Qvomodo igitur filii Eli fuerint filii Belial, audire non potuerint; & a DEO occidi debuerint, ex contextu 1. Sam. 2. æstimabis & expendes lector in hunc modum.

Æstima vero ante omnia, lector, qvænam filii Eli maxima & summa, omnibusqve nota commiserint peccata, & committere continuarint, nec committere desierint. *Primum* enim prævaricati sunt adversus sanctissimas, & expressas constitutiones Domini, qvæ continentur prioribus septem capitibus tertii libri Mosaici, de sacrificialibus carnibus qvibusdam residuis, comedendis post oblationem partium DEO debitarum rite absolutam, comedendis, inqvam, modo a solis sacerdotibus, modo a sacerdotibus & a laicis sacrificia afferentibus simul. Hosce typos passionis & mortis CHRISTI Dominus sacrosanctos haberi voluit, qvos filii isti spurcissime contaminabant, & plebi citra omne dubium contemtissimos & vilissimos reddebant. Nec vero absimile est, qvod inprimis etiam prævaricati fuerint adversus constitutionem DEI, Levit. 6. versu 26. & cap. 7. versu 6. de carne sacrificiali (post adipem a DEO oblatum) *pro peccato*, a Sacerdote & liberis ejus masculis tantum consumenda & comedenda *in loco sancto*, cap. 6. versu 29. ita, ut si qvid superesset, igni comburi deberet, cap. 7. versu 7. Habebat DEus constitutionem istarum suarum rationes longe gravissimas, ut sacerdotalium uxorum, filiarum, servorum, ancillarum, mercenariorum, hospitum curiositati & libidini præriperetur causa scrutandi non necessarias scitu iniqvitates ab hominibus confessis commissas, & exprobrandi easdem. Illud enim factum fuisset sine dubio, si residuas carnes ex sacrificiis pro *peccatis domum* aufferre, & *domi* promiscue comedere concessum fuisset. Adversus has igitur & alias divinas constitutiones, in omni sacrificio delinqvebant illi. Qvod scandalum in oculis universi Israelis peperit maximum contemptum sacrificiorum, cum tamen Deus hos externos passionis Filii sui typos cuperet solennissime & sanctissime celebrari. Et hoc unum est ex peccatis filiorum Eli.

Primum grande peccatum filiorum Eli.

Cur caro ex sacrificiis pro PECCATO tantum in loco sancto fuerit edenda.

Secundum peccatum grande filiorum Eli.

Deinde ad libidines valde notorias inflammabant mulieres, qvæ religionis, & peccatorum confitendorum & sacrificiorum exhibendorum gratia (Nam alioqvin mulieres nulla officia in templo Domini habuerunt, id qvod nec ex Exod. 38. versu 8. colligi potest, ut ut alii laborent) ad templi Domini ostium freqventes conveniebant, qvovis ferme momento, qvia nec ferme ad momentum vacua erant loca & conclavia multiplicia circa templum. Neqve putet aliqvis, qvod hæc non fuerint talia peccata, propter qvæ non amplius debuerint sacra administrare filii Eli: siqvidem *Levit. 17. versu 4.* reus sangvinis pronunciatur, qvicunqve non obtulerit oblationem Domino ad ostium tabernaculi, sed in privato illud fecerit. *Et disputatione septima de sacrificiis* inter alias causas unam hanc captivitatum Babylonicarum fuisse *ostendi*, qvod juxta monitio-

tionem Deuteron. 12. verſ. 11. cap. 13. verſ. 14. ſacrificantes locum divinitus deputatum non rite obſervarunt. Sed & *Levit. 21. verſ. 9.* filia ſacerdotis fornicata igne comburi jubetur: qvanto magis filius ſucceſſionis ſpem habens magnam pœnam meritus fuit. Valde etiam in hiſtoria Eccleſiaſtica exaggeratur factum Diaconi cujusdam, qvi fœminam unam ſtupravit clam, qvod ſtuprum ipſa poſtea in confeſſione prodidit. Legatur hac de re Socrates in hiſt. Eccleſ. libr. 5. cap. 19. Qvanto magis hæc facta filiorum Eli in tam illuſtriſſimo; & ſanctiſſimo loco fuere abominationes magnæ. Et omnino verba non ſatis reperiat aliqvis idonea, qvibus atrocitatem horum criminum filiorum Eli pingat: Talesne igitur gratia DEI & vita hac corporali dignos fuiſſe ulteriore qvispiam putabit? Immo nunqvam diutius tolerari debuerunt citra maximam cultus divini perniciem, & juſtiſſimis ceſſantibus & conniventibus hominibus DEUS officium vindicandi & occidendi iſtos in hunc modum ſuſcepit. Iratus enim, Spiritum ſanctum ab ipſis tandem plenius ſubtraxit, Satanæ totos regendos & perdendos commiſit. Hic autem ſemel occupatos non facile dimiſit, adeo, ut apud tales Diaboli ſervos omnia fruſtranea caderent monita, juxta illud CHRISTI Matth. 12. v. 45. *fiunt deteriora poſteriora, qvam erant priora.* Non igitur mirum eſt, qvod non audierunt vocem Patris Filii Eli, & qvod poſt fruſtra expectatam pœnitentiam, conniventibus hominibus, cœpit Dominus eos punire, & corporali qvoqve violenta morte (cujus operationem Satanæ itidem citra dubium commiſit) delere. Etſi vero hoc loco tantum commemoratur de morte violenta corporea, tamen conſentaneum eſt, qvod etiam æternaliter perierint, qvia in impenitentia divinitus inter conſortia diabolorum perſeverantes delentur. Hæc expoſitio a textu non eſt aliena, & inprimis oſtendit, filios Eli diutius vivere non debuiſſe citra perniciem publicorum ſacrorum, & refutat id, qvaſi ex ſolo mero nudo aliqvo beneplacito divino fuiſſent reprobati. Si tamen in ipſo medio curſu diabolicorum peccatorum converſi fuiſſent, idque meru iſtius comminationis, qvam vir DEI miſſus ad Eli verſu 13. 24. protulit, & ea de cauſa protulit, ut inde anſam convertendi arriperent, ſicut ſuo tempore arripuerunt Ninivitæ occaſionem convertendi ex minis Jonæ, utiqve DEUM benignum experti fuiſſent.

Porro, qvod pœna in textu expreſſa, ſeu occiſio, mortem & infelicitatem tantummodo corporalem ſeu temporalem contineat & exprimat, probabo paucis. 1. Ex comminatione prima, qvæ habet verbum Hebræum illud INTERFICIENDO, (qvod etiam 1. Reg. 17. verſu 20. in bonam partem accipitur de innocente filio piæ Sareptanæ) citra omnem additam determinationem in graviorem aliqvam æternæ *Qvid ſit illud, Jehova volebat OCCIDERE eos.*

 male-

maledictionis partem. 2. Qvia repetitur idem verbum in secunda comminatione de filiisEli, 1. Sam. 2. vers. 34. 3. Ex comminationis completione, qvia morte violenta corporali in prælio pereunt ambo filii Eli, 1. Samuel. 4. vers. 11.

Et has pœnas sustinere debuerunt propter contemtas admonitiones patris, propterqve illa grandia ab ipsis commissa peccata, propter qvæ digni non erant, qvi in regione vivorum amplius conspicerentur constituti in officiis.

Qva & qvalis fuerit pœna sacerdoti Eli annunciata a Propheta.

Pater qvoqve sustinere debuit pœnas *corporales* propter non satis acriter objurgatos filios, & propter scandalum non satis mature & graviter cohibitum, 1. Qvia vir DEI ad Eli missus, 1. Sam. 2, vers. 31. dixit, *in lineaEli* non semper mansuram dignitatem *primarii* Sacerdotii. Sic enim habent verba; *Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ne sit senex in domo tua, sed virum non excidam ab altari meo, ut consumam oculos tuos, & dolore afficiam animam tuam, & omnis multitudo domus tuæ morientur Viri.* 2 Qvia altera commemoratio enarrans mortem filiorum ejusdem itidem de patre tantummodo *corporalia* complectitur. 3. Qvia eventus *primum* illud actu ita completum fuisse comprobat. 1. Reg. 2. v. 26, 27. ad Abjathar Sacerdotem dixitRex (Salomon:) *In Anathoth vade ad agros tuos, qvia vir mortis es, verum hodie non interficiam te, qvia portasti arcam Jehovæ ante Davidem patrem meum. Et ejecit Salomo Abjathar, ne esset Sacerdos Jehovæ*, ut adimpleret verbum Jehovæ, qvod locutus fuerat super domum Eli in Siloh. 4. Qvia *secundum* iterum eventus corporale esse factum comprobavit. Nam 1. Samuel. 4. vers. 11. *corporalem* mortem filiorum, & arcæ abductionem, tanqvam gloriæ Israeliticæ apicem inter omnes populos terræ, pater tam audivit impatienter, ut caderet de sella retrorsum, & frangeret occiput, vers. 18. Ut item uxor Pinees alterius filii Eli abortum ederet: Ergo vir DEI prædicit Eli, Sacerdotium ab Eli transferendum in aliam lineam, qvod Salomonis tempore factum est, ubi eligitur Sadoch, & rejicitur Abjathar, dolente familia Eli. Promittitur enim Eli posteritas, sed ingloria & pauper. Duravit autem in Sadochi familia Sacerdotium (Pelec) usqve ad CHRISTUM.

Qvalem pœnam Sacerdos Eli per Samuelem Deus prædixerit.

Sed & talia externa, non alia DEUS per Samuelem puerum Eli patri repeti jussit. 1. Sam. 3. qvando puerum noctu, audiente Eli, vocat Jehovah, & ita eum affatur, 1. Samuel. 3. vers. 11. *Ecce facturus sum rem in Israele, qvam qvicunqve audierit, tinnient illi ambæ aures ejus: in die illa suscitabo contra Eli omnia, qvæ locutus sum adversus domum ejus, incipiam & perficiam, & indicabo illi, qvod judico ego domum suam usqve in seculum, propter iniqvitatem, qvam*

novit,

novit, qvi contemnebant seipsos filii ejus, & non probibuit eos. Et idcirco juravi domui Eli, si expiabitur iniqvitas domus Eli, sacrificio & minha usq; in seculum. Sic habet versio Pagnini. Rectius autem noster Lutherus contextuum seriem secutus verbi קלל, illarum retinuit & applicavit significationem, quæ est, *præcelluerunt levitate filii Eli, & non prohibuit eis.*

Sed & talia externa, non alia intellexit Eli, qvia sermone significavit, eadem se patienter laturũ. Patet hoc ad oculum ex iis, quæ seqvuntur. 1. Sam.3. Mane enim vocat eum Eli, & quærit, quid ipsi revelarit noctu Dominus. Animadverterat enim Eli, Samuelem puerum a Deo vocatũ esse. Sic autem extorquet visionis revelationem ex Samuele Eli, & dixit v. 17: *Qvod est verbum, qvod locutus est tibi, ne qvæso celes me, sic faciat tibi Deus, & sic addat, sic absconderis a me verbum ex omnibus verbis, qvæ locutus est tibi.* Jam vero respondet Samuel, & indicavit ei omnia verba, nec abscondit ab eo. Tunc ait Eli: *Jehova est, qvod bonum est in oculis suis, faciat.* Nimirum agnoscit judicium Domini justum, audit etiam irretractabile. *Justum*, quia indigna erat Sacerdotii gestatione talis familia, quæ tam magnis & notoriis sceleribus in toto Israele, nedum extra Israelem erat infamis. *Irretractabile*, quia pœnas corporales quandoque Dominus ita minatur, ut nulla precatione averti queant.

Contra vero in æternæ salutis impetratione etiam in ultimo mortis agone difficilem Deum nemo metuere necesse habet. Mosi comminatus fuerat Deus, quod non posset ingredi in terram benedictam & promissam, Numer.20,12. Ipse allectus tandem felicissimis victoriis populi Isaelitici in ipso aditu terræ Canaan, adhuc orat Deum pro remissione istius peccati, Deut.3. v.23. *Rogavi* (scribit ipse) *Jehovam in tempore ipso, dicendo: Jehova, tu cœpisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, transeam qvæso & videam terram illam optimam.* Audi vero, quale responsum acceperit Moses, *iratus* (inquit ibidem) *autem fuerat Jehovah contra me propter vos, propterea non exaudiet me, sed ipse dixit mihi, sufficiat tibi, ne posthac alloquaris me super hac re.* Irretractabile igitur est hoc quoq; judicium Domini, nimirum in terrestribus, quia interim Moses fuit salvatus æternaliter, ut patet Matth. 17, 3. ubi cum Christo loquitur in monte Thabor,

Deus Mosen orantem pro indulgentia ingrediendi in ipsam terram promissam exaudire non vult.

Simile exemplum extat Num. 14. de murmurantibus carnivoris, quos subito omnes vult penitus perdere, at propter intercessionem ita parcit, ut cogantur omnes mori in deserto; quam comminationem irretractabilem his verbis proponit versu 20, 21. Postquam enim dixerat, *peperci secundum verbum tuum* o Moses, statim, exerto quasi brachio dicit: *Vivo ego, & replet gloria mea universam terram, qvod non videbunt terram de qva juravi eis.* Sunt autem in Scripturis plurima alia, quæ docent, interdum post remissam culpam a Deo tamen irretractabiliter infligi pœnas corporales.

An vero Eli, an ambo filii in æternum perierint, textus nullus manifestus docet. Si permanserunt filii in ea *impœnitentia*, propter quam Jehovah eos corporaliter occidere voluit, forsitan etiam quoad animam male fuit cum ipsis actum.

XVI ORACULUM SACRUM.

Sed jam ad alium est descendendum, qvi extat 2.Sam.12,v.7.8.9.& seqq. de pœna divinitus inflicta Davidi, etiam corporali, post commissum adulterium & homicidium. *Verba habent in hunc modum:*

Dixit Nathan Davidi: Sic dicit Jehovah, DEus Israelis: Ego unxi te, ut esses Rex super Israelē, & erui te de manu Saulis, dediqve tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinum tuum; præterea tradidi tibi domum Israelis & Jehuda, & si parum, adjecturus eram talia & talia: Qvare contemsisti verbum Jehovæ, faciendo, qvod est malum in oculis ejus? Uriam percussisti gladio, uxorem ejus accepisti tibi in uxorem, Nunc igitur non recedet gladius de domo tua usq; in seculum, eo qvod contemsisti ac tulisti uxorem Uriah, ut esset tibi uxor. Sic dixit Jehovah: En ego suscitaturus sum adversum te malum e domo tua, tollamqve uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, dormietqve cum uxoribus tuis in oculis Solis hujus. Tu enim fecisti abscondite, ego faciam hoc coram toto Israele, & coram Sole. *Hæc sunt verba scripturæ.*

Germanice habent illa in hunc modum versu 11.12.

So spricht der HERR: Sihe/ ich wil Unglück über dich erwecken aus deinem eigen Hause/ und wil deine Weiber nehmē für deinen Augē/ und wil sie deinem Nähesten gebē/ daß er bey deinē Weibern schlaffen sol an der lichten Sonnen. Denn du hasts heim-

lich gethan/ Jch wil aber dis thun für dem gantzen Jsrael/ und an der Sonnen.

QVod attinet ad istud, ubi dicitur DEus *tradidisse Davidi* inter alia etiam *uxores Domini sui in sinu suo*, hoc intelligatur, quod post occisum Saulem divina benignitate in potestatem Davidis cesserit aula & totum gynæceum Saulis Regis, ita, ut juxta licentiam apud gentes passim, & ita simul tunc temporis Patribus usitatam, inde potuerit uxores sibi deligere pro suo lubitu.

Altera pars verborum citatorum, quod Domiuus vult in domo Davidis excitare bellum & *incestum*, mojoris indaginis requirit solertiam, præsertim cum responderit eventus, & cumprimis, quod attinet ad *incestum*, qvi peractus est ab Absolone, filio Davidis, ad consilium & persuasionem Achitophelis. Sic enim legimus 2. Sam. 16, 10. quando Absolon occupaverat Hierosolymam post exterminatum parentem Davidem, & jam quærebat, quid-
nam pro conservando regno facere & inchoare deberet? *Respondit Achido-* Deut. 22, 8
phel ad Absolon. Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendā Judic. 9 51.
domum, audietq; universus Israel, quod abominationem feceris in patrem tuum, 2 Reg. 23, 12
& roborabuntur manus omniū, qvotqvot tecum sunt. Tetenderunt igitur ipsi Ab- Soph. 1, 5.
solon tabernaculum super tectū (non acuminatum, sed planum, super quo so- Matth. 10,
lebant edere, emere, colloqui, considere) *& ingressus est Absolon ad concubinas* 27. & 24, 17 Marci 2, 4.
patris sui IN OCULIS TOTIUS ISRAELIS. Hucusq; verba Scripturæ. Luc. 12, 3.

Fuerunt istæ decem concubinæ relictæ, ut custodirent domum, 2. Sam. 15. v. 16. Et David restitutus, DEi misericordia, in regnum, reversusq; in domum suam, in Jerusalem, tulit istas decem mulieres concubinas, quas reliquerat, ut custodirent domum, & posuit eas in domo custodiæ, & aluit eas, sed ad eas non est ingressus, fueruntque vinctæ usque ad diem mortis in viduitate vitæ.

Sed jam tandem expediam, quomodo DEus dederit stuprandas incestuoso coitu concubinas Regis Davidis filio istius Absoloni, juxta hoc dictum divinum. *Tu fecisti abscondire,* (clam congressus cum Bethsabea, Uriæ uxore) *ego vero faciam in oculis Solis hujus,* vel coram Sole hoc. In interpretatione genuina locorum Scripturæ dixi, & dico, recurrendum esse interpreti & diligenti sacrarum literarum scrutatori cuivis ad duo, nimirum ad linguæ Hebrææ fontes in Veteri Testamento, & ad considerationem antecedentium & consequentium contextuum. In hoc loco nihil opus erit prolixa operatione juxta *primam* regulam: Rite enim reddita sunt verba Hebræa, & transposita in linguam Latinam: Ergo remedium petendum restat juxta *secundam* regulam ex lege cohærentium contextuum.

Pro

Prolixius exemplum, secundum quod lector in difficilium locorũ scripturis suas exercitationes instituere debet.

Pro hoc igitur loci ex 2. Sam.12,12. adducti genuino sensu impetrando, & extrahendo ex ipsis medullis intimis concatenatorum capitum, sæpissime percurri *totum* librum Samuelis *secundum*, & tandem deprehendi, nexu indissolubili, cumprimis omnia istius libri capita, inchoando ab ipso *undecimo* usq; ad finem libri secundi Samuelis procedendo, tanqvam simul cohærentia consideranda & ad sufficientiam usq; expendenda & æstimanda esse. Etsi vero prorsus prolixioribus rationibus hoc, qvod dixi, absolutum porrigere possem, tamen in compendium omnia redigam, ne in nimium fatigetur lector, & ut lector ex similibus magnis Scriptis ipse qvoqve discat simili brevitate extrahere summa rerum argumenta, & similes instituere processus, pro venanda nativa difficilium locorum sententia.

In capite *undecimo* describitur gravissimus lapsus Davidis, committentis, videlicet, clandestinum adulterium cum Bethsabea uxore Uriæ Hitthæi, & execrandum homicidium, in Uriam ipsum, maritum Bethsabeæ, qvam adulterio polluerat.

Compendiosa summa posteriorũ et 4 capitum secundi libri Samuelis.

In capite *duodecimo* continetur, de utroqve commisso peccato adulterii & homicidii, gravissima divina comminatio, *nimirum* propter homicidium a Davide perpetratum debent sub ipso perpetua vigere bella; propter incestum debent ipsius uxores seu concubinæ stuprari; filius ab incesto coitu prognatus debet mori, cum parentum magno cruciatu.

In *decimo tertio* capite compensatur incestus Davidis gravissimo incestu, qvem committit filius Davidis, Ammon, cum sorore Thamar, unde novum exitiale exurgit odium inter fratres Ammonem & Absolonem; qvin etiam homicidium Davidicum pensatur homicidio qvodam, ubi filius Davidis, Absolon, interficit etiam fratrem suum Ammon, & fugit,

In *decimo qvarto* capite ad grandissimam perniciem Davidis, immo in damnum universale totius regni Israelitici, Absolon fratricida, a Davide patre, ab exilio & a fuga demum domum revocatur, per mirabiles technas cujusdam mulieris Thecuitidos, & patri in solidum reconciliatur.

In *decimo qvinto* capite jam gliscit, immo etiam exardescit conjuratio & seditio Absolonis, adversum parentem Davidem, qvi pietate ficta, & humanitate populari, furatur benevolentiam omnium subditorum Israel, unde in tantum conjicitur timorem panicum David, ut cum consiliis aulicorum fugiat ex metropoli totius regni,

In *decimo sexto* Absolon ingreditur in regiam urbem Hierusalem, & qvia sperat his artibus sese posse sibi stabilem prospicere & procurare possessionem, & titulum regii axiomatis, spectante toto populo Israel supra tectum intra tabernaculum, concumbit cum uxoribus secundariis (vulgo dictis concubinis) qvas pater David reliqverat ad custodiendam domum.

In

In *decimo septimo* instituitur a supposititio novo & spurio seu adulterino Rege Absolone nova deliberatio de perseqvendo & extingvendo patre Davide, ut possit etiam sibi subjicere populum, qvi adhuc cum vetere illo Rege erat.

In *decimo octavo* capite instituitur pugna inter juniorem spurium Regem Absolonem, & inter veterem & genuinum Regem Davidem, ubi vincitur exercitus Absolonis, ipse de quercu suspenditur & confoditur.

In *decimo nono* (qvanqvam in lucto ob interemtum filium maximo, tamen) reducitur David in regnum, ipsi reconciliatis subditis, & privatis antea hostibus.

In *vicesimo* adversus Davidem Regem nova oboritur, & tamen simul reprimitur, conjuratio & seditio. In *vicesimo primo* præter famam quatuor bella cum vicinis Philistinis conficiuntur. In *vicesimo secundo* agit David gratias Deo, pro tot beneficiis divinitus sibi concessis, sicut in *vicesimo tertio* catalogum suorum Heroum & fidelium contexit. In *vicesimo qvarto* & *ultimo* describitur fastus & ambitio Davidis in populo promiscue & aliter, qvam alias fieri consveverat, numerato, sine dubio ad ostensionem potentiæ suæ, nec citra oblivionem securitatis sibi hactenus ab uno & solo Deo miraculosis rationibus indultæ: unde pestis seqvitur sævissima. Hæc est σκιαγραφία posteriorum capitum in secundo libro Samuelis cohærentium.

Ne pigeat lectorem, simili ratione brevem cognoscere summam aliqvot capitum de eadem materia cohærentium in *primo libro Paralipomenων*, nimirum inchoando a capite undecimo, & procedendo usqve ad finem capitis vicesimi primi,

Compendiosa summa posteriorũ capitum libri primi Paralipomenon.

Capite nimirum *undecimo* post mortem Saulis ungitur David in Regem; capite *duodecimo* describuntur copiæ, qvarum auxilio David regnum Israelis acqvisiverit; cap. *decimo tertio* deducitur ab ipso & collocatur arca fœderis in Jerusalem; In *decimo qvarto* varii describuntur successus Davidis; In *decimo qvinto* arca in tutiorem ab ipso locum reponitur; In *decimo sexto* describuntur personæ exercentes cultum Dei, tam coram arca, quam coram tabernaculo; In *decimo septimo* citatur consilium Davidis de templo ædificando; In *decimo octavo* recitantur acta qvædam Davidis bellica, & togata, in *decimo nono* bellum Ammoniticum propter violatos legatos; In *vicesimo* nova qvædam bella; In *vicesimo primo* ambitiosus Davidis populum promiscue numerantis fastus. In *seqventibus* capitibus David necessaria præparat ad ædificationem templi, & Levitis, Sacerdotibus, Cantoribus, janitoribus officia assignat; dividit populum in turmas & præfecturas, hortatur populum & filium Salomonem ad extruendum templum, sicq; emoritur. Hæc est altera σκιαγραφία capitum aliqvot in libro primo Paralipomenων, ex qvorum inter se

collatione ad verum sensum loci, prima fronte difficilimi & durissimi visi, plusqvam facillime licebit pervenire.

Breves responsiones de obscuris sic visis oraculis sacris, non semper rem satis expediunt.

Ideo autem copiosius ascripsi omnium capitum summas, ut lectori monstrem rationem procedendi in similibus maximæ difficultatis visis & existimatis oraculis divinis explicandis. Qui hanc methodum non servaverint, sed ex cerebris suis *subito* excogitabunt responsiones qvasdam, etsi verum qvandoq; dixerint, tamen ideo conscientias lectorum non tranqvillabunt, quia eorum, quæ dicunt, nulla ex iisdem sacris monstrant & consignant fundamenta. Unicum igitur, qvo juvant lectorem, hoc est, qvod emolliunt dura æstimata dicta, quibusdam declarationibus, quibus fidem habet lector, non propter fundamenta qvædam ex Sacris patefacta, utpote qualia illi nulla adducunt & demonstrant, sed quia apud lectorem habent ipsi τῆς ὀρθοδοξίας testimonium. Et qvia sæpe diversi habent diversas explicationes unius & ejusdem loci, ubi alter ad arcana consilia Dei refugit, alter eadem rejicit, iccirco turbatur lector, incertus qvo se vertat, nisi qvod tandem arripit illam istius autoris, erga quem benevolentiore affectu ipse ducitur.

Aliqvi in hoc dicto confugiunt ad permissionem, de qua plurima dicentur infra super illud Exodi, *Indurabo cor Pharaonis*, & monstrabitur, qvod illa nuda permissio considerata respectu mandati divini, scelera prohibentis, neq; ibi, neq; hic locum habeat, quia quod tali permissione Deus istud faciat, ex nullo contextu evinci potest. Explicationes autem nullæ accipi & approbari debent, nisi illæ, qvæ fluunt ex textibus ipsis, & quarum ex textibus fundamenta indicantur, id quod ad ravim usque sæpe moneo, nec aliud certius & utilius monere & monstrare possum.

Alii quod prætendunt, multo minus absolute & simpliciter obtinere possunt, quod Deus non peccet, peccata peccatis puniendo, & ut hunc finem assequi queat, multorum voluntates ad eadem peccata talionis, incitando & impellendo. Sed res ex ipso contextuum pulcerrimo ordine sese habebit quam optime.

In familia & regno Davidis fuere confusiones tantæ, qvæ non satis æstimantur ab omnibus

Et *primo* omnium oro moneoque lectorem, ut secum paulo altius expendat, quanta illa malorum lerna fuerit, quæ David, post perpetrata a se duo peccata, experiri necesse habuit, qvantæ fuerint non tantum inter ipsius liberos, & inter aulicos, sed & intra totum regnum per plurimum tempus confusiones, quæ ipsius Regis animum ita torserunt, citra omne dubium, usq; ad finem vitæ, ut multos ipsi sæpenumero in mediis novis lætitiis profundissimos expresserint gemitus. Cogita enim, si uni tibi lector tot & tanta contingerent in familia, urbe, terra tua, damna & mala, utrum non tristitiam immensam & perpetuam tibi paritura essent.

Dein-

Deinde cogita & circumspice de prima causa talium malorum, qvæ hoc loco in textu innuitur esse Deus. *Sic enim ipse dicit: Ecce ego* (dicit Jehova) *suscitabo super te malum, de domo tua, tollamq; uxores tuas, & dabo proximo tuo; Tu abscondite fecisti, ego faciam coram toto Israele & coram Sole.*

Deus aut uxores Davidis Absoloni filio.

Tertio circumspiciatur in omnibus qvatuordecim posterioribus capitibus 1. libri Samuelis, & in omnibus supra allegatis undecim capitibus prioris libri Paralipomenων, & diligenti, solerti, haud dormitanti, haud oscitanti lectori sese prodet alia causa tantis turbis, tantis confusionibus, tantis peccatis excogitandis, perficiendisq; tantis malis ad obruendas familias, & macerandos cognatos procudendis, nimium qvantum, hoc est, vehementissime assveta, apposita, idonea, & velociter, indefesse, rigideq; intenta, & secundum omnes casus sursum & deorsum exercita. Et hæc sola causa tollet omnem difficultatem, totum negotium ita explicabit, ut nulla vel levissima suspicio ullius excitati a sese peccati Deus accusari qveat.

Satanas autor omnium confusionum in regno Davidis, & unde hoc probetur.

Utq; hoc obtinerem, hoc est, ut hanc ipsam invenirem omnium peccatorum & confusionum causam, iccirco tam solerter contextum omnium superiorum capitum mihi esse legendum & conferendum statui: iccirco etiam tam prolixas istorum capitum σκιαγραφίας adjungere placuit. Satisfacient enim istæ conscientiis omnium lectorum.

Nimirum in ista continuata Davidicæ historiæ descriptione ipse Spiritus S. binis vicibus in binis diversis actibus nominat causam istam *Diabolum* seu *Satanam*, ut ex duarum istarum confusionum hoc expresse nominato autore discamus, reliquas quoque magnas confusiones, & lernam istam peccatorum atqve turbarum in familia, aula & regno Davidis ἀπὸ κοινοῦ accommodare, & acceptas referre Satanæ.

Qvod ad Satanam attinet Apocal.12. capite, versu 10. Satanas appellatur *accusator fratrum nostrorum, qvi accusat eos ante conspectum DEI nostri die & nocte.* Si ergo Satanas est accusator fratrum nostrorum, utiq; non bona opera, sed mala facta fratrum nostrorum coram Deo accusabit, qvanqvam nemo ignorabit, ipsum sæpenumero bona etiam facta in aliam sententiam interpretari. Etenim Jobi capite 1. dum dicit Satanas, Jobum iccirco adhærere Deo, quod a Deo benedictionem corporalem multiplicem acceperat, eo ipso innuit, Jobum pietati renunciaturum, si a Deo non amplius benediceretur.

Præterea ex eo ipso capite primo Jobi apparet, qvod ad illud præmissum Satanæ de Jobo judicium, Satanas impetrarit a Deo potestatem tangendi Jobum, & ea, qvæ sunt Jobi, sub certa tamen limitatione. Qvemadmodum igitur Jobum DEO suspectum reddere sategit, & inde indulgentiam

in Jobum accepit Satanas, ita qvoqve cum Davide Satanam egisse, jam indigitata ipsa praxis Satanica unicuiqve facile persuadebit. Accusavit nimirum Satanas Davidem, cui DEus ex obscuritatibus in tantum lucem collocato tanta bona fecerat, econtra David contra Dei præcepta adulterium & homicidium commiserat.

Iratus igitur DEus Davidi, ob tanta commissa scelera, Satanæ ipsum tradit ad tempus flagellandum. Is igitur concitat Ammonem ad amorem impurissimum, Absolonem ad homicidium, & ad seditionem adversus patrem, & ad stuprandas concubinas patris. Achitophelem ad cruenta & spurca consilia, Davidem & proceres ad ambitionem de jactanda numerositate tanti populi, *Sebam* ad novam conspirationem adversus Davidem Regem, Patriarcham & Prophetam.

Qværes autem, lector. hujus specialis de Davide a Satana cribrato assertionis fundamentum ex ipsa Scriptura? En dabo tibi illud. Asserrionis igitur indicatæ fundamentum solidissimum est in verbis illis, quæ extant 2.Samuel.24,1.ubi nimirũ ita dicitur & scribitur: *Addidit furor Jehovæ irasci* (de novo propter novam seditionem.2,Sam.20.) *contra Israelem, & concitavit Davidem in eos dicendo, vade, numera populum Israel & Jehuda.* Ecce habes in his verbis iram Dei in Israelem, sed qvomodo puniverit ira Dei Israelem, jam ex alio loco Sacræ Scripturæ expresso etiam audias ac æstimes. Per subalternam enim explicationem ea ipsa, non in alia historia exprimitur in hunc modum 1.Paral.21,1: *Stetit* (accusavit) *Satan contra Israelem, incitavitq; Davidem, ut numeraret* (propter priora, qvæ fecerat, peccata) *Israelem.*

Ecce lector, in duobus qvidem locis 2.Sam.20.&1.Paral.21.tamen non nisi una recitatur historia, nimirum de numeratione populi, & superiore loco dicitur, qvod furor Jehovæ concitaverit Davidem ad numerandum populum, in posteriore autem scribitur, quod Satanas incitaverit Davidem ad numerandum populum.

Una igitur & eadem actio tribuitur DEO & Satanæ, sed plusqvam infinitæ diversitatis respectu.

Qvod DEus Davidem ad talem numerationem populi (utpote non eo modo & fine institutam, qvo Deus ipse in exitu ex Ægypto aliqvoties curavit numerari populum, Num.1.2.3. & 4. &26. ut & Exodi 12.) nunqvam ipsemet impulerit, inde apparet, qvia in eodem 2.Sam.24.ubi dicitur furor Jehovæ concitasse Davidem ad numerandum populum, David recolligens, qvid fecerit, his verbis alloqvitur Deum; *peccavi graviter, qvod feci, nunc ergo Jehovah transfer iniqvitatem, qvæso, servi tui, qvia stulte egi valde.* Utiq: si a Deo petit remitti sibi peccatum taliter numerati populi, nulla ratione dici potest a Deo fuisse incitatus ad populum tali modo, & tali fine numerandum.

Con-

Confirmatur illud ipsum qvoqve ex aliis. Nam & gravissimam pœnam ob peccatum talis numerationis DEUS immittit, dum ibidem verbum est Jehovæ ad Prophetam Gad, dicens ei: *Vade, dic Davidi, sic dixit Jehovah: Tria ego offero tibi, elige tibi unum ex his, ut faciam tibi &c. Immisitqve Jehovah pestilentiam in Israelem, à mane usqve ad tempus constitutum, & mortui sunt septuaginta millia virorum.* Ex his sacris textibus ad omnem sufficientiam liqvidum evadit, qvod DEUS nunqvam approbaverit hoc tale factum, Davidi illud ipsi non suggesserit, ad illud Davidem non impulerit. Qvo enim jure punire tam graviter potuisset Dominus, si ipsemet tantum factum in Davide exsuscitasset. Etsi igitur DEO tribuitur numeratio populi Davidica, tamen quia ex his jam dictis nemo non videt, qvod à DEO non fuerit profecta ipsa, utiqve tandem concludendum venit, qvod ea ipsa numeratio expendenda sit copiosius & plenius qvoad auctorem genuinum, qvi tandem deprehendetur solus fuisse Satanas. Id qvod patebit. Etenim apparet ex 1. Paralipomen.21. qvod non satis forti animo prudentes & pii omnes in istam numerationem consenserint, sed qvod pro & contra, ut loqvi solent, inter aulicos hac de re fuerit disputatum. Sic enim ibidem loqvitur Joab: *Addat Jehovah populo suo, sicut sunt, centum vicibus, nunqvid non Domine mi Rex, omnes ipsi Domino meo sunt servi, ut qvid qværit hoc Dominus meus, ut qvid erit ad delictum Israeli*, id est, qvid opus est tali numeratione, tamen sunt isti omnes tui subditi, qvi tibi præsto erunt, qvoties opus fuerit, cur ita numerabimus nunc eos, id qvod nobis Deus imputaturus esset in delictum. *Probatio, qvod Satanas fuerit istius numerationis auctor genuinus.*

Seqvitur autem: *Sed prævaluit verbum Davidis*, qvem nimirum ut habet principium istius loci, 1. Paralip. 21. versu 1. *incitavit Satan, qvi* scilicet *stabat contra Israelem*, hoc est, qvi accusaverat peccata Davidis priora, ut & peccata populi, ideoqve à DEO acceperat flagellandi eos potestatem, qvemadmodum etiam ex historia Jobi cap. 1. similis processus est notus, de Satana circumeunte per regiones, spectante, & tandem coram DEO traducente homines, & expectante vindictæ licentiam, post qvam impetratam, qvalem sese gerere soleat, magno suo malo expertus fuit Jobus.

Prævaluit igitur in nostro exemplo verbum Regis, neqve aulici & alii rigidius Regi contradicere voluerunt, qvæ etiam causa muti silentii, non indicatæ principibus veritatis, dissimulati erroris, fuit, qvod postea non Rex, verum cives & subditi & amici, & familiares aulicorum & alii plectuntur in magna pestilentia; 2.Samuel. 24. qvam methodum DEUS adhuc hodie graviter servare solet. Magis item aperte *Cur propter peccata aliqvi interdum puniantur, qvi tamen ipsimet ipsa peccata non perpetrarunt.*

versu septimo indicatur, qvod displicuerit Jehovæ verbum Regis, & qvod iccirco percusserit Israelem. Tributur ergo talis numeratio DEO, propter hanc causam, qvod DEUS Satanæ, coram ipso stanti contra Israelem, & accusanti gravissime peccata multiplicia Israelis & Regis, indulget aliqvam flagellationem & vindictam. Sicut autem, pro more suo, in omnibus ejusmodi actibus, cum vindicanda scelera hominum ipsi a DEO conceduntur, Satanas hoc cumprimis spectat, ut plura mala culpæ in hominibus excitare, hincque eos DEO magis exosos reddere, & novis, atqve majoribus suppliciis dignos & reos efficere possit, qvam ut sola mala pœnæ, malis culpæ seu peccatis debita & convenientia, irrogare acqviescat: ita qvoqve in hoc actu cumprimis sategit novum talis numerationis populi crimen instillare. Et hoc respectu ipsi Satanæ competit ista numeratio tanqvam principali causæ, efficienti primæ: Noverat enim hanc numerationem DEo displicituram, DEumqve ad puniendos Israelitas exuscitaturam, id qvod etiam tristissimus eventus, 2.Samuel.24.& 1.Paral.21. comprobatum dedit.

Satanas solus est principalis causa impellens Davidem ad numerationem populi.

Etsi autem illa distinctim sese ita habeant, tamen DEO etiam tribuitur, qvod tamen facit Satanas, qvia Satanas ex impetrata a DEO venia istud ipsum ad modum jam dictum fecit. Exemplum hujus rei est accommodatissimum in primo capite Jobi, ubi Satan coram DEO Jobum traducit, si in calamitates aliqvas immergeretur, qvod in faciem esset maledicturus DEO, & hoc pacto impetrat a DEO potestatem tentandi Jobum, seu probandi constantiam ipsius inter medias grandes adversitates. Impetrata potestate incitat Satan Sabæos, qvi interficiunt servos Jobi, dirigit fulmineum ignem super oves & pastores Jobi, ut comburantur, incidas Chaldæos, ut abigerent pecora, & interficerent servos, impellit aërem, & vento validissimo concutit domum, & opprimit omnes liberos Jobi. Etsi igitur Satan hæc omnia fecit: tamen Jobus exclamat: *Dominus abstulit*, nimirum, qvia Dominus antea omnia dedit, eadem rursus idem Dominus abstulit, qvi videlicet potestatem concessit Satanæ, inter talia adversa probandi & explorandi pietatem, patientiam & fortitudinem Jobi:

Cur Deo id tribuatur, qvod fecit Satanas in exemplo Jobi.

Fiat jam applicatio ordine per omnia, qvæ contigerunt post adulterium & homicidium Davidis, & post Satanæ datam potestatem ad flagellandum propter ista admissa peccata Davidem: *Ego suscitaturus sum adversus te malum, de domo tua*, nimirum seditiosum tuum Absolonem, qvi te ejiciet ex regno. *Ego tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo Absoloni, & dormiet cum uxoribus tuis, in oculis Solis hujus, supra tectum,* infra

Deo etiam tribuitur, qvod tamen Satan fuit operatus in exemplo Davidis.

infra cognoscentibus hoc omnibus Israelitis. Nimirum *Satana*, accusanti tuum homicidium & adulterium, dabo potestatem flagellandi familiam & aulam tuam, qva impetratâ, filium tuum concitabit ad seditionem, ut ejiciat te in exilium & removeat a regno; concitabit etiam Achitophelem ad spurca consilia, quæ secutus Absolon, in oculis Solis hujus, & coram omnibus Israelitis ingredietur ad uxores tuas, & incestum cum illis committet: *Tu fecisti abscondite* adulterium cum Bethsabea: Ego vero dabo potestatem Satanæ flagellandi hoc crimen, qui tam erit acer, ut excœcet Achitophelem & Absolonem, ut publice audeant facere, quæ tu fecisti abscondite. Progrediatur lector, & accommodet easdem phrases ad incestum Ammonis; & fratricidium Absolonis. Deo iterum tribuitur, quod facit Satan à Deo nactus potestatem antea flagellandi. Attamen sicut dictum fuit, quam DEus dat potestatem Satanæ ad flagellandum, hac ipse abititur, impellendo hominem ad talia peccata, qvæ tamen Deus ipse non probat, sed odit & punit.

Videat autem lector, qualem æmulum præbere sese soleat in hac parte Satan, ut res omnis adhuc fiat clarior. DEUS in verbo suo in politia sacra proposuit regulam omnino justissimam de pœna talionis, ut talia patiatur vir, qualia ipse perpetravit, sicut ad exteros Ethnicos ex vicinis Ecclesiis Patriarchalibus eam emanasse inde patet, quod Aristoteles 5. Ethicorum recitat versum Rhadamanti, *qvæ qvis facit, ea patiatur*; & cap. 5. definit *jus, qvod qvis vicissim perfert*, quod & tabulis XII. legum Romanensium est insinuatum. Sic igitur præcipit Dominus Exod. 21. vers. 23. 24. 25. *Dabis animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.* Vultqve Scriptura pro more suo exempla pro legibus recitans, hæc extendi ad nasum pro naso, digitum pro digito, aurem pro aure &c. & legatur etiam Sapient. 11. vers. 17. Repetitur illa lex Levit. 24. vers. 18. 19. 20. Deuteronom. 19. vers. 21. Obad. 15. (Et omnino litibus, vulnerationibus præcavendis temperandisque nulla plus profuit constitutio, quam illa ipsa, ubi sciebat petulantia divitum, & aliorum quorumvis, sibi eadem mensura postea mensurandum. Exoptant fortassis etiamnum aliqui, ut eadem lex in usum viridissimæ observantiæ revocaretur. Matth. 5. versu 38. in levioribus casibus cupit Christianos patientiæ plus studere Christus, cum alioquin in judiciis velit observari eandem, Matth. 26, 52. *Qui gladium accepit, gladio peribit.* Luc. 6, 38. *Eadem mensura, qva metimini, metientur alii vobis.*

Satanas in tentationibus accurare spectat ad processum pœnæ talionis.

Non

DEUS pœnam talionis sæpe ipse, connivente magistratu, exercet.

Non autem voluit tantum DEus illam in judiciis per judices exerceri, sed & ubi judicum langvescit officium, aut ubi, clam judicibus, multa sunt patrata, in qvotidiana mundi gubernatione, nullam quovis seculo familiariorem facit sibi, & exercet erga delinqventes pœnam, qvam pœnam talionis.

Gen. 37,21. Joseph à fratribus nullam misericordiam conseqvi potest: Gen. 42,21. fratres vicissim apud Josephum nullam possunt obtinere misericordiam, sicut ipsi agnoscunt, & suis verbis confitentur.

Judic. 1,7. Adonibezeck septuaginta Regibus sub mensam detrusis pollices pedum ac manuum absciderat, eidem sui qvoqve pollices præciduntur ab Israelitis, unde exclamat, *sicut feci, sic reddidit mihi.*

Exod. 14,27. in qva suffocantur præcipui Ægyptii, una cum Pharaone, qvi prius ad aqvas condemnaverant innocentes pueros seu infantes Israelitarum, licet ille Pharao, sub qvo mandatum istud cœperat, jam mortuus esset. Exod. 2, 23.

An Deus accusari qveat alicujus peccati, qvando peccata peccatis punit.

Et DEus immittendo pœnam talionis, intra malum pœna acqviescit: Diabolus vero, qvi novit hanc methodum DEI, ipse qvoqve talionem æmulatur, sed ita, ut sæpe non mala pœnæ simpliciter, sed talia exuscitet, qvæ qvidem ut mala culpæ, sed tamen, ut mala pœnæ simul sese habeant. DEus simpliciter adulterium Davidis adulterio concubinarum non punivisset, contentus simili aliqva pœna, sicut Judæorum idololatriam per captivitatem Babylonicam, (ubi prætextus Politicus & speciosus qvidem fuit agitatus) vindicat. At Satanas accepta potestate abutitur, & ut plus pariat confusionum, Deumq; adversus homines plus irritet, studet, ut peccata etiam peccatis compensentur.

Qvomodo intelligendum, qvod Deus peccata peccatis puniat.

Etsi vero DEUM dicimus *peccata peccatis punire*: tamen illud qvoqve explicandum venit juxta modum, qvi paulo ante ex Job. 1. 2. Sam. 12. est demonstratus, jam aliis & circumstantiis fusius comprobatus & explicatus. Hunc morem Scripturæ sæpius ingeminant; Job. 31. vers. 9. *Si seductum fuit cor meum super muliere, & juxta ostium amici mei insidiatus sum, molat alteri uxor mea, & super eam incurvent sese alii,* Lege etiam Habac. c. 2. per totum.

Hæc igitur est consvetudo ταυτοπαθείας seu ἀντιπεπονθότος DEO usitata, & qvam alio modo, alioqve fine solet æmulari Satan. Deus prævidens Diabolum tali indulgentia abusurum, utiqve qvidem dicendus est, qvod pœna talionis plectat, attamen intelligendus est, & statuendus est illud facere citra ullius peccati incitationem, qvippe cum habeat longe plures modos, qvibus eadem peccata ulcisci posset, & cum homi-

homines diabolo commissi, tamen adhuc habeant admonitiones verbi divini serias, qvibus à qvolibet novo peccato satis superq; inter medias tentationes Diabolicas abarcentur. Neq; enim seqvitur; Deus committit Diabolo malitiosum peccatorem, & Diabolus incitat talem sibi à DEo traditum ad homicidia. Ergo Deus est causa homicidiorum. Nam juste DEus juxta comminationes suas prædictas talem peccatorem tandem tradit Satanæ. At homo qvilibet inter tentationes Diabolicas meminisse debet Decalogi, & reluctari, nec tentanti Satanæ obtemperare. In his igitur casibus Deus plectit pœna talionis citra ullius peccati approbationem. Satanas autem cum novorum peccatorum impulsione hoc ipsum facit, ut cum novis confusionibus novas alliciat hominibus pœnas.

Illud ipsum ex hoc simul exemplo elucet. Punit Deus idololatriam & alia peccata Israelitarum per Assyrios, occasionem ex Israelitarum parte qvandoq; vere datam prætendentes; Sed qvia Israelitis nimiam vim inferunt Assyrii, & excedunt modum, & obliviscuntur omnium legum humanitatis, iccirco propter prædationes ex pæna talionis prædatio alia ipsis prædicitur, Esa. 33. 1. *Dum consummaveris esse prædator, prædationem patieris, cum consummaveris contemnere, & tu contemneris,* nimirum qvia potestate à me data flagellandi Satanas abutetur, & abutenti & excessum committenti Satanæ tu indulgebis, iccirco eadem similia tibi contingent à Satana, qvi non tantum spectat mala pœnæ, sed & nova mala culpæ. ut ex novis culpis novas confusiones & novas pœnas inter homines multiplicet.

Deus puniturus peccata, sæpenumero Satanæ hoc officium commendat.

Porro, ut clarius res explicetur. In Propheta Abdia seu Obadia est aliqvid in hanc sententiam expressius dictum, qvod intimis præcordiis omnium diligenter venit reponendum. Sic enim ille incipit: *Sic dixit Dominus Jehovah ad Edom, auditum audivimus a Jehovah, & legatus ad gentes missus est, surgite & surgamus adversus eam in prælium. Ecce parvulum dabo te ingentibq, contemtus tu eris valde.* Edomæi Israelitas in captivitatem abductos Babylonicam vehementer irriserant, & contemserant, id qvod non tantum colligere datur ex hoc Propheta Obadia, sed etiam ex Psal. 137, 7. ubi Deo istam sibi factam injuriam vindicandam in Babylone miseri captivi commendant, & recitant ab Edomæis in opprobrium ipsorum, usurpata hæc verba: *Recordare Jehovah filiorum Edom diei Jerusalem, qvi dicebant, discooperite, discooperite usq; ad fundamenta in ea,* (penitus destruite Israelitas, extirpate eos.) Consolatur igitur Propheta iste captivos, & ab Edomæis tantopere contemtos Judæos, hoc argumento, qvod Deus Edomitarum petulantiam brevi, immo jam statim sit vindicaturus, revelationem Dei sibi hac de re factam commemorat, dum expresse dicit, se audivisse a Deo, qvod Edomæi debeant vindicari, & qvod optime notandum venit, *qvod DEUS* legatum *miserit ad*

gentes, ad hostes excitandos Edomæis, qvi legatus *debeat gentes extimulare, in animis ipsorum extenuare potentiam Edomæorum, ipsis exaggerare divitias Edomæorum, unde spolia reportare qveant opima & amplissima, ideoq; omnem moram interrumpere, ut citra cunctationem aggrediantur Edomæos, & hac ratione puniant in Edomæis opprobria, & contemtuum genera, qvibus affecerunt immerito ex antiqvo odio & inhumaniter Israelitas afflictos, afflictisq; addiderunt afflictionem.* Dicit Propheta, ad gentes adversus Idumæos concitandas & commovendas *missum esse legatum*, qvod non nisi de angelo malo, accusante peccata, & parente vindictam, & post impetratam potestatem flagellante, & modum excedente, intelligi potest. Angelus igitur malus accusans peccata Edomæorum, & impetrans potestatem, insufflat mentibus hostium, ne curent munitiones Edomæorum; sed sciant, nunc esse eos territos, expectanda hostibus esse amplissima spolia. Eodem processu olim, hodieq; infinities per Satanam excitari turbas & confusiones adversus populos, & privatas familias, nemo dubitabit. Convocat igitur hic legatus, à Deo missus ad gentes, magnam catervam furum latronumq;, hoc est, excitat in hostibus animum furandi & latrocinandi, ut ita puniantur peccata Edomæorū, sicut mox seqventibus verbis depingit Propheta: *Si fures* (hostes) *introierunt ad te, si prædones nocturni, isti hostes tui, qvo modo exciteris, nonne furabuntur, qvæ sufficient sibi* (per prædas & spoliationes.) *Qvomodo investigabunt Esau* (Edomæi) *dimittent te omnes viri confœderati tui, panem tuum comedentes, ponent plagam super te.* Hactenus sensus verborum Prophetæ, qvibus dicit, per legatum adductos latrones & fures strenue probaturos esse per legatum, abalienari ab Edomæis debere eorum confœderatos & amicos. Talia igitur peccata, tales confusiones, tales turbas solet excitare Satanas, nactus potestatem inferendi mala pœnæ, cum qvibus conjungit nova mala culpæ, ut adhuc postea habeat occasionem accusandi de novo homines, & impetrandi adversus eos novam pœnam.

Unde sint interdum tumultuaria & magna confusiones in familiis & gentibus.

An DEus immittens bellum, possit etiam dici causa commissarū rapinarum & injustorū homicidiorum.

Et interim nullam excusationem habent, aut prætendere possunt hostes Edomæorum, etsi à Satana sunt impulsi, ad ista bella, furta, latrocinia, sicut nec Sabæi & Chaldæi, adversus Jobi familiam & bona grassantes, excusati qveunt. Etsi enim fortissimus est Satanæ instinctus, tamen nobis & ipsis Deus legem suam pro contrario remedio dedit, qvo injurias nobis factas *legitimo modo*, & nos debemus vindicare, injurias aliis factas, & ipsi etiam suo justo modo vindicandas sumere debent. Qvod autem Sabæi & Chaldæi, & hoc in loco Obadiæ, hostes Edomæorum passi sunt sese vinci à suggestionibus diabolicis, & à carnis suæ *affectibus*, vindictæ cupidiate, ambitione, cupiditate jactandi potentiam, & avaritia, id nullo modo ipsos excusat.

An excusati sint, qvi à Diabolo incitantur ad peccata.

Potu-

Potuisset Deus alio modo vindicare Edomæos, & præterea, qvando Deus Diabolo veniam & licentiam concedit, eo ipso probat & experitur hominũ pietatem, patientiam, abstinentiam. Ipse ad peccandum neminem incitat, juxta illud Jacobi 1, 13. *Nemo, cum tentatur, dicat, se a Deo tentari, nam Deus malis tentari non potest, nec qvenqvam tentat: sed unus qvisq; tentatur, dum a propria cupiditate abstrahitur & inescatur, deinde cupiditas, posteaqvam concepit, parit peccatum, peccatum vero peractum progignit mortem.* Ergo qvas hoc dicto modo Deus immittit peccatis pœnas, tanqvam afflictiones, eas etiam immediate ex cœlo immittere, citra cujusqve hominis aut Satanæ vicariam opem potuisset. Idololatras Judæos potuisset peste, fame, feris graviter plectere, citra opem Assyriorum. Dum autem eligit Satanam & Assyrios, tanqvam tortores suos, debuissent Assyrii terminos sibi præfixos non excedere, victos & captos tractare, sicut decet victos & captos tractare, debuissent recordari præceptorum divinorum, addiscere verum DEum: sed qvia patiuntur sese extra præscriptas metas abripi, per impulsiones Satanicas, iccirco tandem etiam ipsi puniuntur, ut ex Prophetis constat. Qvicqvid igitur in bellis etiam justis confusionum, turbarum, peccatorum contingit, id non ex voluntate Domini bellis punituri oritur, sed ex Satanæ excessivis, ut ita loqvar, suggestionibus, & ex infirmitate & pravitate carnis humanæ, qvæ sibi non satis cavet.

Ad eundem hactenus satis enucleatum modum & processum intelligi qvoqve debet illud Apocal. 13, 10. Si qvis in captivitatem ducit, in captivitatem abibit, hoc est, qvi innocentes Christianos in carcerem compegerunt, iterum in carcerem debent compingi, *nimirum* accusanti talem persecutionem Christianorum Satanæ Deus potestatem flagellandi persecutorem dabit, qvi Satanas iterum pro more suo adversus suum illum flagellandum alios, exuscitabit sceleribus & persecutionibus delectantes, & ita extimulabit, ut nimii aliqvid faciant.

Eadem est ratio istius Proverb. 21. *qvi aurem obturat adversus clamorem pauperis, clamabit ipse qvoq; sed non audietur*, idq; vel Deo prohibente cum justa moderatione, vel Satana procurante, cum magno excessu.

Sed nec hoc prætermittendum venit, licet Deus Satanæ potestatem concedit, qva tamen ipse abutitur, qvod Deus nihilominus non patitur hostem istum nostrum in infinitum abuti sua impetrata potestate.

Num. 14, 34. punit Deus murmuratores Israelitas, ab aliqvibus exploratoribus ad seditiosam murmurationem exstimulatos, hac ratione, *juxta numerum dierum* (inqvit) *qvibus explorastis terram ipsam, qvadraginta diebus, diem pro anno, portabitis iniqvitates vestras qvadraginta annis.* Ecce, has Deus observat limitationes in suis pœnis, ut nimirum pro qvadraginta diebus irro-

get pœnam qvadraginta annorum, non plurium, & ut non imponat Israelitis graviora mala, sed solummodo per tot annos differat introductionem. Cumq; Deus in suis judiciis omnia tam benigne moderetur, multo minus dat Satanæ potestatis acceptæ licentiam infinitam.

Utq; in exemplo proposito (ex qvo tamen infinita alia æstimari debent) perseveret meditatio ista, qvam lubenter Satanas Davidi (SOLI præsertim) etiam vitam eripuisset, (sicut & Jobo cap.1.) patet *ex 2.Sam.*17. versu 1.2.3.4. ex consilio, & voto Achitophelis, expresso his seqventibus verbis: *Dixit Achitophel ad Absolon, deligam nunc duodecim millia virorum, & consurgam, & persequar Davidem nocte, & irruam in eum, is enim est fatigatus & remissis manibus, & terrebo eum, & fugiet universus populus, qvi est cum eo, & percutiam Regem solum &c.* Factum etiam fuisset illud, nisi certis de causis Chusai, clandestinus amicus Davidis, dedisset consilium aliud *de Davide cum toto populo* opprimendo & necando, qvod tamen per exploratores clam curat festinanter Davidi renunciari, ut caveat sibi. *Jehovah enim* (dicitur versu 14.) *præceperat destruere consilium Achitophel, qvod bonum erat, ut induceret Jehovah super Absolon malum.* Tales metas Diabolis qvotidie determinat, unde rogandus est diligenter, ut *aut* non tentet nos per tales diabolicas persecutiones, in qvibus non omnes possunt servare fidem & patientiam & fortitudinem, *aut* certe liberet nos ab isto malo, si in nos aliqvid Satanas extorsit potestatis, ne ea audeat abuti, pro arbitrio in infinitum.

In orationibus qvotidianis qvid sit studiose attendendum.

Tales enim preces a Davide qvoq; fusas fuisse ad Deum, non dubitabimus, utpote qvi mox ab initio hujus tragœdiæ ad Sadoc Sacerdotem dixit, 2Sam.15,25. *Si invenero gratiam in oculis Jehovæ, reducet me; Si vero sic dixerit, non est mihi beneplacitum in te, ecce ego, faciat mihi, qvod bonum est in oculis suis.* Item versu.31. dixit David, *infatua, obsecro, consilium Achitophel, o Jehovah*, & versu 32. *adscendit ad verticem montis, ut & illic adoraret Deum.*

Atq; ex hac prolixiore enucleatione satis jam, qvod spero (qvod ista prolixitate unice intendi, data opera, ne, si brevis esse laborassem, obscurus in tanto negotio factus fuissem) apparet, qvomodo in Deum ne levissima suspicio ullius excitati aut approbati, parvi vel magni peccati, conferri & conjici qveat, utut videantur primo intuitu, & primo sono, in nostris oculis & auribus, (qvi ad phrases Scripturæ singulariter graves & usitatas non tam sumus assveti à pueritia, qvam sumus assveti ad phrases poeticas & Ciceronianas, & ad terminos Metaphysicos, Juridicos & Medicos.) Prorsus dura & valde horrida, nedum obscura hæc: *Ego unxi te, ut esses Rex super Israelem, & erui te de manu Saulis, dediq; tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinum tuum: præterea tradidi tibi domum Israelis & Judæ, & si parum, adjecturus tibi eram talia & talia. Qvare contemsisti verbum Jehovæ faciendo, qvod malum est*

est in oculis ejus: Uriam percussisti gladio, & uxorem ejus accepisti tibi in uxorem, ipsum occidisti gladio filiorum Ammon, nunc igitur non recedet gladius de domo tua usq; in seculum, eo qvod contemsisti ac tulisti uxorem Uriæ, ut esset tibi uxor. Sic dixit Jehovah: En ego suscitaturus sum adversum te malum de domo tua, tollamq; uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, dormietq; cum uxoribus tuis in oculis Solis hujus: Tu enim fecisti abscondite, ego faciam hoc coram toto Israele, & coram Sole.

Qvod autem dicitur, David adulterium *abscondite* fecisse, sicuti omnino *abscondite* fecit, & tamen in hoc cap. 12. v. 14. videtur contrarium dici, qvod blasphemando blasphemare fecerit nomen Dei: ita habendum est, v. 13. *dixit* (post auditam pœnæ magnæ denunciationem) *David ad Nathan: Peccavi Jehovæ; & ait Nathan Davidi, etiam Jehovah transtulit peccatum tuum, non morieris,* (tu non morieris sicut dignus eras corporali & æterna morte, interim vero, sicut Deus solet post remissam culpam & pœnam æternam tamen inferre calamitates corporales, tu experieris corporalia aliqva mala, qvibus & hoc novum accedet) *qvia blasphemando blasphemare fecisti inimicos Jehovæ in hoc negotio, etiam filius, qvi natus est tibi, moriendo morietur.* Fitqve illud eodem capite v. 18.

An Davidis adulterium, an aliud peccatum DEo blasphemiam apud Ethnicos pepererit.

Nimirum *istud, blasphemando blasphemare fecisti Israelem*, non spectat adulterium Davidis absolute, simpliciter, proprie & solum: sed spectat simul & præcipue ad dolum Davidis clam commissum. 2.Sam.11. Postqvam enim primo David ex bello domum revocare curavit Uriam, & voluit, ut is cum uxore sua concumberet, ut ita celare posset adulterium à sese commissum in absentia mariti, postea cum eodem Uria misit literas ad Joab, qvibus *clam* monet, ut in principio qvodam ita eum cum aliis collocet, qvo ab hostibus ipse cum iisdem reliqvis excellentibus Israeliticis bellatoribus interficiatur. Id qvod etiam factum fuit, sed non sine magno gaudio, atq; simul non sine magno scandalo Ethnicorum. Cum enim in castris esset arca fœderis 2.Sam. 11. v. 11. de qva multa miraculosa audiverat totus Oriens, & propter qvam tunc temporis in illo bello certissimam victoriam sperabant Israelitis ipsi hostes: Jam vero cum arca fœderis ab hostibus vincitur & capitur, utiq; & arcæ & Jehovæ & Israelitis illuserunt, & contemtum dixerunt ipsi maximum. Id qvod tamen propter exsatiandas libidines suas plane non curavit David, sicut apparet ex verbis, qvibus utitur ad nuncium de illo infelici prælio ad se ab Joabo missum, 2.Sam.11,25. *Dixit David nuncio, sic dices ad Joab ne displiceat hoc in oculis, qvia hunc, sicut illum consumit gladius &c.* Istud igitur, qvod Nathan dicit ad Davidem, 2.Sam. 12. v. 14. *qvod blasphemando blasphemare fecerit Israelem,* utiqve publice per istud impium & dolosum factum contingit.

De adulterio enim per Davidem commisso tunc publice non constitit, & nonnisi tunc constare cœpit publice, qvando post mortem Davidis reliqva capita librorum Samuelis à Samuele inchoata compleri & absolvi cœperunt per Nathan & per Gad Prophetas, sicut non obscure colligitur. 1.Paral.29.v.29. non aliter, qvam sicut omnia, nunc qvidem occulta, præsertim etiam in Spiritum Sanctum, magnatum & aliorum peccata suo tempore in divino judicio speciatim revelabuntur, & ordine enumerabuntur. Deus enim omniscius talis nullius obliviscetur, sed omnia vindicabit, Matth.13. v.31.33.34.35.36,

Et tantum de istis, qvæ, ut dixi, ideo copiosius explicare placuit, ut & debui, qvia breviter tractata non satis fundamentaliter intelligi qveunt, sic, ut nec explicari breviter possunt saltem per nudos terminos Logicos vel Metaphysicos. Idq; ut in omnibus aliis dictis explicandis servetur, maximopere censeo & hortor. Et qvisqvis hoc consilium seqvetur, in auditoribus magnum experietur fructum fuisse factum.

Summa hactenus dictorum.

1. Jehovah ADDIT irasci.

Brevissimis rem repetendo: 2.Sam. 24, 1. dicit Scriptura, qvod Jehovah *addiderit* irasci adversus Israelem, idq; aut propter peccata in Scripturis non expressa, aut certe propter illam novam totius Israelis (excepta tribu Juda) Davidem contra divinitus electum, divinitus contra Absolonem conservatum, divinitus in regnum constitutum commotam maximam & periculosam seditionem.

2. Satã apud Deum irascentem Israelitas accusat.

Dum autem Satan scit, Deum de novis irasci Israeli, stat ipse contra Israelem, 1.Par.21,1. seu, ut vetus versio habet, opponit sese Israelitis. Sic in Ps.94,16. *Qvis consurget pro me contra malignantes. qvis stabit pro me contra operarios iniqvos, nisi auxilio mihi fuisset Jehovah, brevi habitasset in silentio anima mea.* Erit autem hoc *stare* nihil aliud, qvam qvod 2.Per.2,11. dicitur, ferre adversus Israelitas βλάσφημον κρίσιν, maledictum judicium; aut Apoc.12. v.10. accusare fratres nostros in conspectu Dei dies & noctos, donec impetret potestatem aliqvam supra Israelem ipsum, qva impetrata, statim arripit commodam occasionem, & inspirat Davide blasphemum opus de tali numeraatione populi: id igitur est, qvod 1 Paral.21. dicitur: *Stetit Satan adversus Israelem, incitavitq́; Davidem, ut numeraret Israelem.* Idem tamen propter potestatem à Deo impetratam attribuitur furori Jehovæ, 1.Sam.24,1. his verbis: *Et addidit furor Jehova irasci contra Israelem, & CONCITAVIT Davidem in eos, dicendo: Vade, numera Israelem & Jehuda.* Tribuitur, inqvam, Deo, propter nullam aliam causam, qvam, qvia petenti Satanæ, potestatem supra Israetitas dedit, qvi alio modo eosdem punire potuisset, sed vult hoc modo punire, & tamen interim expectat, ut, num tentationibus diabolicis fortiter resistere David cogitaret, & propalam faceret.

3. Satan adversus accusatos Israelitas a DEo accipit indultum.

4. Qvod Satan facit ex suo excessu, & Absolon ex verbi divini contemtu, cur Deo assignetur.

Nullo enim modo approbavit, aut excitavit ipse istam numerationem, qvia verbum Davidis de numerando populo displicuit in oculis Jehovæ, & idem percussit Israelem (1.Paral.21, 7.) propter hoc peccatum.

Qvem igitur processum servavit Deus, in hoc jam enucleato exemplo, illum qvoq; servavit in priori ira sua. Qvando David commisit adulterium & homicidium, ibi Deus cœpit irasci adversus ipsum, & tunc qvoq; Satan stetit adversus eundem, & impetravit potestatem vindicandi Davidem qvi Satanas post impetratam veniam excogitat statim talia, qvæ Davidem excruciatura erant, seditionem & incestum.

Furor Jehovæ seu Satanas ADDIDIT incitare Davidem in numerationem, ergo etiam antea incitavit Satanas Davidis familiam ad incestũ &c.

Ut igitur in posteriore Deus dicitur incitare Davidem, qvod tamen Satan facit: ita in priore Deus dicitur contaminare uxores, qvod tamen Satanas fecit. Aut necesse est, ut secundi exempli prorsus alia detur explicatio, (qvæ dari neqvit,) aut necesse est, ut ex posteriore declaretur modus prioris exempli, qvod huc usqve demonstrasse sufficiat.

Nam Scriptura nobis istam expositionem, ejusq; confirmationem, ut antea etiam dixi, porrigit in manus, qvando 2.Sam.24. tam emphaticis verbis dicitur: ADDIDIT FUROR JEHOVÆ irasci adversus Israelem. In Hebræo est vocabulum יסף *addidit*.

Gen.38, 26. de Juda, qvi semel concubuit cum nura sua, neq; *addidit* ultra cognoscere illam, hoc est, vice secunda, vel tertia, vel qvarta, vel qvinta non voluit eandem cognoscere, nihil sceleris talis amplius voluit *addere*. Deut.5. v.25. de Judæis, qvi Decalogi recitationem ex Dei ore inter fulgura, ignes, & alia audierant, sed reliqvas leges sese audire non posse ex eodem dicunt; Qvare enim moriemur, consumet enim nos ignis iste magnus, si *addiderimus* audire (iterum audierimus, habet Pagninus) vocem Jehovæ Dei nostri, moriemur. Tó ADDERE AUDIERE significat, secunda & tertia vice audire. Sic hoc in loco, (*Addidit* furor Jehovæ) hoc est, stetit Satan contra Israelem, & *concitavit* Davidem ad numerandũ popolum. *Addidit*, hoc est, jam nova vice Satanas ad novum peccatum, nimirum ad talem numerationem populi commovit Davidem, sicut antea Absolonem. Si ergo furor Domini, seu Satanas ADDIDIT, hoc est, etiam hac vice excitavit turbam novam, utiq; idem Satan reliqvis omnibus vicibus confusiones reliqvas, adulterium, homicidium, Absolonis seditionem & incestum ipsemet fuit operatus.

Fuisse præterea Satanam in confusionibus Davidicis solertem, etiam ex 2.Sam.20, 1. apparet, ubi unus turbator regni primarius *Seba*, cognominatur *Belial*, hoc est, Diabolicus, ut supra exposui, qvi Diabolus divinitus potestatem assecutus nova plurima horrida molitur. Adeo graviter Davidis adulterium & homicidium apud Deum accusasse animadvertuntur, ex omnibus circumstantiis, Diaboli, ut plenariam aliqvam contra ipsius domum potestantem extorserint.

XVII.O-

ORACULUM XVII.
SACRUM.

Cohæret cum hoc celeberrimo loco alter locus 2.Sam.16,10, ubi dixit David de Simei *cognato Saulis*, qui maledicebat in exilium exeunti Davidi, & nominabat Davidem virum sanguineum & impium. *Ait igitur Rex: Qvid mihi & vobis, si maledicar, qvia dixit ei Jehova: Maledic Davidi, & qvis dicet, cur fecisti sic. Et dixit David ad Abisai, & ad omnes servos suos: Ecce filius meus, qvi egressus est de utero meo, qværit animam meam, qvanto magis nunc filius Jemini, sinite illum, ut maledicat, qvia dixit ei Jehovah.* Hactenus verba Scripturæ. Nimirum sicut post impetratam potestatem adversus Davidem Satan elegit in *posteriore* facto occasionem, & inspiravit ei peccatum numerationis populi, & ista incitatio ad numerationem, á Satana facta, DEO tribuitur, propter potestatem a Deo limitatam, concessam Satanæ: ita post impetratam a Deo potestatem in *priore facto* Satan inter cætera elegit occasionem etiam istam, & inspirat Simei cognato Saulis petulantiam maledicendi & insultandi Davidi. Ista quoque incitatio a Satana ad maledicendum Davidi profecta in Simei, tribuitur Deo, quod Deus potestatem dederit petenti & accusanti Satanæ adversus prævaricatum Davidem, sicut etiam Deus Job. 1. dicitur abstulisse, quæ post impetratam potestatem a Deo Satanas per instigatos a sese Sabæos & Chaldæos abstulerat.

Conjungam cum hisce alia prorsus similiter habentia, & initio iterum celeberrimum istud, qvod extat 1.Reg.22. v.20. ubi Deus dicit ad Satanam: *Decipies* (Achabum) *& prævalebis, egredere & fac ita.v. 22. Nnnc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium Prophetarum tuorum, qvi hic sunt, & Dominus locutus est contra te Verbum.*

Ut horum verborum genuinum lector assequi valeat sensum, ordine utatur duobus præceptis, qvæ supra posui, & interpreti servanda & seqvenda esse dixi. *Primo* inspiciat fontes, ubi reperiet vocabula פתה & שקר, qvorum *illud* habet significationem persvadendi, incitandi, inducendi, fallendi, qvas lector varias significationes inducet ex inductione exemplorum, qvotqvot ex manuductione Concordantiarum Hebraicarum inqviret, & ex virtute regulæ antecedentium ac consequentium examinabit; *hoc* vero habet significationem sibilationis, mendacii, blanditiarum.

Operatio prima regula facilis.

Deinde in libro primo Regum legatur integra historia de Achab ordine, inchoando a versu vicesimo nono capitis decimi sexti, percurrendo per totum 17.18.19.20.21. usqve ad versum 41. capitis vicesimi secundi, instituaturq; brevis recapitulatio, seu anatomia, seu summaria omnium rerum, qvæ in his nominatis & indigitatis capitibus tractantur.

Operatio secunda regula.

Cum

Cum his conjungatur meditatio 2.Pral.18. totius capitis, ubi tanqvam in consequentibus textibus sacris eadem historia reperitur.

In prioribus textibus tanqvam prioribus seu antecedentibus capite 16. Achab succedit patri suo Amrio, facto antea Regi ex præfecto Regis supra Israelem, & incipit præ cæteris Regibus vehementer peccare in Jehovam, in urgendo cultu Baal. In 17. propter ipsum Achabum DEus immisit magnam ariditatem & famem, In 18. Eliam Achab vocat turbatorem totius Israelis. In 19. uxorem Jesabelem Ethnicam adversus Eliam vehementer incitat. In 20. quod probissime expendendum est, Rex Syriæ, Benhadad, minatur Achabo extrema, & tamen DEus Achabum juvat, ita, ut in fugam verteret Benhadadum.

Eveniunt hæc omnia, Benhadadus graviter maledicit DEO, bellum gravissimum redintegrat adversus Achabum: Achabus miraculose vincit Benhadadum, sed qvem Achabus ob blasphemiam in DEum Israelis interficere debuisset, hunc in fraternitatem & fœdus intimum recipit, vivumq; servat, & ita DEum gravissime lædit, sicut Saulus amittit regnum, qvod simili modo pepercisset Regi Amalecytarum, 1.Sam.15.v.23. Propter hoc peccatum sine dubio juxta illa, qvæ superius demonstrata fuere de filiis Eli, accusatus fuit à Diabolo apud DEUM, & propter hoc ipsum Deus singulari pœna affligere *decrevit* Achabum. Et curat etiam Achabo DEus hoc suum decretum indicare & repræsentare signis & verbis. Nam in hoc ipso 20. capite qvidam Propheta invenit & alloquitur proximum suum his verbis; *Percute me*, (nimirum, sicut Achab percutere debuisset Benhadadum (at proximus Prophetam percutere noluit (sicut Achab noluit percutere Benhadadum, qvanqvam jussus á DEo.) Isti igitur respondet Propheta, propterea qvod me percutere noluisti, inveniet in via & percutiet te Leo (& sic qvoqve Achab punietur.) Id qvod utrumq; paulo post factum fuit.

Accusatur Achabus in parabola.

2. Postea in hoc eodem capite idem Propheta invenit alium virum, *cui dicit*: percute me, & is (obediens) percutit Prophetam (sicut Achab debuisset percutere Benhadadum) & vulneravit.

3. Abiit iste Propheta in occursum & narrat Regi Achabo, *& dixit*, qvod captivum in bello raptum qvidam amicus sub hac conditione ipsi servandū dederit, ut, si dimitteret, vel animam suam pro captivi anima, vel talentum argenti redderet. Cum igitur amici captivum ipse dimiserit, qværit ex Rege, utrum juste cogatur luere pœnam? Respondet Rex. Omnino juste plecteris, & luis pœnam. 4. *Jam his præmissis sese agnoscendum præbet*, & explicationem ænigmatum vel similitudinum subjicit Propheta, & ita alloqvitur Regem Achabum in eodem capite 20. Sic dixit Jehovah, qvia (*tu* Achab) dimisisti virum, (Benhadadum blasphemantem, tibi per me miraculose in bello

Rex Achabus fert sententiam cōtra seipsū, sicut David 2. Sam. 12, 5. 6. 7.

 tradi-

traditum) virum occisionis meæ (iccirco ex justissimo judicio meo, qvod omnes æquum esse agnoscent (erit anima tua pro anima ipsius, & populus tuus pro populo ipsius.

Ecce, Lector, alter hic Propheta ex ore DEi ipsius afferre hoc judicium divinum, quod Deus secum constituerit, pro Benhadado blasphemo servato, trucidare populum Israeliticum.

Porro *ad hæc peccata priora*, 1. quod hactenus Achab contra speciale mandatum Benhadado pepercit. 2, Quod Achab fœdus & securitatem promisit Benhudado, *accedit nunc novum* & aliud peccatum, *nimirum*, quod citra novum mandatum divinum, & contra promissionem datam Benhadado, nunc denuo aliud bellum vult inferre Benhadado Achabus. Quod novum peccatum cum prioribus citra dubium, (juxta doctrinam superius in exemplo de filiis Eli propositam) Satanas accusavit, & Deum promovit, ut puniendum Achabum sibi committeret. Id quod etiam factum est.

1. Accusatio Satanæ. 2. Decretū Dei. 3. Traditio facta Satanæ.

Apparet enim ex hoc cap.22.v.19. ubi cuncti exercitus stant juxta Jehovam, agentem de tradendo Achabo, & de peccatis Achab jam tandem puniendis. *Accusatio* autem Achabi per Satanam facta, ut colligitur ex illis, quæ supra de filiis Eli sunt dicta. & *decretum Dei* post illam accusationem secutū, ut paulo ante innui, præcesserunt hanc actionem de *traditione* Achabi.

Quod igitur ad traditionem attinet, Micheas videt Jehovam sedentem super solium, & universum exercitum cœli assistentem à dextra & sinistra. Ibi de tradendo & puniendo Achabo Deus agit cum malis angelis tanquam una parte exercitus cœli, sicut expresse hoc in capite nominantur (cum angelis inquam malis, (qui ita hic adstant apud Deum, sicuti Jobi 1, 6. 7. &c. & Filii Dei & Satan adstant apud Deum, ubi Satan etiam Jobum Deo pietatis fucatæ reum vel suspectum facere, & oblique accusare non erubescit.

Nimirum tradendo tradit Achabum Deus angelis malis, hoc verbo, *quisnam* ex illis Achabum ita persvadere velit, ut abeat ad locum, in quo occidi debet. Optime notetur, quod Hebræa vox significet etiam *persvadere*, hoc est, dirigere, ut abeat ad locum, qvi destinatus est occisioni suæ. Pro τῷ DECIPERE hoc loco vox Hebræa exponi neqvit; quia, quomodo Deus decipere eum, quem graviter propter scelera sua punire molitur?

Acceptat traditionem, & respondet Satanas unus, quod ipse velit Achabum traditum persuadendo ducere ad locum destinatum occisioni Achabi.

His præmissis non ulterius mandat Deus aliquid Satanæ, sed tantum quærit ex Satana, quo pacto velit Achabo persuadere, ut veniat in locū occisioni suæ destinatum? Et respondet Satan, quod velit opus hoc perficere per Pseudoprophetas Achabi, hoc est, quod velit Pseudoprophetas magis irrita-

re,ut,sicut hactenus fecerant,ita deinceps quoque pergant suis prædictionibus inflammare Achabum ad bellum, in quo non Achabo, sed hostibus Achabi felicitatem Jehovah constituit, ut ita interficiatur Rex Achab. Sciebat enim Satan, quod plus crederet Pseudoprophetis Achab, quam veris Prophetis. Quæ omnia ex contextu cap. 22. optime colliguntur.

Postquam hæc dicta & facta sunt,prædicit Deus Satanæ, quod omnino hac via Achabum sit persuasurus, & ad locum belli ducturus. *Dixit enim Deus*: persuadebis, & prævalebis. Egredere ergo, & fac ita, ut nimirum Achabum ad locum neci suæ destinatum promoveas. Et hæc tandem omnia ordine evenerunt.

Etsi vero visio Prophetæ narratur demum versibus 19, 20.21.22.23.tamen omnino contigit ante ea, quæ narrantur versu 5. & sequentibus, ut quilibet mediocriter versatus in lectione sacrarum historiarum facile judicabit. Versu enim 5 suadet Josaphat, ut audiantur Prophetæ, de bello suscipiendo,qui etiam tunc a Satana in sufflati uno ore Regi omnibus modis bellum suadent, & salutem seu victoriam pollicentur.

Amplius aliquid in sese ista verba non continent. Dicit enim Deus: Quis persuadebit Achabum, ut veniat ad locum supplicii? Et dicit Spiritus; Ego hoc faciam, & quidem ego per Prophetas ipsius hoc faciam. Addit Deus, Fac,egredere. persuadebis & prævalebis, quia scio, quod Prophetis ad affectum ipsi libitum prophetantibus plus sit crediturus.

Et hæc omnia Michæas coram Deo ita decreta, visa, facta esse non tantum Regi coram significat: sed etiam monet ipsum, ne credat Prophetis suis, sed potius agat pœnitentiam. Etsi enim ita decreta sunt: tamen si ageret pœnitentiam,affectibus non ulterius obsecundaret,instar Ninivitarum exitium prædictum potuisset declinare. Nunc, inquit, en dedit Jehovah Spiritum (mendacii) persuasionis per lictorem suum Satanam in ore omnium Prophetarum tuorum,& locutus est adversus te malum, quasi dicat: Certo scias, si ad bellum exieris, quod Deus decretum suum perficiet, qui curat te in locum lanienæ vocari proprios tuos Prophetas à Satana.

Quid ergo nunc hic peccati Deo imputari poterit? Graviter peccavit Achab cum omni Israele, pœnam Deus ipsi dictat & decernit gravem,quam sine Diabolo potuisset infligere: utitur autem suo Ministro Diabolo, sese offerente, qui vocat per Prophetas impios Achabum & populum ad locum supplicii,&quod maximum est,curat Deus hæc omnia eventura in toto hoc processu tandem decursa, indicari, aperiri, explicari ipsi & omni populo per Michæam Prophetam, utrum adhuc sapere & sibi cavere velit.

Omnino Deo licitum est, punire peccantes pro sua sapientia, aut per morbos&difficultatem victus,sicut punit peccatum Adæ & Evæ, aut per ra-

nas,pediculos,tenebras triduanas, mortem pecorum,primogenitorum,sicut punit peccata Ægyptiorum,aut per mare,intra qvod vocat ipsos Ægyptios per Israelitas,qvos jussit ab itinere deflectere versus dextram. Erant enim ex Ramesse recta versus montem Sina progressuri Israelitæ, at Exod. 14, 2. jubet ex recta semita eos reverti & castrametari inter Migdol & mare,ut his deflexionibus,qvasi aberrationibus visis Ægyptii cogitare inciperent,aut animos Israelitarum mutatos, aut Deos deserti non velle castra Israelitarum intromittere; ideoq; secuti intra mare, & ipsi ingrederentur & perirent. Ubi obiter moneo, picturas omnes falsas esse, qvotqvot delineant exitum ex Ægypto ex Ramesse recta versus & intra mare. Potest enim qvilibet cogitare, quod exeuntes non intra mare contenderint, qvia nec tum sciebant voluntatem Domini, quid juxta & intra mare erat facturus. Corrigendæ igitur sunt tabulæ, ex Exodi 14. capite, & ita corrigendæ, ut etiam loca & nomina oppidorum aliter ponantur. Voluit omnino Dominus in mari tantam contumaciam Ægyptiorum morte & suffocatione vindicare.

Error picturarum de exitu ex Ægypto.

Sed qvis persvaderet ipsis, ut huc venirent. Jubet DEus hoc facere Israelitas, qvando hos jubet de via deflectere, ut turbent judicia Ægyptiorum, & Ægyptios audaciores reddant. Talis omnino processus initur hoc loco cum Achabo & populo, cui persuadent Prophetæ à spiritu malo, lictore DEI, educti, ut veniat ad locum simplicii publicum.

Populi in Chanaan magna & diuturna peccata flagellat Deus per immissos crabrones,per introductos in ipsorum locum Israelitas. Antea populi in deserto peccata vindicavit per pestem,per ignem,per terræ motum,per ignitos serpentes. Israelitarum intra terram Chanaan varia peccata vindicavit per Chusan Rasathaim, per Eglon Regem Moab, per Jabin Regem Chanaan & per similes, Jud. 3. & 4. per Midianitas, Jud. 6. interdum per Satanam, præsertim ministerium vindictæ petentem, ut ex historia Jobi & Davidis superiore patet. Jer, 15. v. 3. Omnes sunt creaturæ Dei ad faciendum verbum ejus, Ps. 148. v. 8.

ORACULUM XIIX.

SACRUM.

Cum hoc jam explicato loco conjungam alium plane similem, Ezech. 14, 9.

Propheta si seductus fuerit, ego seduxi eum.

Germanice habet in hunc modum:

Wo ein betrogener Prophet etwas redet/den wil Ich der Herr wiederum lassen betrogen werden.

PRO

PRO operatione ex *prima* regula postea dicetur: nunc statim de operatione *secunda*.

Juxta regulam igitur *secundam*:

Pro nativa ejusdem explicatione, qvoad antecedentia & conseqventia, non sine utilitate horas teret, qvi priora 21. capita Ezechielis diligentissime conjunxerit & evolverit. Deprehendet auditores Prophetæ vocari, *dura fronte rebelles & spinas*, cap. 2. v. 4, 6. *qvi magis graviter peccarint, qvam gentes vicinæ* c. 5. v. 6. 7. *in variis idololatriis* c. 6. v. 4. 5. *& fornicationibus cum idolis*, c. 5. v. 9. & 7. v. 20. & per totum cum primis octavum, *ubi inprimis seniores clam domi cum idolis abominandum in modum fornicantur*, sed quam crassius supra omnem modum, videatur capite 16, v. 15, 20. 26. 32. *qvia fornicantur cum Ægyptiis viris magnorum pudendorum, dederunt precium scortationis aliis, cum alii meretricibus dent pretia, divaricatos pedes præbuerunt omnibus transeuntibus, filios & filias immolarunt idolis*, cap. 20. in omnibus indicat, qvod præter verum Deum etiam de *futuris honorare & consulere soliti fuerint* Diabolos intra idola.

Talia igitur infinita & grandia & horrenda tunc in populo Dei fuisse oracula Diabolica, clam & palam, patet ex 21. prioribus capitibus Ezechielis. Lege etiam Es. 8, 19. Jer. 8. 2. Amos 5, 5. præter 1. Sam. 28. v. 15. inprimis vero cap. 13. & 15. strictissime æstimentur in Ezechiele.

Propheta Ezechiel agit contra homines vaticinia Diabolica proferentes.

Capite 13. jubetur Ezechiel vaticinari ex ore Dei contra istos Prophetas, *qvia vaticinabantur ex Diabolis* & ex *suis conjecturis*, capite 14. objurgare Senioris, qui occulte Diabolos sub idolis colebant. Utriq; autem in magnis à vero Deo, & à veris Prophetis dissentiebant.

Etenim jam tum plurimi ex consilio Jeremiæ Prophetæ hanc in rem divinitus edocti, cum Rege Judæ, Jechania, in Babylonicam captivitatem transierant. Interim Ierosolymis Rex Babylonicus alium substituit Regem, Zedekiam, qvi postea descivit à Rege Babylonico, & juxta *prophetias Pseudopropbetarum*, qvos Dominus non miserat, Rex ille substitutus miserrimus, putabatur fortiter satis resistere posse Babylonico, ne reliqviæ populi possent & ipsæ abduci in captivitatem.

Inde igitur in Babyloniam abductos & profectos Judæos, consilii à Jeremia dati pœnitere reliqvos cæpit. Jeremias enim svaserat, ut libenter pœnæ sese submitterent. Stimulabãtur e contra isti a Pseudoprophetis in Babylonia & in Palæstina, qvi proterve prænunciabant, non abeundũ esse in captivitatem Babylonicam, mox ruiturum imperium Babylonicum. Excitatur igitur inter captivos Ezechiel, qvi prædicit ipsius Sedeciæ & reliqvorum superstitum intra Judæam calamitates, nisi & illi Jeremiæ prophetiam & consilium seqvantur, & in captivitatem libenter abeant. *In hoc autem capite*

minatur Deus, qvod velit inter alia punire utrosque tum interrogantes falsum Prophetam, tum Pseudoprophetam.

Jeremias prædixit Israelitis adventum regis Babel qvi etiam contigit, nec tamen convertuntur Israelitæ.

Ante omnia igitur attendendum est. 1. Quod Deus per Jeremiam prædicere fecerat accessum Regis Babyloniæ, id qvod facere non potuerunt alii, qvibus fidebant, Prophetæ; immo potius Pseudoprophetæ prædicere pacem conabantur. Et ex hoc solo capite, cui eventus correspondebat, Jeremiam ab aliis Prophetis, ut & Ezechielem discriminare debuissent Israelitæ, eiq; certo credere 2. Qvod certo certius (contra Pseudoprophetarum falsa vaticinia) tamen erat futura captivitas Babylonica, citra omnem exceptionem, tanqvam externa temporalisq; qvædam castigatio.

Jeremias prædixit, Israelitas a servitute Babylonica immunes non futuros qvod iterũ contigit, nec adhuc convertuntur Israelitæ.

Sicut enim Deus *qvandoq;* etiam pœnitentibus & orantibus, tamen pœnas corporales non remittit: ut alibi ostendi, super Augustanam Confessionem, ita qvoq; tum futurum esse cum captivitate Babylonica, per Jeremiam nimis clare docuit, Jer. 7, 4. *ne fidatis in verbis mendacii, templum Domini, templum Domini, templum Domini*, & versu 16. *Tu ergo, ne ores pro populo isto, neq; assumas pro eis clamorem, & orationem, & ne depreceris me, qvia non exaudiam te.*

Deus prohibet, ne Jeremias oret pro populo, qvia pœna temporalis seqvi debet. Intelliguntur hæc omnia de corporalibus pœnis, non de aliis.

Et cap. 11, 14. *Tu ergo, ne ores pro populo hoc, neq; assumas pro eis clamorem, & orationem, qvia non exaudiam tempore, qvo clamaverint ad me super malo suo.* Et cap. 14, 11.

Ne ores pro populo isto in bonum, cum jejunaverint, ego non exaudiam clamorem eorum, & cum obtulerint holocaustum, & oblationem non acceptabo ea; qvia gladio & fame & peste consumam eos. Et cap. 15. 1. *Si steterint Moses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum: ejice a facie mea, & egrediatur.* Eadem etiam habet Ezechiel c. 14. 14. *Si fuerint tres viri in medio ejus, Noah, Daniel & Job, ipsi justitia sua liberabunt animam suam, dixit Jehovah.* v. 16. *Vivo ego, dixit Dominus, non liberabunt filios & filias, ipsi soli liberabuntur.* Repetitur idem versibus 18, 20.

Jeremiæ ob vaticinium ejus re ipsa completum plus fidere debuit Israel, qvam Pseudoprophetis adulantibus.

Huic verbo Ezechirlis & Jeremiæ ideo debuissent firmius credere, qvia initium captivitatis horrendum jam modo evenerat actu ipso, sicut antea prædixerat primo loco Jeremias. Relicto tamen Jeremia & Ezechiele, credunt reliqvis Pseudoprophetis. 1. Qvorum prædictiones eventui non respondebant, clamabant Pseudoprophetæ, templum Domini mansurum, qvod non manebat. Jeremiam oderant, qvi dicebat templum corruiturum, qvod etiam corruebat, 2. Qvos sciebant non puros, ut Jeremiam & Ezechielem, sed æqve, ac ipsos, deditos idolis: & de idolis vitandis habebant 1. verum Dei generale Lev. 20, 17. II. Speciales comminationes in hoc capite Ezech. 14.

Audiantur & expectantur verba capitis 14. Ezechielis: *Fuit verbum Jehovæ ad me* (Ezechielem) *dicendo, fili hominis, viri isti de senioribus Israel, qvi*

ad

ad te venerunt. & sedent coram te, ascendere fecerunt idola *super cor suũ, & offendiculum iniqvitatis suæ posuerunt ante faciem suam*(viri isti sunt turpissimi idolorum cultores, & aliis magnis peccatis polluti, & veniunt ad te, & volunt ex te futura cognoscere) *num interrogatus respondebo eis?* (nequaquam ex te, tanquam ex ore meo, audient aliud novũ aliqvid, præter id, quod prædixisti de servitute certo secutura, quia digni non sunt, quibus respondeam aliud ego, qui me verbis honorant, domi vero & privatim Dæmonem simul sub idolis colunt) *Propterea alloqvere eos, & dic illis, sic dixit Dominus Jehovah: Qvicunq;*(sicut hi seniores faciunt) *de domo Israel ascendere fecerit* idola sua *in cor suum, & offendiculum iniqvitatis suæ posuerit ante faciem, & venerit ad Prophetam, ego Jehovah respondebo ei, veniens in multitudine idolum suorum* (ego id, quod meritus est, ipsi faciam, relinquam eum Dæmoni, quem sub multis idolis coluit, & colere pergit) *ut capiam domum Israel in corde suo, qvod separaverint se a me in idolis suis universi ipsi*(ut possim omnino eosdem omnes per Assyrios abducere, contra ipsorum, & à falsis ipsorum Prophetis confirmatas, contraque Jeremiam meum jactatas Prophetias) *propterea dic ad domũ Israel: sic dixit Dominus Jehovah, convertimini, & converti facite vos ab idolis vestris, & ab universis abominationibꝰ vestris, convertite facies vestras.* (Adhuc igitur moneo vos, in istis contumacibus erroribus vestris, ut idola deseratis, Dæmonem deseratis, mihi unice adhæreatis, falsis Prophetis ne credatis, Jeremiæ & Ezechieli veracibus fidem habeatis, & impendentes, certoque secuturas pœnas divinas captivitatis Babylonicæ 70. annorum, quam non mutare decrevi, patienter toleratis, mitigationemque tandem liberationemque certissimam expectetis. (*Si qvispiam de domo Israel, & de peregrinis, qvi peregrinantur in Israel, separaverit se, ne eat post me, & ascendere fecerit idola sua in cor suum, & offendiculum iniqvitatis suæ proposuerit ante faciem suam* (Si quis in idolorum & Dæmonum cultu perseveraverit contumaciter, contra hanc denuo repetitam admonitionem) *& venerit ad Prophetam, ut inqvirat eum propter me*, & ex Pseudoprophetis suis cupiet cognoscere aliquid aliud de futuris eventibus, quod attinet ad imperium Assyriacum, num debeat, vel non debeat brevi cadere, num debeant vel non debeant ante 70. annos destinatos abducti redire; num debeant vel non debeant reliqui Judæi etiam abduci,) *Ego Jehovah respondebo ipsi pro me, & dabo faciem meam contra virum istum, & ponam eum in signum & proverbia; succidamqve eum e medio populi mei, ut sciatis, qvod ego sum Jehovah*, (ego istum interrogantem specialiter potentia mea divina, tali responso afficiam reali, specialiter potentia mea ipsum confundam & perdam, ut omnes cogantur dicere, istum contra meas novas admonitiones interrogare ausum, nova & singulari pœna exterminatum esse, & hinc videant in Jeremia & Eze-

Certo abducedis in captivitatem tamen prædicat pœnitentiam agendam, ut captivitatis mala ipsis mitigare possit Deus, si non tollere velit.

Deus seducit Prophetam, habet Vetus Versio, sed Vox Hebraea multa significat.

& Ezechiele verum Deum, in vestris hominibus Satanam dominari) *Et Propheta cum seductus fuerit* (Cum falsus Propheta fuerit evacuatus, stolidatus, exinanitus, irretitus, privatus spiritu vaticinandi vera, & qvia ex me non loqvetur, sed ex suo aut sui Diaboli somnio prædicet, nullam certitudinem protulerit) *& locutus fuerit verbum* (si pro verbo meo annunciaverit somnium suũ, ne excidat gratia pobuli, si permanserit in antiqvis suis mendaciis, in incertitudinibus, stoliditatibus, quæ Jeremiæ verbo, miraculis aliis confirmato expresse contrariantur, quod & infans agnoscere pollet.) *Ego Jehovah seduxi* (evacuavi, stolidum facio, inanem facio, privo spiritu prædicendi aliqva certo eventura, committo regendum Satanæ, & ita talem reddo, ut nihil aliud prophetare qveat, qvam somniũ istum, ideoq; tantum repetat suum mendacium, qvod mihi displicet, qvod ego non jussi, imo quod ego refutavi per veros Prophetas, & quod ego prohibui) *& extendam manum meam super eum* (scienter tanta mala facientem) *deleboq́; eum e medio populi mei Israel* (istum confundam, quia loquitur, quasi ego jussissem, cum non jusserim Jerem. 23. per totum) *& perdam* (interficiam talem, cujus rei in Pseudoprophetis aliquot extant exempla Jer. 28. & 29.) *Et ferent iniqvitatem, qvia, sicut est iniqvitas qværentis; sic iniqvitas Prophetæ erit* (Prophetam & interrogantem æqvali pœna conteram) *ne erret ultra domus Israel, non eundo post me, nec polluatur ultra in ullis prævaricationibus suis, sintq́; mihi in populum, & ego sim eis in DEUM, dixit Dominus Jehovah* (ut istis tragicis exemplis commoti reliqui discant, hos Pseudoprophetas cavere, Pseudoprophetæ ipsi sapere, Jeremiæ & Ezechieli credere, Dæmonem deserere, DEO vero adhærere, certo statuere, quod meo jussu populus abductus in captivitatem devenerit, qvodq; reliqui adhuc ex Judæis etiam debeant abduci, quodque propter commissam hactenus grandem idololatriam tota domus Jacob pœnam determinatam subire debeat, effugere nequeat, patienter ferre incipiat, & liberationem post determinatos 70. annos juxta Prophetam meum Jeremiam expectare, & petere certissime assuescat & annitatur.)

Necessario interpretanda venit vox Hebræa etiam pro exinanire & evacuare, non solum, & rigide pro decipere, qvomodo enim Dominus tam graviter puniret, qvem ipse decepisset nuda deceptione?

Ergo qvod Deus dicitur seducere Prophetas, hoc significat, à Propheta auferre gratiam suam, & donum prædicendi futura, tradere Satanæ, ut e contrario dum vult gratus esse populo, non nisi vanas conjecturas & vana omnia proferre.

Quos hoc loco vacat seductos, illos Ezech. 13, 3. nominat amentes, qui ambulant post spiritum suum. (à Satana nimirum gubernatum) & nihil (à Deo profectum) viderunt.

DEUS

DEUS ergo non dat in cor & os Prophetæ mendacia, sed Satan hoc facit, & DEUS adulatorio Prophetæ non dat gratiam prædicendi vera iis, qvi Prophetis, vera annunciantibus, non credunt.

Hæc est omninò literalis, & vera explicatio horum verborum, qvæ congruit cum contextibus Jeremiæ omnibus, qvotqvot cap. 23. & 26. & 28. & 29. de Pseudo-Prophetis loqvuntur, ut etiam, qvotqvot à primo capite Ezechielis usqve ad 22. extant, qvi omnes copiosè huc adduci, proqve fusiore declaratione resolvi poterant. Committo illud pietatis exercitium Lectori haud oscitanti: Facilior esset sententia, si contuleris; qvæ his qvoqve sunt, de iisdem Pseudo-Prophetis, consona, Jerem. 23. sub finem his verbis; *Propheta apud qvem est somnium, narret somnium, & apud qvem est verbum meum, loqvatur verbum meum verè, qvid paleæ ad triticum, dixit Jehovah.* Ubi ostendit, Pseudo-Prophetas non verbum seu mandatum DEI, sed somnia seu mendacia habuisse, ut versu 23. manifestè vocat.

ORACULUM XIX.
SACRUM.

Facilior est explicatio aliorum similium locorum 1. Reg. 11, 14.

Suscitavit Jehovah adversarium ipsi Salomoni, Hadad Edomæum, *&* *23.* Suscitavit qvoqve DEUS illi adversarium Rezon, filium Eliada.

Verba Germanica ita sonant:

Der HErr erwecket Salomo einen Wiedersacher / Hadad den Edomiter. Auch erwecket ihm GOtt einen Wiedersacher Reson.

JUxta *primam* regulam hic non opus est laboriosâ aliqvâ operatione. Verba enim iterum per se plana sunt, & ritè conversa.

Ergò juxta *secundam* regulam antecedentium & conseqventium, adeoqve textuum consimilium, jam de vero sensu horum verborum circumspiciendum venit. Omninò autem excitavit DEUS Salomoni adversarios, sicut judex & magistratus excitat homicidæ, adultero & furi lictorem & carnificem, ut propter peccata commissa, à lictore & carnifice, loco judicis castigetur. Non aliter, sed prorsus eodem modo, DEUS lictorem qvasi exuscitavit Salomoni, qvi castigationibus aliqvibus dignissi-

 mus

mus erat, nimirum propter magnas prævaricationes Salomonis, qvi in eodem capite abiit post alienos Deos, Sidoniorum & Moabitarum abominationem, ædificavit peregrinis falsis Numinibus excelsum qvoddam.

Porrò, sicuti DEUS, ob peccata commissa, alicui potest varias eligere & infligere pœnas; ita qvando alicui vult adversarium exuscitare, potest & solet. Nimirum interdum facit hoc, dum Diabolo accusanti scelera hominum, & licentiam percutiendi concedit. Et sine dubio, juxta hunc modum, dedit potestatem excitandi duos adversarios, adversus Salomonem, Diabolo, qvi accusavit apud DEUM idola Salomonis, qvemadmodum legatio malorum spirituum suscitavit Edomitis adversarios, ut Abdias Propheta sub initium Prophetiæ suæ loqvitur. Legationem illam inter gentes, adversus Edomitas concitandas, ablegaverat ipsemet DEUS, sicut in Abdia docetur. Etsi verò in hoc exemplo Salomonis non sit mentio Satanæ, qvi accusaverit Salomonis peccata, & impetraverit licentiam excitandi hostes, tamen, qvod exemplum Salomonis ita sit explicandum, demonstrant nobis superiores processiones, qvas in similibus exemplis *DEus* observavit.

Interdum verò excitat adversarios hominibus per alios malos: Sic enim 1.Reg.11.v.31,32. mittit DEUS Prophetam Silonitem, qvi faciat Salomoni tertium adversarium, dum cogitur nomine Dei indicare, Jeroboamum debere accipere imperium super decem tribus, & relinqvere Salomoni tantummodo regnum super duas tribus, propterea, qvod Salomonis posteris, propter peccatum Salomonis, DEUS non amplius volebat indulgere integram Regni administrationem. ADEO igitur, per *Prophetam* excitatus *Jeroboam*, sceptra decem Tribuum sibi adversus filium Salomonis *Roboamum* vendicabat.

Ubi iterum notandum venit, si Roboamus DEO humiliter se prostituisset, qvod illam pœnam ita prorogare ipsi voluisset DEUS, sicut tempore Salomonis differebatur. Patet hoc ex istis seqventibus. Etenim Roboamus rogabatur à subditis, ut jugum, qvod sub Patre Salomone gesserant, mitigaret. Is contra æqvitatem, in Verbo DEI satis mandatam, severitatis cupidissimus, consulit, non Seniores, sed juniores sodales suos, & respondet negativè, hacq; denegatione pœnam accelerat sibi ipsi, & decem Tribus à se abalienat.

1.Reg.12,15.*Non exaudivit Rex* (pœnam divinam, antea patri prædictam, obliviscens) *populum: fuit enim causa à Jehova, ut confirmaret verbum suum, qvod locutus fuerat ipsi per manum Abia Silonitæ ad Jeroboam filium Nebath.* Nota, Dominus decreverat, esse pœnam inferendam filio Salomo-

mo-

monis; si tamen resipuisset, ad huc fuisset pœna prolongata ad alia tempora. Sic autem resipuisset, qvod historia textus indicare satagit, si seniores & seniorum placida consilia postulasset, & secutus fuisset, qvod ipsum facere convenisset, qvi in Proverbiis Patris sui, ad tales virtutes æmulandas, sæpissimè non moveri non potuit. Non autem injustus est Deus, qvod Posteris Salomonis non relinqvit integram Regni administrationem, qvam avus & pater habuerant. Nam nec Pater, nec avus Davidis ex se tantam potentiam habuerant, qvi fuerunt homines existimationis plebejæ, non regiæ. Sicut autem Davidem evexit DEus ad regiam dignitatem, citra aliorum hominum ditiorum injuriam, qvi & ipsi Reges à DEo constituti fuerunt nunqvam: ita posteris Davidis & Salomonis eandem imminuere potuit, circa ipsorum propriam injuriam, siqvidem nec Patrem unqvam Regem constituere necesse habuisset. Et hoc pacto multi liberi ad paupertatem rediguntur, qvando peccarunt parentes; parentes ipsos, & majores eorum ditaverat DEus, qvos potuisset relinqvere pauperes. Reddit igitur nunc pauperes, & reponit in pristinum statum, qvos nec ipsos, nec Parentes eorum ditare tenebatur.

An filius pro Patre solum à DEO affligatur.

Corporis pœnis afflictivis, liberos propter Parentes, propriè & solummodò non afficit. Qvando DEUS in diluvio, etiam fœtum in utero, nedum teneros infantes simul submergit, & incendio Sodomæ idem facit, & è Bethsabea natum filium Davidis mortificat, hoc facit in majorem cruciatum ipsorum Parentum. Ista autem suffocatio, inflammatio, occisio infantum istorum est instar pestis infantum, siqvidem sæpè in una peste mille mortificat infantulos. Et multi extingvuntur in febribus infantes, qvi majorem, & diuturniorem sentiunt dolorem, qvàm per incendium Sodomæ, non adeò diuturnum. Sicut igitur supra monstrarvi genuinum sensum illius, qvod DEUS peccata peccatis puniat: ita dextrè interpretari debemus illud alterum: *Qvod DEUS filios puniat pro patribus.*

Qvomodo DEUS visitet in tertiam, & qvartam generationem.

Illud, qvod Exod. 20. v. 5. dicitur, DEUM visitare iniqvitatem Patrum, in tertiam & qvartam generationem, exponit Ezech. 18. v. 2. 10. 13. 14. 17. 18. 20. de illa tertia & qvarta generatione, qvæ *imitatur* peccata Patrum suorum. Ezechielis enim tempore solebant hanc enarrare parabolã: *Patres commederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.* Respondet igitur istis DEUS: *Anima, qvæ peccaverit, ipsa morietur. Vir si fuerit justus, & genuerit filium malum, numqvid vivet? Non vivet, morte morietur, sangvis ejus erit in ipso: si injustus genuerit filium, qvi in præceptis meis ambulaverit, hic non morietur in iniqvitate Patris sui, sed vita vivet, Pater ejus mortuus est in iniqvitate sua. Filius non portabit iniqvitatem Patris, & Pater non portabit iniqvitatem filii, justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.*

ORACULUM XX.
SACRUM.

Facilior etiam est enodatio istius, 2.Paral.25,20.

A DEO erat, ut traderet Amasiam in manum hostis, qvia qvæsierant Deos Edom.

Germanicè.

Amazia gehorchet nicht/ denn es geschahe von Gott/ daß sie gegeben wurden in die Hände/ darum/ daß sie die Götter der Edomiter gesucht hatten.

IN hoc exemplo etiam non est opus prolixâ & operosâ praxi, juxta *primam* regulam: statim igitur juxta *secundam* regulam veniendum est, ad indigitatum exercitium antecedentium & conseqventium.

Legatur ordine tota, in isto loco, descripta historia de Amazia, inchoando à versu ultimo capitis præcedentis, & subsistendo in primo versu capitis vicesimi sexti: sine difficultate cernet Lector, cohærere cumprimis in capite 25. versum 14.15.16.17.18.19. 20.21.22.23.24. &c.

Amazia affert Deos falsos. *Fuit enim* (inqvit Spiritus Sanctus) *postqvam venit Amazia à cædendo Edomæos, tunc adduxit Deos filiorum Seir, statuitq; eos sibi in Deos, & incurvavit se eis, atq; suffivit, propterea iratus est furor Jehovæ in Amazia, misitq; ad eũ Prophetam, ac dixit ei, ut qvid qvæsivisti Deos populi, qvi non eruerunt populum suum è manu tua. Fuit autem, cum loqveretur ipse ad eum, dixit illi: numqvid consiliarium Regi* (Ecclesiasticum in causis & negotiis religionis) *posuerunt te?* (cur non caves tibi, hâc importunâ & confidenti correctione Regis, à periculis, & non animadvertis tua pericula secutura) *cur percutient te?* (cur committis, ut plagas reportes) *Cessavit itaq; Propheta, ac dixit: Non qvod cogitaverit DEUS perdere te, qvia fecisti hoc, & non paruisti consilio meo.* In his verbis satis manifestè habentur antecedentia, propter qvæ debuit perdi Amazia; nimirum, qvia elatior factus successibus felicibus, voluit Deos alienos unà coli cum vero DEO, nec Prophetæ, misso ad dehortationem indicandam, parere cogitavit. Idcircò, ut Propheta expressè innuit, cogitavit & decrevit DEUS ipsum perdere, id qvod etiam factum fuit. Sic enim seqvitur *in conseqventibus*: *Consilium iniit Amazia Rex Juda, & misit ad Joas Regem Israëlis, dicendo: Veni, videamus nos facie* (qvid hoc in sese complectatur, ex Abdiæ exemplo, de Legato misso inter gentes, supplere discat Lector: Amasia peccavit in idololatrico cultu vehementer. Diabolus citra omne dubium, pro more suo, tunc petiit

DEUS facit decretũ de perdendo Amazia.

sibi

ſibi committi vindictam. Impetrata poteſtate, incitavit Satanas adverſus ipſũ tunc Joas Regem Iſraelis potentiſſimum. Sed audi ipſa verba Scripturæ: *Miſit Joas Rex Iſraelis ad Amaziam, Regem Judæ, hujusmodi reſponſum: carduus* (ſpina, qvalis tu es. Ut enim ſpina unum pedem, unius viatoris, lædit, & ita qvaſi triumphat, ita tu ſuperbus levibus ſucceſſibus) *miſit ad Cedrum Libani* (ad me, qvi te ſum potentior, ad me reſpectu tui, tanqvam ſpinæ ad abietem arborum,) *& petivit filiam iſtius. Sed ecce beſtia* (Libani) *conculcavit carduum* (qvaſi ſpinam, te) *Dixiſti: Ecce, percuſſi Edomitas, & elevavit ſe cor tuum ad honorificandum ſeſe in me* (vis contra me, qvi potentior te ſum, pugnare) *mane domi, ne pereas. Sed non acqvievit Amazia.* (impulſus à Legatis Dei, Diabolis immiſſis, ad concitandum eum, ut rueret in pœnam) *qvia erat à Deo, ut traderet eum in manum hoſtis* (additur ratio divini conſilii) *qvia qvæſierat Deos Edom. 22. Cæſus igitur fuit Juda. 27. Et interfecerunt Amaziam.*

Hactenus ſatis clara verba Scripturæ, qvæ tamen nihil aliud demonſtrant, niſi de morte corporali, qvod Amaziam Deus iſtum hominem, talia impia patrantem, ampliùs in vivis relinqvere noluerit, qvod fuerit à Deo, ut traderetur hoſtibus, qvia *qvæſiverat Deos* Edom. Interim tamen, qvod ad æternam perditionem, ſic eam colligere liceret, qvia, ſi in idololatria & impœnitentia periit Amazia, utiqve non ſaltem temporaliter periit.

Porrò, qvod Deus malos, contumaces & pertinaces Diabolo, peccata iſta accuſanti & vindicaturo, commendet, tradat, relinqvat, præter ſuperiora de Saule, filiis Eli, etiam ex aliis exemplis ſatis conſtat.

Illuſtriora l[illegible] ſunt alia Rom. 1. & 2. Cor. 4. Epheſ. 2, 2. Ad Rom. 1. v. 24. Ethnicos veritati Evangelicæ, & miraculis etiam eam confirmantibus, non obedituros, tradidit Deus cupiditatibus ſuorum cordium in impuritatem, ut ignominia afficerent corpora ſua inter ſe v. 28. tradidit eos Deus in mentem omnis judicii expertem, ut facerent, qvæ minimè conveniunt.

Deus tradit reprobos in peccata, qvæ in ipſis excitat Satan, ut mox dicetur.

Qvod veriſſima ſit hæc interpretatio, in genere ad omnes accommodata Ethnicos, probat Autor etiam Apoſtolus idem, in ſpecie de antiqvis Epheſis, Eph. 2, 2. *Et vos, cum eſſetis mortui in peccatis & offenſis, in qvibus olim verſati eſtis, ut eſt vita mundi hujus* (ſecundum principem, *cui poteſtas eſt aëris*) *ſpiritus nunc agentis in hominibus contumacibus.*

Satan agit in impiis.

2. Cor. 4. v. 3. 4. *Obtectum eſt Evangelium noſtrum iis, qvi pereunt, obtectum eſt*, in qvibus Deus hujus ſeculi excæcavit mentes, *infidelibus, ut non irradiet lumen Evangelii gloriæ Chriſti, qvi eſt imago Dei.* Omninò Deus noſter tunc voluit, ut audirent omnes Ethnici Evangelium Chriſti, ſed qvia contra conſcientiã plurimi illud pertinaciter, & contumaciter reſpuerunt, propter tantam ingratitudinem & malitiam, apud Deum, vel coram Deo, à Diabolo accuſati fuere, unde accuſantibus, & vindictam ſibi committendam petentibus,

Satan excæcat traditos ſibi à Deo.

bus, à Deo fuere traditi Diabolis. Hi igitur postea, juxta regulam Christi, Matth. 12, 45. ingressi cum aliis sociis, fecerunt posteriora pejora, homines excæcarunt, cupiditatibus pravis impleverunt, ut talia horrenda committerent peccata, qvæ Philosophi Ethnici θηριότητας, Christiani Diabolica vitia ab Autore isto cognominant.

Hæc omnia tam manifesta sunt & clara, ut, eis rectè expensis, qvilibet sanum, horum difficiliorum locorum, sensum facilè asseqvi possit.

ORACULUM XXI.
SACRUM.

Expendatur etiam illud Joh. 12, 31.

Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur.

Germanicè.

Jtzt gehet das Gericht über die Welt / Nun wird der Fürst dieser Welt ausgestossen werden.

Omninò, ante natum Christum, omnes anguli mundi scatebant idololatricis, & Diabolicis, à Diaboloqve, *ex justâ pœnâ hactenus sæpius declarata*, obsessis, aut excæcatis hominibus. Notum est ex Scriptoribus Ethnicis, qvod ultra ter mille Joves coluerint, qvod adorarint cepas, serpentes, olera, turpes Priapos, hoc est, Diabolos sub istis. Numæ apparuerunt imagines Diabolorum in aqvis, præcipientes, qvid in religione constituere, & observare deberet. In Atabyrio, Rhodi promontorio, ænei boves fuerunt, ex qvibus, mugitu suo, Diabolus protulit suas sententias, sua oracula, qvalia passim extant in Herodoto & aliis Scriptoribus, qvæ Ethnici pro Verbo Dei, & plusqvam pro Verbo Dei magnifecerunt & statuerunt. Olim undiq; mittebantur filii magnatum in Hetruriam, ut discerent artem magicam, qvæ habebatur pro divina. Olim apud Telmessum, ex omnibus pueris & puellis, vaticinabatur Diabolus, teste Cælio ex Ariano apud Zwingerum in theatro, ubi Lector talium rerum copiam plusqvam ingentem reperiet, sub competentibus titulis, qvos (ut magia, idololatria) facllimè reperiet. Referente Cicerone de divinatione, apud Persas nemo Rex creabatur, nisi qvi magicam teneret scientiam. Olim nihil in pace, nihil in bello absqve oraculi, seu absq; Diaboli consilio inchoabatur. Pro responso Apollini seu Satanæ vovebant varias victimas, qvandoqve etiam humanas. Apud Reuchlinum de verbo mirifico lib. 3.

lib. 3. cap. 18. narrantur mirabilia de Dæmone magno, qvi in Dianæ templo annos 249. commoratus fuerat, & à Johanne Evangelista pellebatur. Qvando igitur passus fuit, & suâ passione solvit λύτρον æterno Patri, & postea exaltatus Christus, distribuit dona, & dedit multos Pastores & Doctores, ibi demum oracula Ethnica omnia conticuerunt, Diaboli qvoqve, qvi antea tam diris peccatis homines immergebant, pulsi cesserunt.

Ad hunc mundum, à Satana gubernatum, pertinent tempore Christi Judæi, qvi volebant facere desideria Patris Diaboli Johan. 8, 44. ideoqve eodem tempore, qvicqvid adversus Christum aliqvot annis machinabantur ipsi, illud omne etiam à Diabolo, mundi principe, impulsi machinabantur. Annon enim Satanas in Judam intravit? Luc. 22, 3. Dicebat enim Christus ad ipsum, postqvam post buccellam introiverat in ipsum Satanas, Johan. 13, 27. *qvod facis, faccito.* Qvasi dicat, qvod jam modo facies, ego non prohibebo, satis hactenus ego meam mortem tibi annunciavi, unà cum resurrectione meâ certò secuturâ, qvæ omnia tu spernis, sed &, qvod ad me attinet, voluntariam mortem subibo, cum certus sim de resurrectione mea, aliàs enim poteram rogare patrem cœlestem, ut mihi mitteret legiones Angelorum plures, qvam duodecim, Matth. 26, 53.

Anteqvam vero ista, jam indigitata, Christus dixit & fecit cum Juda, jam *antea* Judas (qvod probissimè est expendendum, & apprimè notandum) *spontè* ad Principes Judæorum venerat, & sine dubio significaverat, se jam pœnitere, & animadvertere, qvod non sit hic Messias, utpote, qvia à morte sese defendere neqveat. Putavit igitur Judas, sibi maturè reconciliandos esse Sacerdotes, ut ab ipsis in gratiam ante Christi mortem (postqvam nulla resurrectio sit secutura, ut putabat) reciperetur. Hac insigni malitia ipsemet plenè tandem meruit, ut Satanæ traderetur, qvi ipsum postea demum invasit. De hoc igitur, & præsertim de cæteris antesignanis Judæis dicitur Joh. 8, 44. *Vos ex patre Diaboli estis, & desideria patris vestri vultis facere.*

Cur Judas à Christo abalienatus.

Monent similia passim Apostoli, ut singuli cautius res animarum suarum agant. 2. Timoth. 2, 26. *ut resipiscant à Diaboli laqveis,* à qvo captivi *teneantur ad ipsius voluntatem.* 1. Petr. 5, 8. *Sobrii estote, & vigilate, qvia adversarius vester* Diabolus, *tanqvam leo rugiens circumit, qværens, qvem devoret.* Sic Ananiæ & Saphiræ Diabolum immisit Dominus Act. 5, 3. *Dixit verò Petrus ad Ananiam: Anania, cur tentavit* Satannas *cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto.* Huc pertinent aliæ admonitiones. 1. Cor 7. 5 *Nolite fraudere invicem, nisi ex consensu ad tempus, & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos* Satanas *propter incontinentiam vestram* 1. Thess. 3, 5. *Propterea ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne tentaverit vos is,* qvi tentat.

Exempla iterum alia, qvomodo Satanas peccantibus appropinqvet, id qvod tamen non nisi indultu Dei impetrato facere potest.

Qvod

Qvod apud Deum soleat Satan petere licentiam & vindictam, patet ex exemplo Jobi, & aliis supra adductis, item ex illo Christi de discipulis suis locuti Luc.22,31. *Satanas expetivit vos*, ut cribraret *vos*. Ecce Lector, arrige aures. Luc.22,23. discipuli disputant de primatu in regno terreno, qvale sperabant. His igitur Satanas auditis, apud Deum accusavit discipulos, exaggeratis factis eorundem, qvi nimirum præ aliis digni habiti fuerint, ut essent discipuli Christi, spectatoresq; omnium miraculorum Christi, & tamen tam frigidè hactenus audivissent Christum, nec aliud nisi terrena expeterent, additâ simul precatione, ut Deus daret Satanæ potestatem cribrandi discipulos, qvã etiam plenam impetrasset, nisi Christus sua intercessione prohibuisset.

Ex hoc qvoq; discipulorum Christi exemplo, pius Lector iterum confirmari potest in illa regula, hactenus sæpissimè indigitata, qvod peccantes qvosvis Satanas accuset, & post impetratam potestatem perdat, & qvod illa, qvæ fiunt hoc modo à Satana, sæpè excessiva, tandem Deo certissimis, & supra indigitatis respectibus, attribuantur à stylo sacrarum scripturarum, citra tamen omnem peccati approbati, nedum propriè excitati, suspicionem.

Omnes igitur graviter prævaricantes ad talem modum, & omnes, qvi non credunt, non obediunt, traduntur Satanæ à Deo, 2.Thess.2,11. *Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Etsi verò Deus poterat aliis modis punire contumaciam illam, tamen, qvia indicavit in verbo, se tantam petulantiam tanto hoste compensaturum, utiqve injustus, aut crudelis dici neqvit. Excusatur enim sufficientissimè, qvod constare ipsis voluit de sua voluntate, & de pœna contrarium facientibus constituta, qvod cum timore vult honorari.

ORACULUM XXII.
SACRUM.

Huc pertinet aliud exemplum, qvod extat Judic.9,23.

Immisit DEUS spiritum malum inter Abimelech & viros Sichem, prævaricatiqve sunt viri Sichem in Abimelech.

GOtt sandte einen bösen Willen zwischen Abimelech und den Männern zu Sichem. Deñ die Männer zu Sichem versprachen Abimelech / und zogen an den Frevel / an den siebenzig Söhnen Jerub-Baal begangen, ꝛc.

Non

Non opus hic est prolixiore operatione juxta *primam* regulam: sed statim verus sensus investigetur juxta *secundam* regulam indigitatam.

Pro hoc enucleando lector leget continuata diligentia in libro Judicum caput 6.&7.& 8.&9.aut cui jam modo capita pleraq; sunt notissima, is incipiat versu 28.capitis octavi &pergat, donec perveniat ad capitis decimi initium. Deprehendet igitur Gedeonem divinitus fuisse excitatum in præsentissima commoda Israelitarum,& de Israelitis bene meritum fuisse, quia liberavit eos de servitute Medianitica. Huic autem bene meritissimo viro malam gratiam reddiderunt, autoribus Sichemitis. Gideon enim relinquebat filios septuaginta honestioris & potioris existimationis, ex quibus Israelitæ Gideoni potuissent constituere successorem. At his ex magna ingratitudine præteritis, immo ex malitia conducto milite occisis, seligunt Abimelechum ex concubina Gideonis Sichemitide proseminatum, frustra protestante & pœnas divinas minante & prædicente Jothamo, uno filio Gideonis, adhuc conservato per fugam, quando reliqui fratres occidebantur.

Ut igitur Deus vindicaret tot Procerum,& tot plebejorum,& totius ditionis peccata (quæ utiqve à summis non agnoscebantur pro peccatis, aut non magnopere æstimabantur; immo etsi fuissent æstimata, tamen, à quo potuissent vel carcere,vel mulcta,vel decollatione puniri, sicuti nobilium in subditos injurias, nemo curat, nemo æstimat, nemo clandestinas machinationes ulciscitur: audiant igitur omnes &exhorrescant ad processum vindictæ divinæ justissimum.Ut igitur,inquam,Deus vindicaret tot procerum & inhabitatorum, & totius ditionis peccata,iccirco misit Deus spiritum pessimum inter ipsos, hoc est, diabolum, qui citra dubium tantas iniquitates apud DEum iratum plus exaggeraverat, & potestatem indulget excitandi multiplices pœnas & confusiones inter Abimelech & inter Sichemitas.

Facit hoc spiritus malus, & pro more suo implicat confusionibus variis plurimos homines, *Prævaricati enim sunt* (inquit S.S.v.23,24.) *viri Sichem in Abimelech*, seu defecerunt ab ipso, *ut super ipsos veniret injuria 70. filiorum Jerubbaal* seu Gideonis) *& ut sangvinem eorum poneret super Abimelech fratrem eorum, qvi interfecerat eos & super viros Sichem, qvia roboraverant manus ejus, ut occideret fratres suos.* Et vers.56. *Reddidit itaq; Deus malum Abimelech, qvod fecerat patri suo, interficiendo 70. fratres suos.*

Ergo quia Sichemitæ male peccarunt & scelerate contra posteros Gideonis, & hanc ingratitudinem & hæc scelera eorum coram Deo accusavit Satanas, juxta analogiam eorum, quæ hoc usque copiose sunt dicta, iccirco Deus Satanæ accusanti & vindictam expetenti dedit potestatem & negotium percutiendi Sichemitas & Abimelech, unde postea tanti secuti sunt exitus. Non igitur Deus ex absoluto aliquo odio, aut citra omnem causam merito-

riam spiritum malignum misit super istos, sed qvia suis grandibus sceleribus talem grandem pœnam fuerunt meriti. Diabolus non modo impetrata potestate rigide utitur, sed & plerunqve excessum aliqvem committit, de qvo supra aliqvoties fuit actum, ita tamen, ut Deus infinitam grassandi licentiam ipsi nunqvam concedat.

Ex hac perspicua declaratione, sumpta non ex aliis autoribus & Theologis, sed ex visceribus contextuum sacrorum cohærentium, iterum videt lector & interpres, qvem erudiendum sumsi, qva via procedere deceat in scripturis difficilibus & obscuris illustrandis, ne inferat seu importet sensum intra Scripturam ex suo judicio, & beneplacito, aut ex sola autoritate Commentariorum, sed ut qværat ex intimis visceribus contextuum ipse ipsius SS. mentem, qvam semper scripturis suis indidit claram SS. adeoqve verum sensum ex Scripturis afferat, & exportet.

Qvomodo puniti fuerint Principes & consiliarii peccātes a Deo.

Patet ex his qvoq; justissima vindicta divina super scelera magnatum, & peccata Principum virorum, seu consiliariorum summorum. Isti enim sæpenumero (qvia armatos se norunt autoritate & vi publica) privatim & publice collegis sui similibus, majoribus aut minoribus, aut aliis plebeis eripiunt sua, decernunt iniqva, premunt sententiis ipsos injustis, & cogitur tunc alter tacere. Qvis enim accusaret virum talem Principem? quis talibus Consiliaribus dicam scriberet? qvis convinceret eos? qvis convictos, & de iniqvitate gloriantes carcere, mulcta, capite puniret? sicut loqvi solet scriptura, excelsa manu peccantes gloriari solent, Es frähet kein Hahn darnach.

Es krehet kein Hahn darnach / ja er krehet gar zu sehr.

Isti igitur meminerint horum omnium exemplorum, qvod Deus Satanæ exaggeranti ipsorum iniqvitates concedat potestatem super ipsos. Is impetrata licentia mirabiles tragœdias in familiis, in aulis, in ditionibus ciere & movere consuevit, qvemadmodum pii & prudentes peritiqve viri exempla qvotidiana allegare noverint.

Justissima est ista pœna, qvia etiam ii, qvi non innotescunt propter clandestina peccata, pœna sunt censendi digni, & qvia seipsos ipsi non puniunt, cum sint ipsi judices, Deus judex potentum immittit tortorem & carnificem. Carnifex iste qvaliter suppliciis infligendis studere soleat, supra ostensum est, & multi magno periculo suo experiuntur.

Cur post precationem de remissione peccatorum, seqvatur precatio de non tentando.

Ac omnia optime fuere, CHRISTUS Salvator noster in oratione Dominica primo docet nos rogare remissionem debitorum, deinde, qvia solet DEUS post remissam culpam & pœnam æternam, ut ex exemplo Davidis 2. Sam. 12. & 24. patet, tamen piis inferre corporalem pœnam, nunc immediate nunc mediate per Diabolos, per homines diabolicos, iccirco jubet etiam nos precari, *ne DEUS nos inducat in tentationem*, hoc est, non

vindi-

vindicet hoc gravi modo, data ſuper nos poteſtate Satanæ, qva iſte abuti mirifice geſtit.

ORACULUM XXIII.
SACRUM.

Sed & huc, ubi de Diabolis peccata hominum accuſantibus, & vindictam extorqventibus, ac licentia data abutentibus agitur, cumprimis pertinet illuſtriſſimum ſimile exemplum aliud, ab omnibus qvam penitiſſime cognoſcendum, qvod depromittur ex Danielis 10.

In illo enarratur, qvod anno tertio Cyri (biennio poſt finitam captivitatis Babylonicæ telam, & datam Judæis redeundi in Judææ regiones facultatem, á Cyro divinitus excitato juxta Eſdram c. 1,1.) angelus magnus apparuerit Danieli, qvi jam tribus ſeptimanis pro populi Judaici omni captivitate ſolvenda oraverat & jejunaverat, & ſignificarit, qvod non caſu jam modo cœperit fieri liberatio ex ſervitute Babylonica, verum qvod divinitus in hunc modum ea contigerit.

Qvomodo cœperit fieri initium liberationis ex captivitate ſeu ſervitute Babylonica.

Sic enim habent verba: *Princeps regni Paras* (Perſarum) *ſtetit contra me angelum magnum, viginti & uno diebus* (tribus ſeptimanis, qvibus tu oraſti.

1. Nimirum, qvando tu cœpiſti orare, ego angelus miſſus ſum inter Perſas, ut animis Perſarum affectum afflarem in aula erga Judæos benignũ, pro populi ſolvenda captivitate.

2. Dum autem hoc facio, magnus Princeps Perſarum (ſupremus, magnus, immo maximus Diabolus, Diabolorum in Perſia ad infinitas catervas degentium Dux, Patriarcha, Imperator, Inſpector, & coryphæus, per ſe & ſuos) affectum inflavit aulæ Perſicæ contrarium. Unde tot prodierunt remoræ & obſtacula, qvæ te valde ſollicitum rediderunt & anxium in hunc usqve diem.

3. Dum autem ille mihi & meis per ſe & ſuos tam vehementer reſtitit (nusqvam enim in magnis negotiis ſolus unus adeſſe videtur, vel ſanctus angelus, vel Satanas impurus) ecce divinitus mihi in auxilium mittitur Michael, unus e Coryphæis ſummis, Imperatoribus agminum angelicorem potentiſſimis, ut auxiliaretur mihi. Conjunctis igitur viribus & operis, qvod exoptavimus, qvod debuimus, expeditum dedimus, & excitavimus ſpiritum Cyri, ut edictum promulgaret per univerſum regnum ſuum de dimittendo ex captivitate Babylonica populo Judaico, & de ædificando templo, Eſdræ 1, 1. 2. 3.) qvam autem fuerint iſtæ angelorum operæ fervidæ, id colligi poteſt ex toto primo capite Eſdræ, ubi Rex ipſe præter conciones & prophetias

antea auditas, angelicis fervidis suggestionibus motus, qvod alius avarus rex non fecisset, profert vasa omnia domus Jehovæ, qvæ abstulerat Nebucadnezar.)

4\. 4. Post impetratam à nobis victoriam, discessit à me Michael, & ego remansi solus apud Regem & consiliarios Persarum, nuncq; ad te veni, ut de aliis futuris rebus te edoceam. Sed (versu 20,21.) postqvam tibi revelavero res futuras, tum à te revertar ad Reges Persarum, ut prælium, contra hostem Satanam institutum, continuem & absolvam. Non enim desinet Satanas apud Persicam aulam inflare contrarios affectus, ne populus ex captivitate dimittatur, inflatis ejusmodi argumentis, qvod summæ sit stultitiæ, & imperitiæ politicæ, subditos & servos ex ditione dimittere, ex qvibus servitia & varia commoda expectare qveas, idqve ideo facere, qvod prætendant Judæi divinas visiones, & promissiones de reditu, qvas utiqve fingere qveant.

5\. 5. Ideo autem statim ego Angelus bonus revertar ad pugnam adversus Satanam continuandam, qvia qvando egrediens eram ad te qværendum & edocendum, ecce venit Princeps Javan, summus Diabolus, & Imperator reliqvorum diabolorum, qvi intra Græciam degunt. Novit enim ex prophetiis tuis, Græcos ad se tandem rapturos imperium Persiæ, ideoq; omnia consilia eo dirigit, ut ne Judæi ex captivitate seu servitute liberentur, & Græcis, successive novis Dominis futuris, aufferantur vel abducantur, sed potius ut propediem Græci Persiam occupaturi, illam ipsam etiam hisce servis & subditis Judæis nimirum refertam accipiant, & ut hoc pacto impediant Diaboli reædificationem templi Hierosolymitani, utpote ex qvo optime novit Dæmon toti suo regno magnam per Messiam ibi appariturum & passurum impendere πανολεθρίαν.

6\. 6. Sed prius nunciabo tibi futuras res alias. Nemo enim est, qvi mecum contra cruenta consilia Dæmonum in regno Persiæ decertet, præter Michaelem vestrum, à Deo singulariter ad hoc deputatum, ut pro Judæorum reducendorum salute indesinenter vigilet. Fecimus hoc officium nostrum ambo, & ego ipsum adjuvi, ipse me vicissim adjuvit ab anno primo Darii Medi. Sed jam audi futura. *Adhuc tres Reges Persici stabunt*, seu ordine conseqventur.

Hæc est brevissima paraphrasis horum seqventium verborum ex capite
2\. 10. & 11. Denielis. 2. Princeps regni Paras stetit contra me viginti
3\. & uno diebus. 3. & ecce Michael unus e Principibus primis ve-
4\. nit, ut auxiliaretur mihi. 4. remansiq; illic apud Reges Paras.
Adveni autem, ut intelligere faciam te, qvid eventurum sit po-

pulo

pulo tuo in novissimo dierum. 5. Revertar autem, ut præliet cum principe Paras: qvumqve egrediens eram, ecce Princeps Javan uenit. 6. Verum indicabo tibi, qvia non est unus, qvi confirmet se mecum contra istos, nisi Michael princeps vester. Ego qvoqve primo anno Darii Medi steti ad confirmandum & roborandum illum. Nunc igitur audi; ecce adhuc tres Reges Paras stabunt.

Aber der Fürst des Königreichs in Persenland hat mir ein u. zwantzig Tage widerstandē/ und siehe Michael der fürnehmste Fürsten einer kam mir zu Hülffe/ da behielt ich den Sieg bey den König in Persen: Nun aber kome ich/ daß ich dich berichte/ wie es deinē Volck hernacher gehen wird/ Ich wil aber ietzt wieder hin/ und mit dem Fürsten in Persenland streitē/ aber wenn ich wegziehe/ siehe so wird der Fürst aus Griechēland komen/ doch wil ich dir anzeigen/ was geschrieben ist/ das gewißlich geschehen wird/ deñ keiner ist/ der mir hilfft wider jene/ deñ euer Fürst Michael/ deñ ich stund auch bey ihm/ im ersten Jahr Darii/ der Meden/ daß ich ihm hülffe nnd stärcket/ und siehe/ es werden noch drey Könige in Persen stehen.

Initio judicandum relinquo singulis eruditis & piis lectoribus, de *Tremellio & Junio*, principem Paras, cum quo angelus Danielis pugnavit, interpretantibus de ipso Rege Persiæ. Quid opus erat, ut angelus magnus cum Rege Persiæ pugnaret? An non angelus hic magnus Danielis solus Cyrum potuisset ad instar Sennacheribi vincere? Nimis est illa interpretatio jejuna; ut non dicam, puerilis. *An Princeps Paras sit rex Persiæ, an diabolus Persiæ*

Deinde jam subjicio paullo pleniorem negotii illius cursum. Quod DEUS populo Israelitico fuerit factus infensus propter idololatriam & alia gravissima peccata, & quod propter eadem suo populo decreverit captivitatem Babylonicam, ex *Prophetis* plus satis constat. Ergo Satanas, cum omnibus suis, animadversa ira DEI erga populum suum,

tum graviores instituit accusationum dirarum exaggerationes, tum sibi officium castigandi & vindicandi dari petiit, & petitionis particeps factus fuit. Petitione impetrata, qvam soleant Diaboli esse operosi, ex similitudinibus colligi potest, quales extant Esa.7,18. *In die ista sibilabit Jehovah musca, qvæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, qvæ est in terra Assur.* Nimirum catervatim princeps aliqvis Diabolorum emittit suos legatos, qvi evolant tanqvam apes & muscæ, & evocant ex omnibus locis hostes, ut hi qvoqve instar muscarum & apum advolent ad locum destinatum.

Commemorabilis historia Philippi Camerarii. Utqve exemplo qvodam recente lectorem instruam, remitto ipsum *in librum primum Succisivarum Camerarii, ubi capite 70. de cruentis nuptiis Parisiensibus* anno 1572. celebratis *hæc refert autor iste tum Norimbergæ versatus:* In mea vicinia monstrari potest qvidam non ita pridem in seriis & ludicris celebris & exercitatus vir, qvi in custodia consenescit eo, qvod interdum certis intervallis à mirifico & inqvieto spiritu exagitetur &c. Inprimis opservatum est, cum circa id ipsum tempus, qvo Caspar Castilioneus Galliæ Amirallius cum genero, & multis proceribus in lecto noctu trucidatus est, mirificas visiones habuisse, ex qvibus colligi potuit aliqvod funestum facinus alibi tractari & peragi. Inter alia autem eadem, qvâ facta est laniena, nocte sæpius exclamavit: Ecce, ecce, qvanta agmina cacodæmonum in aere, velut ex dissitis & diversis locis advenientium, & invicem congratulantium, ac si aliqvam insolitam & cruentam rem ex arbitrio perfecerint, hinc inde circumvagari in aere conspicio: verum addidit exclamando: Ea omnia extra Germaniam actitata & gesta sunt. *Hactenus verba Philippi Camerarii ex loco allegato.*

Idem ibidem cap. 73. Qvis obsecro explicare poterit, qvare tam subito turbines & procellæ ventorum oriantur, qvum seipsum desperabundus aliqvis infelici reste suspenderit, *Hæc ille.* In laniena illa Parisiensi seu nuptiis cruentis qvanta dicantur & scribantur periisse agmina, nunc non est dicendi locus.

Qvomodo Diaboli confusionem in imperiis excitent. Huc illa, qvæ extant apud Lavaterum de spectris lib. 1. cap. 16. referri possunt. Sed ad rem. Impetrata igitur, tunc qvoqve in exemplo proposito Dan. 10. a Deo potestate castigandi, & puniendi idololatriam, & alia scelera Judæorum, elegerunt Diaboli, divinitus etiam, ad has ipsas res conficiendas destinatum, regem Assyriorum; eumqve & consiliarios, omnesqve proceres ipsius afflatibus suis, *qvoadmodum nostræ infirmitati non cognitis*, compulerunt, ad Judæam invadendam, divexandam, spoliandam, ad homines abducendos, pro mancipiis tractandos, nunqvam dimittendos, tantum in hunc finem, ne unqvam templum

Hiero-

Hierosolymitanum reædificaretur, & ut nec unquam ad illud venire posset Messias, utpote ex quo sciebant toti suæ catervæ magnam imminere cladem.

At, postqvam tempus miseriæ isti divino consilio destinatum jam effluxerat, illico sancti angeli ipsi exoptaverunt liberationem hujus populi; ideoq; gestierunt ablegari ad impediendos furores Satanæ, & organorum ipsius, à quibus servitutis Babylonicæ solutio protrahebatur & impediebatur, idque ex suggestionibus Diabolorum, qui in aula tunc temporis occupatissimi erant adversus Judæos. Inde igitur exorti sunt conflictus inter ipsos angelos bonos & malos, qualis etiam describitur Apocal. 12. Et quis ex his exemplis non assequetur iterum, quomodo Diaboli, mala pœnæ operari jussi, procedant etiam ad cooperanda mala culpæ, posteaqve & quomodo DEO attribui soleat in stylo scripturarum illud, qvod à potestate Diabolis divinitus concessa fuit profectum, quomodo item Christianus & pius homo altius supra captum etiam prudentissimorum politicorum judicare debeat de confusionibus in regno aliquo interdum exortis.

Conflictus inter Angelos bonos & malos.

Præterea Diaboli ante initium servitutis potestatem puniendi per captivitatem Judæos a DEo nacti, interim etiam Judæos idololatras plus excæcant & indurant, ut pœnitentiam agere nequeant, sed plus in peccatis obdurentur.

Nec tamen Deus ullius injustitiæ, aut peccati, vel ex suspicione saltem reus peragi debet, quia satis diu eos toleravit, per Prophetas admonuit, immo prædixit, se obstinatos Diabolis tradere velle, & solere, immo ostendit ex nunquam satis laudata paterna benignitate, & præmonuit paterne, qvod Diabolis tentantibus parere non debeant, & quomodo afflatus & inspirationes Dæmonum, ad res contra verbum DEi directas, devitare debeant & possint

Etsi Diabolus Israelitas puniendos excæcat in impœnitentia, tamen Deus non est reus illius impœnitentiæ.

Hic libet mihi piis aliquid in memoriam revocare notatu non indignum. Animadvertit hactenus lector, unde sint in rebus humanis tot confusiones, & ex qua causa originali prodeant. Nimium igitur aberrant, qui tantarum confusionum autores constituere allaborant varios atque varios positus variorum Planetarum, cum aliis atque aliis stellis. Sic enim in quibusdam Calendariis legi super annum, qui, dum hæc scribo, decurrit, 1613. Böß reysen/Mord/ traurige Fäll/Feur/feindliche Anschläg/schädliche Practicken/ Unfried/ Gelehrten böse/ grossen Herren glücklich/Zanck grosser Herren/grosser Herren Fall/ grossen Herren wird nachgestellet/ grosse Verrätherey/List und Untreu/neben Betrug/neue Verbündniß/ Zusammenkunfft grosser Herrn/ falsche Urtheil/ Zanck unter den Gelehrten/ Tyran-

Notatio de qvorundam Astrologicis prædictionibus.

Tyrannische/ Unmenschliche Thaten/Todschlag/Krieg. Si enim vera sunt, ut sunt verissima, quæ hactenus dicta sunt de DEO ob iniqvitates hominum Diabolos inter homines immittente, à qvibus lites, cædes, falsationes, perfidiæ & multiplices cientur confusiones, tum utiqve vel astrorum ascribi operationi, vel ex astrorum positu talia prædici nullo modo possunt. Interim vires, qvas Physici stellis inesse solide probant, alias ego neqvaqvam tollam, aut negabo, qva de re alibi.

ORACULUM XXIV.
SACRUM.

Sed & nunc illud attingere placet, nimirum de Induratione Pharaonis, qvando Deus dicit, *Exod. 4, 21.*

Ego indurabo cor Pharaonis, ut non dimittat popolum.

Jch wil das Hertz Pharaonis verhärten/daß er das Volck nicht lasse.

PRo hoc igitur dicto rectius explicando sumantur in manum ambæ regulæ supra præscriptæ, qvas observare decet bonum interpretem, 1. qvoad fontes, 2. qvoad contextum.

Ante omnia autem notandum venit, qvod in Exodo, qvoad materiam *indurationis* Pharaonis cohæreant isti textus, qvi inchoantur a versu 23. capitis secundi, usqve ad finem capitis decimi qvinti, qvorum omnium capitum phrases diligenter sunt spectandæ. In his enim commemorantur, qvæ acciderunt sub uno Pharaone rege Ægypti celebri. Nam versu 23. capitis secundi moritur Rex Ægypti unus, & succedit alius, sub qvo omnia seqventia contigerunt.

In hisce igitur contextibus mentio indurationis extat Exod. 4, 21. & 7, 3. & 9, 12. & 10, 1. 20. 27. & 11, 10. & 14, 4. 8. 17.

Exodi 4, 21. Vide, ut omnia ostenta, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone, & ego indurabo *cor ejus, & non dimittet populum.*

Exodi 7, 2. 3. Tu loqveris Pharaoni omnia, qvæ mando tibi, & ille loqvetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel, de terra sua, sed ego indurabo *cor ejus, & multiplicabo signa & ostenta mea, in terra Ægypti, & non audiet vos &c.*

Exodi 9, 12. Induravitq; Dominus *cor Pharaonis: & non audivit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.*

Exodi 10, 1. Et dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem: ego *enim* induravi *cor ejus, & servorum illius: ut faciam signa mea hæc in eo.*

Exodi 10,

Exodi 10, 20. Et induravit Dominus *cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel.*

Exodi 10, 27. Induravit *autem* Dominus *cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.*

Exodi 11, 10. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta, qvæ scripta sunt, coram Pharaone: & induravit Dominus *cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.*

Exodi 14, 4. Et indurabo *cor ejus, ac perseqvetur vos; & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus: scientq; Ægyptii, qvia ego sum Dominus.*

Exod. 14, 8. Induravitq; Dominus *cor Pharaonis, regis Ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa.*

Exod. 14, 17. Ego *autem* indurabo *cor Ægypticrum, ut perseqvantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus & in eqvitibus illius.*

In hisce decem locis DEUS dicitur *indurasse Pharaonem.* Verbum Hebræum in fonte non est unicum, sed varium, & qvidem triplex, primo חזק chazack, deinde קשה kaschah, deniqve כבר cavad. Et קשה usurpatur Exod. 7, 3. כבר Exod. 10, 1. in reliqvis omnibus locis extat vocabulum חזק.

Et, si in istis locis, in qvibus dicitur *DEUS induravisse* Exodi 4, 21. & 14, 8. & reliqvis verbum ponitur in *Piel*, seu secunda conjugatione, tum significationem gravat supra primam conjugationem, ita ut sensus sit; *Ego vehementer indurabo cor Pharaonis, vehementer induravi cor Pharaonis.* Qvin & si Exod. 10, 1. est in conjugatione tertia, in Hiphil, ubi verba habent ante radicem ה, & simul significationem præmittunt causæ efficientis, qvæ exponitur per FECIT, *fecit indurari cor Pharaonis.* Ita qvoqve Exod. 7. v. 3 extat thema קשה in tertia conjugatione, & significat, *Ego faciam indurescere cor Pharaonis.*

Conjugatio Piel diligenter æstimanda. Conjugatio Hiphil etiam accurate æstimanda est.

Hanc esse nativam conjugationum indicatarum vim & significandi potestatem, omnes, qvi Hebrææ lingvæ penetralia vel tantum a primo limine salutarunt, fateri necessum habebunt. Unde non simpliciter de simplici permissione tolerare possunt textus isti illam expositionem, *Induravi,* hoc est, *permisi indurari,* Indurabo, *hoc est,* permittam indurari. Qvin potius contrarium sibi volunt eædem conjugationes, *Induravi potenter, & indurabo graviter Pharaonem.*

Qvorundam doctorum de Indurationis conjugatione Hebræa, opinio, bono fine tradita.

Vidi aliqvot doctos viros, qvi, ut medelam durissimæ huic sic prima fronte visæ, & extra contextum æstimatæ phraseos absurditati pararent, regulas de tertia conjugatione excogitarunt, *qvod qvalitas seu actio in Hiphil seu in tertia conjugatione significetur variis modis in rem vel personam aliam translata, & interdum qvidem permissive.*

Hujus rei exempla perhibent hæc seqventia השאיר fecit superesse, id est, permisit superesse. 1. Sam. 14, 36. ait Saul: *Descendamus noctu, deprædemur eos, donec illuxerit mane, nec relinqvamus* (super esse faciamus) *ex eis virum.*

1. Sam. 14, 36. Non relinqvemus ex eis virũ.

Et 25, 22. *Sic faciat Dominus inimicis Davidis, & sic addat, si reliqvero ex omnibus, qvæ habet, usq; mane, mingentem ad parietem.* Verum excutiantur concordantiæ, & deprehendetur radicis seu thematis שאר illa vis, nimirum *relinqvere aliud inposterius.*

Sensus igitur est, fecit Saul, ut nemo ex viris superesset in posteriorem diem: *Qvasi dixisset*: Si non fecero, ut ne unus sit reliqvus in posteriorem diem, seu superstes maneat. *Sensus igitur dicti allegati est*: Descendamus, & non persvaderi nobis patiamur, ut, qvos jam in mente occisioni certissimæ destinavimus, commoti deprecationibus, faciamus, ut sint residui in alterum diem.

An sint qvoad sensum idem hæc duo, 1. Permitto vivere. 2. Facio superesse.

Qvanqvam de vocabulis ipsis cum nemine contendendum esse svadeo, & sæpe unum cum alterius significatione magnam habet cognationem aut analogiam, tamen uberioris doctrinæ, & clarioris explicationis gratia hic distingvendum venit, ita ut *aliud* sit, permitto vivere, *aliud*, facio superesse. Ego *permitto*, unum qvemlibet vivere, nemini manus infero, Carnifex *facit superesse*, qvando jussus a Magistratu innocentem non vult decollare, sed facit vivere in posteriorem diem: Carnifex non proprie *permittit* vivere istum innocentem: sed permittit vivere alios non captivos, in qvos adhuc a magistratu nullum accepit jus. Sed in istum innocentem captivum acceperat jus & mandatum. Is vero, consideratis circumstantiis, in foro, publice, officium suum denegat, & denegando facit istum superesse: ubi iterum moneo, ut magis de sensu diverso, qvam de diversis Latinis præsertim vocabulis lector sit solicitus. Verissimam & nativam esse istam sententiam inde ex contextu apparet, qvia dicunt: *descendamus, & non faciamus reliqvum ex eis virum*, id est, ne unum virum faciamus superesse, ex iis, qvos occisuri sumus, ut aliqvis reperiri posset, qvi valde esset deprecaturus & persvasurus ferme Sauli, ut ea deprecatione commotus, ei parcere posset,

Sic

Sic Exod. 1. v. 17. obstetrices acceperant a Rege jus & mandatum & potestatem in masculos, & erat jam ipsarum hoc officium, autoritate publica, tyrannica qvamvis, confirmatum, necare masculos. Dum autem vident iniqvitatem & injustitiam mandati regii, & officio tali mandato fungi renuunt, ibi qvoad sensum (de vocabulis enim non contendo) non permittunt proprie vivere masculos, sed *vivificare* dicuntur masculos, hoc est, vitam ipsis dant in posterius tempus, qvia auferendi vitam jus in manibus suis depositum seu non usurpant, seu infringunt. Mater ipsa permittit vivere filium, qvando abstinet a cæde, qvia nec in sua manu habet depositam potestatem adversus infantem. Phrases igitur optime ponderentur. Rex dicit obstetricibus, *si fuerit filius, facite mori; si filia, vivat.* Obstetrices igitur DEO & mandato ipsius obedientes, servarunt masculos, hoc est, ut est in fontibus, *vivificaverunt pueros*, fecerunt, ut vita ipsis superesset in posterius tempus.

Exod. 1, 17. obstetrices faciunt mori masculos

Rectius colligetur vis significationis ex Genes. 47, 25. ubi post acceptum in tempore maximæ famis a Josepho frumentum, sic alloqvuntur ipsum Æpyptii, *vivificasti nos, vel fecisti nos vivere.* Legantur antecedentia versu 15, 19. ubi his verbis petunt frumentum a Josepho: *Da nobis panem, cur enim moriemur coram te, cum defecerit pecunia. Et, qvare moriemur ante oculos tuos, etiam nos, etiam terra nostra? Eme nos, da semen, ut vivamus & non moriamur.* Postqvam igitur exauditi fuere, & frumenta acceperunt, agunt gratias hoc verbo: *Fecisti nos vivere*, seu, *vivificasti nos*, qvo ipso verbo utitur Scriptura de obstetricibus.

Gen. 47, 25. Vivicasti nos.

Prorsus igitur locum nudum in versione harum scripturarum habere neqvit illud τὸ simplex & nudum permittere, pro eo, qvod est, simpliciter *sinere* aliqvem agere secundum libertatem voluntatis suæ. Aspiciatur similis locus 1. Samuel. 27, 9. *Percussit David terram, nec vivum reliqvit virum & mulierem. Qvid est (non vivificare, aut non relinqvere virum?)* Hoc monstrant antecedentia; *nimirum,* qvod sit idem, qvod *percutere.* Item 2. Samuel. 8, 2. Percussit Moab & mensus est eos funiculo, jacere faciendo eos super terram, & mensus est duos funiculos *ad interficiendum* (id est, ad faciendum mori) & plenum funiculum *ad donandum vitam* (id est, ad faciendum vivere.)

1. Sam. 27, 9 David non relinqvit vivum virum. 2. Sam. 8, 2. Qvid sit NON VIVIFICARE. Josua 2, 13.

Eadem vis conjugationis ejusdem est Josuæ 2, 13. *Vivificabitis patrem meum & matrem meam, & fratres meos & sorores meas, eruetisqve animas nostras a morte.* Ecce clarissima expositio, qvid sit *vivificare, seu facere vivere*, SCILICET, eruere animam de morte, cui nimirum erat destinata.

Jos. 9, 15. 20. Simile extat de Gabaonitis in eadem conjugatione, Jos. 9, 15. 20. *Fecit Josua cum eis pacem, ac percussit cum eis fœdus, ad vivicandum eos*, id est, ad faciendum vivere eos, qvi decreto DEI erant morti destinati, qvod decretum extat Deut. 7, 2. *perdendo perdes eos, non misereberis illorum*, scilicet Hiveis, Jebuseis &c. Erant autem Gabaonitæ ex Hiveis, ut clare patet Jos. 9, 7. Repetitur idem Jos. 9, 20. *Hæc faciemus eis, vivificabimus*, vivere faciemus *eos, ut non sit contra nos ira propter juramentum, qvod juravimus eis.*

De τῷ Relinqvere, sinere & similibus.

Examinentur reliqva exempla, qvæ a doctissimis & optimis viris bono fine in medium proferuntur, idqve in hunc finem, ut Calvinum & Bezam, horumque suffraganeos in hac induratione Pharaonis superare
Exod. 16, 19. 20. qveant. Exod. 16, 19. 20. *Dixit Mose: nemo relinqvat ex eo usq; mane. Et non obedierunt Mosi: nam reliqverunt qvidem ex eo usq; mane, & scatere cæpit vermibus, & iratus est Jehovah.* Hic qvilibet videt, qvod præcipiatur, ut ne faciant aliqvid superesse in posteriorem diem. Sicuti etiam in utroque versu conjugatio tertia *Hiphil* agnoscitur, & qvid isti contra comminationem gravissimam consulto, data opera & studiose effecerint, & fecerint, ut aliquid superesset de Manna in castrinum. Data, inquam, opera abstinuerunt a residua parte mannæ, ut ita aliquid esset de ipsa in crastinum adhuc in promptu.

Ezech. 39, 28. Eandem vim in convertendo necesse est observari, Ezech. 39, 28. *non relinqvam*, id est, non faciam abundare ex eis, superesse ex eis in terra Dicit DEUS, Judæos cogniturus veritatem Prophetiarum ex eo, si post captivitatem rursus congregaverit ipsos in terram suam, nec feceris eos residere inter gentes. Hic SINERE, PERMITTERE, locum non habet; sed efficacitas denotatur, qvod DEUS nihil prætermissurus sit ad reducendos & recolligendos Judæos intra terram suam, ex qva hactenus expulsi fuerunt.

Job. 24, 7. Similiter, qvod affertur ex Jobi 24, 7. *Nudum pernoctare faciunt sine vestimento;* nulla opus habent immutatione in hanc propositionem: Nudum sinunt jacere seu pernoctare citra indumentum: Illud enim vim illatam denotat, hoc non item.

Prov. 10, 3. Sic nec illud Proverb. 10, 3. *non facit esurire Jehovah animam justi, propter pravitatem autem impios expellet.* Hic necesse est, ut excludatur permissio, & retineatur nativa Hiphil significatio: *impios expellet DEUS, sicut justos esurire non faciet.*

Sic

Sic Deut. 31, 6. 8. Jos. 1, 5. *Non faciam te labascere*, non faciam te vertere, non faciam te inclinare, ut nimirum hostibus esse qveas præda, non derelinqvam te. Qvod autem fortem defensionem Josuæ promittat, id ad vivum oculum satis patet ex proxime conjunctis. v. 8. *Dedi vobis omnem terram, NON CONSISTET QUISQUAM ANTE TE, omnibus diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Mose, ita ero tecum, non faciam, ut labascas*, vincaris, qvia nunquam deseram te, nunquam a te discedam, & nunquam te hostibus objiciam. *Deut. 31, 6. 8 Jos. 1, 5.*

Psalm. 71, 11. *DEUS dereliqvit eum, perseqvimini*, hoc est, jam aggrediamini ipsum, qvia DEus solum constituit, discessit ab eo, prædæ exposuit, non amplius defendit. *Psal. 71, 11.*

Psalm. 37, 33. *Dominus non derelinqvet justum in manibus impii*, Esa. 7, 16. *Derelinqvetur terra a duobus Regibus*, & 18, 6. *Relinqvetur simul volatili montium, & bestiis terræ.* Psalm. 37, 8. *Derelinqvito excandescentiam.* 1. Ex qvibus exemplis patet (deseri, derelinqvi) etiam aliud esse in fontibus sacrarum literarum, qvam illud vulgi (permittere) hoc est, sinere alicui suam agendi libertatem. Quasi enim duæ personæ constituuntur conjunctæ, qvarum una discedere jubetur vel dicitur in derelictione. 2. In simplici permissione est levis & nuda inspectio, & omnimoda conniventia. *Psal. 37, 33. Esa. 7, 16. & 18, 6. Psal. 37, 8.*

At illud Judic. 11, 37. 38. 40. *Dimittam*, sinam te, inquit Jephtha ad filiam suam. At inspiciatur integer contextus, & æstimentur ex concordantiis Hebraicis similia loca, 1. Sam. 11, 3. & 13, 15. 2. Sam. 24, 16. cuilibet evidentissimum nascetur, quod hic sit sensus: petit nimirum filia Jephthæ, ut concedat ei, quiescere faciat a proposito suo ipsi, cessare faciat ei adhuc duos menses. Est enim in Hebraico versu 37. vox הרפה *petit inqvam a patre*, ut cessare & quiescere a proposito suo eam faciat duobus mensibus, ut eat & super montes plangat virginitatem suam cum sociis suis. Respondet igitur pater, versu 38. *Vade.* Et additur: *Dimisit eam duobus mensibus, & abiit ipsa, & amicæ ejus.* In Hebræo est שלח mittere, quod ad locum petitum ipsam miserit, seu emiserit cum venia sua, id qvod cum nudo & simplici permittere seu sinere plane non congruit. *Judic. 11, 37. 38. 40.*

Qvod attinet ad reliqva a viro quodam bene merito adducta exempla, nec illa simpliciter pro nuda permissione stare possunt. Psalm. 119. vers. 31. *Ne permittas me confundi.* Legantur in isto psalmo versus omnes, qui habent præscriptam literam Hebræam Gimel; deinde qværatur in concordantiis vox Hebræa, qvæ Latine exponitur *confundi, ignominia affici*, & mox vera prodibit significatio istius ex psalmo allegati loci. Jerem. 9, 19. in prima conjugatione: *Quomodo devastati sumus, qvomodo pudefacti sumus vehementer*, Ezech. 32, 30. *A fortitudine sua erubescunt, & cubabunt in circumcisi-* *Ps. 119, 31.*

cisi. Significat igitur *confundi*, ita devastari, ut inde oriatur omnibus hostibus grande gaudium, ab hoc petit se custodiri Psalmographus.

Deut. 2, 28. Deut. 2,28. *Cibum argento franget mihi*, hoc est, cibum dabis mihi pro argento. Unde הִשְׁבִּיר *fecit frangi*, nequaquam vero, permisit frangi. Gen. 25, 30. Genes. 25,30. *Fac me comedere de ruffo.* id est, da mihi potestatem comedendi, unde הַלְעִיטֵנִי fecit comedere, dedit potestatem comedendi, *nequaquam*; permitte me edere.

Gen. 24, 17. Genes. 24, 17. *Da mihi potum*, unde הַגְמִיאִינִי dedit vel fecit potare, *non*, permisit libere; id quod ex contextu optime elucet. Servus dixit puellæ, *potum da mihi qvæso, parum aquæ de hydria tua; quæ dixit: Bibe Domine mi, & festinavit descendere hydriam suam super manum suam, & potum dedit ei, cumq; dedisset illi, dixit, etiam camelis tuis dabo.* Si a puteo recessisset solummodo, & admisisset servum seu legatum Abrahæ, aliqua permissio forsan obtineret. At hoc longe plus est, qvod facit, ut bibat, dum, cum hydria, aquam procurat, & porrigit, & invitat.

2. Reg. 11, 15 הרציאו 2. Reg 11,15. præcepit Jehojadat Sacerdos centurionibus illis præpositis exercitus, dixitq; eis: *Educite eam per media septa*: *Unde* הַרְצִיא *fecit exire*, id quod ibi factum fuit violenter, quia libenter & tutius mansisset intra templum, post eductionem enim interficitur. Hic quem locum habere possit, *permisit eam exire*, quilibet judicet. Idem esset, ac si de latrone rotis contundendo dicerem: *permittunt ipsum exire ad patibulum.*

Legantur quæ eadem de re habentur 2. Paral. 23. Item Thren. 5. v. 5. *Super collum nostrum persecutionem passi sumus, laboravimus, non dabatur nobis requies*; unde הוּנַח, permissus est quiescere. Male aut saltem frigide, quin potius nulla concedebatur, attribuebatur, donabatur nobis requies ex voluntate persequentium.

In Hebræo nulla vox simplicissime denotat permissionem.

Cæterum in Hebræis fontibus plane nullum est vocabulum, quod illam exprimeret simplicem permissionem & sinitionem, qualem vulgus intelligit. Neq; æquipollet eidem vocabulum נָתַן. Inspiciantur exempla ex concordantiis, & examinentur contextus, & patebit contrarium. Genes. 20, 6.

Gen. 20, 6. *Non permisi te, ut tangeres uxorem Abrahæ*, juxta versionem Pagnini: Non dedi, non concessi, *vertendum est*, id quod ex mox præcedente apparet, *prohibui te, ne peccares mihi*, nimirum dum non dedi, ut tangeres eam.

Genes. 31, vers. 7. *Non permisit* (concessit) *Labano DEUS, ut malefaGen. 31, 7. ceret Jacobo*, nimirum, angelus Jehovæ magnus tempore conceptionis

ovium Jacobo procurabat multitudinem illarum ovium, unde benefieret, benediceretur, locupletaretur Oeconomia Jacobi, id quod expresse dicitur eodem capite, versu 11. in his verbis: *Tunc dixit ad me Angelus DEI in somnio: Jacob, & respondi, adsum: Ille vero dixit; Leva nunc oculos tuos, & vide omnes hircos ascendentes super oves lineis distinctas, punctis parvis respersas, & maculis albas. Vidi etiam quæcunq; Laban facit tibi.* Ecce, *non permittere*, est, *juvare Jacobum, & impedire potenter Labanum.*

Exod. 3,19. *non permittet vos Rex Misraim, ut pergatis, nisi in manu forti*, non dabit, non concedet, non tribuet jus discedendi, nisi per miracula fuerit compulsus. *Exod. 3,19.*

Num. 21,23. *Non permisit Sihon transire Israelitas*, quod exponitur Deut. 2,30. *noluit Sihon, ut transiretis*, non voluit ut transirent. Legatur in simili significatione idem verbum, Num. 22, 13. Antiqua versio habet Deut. 20,16. *Non permittes vivere ullam animam*, pro quo est in fontibus, *non vivificabis*. Judic. 1,34. *Compulerunt Emoræi filios Dan ad montem, non enim permittebant eis, ut descenderent in vallem*, non concedebant, ut descenderent in vallem; Quomodo? quia, ut habent præcedentia, *compellebant eos ad montem*. Prorsus simile est Judic. 3, 28. & 15, 1. 1. Samuel. 18, 2. & 2. Sam. 21,10. 1. Reg. 15, 17. Talia plurima exempla occurrent alia, ubi lector tantum fontes aspiciat, & aliqva antecedentia & consequentia expendat, videbit 1. *permittere* exponendum esse *per* concedere; 2. *non permittere*, pro prohibere & violenter impedire. Cum autem non permittere sit violenter impedire, sicut ex aliquot exemplis vidimus, utique permittere erit, concedere, certis de causis, ex certa voluntate, decreto qvodam facto, non vero; sinere saltem causas secundas agere secundum suam libertatem. *Num. 21,23* *Num. 22, 13* *Judic. 1,34.* *Regula.*

Istud Jobi 24, 12. qvod doctus *quidam* vir ex Tremellio etiam exponit, pro, *sinet DEUS*, vel *non posuit insulsum*, ut vertit in Lexico Avenarius, *DEUS non posuit prohibitionem*, ut vertit Pagninus, ex Grammatica & ex contextu facillime declarari poterit. Loquitur autem ibi Job de Tyranni grassationibus, ob quas suspirant subditi, nec DEUS continuo punit. Textus igitur ita habet: *Ex urbe homines clamant, & anima interfectorum vociferatur, & DEUS non posuit prohibitionem*, id est, non punit statim; qualis similis concio est apud Ecclesiastem 8, 11. Quia non profertur cito sententia contra malos, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. *Job. 24, 12.*

Si vero vox (insulsum) retinetur, optime ita declarabitur: *Nec tamen DEUS* desolvit (punivit) *insulsum*, ex themate שׁמם in tertia conjugatione, DEus non fecit desolationem seu *pœnam* insulsitatis, stultitiæ, id est peccati,

cati. Quæ poſterior interpretatio eſt certior, cum *de prohibitionis vi* Concordantiæ nulla ſuppeditent exempla. Econtra de *pœna* manifeſte loquuntur alia, qualia ſunt, Micheæ 6, 13. Infirmabo te cædendo & *deſolando* propter peccata. Ezech. 20, 26. Propterea *deſolabo eos*, ut cognoſcant, quod ego ſum Jehova. 1. Samuel. 5, 6. Aggravata eſt manus Domini ſuper Azotios, & *deſolavit* eos.

De vocabulo יַנַּח

Porro alii allegant vocabulum hoc Jobi יַנַּח pro, dimittere, permittere; ſed recte addit Avenarius in Lexico, qvod etiam ſignificet, *poſuit dimittendo*. Jam examinentur pauca loca.

Pſalm. 105, 14. non permiſit hominem injuria afficere eos: non *conceſſit homini*, injuria afficere eos. Quod ita ſit interpretandum, mox ſequentia convincunt, *& corripuit propter eos Reges*: Nimirum, miraculis inter Ethnicos editis effecit, ne quis eos in deſerto ulla injuria laceſſere auderet, Deut. 26, 10. *Relinques* primitias coram Deo tuo, *id eſt*, depones demittendo primitias in templo.

Eccleſiaſtes 5, 11. Saturitas divitis non *ſinit* eum dormire, non *concedit* ei ſomnum, non dat ei ſpatium & plenam poteſtatem dormiendi.

Exodi 32, 10. *Permitte* mihi, ut ardeſcat ira mea in eos, *id eſt*, ut contextus docet, *noli me urgere* tua ardenti interceſſione pro hoc populo (quin potius ceſſa, ut, te finem orandi faciente, ſtatim inſurgam adverſus eum.)

2. Sam. 16, 11. *Permittite* illi, ut maledicat, quia juſſit eum Dominus: Nimirum, ut contextus antecedentium habet, Abiſai volebat tranſire, & maledicenti Simei amputare caput. Hoc ergo prohibet Rex, & jubet, ut vivum relinquat, & *concedat ei maledicere*, quia Dominus ipſum juſſerit maledicere.

Eadem ratione examinentur omnia loca alia, & apparebit magnum diſcrimen inter permiſſionem quoad iſta loca, & inter indurationis Pharaonicæ ab aliquibus indigitatam permiſſionem. In aliis enim locis jam allatis decretum fit, deliberatio præcedit, cauſæ expenduntur, cur velit, & qvod velit aliquis alteri aliquid concedere, indulgere, & iſtius poteſtatem facere. Si eodem tenore volueris dicere, quod DEus permiſerit indurari Pharaonem, hoc eſt, quod DEus miſſo legato præceperit Pharaoni dimiſſionem populi, & tamen ex eadem vi ſignificationum, jam ex contextibus æſtimatarum, dices, vel dicere cogeris, DEum cogitaſſe, deliberaſſe, cauſas habuiſſe, & ſtatuiſſe Pharaoni dare poteſtatem indurandi ſeſe, utique quam maxime contraria dices.

De

De vocabolo ἐπιτρέπειν.

In novo Testamento occurrit vocabulum, ἐπιτρέπειν, cujus vim lector in inductione multorum Biblicorum exemplorum ope concordantiarum investiget. Significat utiqve dare veniam, potestatem, jus, Matth. 8, 21. *permitte* (da potestatem, jus, tempus, arbitrium, veniam) mihi prius abire & sepelire patrem, *& versu 31*: Sic ejicis nos, *permitte* nobis abire in gregem porcorum. Et ait eis: Abite: Ecce responsio ostendit, qvalis fuerit permissio, nimirum potestas concessa. Matth. 19, 8. Moses pro duritia cordis vestri *permisit* (dedit arbitrium, potestatem, jus) vobis, dimittere uxores vestras, nimirum promulgato præcepto, qvod extat Deut. 24, 1. Sicut in hoc eodem capite, versu præcedente vocantur coram Christo Judæi, cum loqvuntur: Cur Moses *mandavit dare* libellum repudii, Marc. 10, 5. inqvit ipse Christus; pro duritia cordis vestri *præscripsit* vobis mandatum istud. Actor. 27, 3. Julius humaniter tractato Paulo *permisit*, ut ad amicos profectus ab illis curaretur. Ecce vel ex hoc solo exemplo patet, qvalis sit permissio, ut etiam ex illo Actor. 28, 16. *permissum* est Paulo (captivo) habitare seorsim, vel manere sibimet cum custodiente sese milite, & vel cumprimis ex illo Actor. 26, 12. Paulus proficiscens Damascum cum *potestate & permissu* Principum Sacerdotum, ubi in Græco est ἐξουσία καὶ ἐπιτροπή, potestas & commissio, potestas & cura. Eandem vim esse in alio vocabulo ἀφέω & ἀφίημι, qvi pauca concordantiarum Græcarum Novi Testamenti loca conferent & æstimabunt, profitebuntur, à qvo etiam est ἄφετος libertus, privilegiatus, emeritus, Luc. 8, 51. *non permisit*, seu prohibuit Christus intrare ad mortuam filiam Jairi præter qvinqve personas.

Eadem qvoqve ἐάω, à qvo est ἔα *eram* per dialysin pro ἦν, qvod est etiam *sine*, *esto*, verbi causa qvando dicimus, *esto ita*; sicut dixisti, id est, jam concedam, qvod dixisti, Actor. 16, 7. Tentabant ire in Bithyniam, sed non *permisit* eis spiritus, & c. 19, 30. Paulo prodire volente ad populum, non *siverunt vel permiserunt* discipuli. Qvales fuerit non SINERE, judica lector ex mox seqvente versiculo; *Sed & qvidam ex Asiæ principibus, cum essent ei amici*, (nunciis) *ad eum missis* precati *sunt, ne se daret in theatrum*. Sic Actor. 16, 7. qvale *non permittere* fuerit, colligitur ex antecedente versu 6. *probibiti sunt* à Spiritu Sancto loqvi sermonem in Asia. Eadem sit ratio de loco Apoc. 2, 20. Et hæc omnia ideo prolixius examinare libuit, ne lector possit errare in vocabulis, sed potius ut det operam, qvo vim genuinam sensus cujusqve qvorundam vocabulorum ubiqve locorum possit inqvirere & reperire ex contextibus.

De vocabulo ἐάω.

Philippus Melanchthon ſimpliciſſimam & nudiſſimam permiſſionem docuit.

Philippus Melanchthon. Philippus Melanchthon indurationem Pharaonis expoſuit per nudam prorſus permiſſionem, id quod patet ex libr. 4. Dialecticæ de modis ſolvendi vitioſa argumenta, *ubi hæc habet verba*: Hic error ex phraſi oritur, Reſpondeo igitur ad Majorem: In lingva Hebræa verba activa valde crebro permiſſionem ſignificant, & neqvaqvam affectionem. Eſt igitur induratio, ſinam indureſcere, ſinam ferri ſuo impetu Pharaonem: cum me audire nolit. Similis phraſis eſt, ne nos inducas in tentationem, id eſt, ne ſinas induci, ne deſeras luctantes cum tentatione, ne ſinas nos vinci. *Hucusq; verba Philippi.*

Pezelius. Super hæc verba Philippi correctionem addit *Chriſtophorus Pezelius in parte 1. objectionum in artic. de cauſa peccati, argumento 8. his verbis*: Recte peccata non voluntate & effectione, ſed permiſſione divina fieri dicuntur. Qvo qvidem vocabulo, non modo multi ex orthodoxis patribus, ſed etiam ſcriptura ipſa qvandoq; utitur: ſed recte intelligendum eſt permiſſionis vocabulum, ne magna pars gubernationis mundi & rerum humanarum detrahatur. Eſt enim PERMISSIO non providentiæ & operationis divinæ in actionibus malorum ceſſatio, qva fiat, ut actiones illæ, DEO invito, ac ſimpliciter nolente, aut prorſus otioſo, nihilqve agente fiant; ſed eſt gratiæ ſubtractio, qva DEUS, cum videat homines talis eſſe naturæ, ut citra ipſius gratiam non poſſint non peccare: ipſe vero ſua gratia poſſit, ne ullum admittatur peccatum, impedite: non tamen impedit, ſed volens permittit homines pro natura ipſorum peccare, neqve tamen id ſine cauſa permittit; ſed ut hominum peccatis, qvæ eſt ipſius immenſa bonitas, & ſapientia, ad ſuam utatur gloriam, & ad ſalutem electorum promovendam, & pœnas juſtas impiorum patefaciendas: Erga qvos judicia ſua ita ſæpe exercet, ut non tantum deſerat ipſos, id eſt, privet eos luce & rectitudine divina: ſed etiam tradat eos in ſenſum reprobum, & imittat eis efficaciam erroris per Satanam. Cum igitur ad Pharaonis indurationem vocabulum permiſſionis accommodatur, hoc ipſum intelligi debet, qvod non impediverit DEUS, qvo minus Pharao in propoſito ſuo permaneret, & qvod tamen propter juſtiſſimum atqve optimum finem voluerit DEUS deſertionem illam Pharaonis, ſeu privationem gratiæ ſuæ, qvatenus pœna erat Pharaonis: Imo & actionem ipſam, qva Pharao Iſraelitas detinebat ac premebat, qvatenus populi ſui probatio erat. Ac Scriptura qvidem utrumqve dicit, & qvod Dei opus fuerit induratio illa Pharaonis, qvatenus Dei conſilio factum eſt, ut tam inhumaniter ſæviret Pharao, qvia nimirum partim ad probandam piorum tolerantiam, partim ad exercendam ſuam virtutem Deo ita placuit. Et

vero

vero hoc etiam legitur, quod Pharao ipse cor suum aggravarit, seu induraverit. Hæc non pugnant, qvia neque extrinseco motu fingendum est impelli hominum animos, ut violenter ferantur: neque ita in Deum transferenda est indurationis causa, ac si non sponte & propria malitia duri & immites seipsos ad pervicaciam acuant, sed quod perverse homines faciunt, id tamen non nisi Deo ordinante, & justa judicia sua exercente, fieri sentiendum est. *Hactenus verba Pezelii.*

Super hæc verba Philippi & Pezelii ita scribit *Zanchius in fine primæ partis objectionum:* Dictum, *Indurabo cor Pharaonis,* interpretatur pro *permittam indurari,* subtrahendo gratiam, non totum explicavit. Qvatenus illa induratio fuit peccatum, Deus eam permisit: sed non nisi volens; quatenus vero non sine actione facta fuit interna: actio Dei aliqva, peccata tyranni punientis, intercessit; Et verbum INDURABO, sæpius repetitum amplius significat, quam permittam indurare. Sic de aliis locis similibus, Rom. 1, 2. Thessal. 2. Et hoc sibi voluit Salomon dicens: Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, flectet illud, ut Augustinus docet. Placet igitur magis Buceri & aliorum interpretatio in Epist. ad Romanos. Item in Matth. Ne nos inducas in tentationem: neque aliter explicavit Lutherus. Tu ibi subdis explicationem, qvam probamus. Tantum ubi ais: Qui fiat, ut actiones illæ Deo invito ac simpliciter nolente fiant? Si addidisses (nihilque agente, aut prorsus otioso, id quod alibi tamen recto posuisti) placuisset magis. *Hactenus verba Zanchii.*

Hieronymus Zanchius.

Ergo Philippus in permissione omnem effectionem excludit, & Pezelius iccirco monet, permissionem non esse providentiæ & operationis divinæ in actionibus malorum cessationem, Et Zanchius hanc Pezelii explicationem approbat. Contra hanc igitur solius Philippi nudam & prorsus absolutam permissionem hoc in logo ego verba facio, & huc usque feci.

Non tantũ dicitur Deus indurare Pharaonem, sed etiam Pharao ipse se ipsum.

Jam igitur ad rem. Usurpantur igitur, in Exodo, de induratione, conjugationes, significationem indurandi *vehementer* intendentes, adeo, ut qvoad Grammaticũ & literalem sensũ Deus Pharaonem fecerit vehementer indurari.

Vice a versa in textibus sacris quam penitissime, quam solidissime, quam accuratissime, observandum venit, quod in illis ipsis textibus de illomet ipso Pharaone etiam dicitur, quod ille ipsemet induravetit seu aggravaverit se, & cor suũ, Exod. 7, 13. quod repetitur aliis verbis v. 14; sed clarius in eodẽ capite, v. 22. ut & c. 8, 15. 19. 32. & c. 9, 7. 34. quod in fine verbis paullo aliis repetitur, v. 35. roboratum est cor Pharaonis, item prioribus clarioribus verbis illud ipsum dicitur, Exod. 13, 15. Et quidem in tertia conjugatione, quæ significationem vehementer auget ponitur thema הקשה, c. 13, 15. Fuit cum indurasset se Pharao, id est, cum fecisset sese Pharao indurari vehementius.

Diligentissime hæc ex ipsis formulis, verbis sacrarum literarum expendantur, quæ lectori benevolo & pio ob oculos proponere clarius æstimanda operæ, & pietatis pretium videbitur. In hunc autem sequentem modum illa sese habent.

Exodi 7,13.14. *Roboravit se cor Pharaonis, NEQUE PARUIT, qvemadmodum dixerat Jehovah. Et dixit Dominus ad Mosen, ingravatum est cor Pharaonis, & non vult dimittere populum.*

Exodi 7,22. *Roboravit se cor Pharao, ut non audierit illos, qvemadmodum locutus fuerat Jehova.*

Exod. 8,15. *Vident Pharao, qvod data esset reqvies, ingravavit cor suum, & non audivit eos, sicut dixerat Jehova.* Hunc locum Exodi 8, 15. in radice כבד etiam Avenarius in suo lexico ita reddidit, in conjugatione tertia, quæ significationem suam vehementer intendit: his verbis: *Et vidit Pharao, qvod facta esset respiratio, & aggravavit cor suum.*

Exodi 8,19. *Roboravit se cor Pharao, nec audivit, qvemadmodum dixerat Jehova.*

Exodi 8,32. *Aggravavit Pharao cor suum etiam hac vice, &c.* Lutherus: **Aber Pharao verhärtet sein Hertz auch dasselbe mal/ und ließ das Volck nicht.**

Exod. 9,7. *Aggravavit se cor Pharao, & non dimisit populum.*

Exodi 9,34.35. *Videns Pharao, qvod cessasset pluvia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum, & ingravatum est cor ejus & servorum illius, & induratũ est nimis, nec dimisit filios Israel.* In quo loco etiã vetus versio congruit Pagnino, Ariæ Montano, & aliis Hebræis, ex quibus priora sunt allegata. Lutherus: **Da Pharao sahe/ daß der Regẽ/ u. Donner/ und Hagel auffhöret/ versündiget er sich weiter/ u. verhärtet sein Hertz/ er u. seine Knechte. Also war das Hertz Pharao verstockt/ daß er die Kinder Israel nicht ließ/ wie denn der Herr geredt hatte durch Mose.**

Exodi 13,15. *Fuit, cum indurasset se Pharao, qvo minus dimitteret nos, occidit Jehovah omne primogenitum.* Lutherus: **Denn da Pharao hart war/ uns loß zu lassen/ erschlug der HErr alle Erst Geburt.**

Græca versio de induratione Pharaonis.

Porro versio Græca vulgo sic vocitata LXX. interpretum, eodem tenore procedit, quemadmodum ex his sequentibus intelligi potest.

Exod 4. ἐγὼ σκληρυνῶ αὐτοῦ τὴν καρδίαν, *Exod. 7.* ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ. *Exod. 9.* ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. *Exod. 10.* ἐγὼ ἐβάρυνα τὴν καρδίαν αὐτοῦ καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ. *Ibid.* ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. *Item Ibid.* ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. *Exod. 11.* ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. *Exod 14.* ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ. *Ibid.* ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. *Item ibid.* ἰδοὺ ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ, καὶ τῶν Αἰγυπτίων πάντων. *Id est*: Ego obdurabo cor Pharaonis; obduravit Dominus cor Pharaonis: Ego gravo cor ejus, & omnium servorum ejus: obduravit Dominus cor Pharaonis: Ecce ego obduro cor Pharaonis & Ægyptiorum omnium. Similiter septuaginta isti dicti Interpretes convertunt ea, qvæ de Pharaone textu Hebræo jam sunt indigitata. *Exod. 7.* Κατίσχυσεν ἡ καρδία Φαραώ, βεβάρυνται ἡ καρδία Φαραώ. ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ. *Exod 8.* ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ. *Item*: ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ. *Item ibid.* ἐβάρυνε Φαραὼ τὴν καρδίαν αὐτοῦ. *Exod. 9.* ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ. *Exod. 13.* ἐσκλήρυνε Φαραὼ ἐξαποστεῖλαι ἡμᾶς. *Id est*: Roboravit se cor Pharao, aggravatum est cor Pharaonis, obduratum est cor Pharaonis, aggravavit Pharao cor suum. Hæc ex septuaginta sic dictis Interpretibus ideo adduxi, ut videat lector, ipsos in hoc loco literam Hebræi textus fidelissime retinuisse.

Et hactenus hoc unicum egi, in enodatione oraculi sacri (Ego indurabo cor Pharaonis, & omnium servorum ejus; Ego induravi cor Pharaonis;) & probavi ex usu & ordine diversarum conjugationum Hebræarum constante, qvod sensus in fontibus sit & includatur esse (Ego indurabo cor Pharaonis, Ego vehementer induravi cor Pharaonis; Ego feci indurari cor Pharaonis vehementius. Ego vehementer obdurabo cor Pharaonis; Ego faciam indurari cor Pharaonis vehementius) ostendi etiam, hanc interpretationem sen versionem per simplicissimam & nudissimam permissionem non satis exponi posse.

Genuinus literalis sensus oraculi, Ego indurabo cor Pharaonis.

Et qvæso lector, qvalis hæc esset actio Dei, si juxta vulgi indigitatam sententiam versum 21. capitis qvarti in Exodo, in hunc modum explicares. *Verba textus sunt*: Vide, (Moses) ut omnia portenta, qvæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Et ego indurabo cor ejus, ut non dimittat populum meum. Dices ergo ad Pharao, sic dixit Jehovah, Filius meus primogenitus est Israel. Et dixi tibi, dimitte filium meum, ut serviat mihi. *Hactenus verba textus.*

Æstimatio textus de induratione Pharaonis luculentior.

Jam applicemus simplicissimam & nudissimam *permissionem* ad hæc verba. *Necesse autem est, ut illud fiat in hunc modum:* Tu Moses redeas in Ægyptum, & accedas ad Pharaonem, & ne timeas, qvia ego te adversus

I. pars & summa concionis seu legationis Mosis coram Pharaone.

ſus ipſum defendam. Significes autem ipſi, qvod ego te legatum meum conſtituerim, & jube, ut audiat, qvæ ego velim fieri ab illo, nimirum hæc illi dices, & copioſe explicabis, qvod populus Iſrael ſit meus filius primogenitus. Etſi enim ego creavi omnes homines, & omnes populos ſub ſole, etſi ſuper omnes ſeſe extendit providentiæ meæ diſpenſatio, tamen hunc populum ab Abrahamo exortum, ab Iſaaco, & Jacobo auctum, & in Ægyptum tempore Joſephi digreſſum ſingulariter curo, ſingulariter elegi & deputavi in hunc finem, qvod non ex ullo alio, niſi ex hoc ſolo velim producere Meſſiam meum, Redemtorem totius generis humani. Etſi igitur omnes homines & omnes populi ſunt *filii mei*, & ego omnium *pater*, tamen hic populus eſt *primogenitus meus filius*, eſt clariſſimus meus filius, non qvaſi plus faverem æternæ ſaluti unius, qvam alterius, ſiqvidem omnium meorum filiorum ſitio ſalutem æternam æqvaliter: ſed qvia decrevi citra προσωποληψίαν, æterna gaudia reſpicientem, non niſi ex hoc populo Mediatorem mundi proferre. Etſi enim potuiſſem ex aliis populis ſub ſole illud præſtare; tamen qvia Adamo, & Adami tandemqve Abrahami, Iſaaci, Jacobiqve primogenitis, aut primogenito cuivis ſubſtituto, atqve adeo iſti lineæ hanc prærogativam corporalem & temporalem promiſit, etiam iſtam complebo re ipſa. Scias igitur, o Pharao te jam inter ſubditos tuos habere primogenitum filium meum, populum Iſrael.

Iſrael cur ſit primogenitus Dei filius.

Deinde hoc qvoqve ſcias, ò Pharao, qvod ego iſti populo meo ſingulari certam terram deſtinarim, nimirum terram Canaan, in hanc ipſum introducam, qvia non in alia provincia, ſed in iſta provincia Judæa decrevi producere, & ſacrificare pro mundo Filium meum, Meſſiam Redemtorem totius generis humani. Cum igitur audias, & non intelligere non poſſis, eſſe hanc voluntatem meam, & in hac re plurimum ſitum eſſe, immo in hoc populo, & ex hoc populo benedicendas eſſe omnes gentes; iccirco præcipio tibi, ut dimittas populum illum meum ex Ægypto, ut proficiſcatur in deſertum, ibiq; ſerviat mihi, tandemq; per me introducatur in promiſſam terram.

Iſraeli terra Chanaã qvo fine promiſſa. II. pars & ſumma concionis ſeu legationis Moſis corã Pharaone.

Hæc omnia tu Moſes prolixe explices, & exponas Pharaoni, conſiliariis & ſubditis ipſius, qvin, ut tibi facilius credant, facias etiam miracula, qvibus te inſtruxi, ſtupenda, convertas baculum in ſerpentem vivum. Etſi vero magi, opera Diabolorum, *phantaſmata* oculis Pharaonis objicere ſtudebunt, & per Satanam magna ſolertia & incomprehenſibili aſtutia vivum ſerpentem aliqvem in medium projicient, baculumqve inſenſibiliter removebunt, vel alio modo ludent, ut putentur ſimilia, qvalia tu, feciſſe, tamen ſerpens tuus multis modis triumphabit, ut videant

III. pars & ſumma concionis ſeu legationis Moſis coram Pharaone.

videant magi, & palpent, tua vera esse, ipsorum falsa esse miracula. Tu vero Moses, si primo signo non crediderint, fac secundum, infer manum in sinum, ut fiat leprosa, reduc leprosam manum ex sinu, & revertetur omnis caro pristina manus tuæ: qvia hoc secundum æmulari phantasmatibus suis non poterunt, utut visum fallent, tactum tamen non fallent. Si duobus istis signis non credent, ede tertium cum sangvine, in qvem convertes omnia flumina, & omnes aqvas Ægypti, qvem sangvinē rursus auferes tandem. Neutrum autem poterunt facere Ægyptii Magi, qvia neqve corrigere poterunt sangvineas aqvas toto septiduo, adeo, ut nec ex puteis potum purum qveant accipere; qvin etiam tandem omni virtute sua in vestris habitationibus aqvam in sangvinem vobis mutare non poterunt; unde iterum apparitura est insignis differentia inter tua divina miracula & inter istorum phantasmata. Si non obediverint tertio huic miraculo, ede qvartum, qvintum, &c.

Hanc fuisse mentem DEI, lector, qvando jussit Mosen adire & alloqvi Pharaonem, ex capite qvarto toto secundum contextuum seriem & intentionem æstimabis facillime. Neqve enim cogitabis, qvasi DEUS jusserit Mosen tantum his verbis paucissim uti coram Pharaone, qvæ jam in Exodo literis sunt consignata. Item Pharao parum ex istis intellexisset, si Moses ita solummodo dixisset (*Sic dicit Jehovah; Filius meus primogenitus est Israel, Dimitte filium meum*) & postea exiisset. Certum igitur est, qvod Moses cum Aarone petiverit veniam accessus, & petiverit tempus & locum, ut posset audiri, habere enim sese negotium maximi momenti, qvod nomine veri DEI in aula proponere & expedire debeat.

Hactenus mens verborum illorū, primogenitus meus Israel, Dimitte eum

Certum est, non solum Pharaonem auscultasse Mosi & Aaroni, sed ad audientiam, ut vulgo loqvuntur, fuisse convocatos Consiliarios Ecclesiasticos & Politicos. Hoc an non satis elucet & convincitur ex isto, qvando Moses miraculum edit primum. ibi in textu scribitur, Exod. 7, 10. *Ingressus est Mose & Aaron ad Pharaonem, & fecerunt ita, ut praceperat Jehovah, projecitq; Aaron virgam suam coram Pharaone,* & CORAM SERVIS EJUS, *& versa est in draconem.*

Utqve obiter admoneam: Servos nimirum scriptura passim vocat Præfectos & Consiliarios Regum. 1. Reg. 10, 8. *Beati viri tui, beati servi tui isti, qvi stant coram te, semper audientes sapientiam tuam.* Confer etiam loca 1. Sam. 16, 16. & 18, 22. & 10, 1. 1. Sam. 21, 7. ibi erat qvidam de *servis* Saulis eo die, qvi immorabatur coram Jehovoh, Doëg Edomæus, potentissimus Pastorum, qvi erant ipsi Saul. Qvid sit *potentissimus Pastorum,* apparet mox ex alio contextu, 1. Sam. 22, 9. ubi hæc leguntur verba, *Doeg Idomaus*, qvi *constitu-*

Servi in scriptura multoties appellantur regis summi præfecti & consiliarii.

constitutus erat super servos Saulis. Potentissimus igitur pastorum seu præfectorum seu servorum est summus aliqvis consiliarius vel præfectus, imperans inferioribus præfectis. Patet illud ipsum satis clare 2. Sam. 15, 34. ubi Husai Arachiten ita alloqvitur David: *Si in civitatem reverteris & dixeris ad Absolon: Servus tuus ero, o Rex, fui servus patris tui, nunc vero ero servus tuus, dissipabis mihi consilium Achitophel.* Qvod Achitophel fuerit Consiliarius, patet 2. Sam. 15, 12. *Misit Absolon ad Achitophel consiliarium Davidis*: Cum hoc Consiliario conjungitur Husai, & una deliberant ambo de gravissimis negotiis Regis, sicut apparet ex 15. 16. & 17. capitibus libri secundi Samuelis. Porro *intimi Consiliarii* vocabantur amici Regum, sicut de Husai apparet 2. Sam. 16, 16. & seqq. *Cum ingressus esset Husai amicus Davidis ad Absolon, dixit Absolon ad Husai: ista est misericordia tua erga amicum tuum? qvare non ivisti cum amico tuo? Et respondit Husai ipsi Absolon: Cui ego serviturus sum, nonne filio ejus, qvemadmodum servivi patri tuo, sic ero coram te.* Seqventi cap. 17. v. 14. consilium Husai Absolon præfert consilio Achitophelis. Sed ad rem. Coram Rege, & coram Consiliariis aulicis, & tandem coram Magis advocatis res omnis acta fuit, ex parte Mosis, juxta divinam legationem prolixissime, acerrime, potentissime. Habuit autem Moses qvoqve honestissimum comitatum, Exod. 3, 18. nempe præter Aaronem etiam Seniores Israelitarum.

Intimi consiliarii vocantur amici regum

Simplicissima & nudissima permissio in induratione Pharaonis cur locum habere neqveat.

Ut igitur concludam hoc, qvod intendi, si simplicissima & nudissima permissio illa, qva qvis sinit alterum agere secundum libertatem voluntatis suæ, in hoc dicto *de induratione* est inclusa, *tum sensus iste necessario eliciendus erit*: Tu Moses, prolixe, aliqvet diebus, potenter age causam populi Israel coram Pharaone, & servis ejus, & meo nomine, majestaticis verbis, ipsi persvadeas, ut dimittat populum. Dum vero tu hoc facies potentissime, ego *sinam* ipsum agere secundum libertatem voluntatis suæ, qvia non dimittet populum.

Lector qvæso hæc expendas. Nihil magis DEUS per Mosen facit, allaborat, contendit, sudat, qvam ut convertat Pharaonem & non sinat agere Pharaonem secundum libertatem voluntatis malæ & pertinacis suæ. Voluntas Pharaonis & servorum ejus erat hæc, detinere tam fœcundum populum, cujus laboribus tot arces & urbes in regno extruere posset. Hanc voluntatem non vult DEUS permittere ipsi, non vult sinere, ut agat secundum voluntatem hanc suam ulterius; vult ipse Deus prorsus contrarium, nimirum ut mutet voluntatem pristinam detinendi populum. Ad corrigendam & mutandam hanc Regis & servorum ejus voluntatem mittitur Moses & Aaron, instructi divinorum miraculorum majestate, instructi argumentis, qvibus in concione aulica Regi, & regiis consiliariis firmissime illam voluntatem eximant.

Omni-

Omnino autem tunc Deus de puniendo Pharaone nihil quicquam Moſi revelaverat; quia potius voluntas DEI fuit, ut Pharao dimitteret populum, & poſt dimiſſum populum ipſe quoque coleretDeum Iſraelis, & ipſe qvoq; cum toto regno ſuo expectaret & exciperet Meſſiam, ſicut fecerunt Magi ab oriente progreſſi, Matth. 2. & ita ſalvus fieret.

Neq; eſt, quod quis regerat, Deum hac induratione voluiſſe punire factum Ægyptiorum iſtud, quod antea commiſerant in crudeliſſimo infanticidio, & neceſſe fuiſſe, ut indurati ducerentur & ſuffocarentur intra mare rubrum, ſicut ipſos infantes Iſraelitarum ipſi Ægyptii mandaverant & fecerant projici & ſubmergi in aquis. Etenim hoc peccatum aut ſatis Deus alia ratione puniverat, in peſte omnium primogenitorum, cujus malum diſce æſtimare lector ex Sap. 18. capite; aut certe morte priorisRegis vindicaverat Deus. Hic enim Pharao obduratus alius eſt à Pharaone ſuffocante infantes, Exod. 2, 23.

Jam SEQUITUR genuinus & PLENUS ſenſus indurationis Pharaonis.

Quæ omnia hactenus prolixe acta cum ita ſeſe habeant, jam tandem videndum eſt 1. poſt Grammaticam vocabulorum explicationem 2. ex lege contextuum antecedentium & conſequentium, quænam ſit genuina, & ipſi Spiritui ſancto probata induratio Pharaonis. Oſtendemus enim paucis & brevibus, iſtam quoq; converſionem omnibus modis nodum omnem ſublaturam eſſe.

Primum igitur Exod. 3, 18. 19. in prima inſtructione ſeu miſſione ita alloquitur Deus Moſen: *Ibis tu*, & SENIORES ISRAEL *ad RegemMiſraim ſeu Ægypti, dicetisq; ei: Eamus qvæſo viam trium dierum in deſertum, ut ſacrificemus Jehovæ DEO noſtro:* EGO VERO NOVI, *quod non* DABIT (pro quo Pagninus permittet) VOBIS *Rex Miſraim, ut pergatis, niſi in manu forti. Mittam igitur manum meam, & percutiam Ægyptum omnibus mirabilibus meis qvæ faciam in medio ejus, & poſtea dimittet vos.* In his verbis prædicit Dominus ipſe eventum totius negotii, nimirum *inqvit*: Eatis ad Regem Miſraim, indicetis ipſi veſtram inſtructionem, confirmetis eam prolixis argumentis & miraculis: Sed ego jam vobis prædico, quod non obtemperabit mandato meo, quod ex me ipſi exponetis. Non enim dimiſſionem largietur populo, niſi vi & pœnis meis magnis fuerit coercitus, Quapropter nolite fieri timidiores, ſciatis, quod hæc omnia præviderim & prædixerim vobis. Movebo enim plurima nova miracula ordine, quorum uno graviſſimo, ſcilicet morte omnium primogenitorum, perculſus, tandem extrudet populum meum.

Deus prædicit indurationem Pharaonis, prima vice.

Deus secunda vice prædicit indurationem Pharaonis.

Deinde alterea vice hæc omnia prædicit capite quarto, versibus 21, 22. 23. *Cum reverteris in Misraim seu Ægyptum* (inquit Dominus ad Mosen) *vide, ut omnia portenta* (ordine) *qvæ posui in manu tua* (jam enim tibi potestatem dedi & do) *facias coram Pharaone*, (multiplica portenta.) Nota lector, pauca hæc sunt verba: OMNIA PORTENTA FACIAS CORAM PHARAONE, sed multum in se continent, nimirum sensum talem, qvi seqvitur, qvasi Deus Mosi ita dixisset:

Ubi unum edideris, qvo terræ Ægypti magnam cladem afferes, & illud deprecante Pharaone, consiliariis & subditis itidem petentibus avertes, continuo ede alterum miraculum.

Ubi altero miraculo videbunt Ægyptii sese misere affligi, tuq; à me pro ipsis etiam istius secundæ cladis mitigationem & finem impetraveris, præsertim, qvia pollicebitur Pharao emendationem, nec tamen eam præstabit, ede tertium gravius miraculum.

Postqvam tertii miraculi clade sese Ægyptus vehementer premi sentiet, & te obsecrabit pro avertendo tertio malo, cum certa promissione emendationis, tamen si post mitigationem & aversionem tertii mali redibit Pharao cum suis ad ingenium, & in peccato perseverabit, vosq; non dimittet, mitigatione nimirum tertii mali ideo redditus deterior, qvia non putat posse conseqvi qvartum miraculosum malum, tu continuo ede qvartum miraculosum malum.

Postqvam qvarti miraculi clades Pharaoni novas preces extorqvebit, & tu pro ipso me oraveris, ut qvartum malum auferam, propter qvartam promissionem emendationis datam, cum tamen jam sæpius te deceperit, dum malo novo implicatus promisit finem peccandi; sed sublato malo, statim rediit ad libidinem peccandi, & ad voluntatem ulterius detinendi populum, tu Moses ede qvintum miraculum, qvin etiam tandem eodem tenore sextum, septimum, octavum, nonum, decimum.

Hanc esse sententiam brevium verborum, qvilibet facile animadvertet, qvi integram historiam à capite tertio ad qvintum accurate expendet. Sed jam addamus cætera verba textus: *Cum reverteris* (dixit Deus ad Mosen) *in Misraim seu Ægyptum, vide, ut omnia portenta* (primum, secundum, tertium, qvartum, qvintum, sextum, septimum, octavum, nonum, decimum) *qvæ posui in manu tua, facias coram Pharaone* (non extra aulam, ne possit allegare ignorantiam originis tantorum malorum, qvorum tamen aliqvoties propter preces data relaxatio ipsum faciet redire ad ingeniũ) *Egoq; indurabo cor Pharaonis, ut non dimittat populum,* hoc est, per tot qvidem immissas, sed precanti sæpius & cito remissas clades, ego tantum indurabo cor Pharaonis, ut non dimittat populum. Ich werde ihn nur damit verhärten/ nimirum, qvod toties

Expende lector cohærentiam horum contextuum.

ties

ties parcam precanti,& remittam mortem ei hauriendam ex aqvis, si omnes manerent sangvineæ; à pediculis, si corrodendo ab ipso non discederent, qvemadmodum multi perierunt morbo pediculari; in palpabilibus tenebris, si densissimas nunqvam mutarem, adeo, ut nec arte lucem& ignem ullum ad usum accendere posset;&ita de cæteris. Unica igitur indulgẽtia mea, qvam ego in ipsius temporalem & æternam salutem paterne adhibeo, & toties repeto, nihil aliud efficiam, qvam qvod ipsum indurabo.

Hic, anteqvam ulterius progrediar, mihi jam accuratius explicanda venit phrasis INDURARE. In Lexicis sub themate חזק scribuntur hæc Latina: *prævaluit, invaluit, prævalidus fuit, fortis fuit, obfirmatus est.* Similitus sub themate קשה *durus fuit, difficilis fuit.* Ita qvoq; sub themate כבד, *gravis fuit, gravescebat, ingravescebat, aggravatus est.* Non autem oportet Interpretem adeo esse rigide alligatum tantummodo ad istas voculas & syllabas Latinas, qvas á Lexicographo asscriptas reperiet; sed decet eum modeste sensum istorum vocabulorum expendere, & cogitare, qvibusnam aliis vocabulis Latinis eundem reddere qveat. Exempli gratia in tertia, qvam ex hypothesi assumam, conjugatione, Fecit difficilem, seu durum, seu gravem, seu firmum, adde tu, Interpres & Lector cordate& diligens, æqvipollentia, fecit ægrum, pertinacem, morosum, asperum, reluctantem, immorigerum, contradicentem. Multi, qvi Lexica scripserunt, saltem ex aliis Lexicis significationes descripserunt, ideoq: non habent omnes, qvod fieri decebat, & fieri potuisset inductione exemplorum, qvæ in concordantiis continentur, qvæ exempla concordantiarum, qvoad antecedentia & conseqventia etiam accurate trutinari debent, unde veræ & multiplices, & nativæ unius vocis maximeq; propriæ emergunt significationes, & lexica accuratissima & plenissima construi possunt, labore nimirum multiplici, tempore longo, & studio impigro, fructu autem ineffabili.

τῦ INDURARE *acceptiones in sacris.*

Qvomodo perfecta lexica sint scribenda.

Ergo, hoc jam dicit Deus ad Mosen: Cum reverteris in Misraim seu Ægyptum, vide, ut omnia portenta, qvæ posui in manu tua, facias: Ego vero indurabo cor Pharaonis, ego tot cladibus immissis qvidem, sed tamen propter preces & spes emendationis promissæ, iterum sublatis, nihil aliud efficiam, qvam qvod Pharaonem cum omnibus Consiliariis reddam & efficiam, ægrũ & tardum ad dimittendum populum. Sicut enim superveniente horrendissimo fulminis gravissimi ictu uno atq; altero, atq; tertio, atq; qvarto, obmutescunt in caupone ebriosi, male morati rustici præ nimio metu: sed affulgente & redeunte serenitate iterum redeunt ad cantharos, &ad clamorositates; ita qvoq; veniente prima miraculosa clade decreto retinendi populum, remittet: sed sublata prima clade, continuo redibit ad illud decretum exeqvendũ de non dimittendo, sed retinendo populo, Pharao: ita faciet Pharao in 2da &

 tertia,

tertia,&4ta,&5ta & sexta,&septima & octava &c. Miraculosa clade. Etsi igitur tu facies nomine meo omnia miraculosa portenta, quæ posui in manu tua, tamen his ego nihil aliud per te efficiam, quam quod subinde, subindeq; ipse Pharao in sententia prava morosius exequenda confirmabitur. Illud autem fiet omnino citra omnem meam culpam, siquidem ego ad peccandũ non impello ipsum, quin potius mihi magnam debebit Pharao gratiam, quod tot vicibus ipsi parcam, tot dierum præbeam & indulgeam spacium agendi pœnitentiam.

Lenitas inculpabilis.

Nam nec in hominibus talis lenitas culpari potest, quæ fit propter στοργὴν, aut affectum amicum, & parcit ad intercessionem aliorum, ita tamen, ut interim monendo & emendando officium suum strenue faciat, & illum, cui lenis est, faciat abstinere à peccato. Talem hoc in loco Deus lenitatem adhibet erga Pharaonem & Consiliarios ipsius, dum non uno, sed pluribus, iisq; aliquot ordine repetitis miraculosis portentis, torpentem & cunctantem excitare, & ad officium cogere satagit.

Lenitas culpabilis.

Vitiosa est illa lenitas, quæ videt peccata proximi, eaq; dissimulat, nec adhibet dehortationem, & aliud tamen hac dissimulatione non efficit, qvam ut tandem tertio, quarto, quinto in eadem relapsus habitum comparet, & tandem gravius accusari, perq; carnificem castigari necessum habeat.

Æstimatio contextuũ aliqvot, ex qva indigitatus sensus Indurationis cõfirmatur.

Quod autem τὸ *Indurabo cor Pharaonis nihil sit aliud, qvam,* Ego mea lenitate toties immissas clades avertente nihil aliud faciam, quam quod reddam Pharaonem ægriorem ad dimittendum populum, *ex contextu capitum Exodi septimi, octavi, decimi, undecimi, duodecimi, decimitertii, decimiqvarti, decimiqvinti,* sole meridiano clarius constabit. In his enim octo capitibus Exodi agitur prolixe, quomodo Pharao fuerit induratus, & in his octo capitibus inquirenda est istius vocis mens & sententia genuina, in illis etiam octo capitibus omnino latens reperietur, & quidem certissima. Eodem autẽ pacto lector faciet in aliorum difficilium oraculorum divinorum enodatione, nimirum ne patiatur se astringi vel constringi tantummodo compedibus Lexicographorum; sed post Lexica consulta & inspecta, postq; Concordantias accurate perlustratas legat, relegat, perlegat, tertio, quinto, septimo, decimo, vicesimoq;, evolvat aliquot capita antecedentia & consequentia, omnia scilicet, etiam ea, in quibus cognata materiæ suæ tractantur, ut latentem verum sensum olfaciat, eruatq;

Ostendam hoc in exemplo proposito.

Primus contextus sensum Indurationis indigitatum confirmãs.

Primo. Exod. 7,10.11.12. postquam Moses virgam convertit in serpentem, ibi *vocavit* (jussu & svasu Consiliariorum citra dubium omne) *Rex Magos, & fecerunt sic ipsi,* INCANTATIONIBUS SUIS, (hoc est, *vel* solerti Diabolica, substituerunt vivum serpentem & baculum amoverunt, ne animadver-

adverteretur: *vel*, quod textui plane congruit, imaginem ſerpentis aſtantiū oculis tam potenter ingreſſerunt, ut jurarent Ægyptii, eſſe verum & vivum ſerpentem, ſicut Magus efficit, ut gallus videatur ore trahere arborem longiſſimam, cum vix filum ſtraminis ore ſuo geſtet) *Projecerunt namq; ſinguli virgam ſuam, & verſæ ſunt in ſerpentes.* Etſi autem novo ſtatim miraculo Moſes jam indigitatam fraudem Dæmonis refutavit, dum virga ipſius ex ſerpente reverſa devoravit virgas Magorum, tamen, quia magi prætenderunt, & Regi extenuarunt, in his circumſtantiis multum momenti ſitum non eſſe, *v.16. roboravit ſe cor Pharaonis, neq; paruit eis*, hoc eſt, difficile, ægrum pertinax, reluctans ex ſe factum fuit cor Pharaonis.

Deinde poſtquam Moſes omnia flumina convertit in ſangvinem, &, deprecante Pharaone, ſangvinem viciſſim avertit ex aquis *v.22. fecerunt* (nimirum in aquis jam priſtino nitori reſtitutis, alioquin autem facere non potuiſſent, quia fuiſſent jam antea cruentæ & ſangvinolentæ; multo minus aquas reſtituere priſtinas potuerunt) *qvoq; ſimiliter magi incantationibus ſuis*, non immutando ſubſtantiam, quod Moſes fecerat, ſed larvam objiciendo, ſicut Dæmon objicit meticuloſo formam viri atri, oblongi, qui carnem & oſſa non habet, nec vitam in ſeſe habet. *Tunc igitur iterum* à conſiliariis perſuaſus propter Magos, qui ſimilia feciſſe videbantur, *roboravit* ſeu ægrū ſeſe fecit ipſum eſſe, *cor Pharaonis, ut non audiret illos, qvemadmodum locutus fuerat Jehovah & prædixerat*: *Et vertit ſe Pharao, & venit in domum ſuam, nec appoſuit cor ſuum etiam ad hoc*, quæ ſunt verba Scripturæ Exod. 7, 22. 23. Antea nimirum ſtantibus aquis ſangvineis meticuloſi & flexiles, facilesque erant Ægyptii: poſt remotam illam aquarum ſangvinolentiam putabant, ſe viciſſe, nihilque mali amplius metuentes reddebantur ex ſe duri, difficiles, ægroti.

Secundus contextus confirmans indigitatū ſenſum Indurationis.

Tertio, Exod 8. v.6. aſcenderunt ranæ, & ranas abigere Magi non potuerunt v.8. ſicut nec ante avertere poterant ſangvinolentiam fluminum, ex quibus impotentiis, talia avertendi præſentia, & per Moſen immiſſa mala, Pharao certiſſimus poterat reddi de divinitate miraculorum Moſaicorum, & de fraudibus, & impotentiis miraculorum magicorum. Cum igitur ranas avertere non poſſent Magi, quæ confœdabant cibos, menſas, lectos, emortuæq; fœtorem teterrimum ſpargebant (jam ex verſu 8: usque ad 16. lector diligentiſſime auſculta (*Vocat Pharao Moſen & Aaronem & dicit: Orate Jehovam, ut auferat ranas a me, & a populo meo, & dimittam populum.* Moſes jam modo deceptus impœnitentia relapſi Pharaonis, non ſtatim nunc orat Jehovam, ſed ita alloquitur Pharaonem, v.9. *Gloriare ſuper me, & qvando deprecer pro te, & pro ſervis tuis, & pro populo tuo, ut excidere faciam ranas a te, & a domibus tuis.* Quaſi dicat: Da gloriam Deo, & convertere ſerio: ſi vis hoc

Tertio contextus confirmans indigitatum ſenſum Indurationis.

facere, constitue mihi horam conversionis tuæ seriæ; & dimissionis populi ex tuo regno, in eo enim momento factæ promissionis de conversione auferam terribile malum ranarum.

Hic jam, benevole lector, attende, quid responsurus sit ipse Pharao. Sine dubio aut ad manum non habuit omnes consiliarios, aut Consiliarii judicarunt; sponte evanescere & abire posse ranas, nec Mosi tam duram conditionem petenti aliquid esse promittendum, ne postea urgendi causam habeat. Respondet igitur Pharao de sua futura conversione, CRAS. Etsi vero impium hoc erat, siquidem spacium de conversione divinitus mandata oblatum statim amplecti debuisset, tamen acquiescit Moses & dicit: *Juxta verbum tuum fiet, ut scias, qvod non est, sicut Jehovah DEUS noster. Egressus igitur est Moses & clamavit ad Jehovam propter ranas, & mortuæ sunt ranæ, e domibus, e villis, ex agris, & congregaverunt eas acervatim, & fœtuit terra.*

Jam vero ad versum 15. lector arrige ambas aures, in quo fundamentum explicationis datæ verissimæ expressisime exprimitur. Verba istius versus ita se habent: *Videns Pharao, QVOD ESSET RESPIRATIO,* (à ranis nimirum) *AGGRAVAVIT COR SUUM, & non obtemperavit eis: quemadmodum dixerat Jehovah.* Lutherus ad usum Germanorum vertit optime in sua paraphrasi. Da aber Pharao sahe/ daß er Lufft kriegt hatte/ ward sein Hertz verhärtet. Unicus hic versiculus expedit omnem nodum in hoc, utut difficili viso, vel potius difficillimo viso oraculo divino, nimirum, quod Pharao molestatus à ranis facillimum sese præbebat & mansvetum, sed quod statim post sublatas ranas ad pristinum ingenium redierit, & denuo factus fuerit populo Dei austerior & durior. Cur autem & quo tenore postea eadem aggravatio, seu induratio asscribatur Deo, nemo miretur.

Lufft kriegen.

Exemplo res ista pulcerrimo collustrari poterit. Filius ob delictum quoddam virgæ plagas sustinere debet viginti, Dum sentit tertiam, vehementer plorat, & petit remitti septendecim, polliceturq; certissimam emendationem. At post remissas septendecim plagas, post tantam, inquam, relaxationem non modo non fit melior, sed etiam redit ad delictum pristinum. Iterumq; sustinere plenas plagas debebat viginti, iterum autem ploratu vehemente, & interposita nova firmiore promissione emendationis, vix excipit plagas duas, & liberatur ab aliis octodecim. Sed & ista iterum abusus lenitate & clementia denuo ad ingenium redit, quin non modo ad ingenium pristinum redit, sed & gravioribus implicari incipit iniquitatibus. Unde igitur (jam qværitur) induratus & pertinax in peccatis factus est puer iste? Respondebo verbis iisdem ex Exodo desumtis: *Videns prima vice, qvod esset respiratio, qvod ipsi parceretur a plagis septendecim, aggravavit, obfirmavit cor suum, fuit difficilis & durus ad bona agenda.*

Exemplum simile.

Verum

Verum enim verum etsi hæc ita sese habent, hoc est, quanquam filius seipsum induravit, & obturavit, tamen in communi lingva solet ipsis parentibus tribui; quod ipsi nimia licentia induraverint filium. Et verum est, licentia & lenitate nimia filium istum parentes ipsi recte & omni juri dicuntur fecisse induratum, & obfirmatum & pertinacem. Si enim prima vice non pepercissent, non tam facile ad secundas & tertias vices peccandi descendisset. Interim tamen lenitas illa parentum non omni modo est improbanda.

Quin potius potest & debet illa licentia & lenitas laudari: si interim minati sunt graviores pœnas filio, denuo & iterum prævaricaturo: si etiam in continuandis admonitionibus & dehortationibus quotidianis in sese nihil desiderari passi fuerunt.

Potest esse vitiosa lenitas, & debet noxia dici, si pepercerunt ex nimio amore, citra ullam adhibitam & continuatam dehortationem, citra annexam novam comminationem novæ ejusq; gravioris pœnæ, si iterum eodem vitio sese esset inquinaturus filius.

Pharao seipsum indurat.

Jam fiat applicatio. Omnino *Pharao* cum servis & cum populo suo aggravavit ipse cor suum, fecit se durum, obfirmatum, pertinacem, difficilem & ægrum ad dimittendos Israelitas, quoties cœpit quidem sustinere inflictas pœnas, sed tamen precatus sensit & impetrevit à Deo mitigationem. Quando enim videt, quod est respiratio, seu requies, seu cessatio à pœna seu à malo inflicto illico timor Dei ex corde ipsius refrigescit & evanescit, & illico succedit pristina detinendi populum cupiditas & libido.

Deus indurat Pharaonem. Sed qvomodo.

Dicitur autem Deus ipsum indurare, quia quando toties ipsi parcit, toties infligi cœptam pœnam iterum aufert, tunc hac ablatione pœnæ infligi cœptæ facit eum durum seu ægrum ad dimittendum populum. Sed qvomodo facit eum duriorem seu obfirmatiorem? *Utiq; non* instillando in cor ipsius occultæ malitiæ perniciem aliquam, *neq;* etiam per lenitatem vitiosam, sed *per* lenitatem laudatissimam, directam in ipsius Pharaonis præsentissimum commodum: qua tamen lenitate ipse Pharao turpissime abutitur, cui per illam lenitatem amplius convertendi spacium concedit.

Et sic habes, lector, explicationem phraseos, Deus fecit indurari cor Pharaonis, Grammaticæ regulis constanter firmis & prolatis congruentem: hujus etiam explicationis fundamentum cum primis ex hoc octavo Exodi capite desumtum, irrefutabile pariter, & sole meridiano clarius clariusque.

Qvarto textus confirmans in digitatum sensum Indurationis.

Qvarto. Exodi 8, 17. Dei jussu Moses aliam graviorem immittit plagam, nimirum pediculos; & tunc Magi non modo similiter aliquid sive per astutiam sive per incantationem facere non possunt, sed præ confusione &

ne & imbecillitate sua etiam exclamare coguntur, v.19. Digitus Dei est. Etsi vero agnoscunt singularem Jehovæ operationem: tamen à Diabolo impulsi Magi persvadent Regi & Consiliariis, parum etiam in his situm esse circumstantiis: se jam satis aliis miraculis comprobasse, quod Mose deteriores aut inferiores non sint, quodq; Jehovah non possit *admodum* potentior esse Diis Ægyptiacis, quod in gratiam istius Jehovæ nondum sit dimittendus populus.

Etsi autem non expresse scribitur Pharao petiisse & impetrasse pediculorum remotionem; tamen illa non potest non subintelligi, & non facta fuisse, dum nimirum post unam altera narratur immissa plaga, nunquam vero duæ simul fuerunt immissæ, & simul durarunt plagæ. Sic ergo (remotis pediculis scilicet) versu 19. *roboravit se cor Pharaonis, nec audivit eos, qvemadmodum dixerat* (seu potius prædixerat) *Jehovah.*

Qvintus contextus confirmans sensum indigitatum Indurationis.

Qvinto ibidem immittitur omne insectorum noxiorum genus, & iterum jubet Pharao pro sese orari, & promittit dimissionem populi. Respondet autem Mose. *Orabo, veruntamen ne addat Pharao mentiri, non dimittendo populum.* Abstulit igitur Jehovah omne insectorum genus, nec unum remansit; *& aggravavit* (versu ultimo) *Pharao cor suum etiam hac vice, neq; dimisit populum.* Etsi igitur in hoc quinto, ut etiam in quarto, & in secundo, non adduntur, tamen necessario subaudiri debent hæc verba, quæ scribuntur in tertio, nimirum, *videns Pharao, quod esset respiratio* à sangvinolentia fluminū: *videns, quod esset respiratio* à pediculis, *videns, qvod esset respiratio* ab insectis, *aggravavit cor suum, sicuti videns Pharao, qvod esset respiratio a ranis*, aggravavit cor suum, quæ verba ad ranas necatas exprimuntur διαῤῥήδην.

Sextus contextus confirmans sensu Indurationis indigitatum.

Sexto, eadem scribuntur verba de Pharaone, quod aggravaverit cor suum, postquam nimirum Deus immiserat mortem pecorum, & *qvod iterū subaudiendum necessario esse, qvilibet docti concedent*, eandem ad suam instantiam, & ad Mosis deprecationem iterum abstulerat, Exod. 9, 7.

Septimus cōtextus cōfirmans sensum Indurationis indigitatum.

Septimo, immittuntur eodem capite ulcera, & iterum, quod necessario propter causas jam dictas subintelligendum venit, auferuntur; *Et* (asscribitur v.12.) *aggravavit Jehovah cor Pharaonis, neq; obedivit eis, qvemadmodum locutus fuerat Jehovah ad Mosen.* Utiq; Pharaonem, sui cordis affectus indurantem, ipsum dicitur etiam indurare Deus, seu facere durum, juxta explicationem toties repetitam, & exemplo pulcerrimo, omnibusq; modis idoneo collustratam.

Octavus cōtextus confirmans indigitatum Indurationis sensum.

Ad octavum diligentiore animo est attendendum, & quidem *primo* ad Hebraici textus versionem, postea ad contextum, qui facilior est.

Capite igitur nono à versu 13. ad finem capitis describitur miraculum grandinis.

Verba

Verba in versione Pagnini ita sese habent; *Dixit Jehovah ad Mosen, Dic ad Pharaonem, Dimitte populum meum, ut serviat mihi: Qvoniam hac vice ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in servos tuos, & in populum tuum: ut scias, qvod non sit similis mei in universa terra. Nunc enim missurus sum manum meam, & percutiam te populum tuum peste, & succideris e terra. Et profecto ob id constitui te, ut ostenderem tibi potentiam meam, ut q; narrent nomen meum in universa terra. Adhuc elevas te in populum meum, non dimittendo eum? Ecce ego pluam cras hoc ipso tempore grandinem gravem admodum &c.* Hactenus verba Scripturæ ex interpretatione Pagnini. *Hæc verba versionis Pagnini accurate gent accuratione æstimationis, qvæ seqvetur.*

Qvod ex hoc ipso capite Exodi Apostolus ad Rom. 9. v. 16. integrum exscripserit, notum est. Sic enim legimus Rom. 9. v. 15. *Dixit enim Scriptura Pharaoni: Ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potestatem meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra.* Hactenus verba Pauli.

Ex his verbis a Paulo Apostolo ex Exodo desumtis videtur omnino colligi posse prima fronte, Deum singulari decreto condidisse Pharaonem, ut in ipso puniendo & conterendo ostenderet justitiam, potentiam & virtutem suam, id qvod valde durum est, nec dubium est, qvi absoluto decreto favent, imprimis ex hoc ipso loco sibi polliceri certissimam victoriam.

Ut autem mens genuina ipsius Spiritus sancti innotescere possit, videantur fontes, qui quoad voculas Hebræas & earum stilum non aliter qvam ita habent: *Qvia, vel utiq;, nunc, vel hactenus, ego mittens omnes plagas meas, super cor tuum, & super servos tuos, & super populum, tuum, & scies vel scires, quod non sit similis mei, in tota terra. Nunc enim extendens, vel extendam manũ, percutiam te, & populum tuum, peste, vel, percutiens te & populum tuum peste, & exterminaberis, vel exterminatus de terra viventium, sed, veruntamen* (pro qvo nonnulli reddunt profecto; dictionem Grammaticam jurantis, qvod stilo Scripturæ pientissimo ad modum hunc Ethnicum, & ex autoribus Ethnicis desumtum non debet tribui) *propter hoc feci te stare, ut faciam videre, vel faciens videre te, potentiam meam, & ad narrandum nomen meum, in universa terra. Adhuc tamen perduras, vel perdurans aggerem mihi opponens, vel aggerem oppones, & non dimittere populum meum: Ecce ego pluam cras, hoc ipso tempore, grandinem grandem &c.* Hactenus verbum verbo redditum, & qvidem varie, prout apud Hebræos modi pro aliis modis, & tempora pro aliis temporibus infinities usurpari solent. *τὸ profecto sæpe vertit Pagninus, Lutherus autem rectius Pagninum non seqvitur.*

Postqvam autem vocabula textus innotuerunt, nunc *primum* contextus venit plenarie explendus & contemplandus.

Si qvis igitur retinet versionem Pagnini, aut etiam veterem Hieronymianam, is juxta ejusdem externam faciem necessario cogetur dicere, qvod Deus comminetur talem plagam Ægyptiis, *per qvam deletus fuisset*

Rex cum servis suis, & cum populo suo, sive per pestem, si ita libet interpretari דבר, sive per grandinem, qvæ & ipsa דב seu verbum seu negotium DEi dici posset.

Qvod versio Pagnini dicit, factum tunc non fuit.

Expresse enim hoc habet versio Pagnini, Hac vice, NUNC succidam Vos. Id qvod tamen factum non fuit; Secuta enim tantummodo fuit *grando*, post grandinem adhuc secutæ sunt *locustæ*, qvin & post locustas secutæ sunt *tenebræ* triduanæ palpabiles, & demum post tenebras secuta est *pestis primogenitorum*, ipseq; Rex in hac ultima plaga non periit, sed demum submergitur in mari rubro.

Versio igitur Pagnini juxta primam externam faciem æstimata, cum his contextibus jam evolutis non potest congruere, qvæ paulo ante fuit allegata, & adhuc ita sonat, (Hac vice ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in servos tuos, & in populum tuum: nunc enim missurus sum manum meam, & percutiam te & populum tuum peste, & succideris e terra. Et profecto ob id constitui te, ut ostenderem tibi potentiam meam: Ecce ego pluam cras grandinem, qvalis non fuit in Misraim seu Ægypto) Inprimis vero, qvomodo congruunt illa, qvæ illico & e vestigio seqvuntur (Nunc igitur mitte, congrega pecus tuum, & qvæcunq; habes in agro, omnes homines & pecora, qvæ fuerint in agro, descendet super ea grando, & morientur.)

Videt jam unusqvilibet pius & solers lector, hanc versionem cum contextibus æstimatis non posse conformari.

Exodi 9. Loci allegati versio accuratissima.

Tentet igitur lector ex verbis Hebræis producere formam aliam, idq; felicissime fiet in hunc modum: *Utiqve, vel hactenus, vel hac præcedente vice, ego mittens* (esse potuissem,) *omnes plagas meas super cor tuum, & super servos tuos, & super populum tuum, ut sciens* (esse potuisses,) *qvod non sit similis mei in tota terra. Nunc ego manum extendens, & percutiens* (esse potuissem,) *te & populum tuum peste, ut exterminatus esses e terra. Veruntamen propter hoc ipsum* FECI TE STARE (feci te consistere, servari inter ulcera malignissima & lethalia, peperci tibi, servavi te incolumnem (*ut faciens* (essem) *videre te potentiam* (illam) *meam, &* (ut deinde ex secutis miraculis arriperes occasionem ad convertendum &) *ad narrandum nomen meum in universa terra. Adhuc tamen perduras, & aggerem, impedimentumq; opponis, ut non dimittatur populus meus* (qvia ergo abuteris mea clementia, mittam novam pœnam etiam tibi prædico) *Ecce, ego pluam cras, hoc ipso tempore, grandinem grandem admodum,* in qva tamen etiam clementiæ meæ adhuc in hunc modum recordabor) *Mitte congrega pecus tuum, & homines in agro, qvia qvicqvid remanebit, morietur.* Hactenus versi textus, ex collatis inter se Hebræis vocibus, & simul ipsis contextibus.

Et ex

Et ex hoc exemplo illuſtri Lector palpando palpabit, cum qvantis infinitis & maximis utilitatibus conjuncta ſit cum primis antecedentium & conſeqventium contextuum accurata collatio, qvam ego multis verbis ſatis deprædicare poſſum nunqvam; & habeo ſuffragantes, qvotqvot lectioni Bibliorum fundamentali, & genuino ſenſui Sp. ſancti venando addicti erunt, omnes.

Ut autem de loco Paulino ſimul certiorem faciam lectorem, verba Græca Apoſtolus non prorſus pro more ſuo *Διαῤῥήδην* allegavit ex verſione LXX. ſic dictorum Interpretum, qvod alias ſolet.

LXX. ita habent: *ϰ̀ ἕνεϰεν τούτου διετηρήθης, ἕως τὸ νῦν ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου, ϰαὶ ὅπως διαγγελῆ τὸ ὄνομά μου, ἐν πάσῃ τῇ γῇ.* *Id eſt.* Propter hoc conſervatus es, usqve ad hoc nunc, ut oſtenderem tibi potentiam, ſeu robur meum, & ut annunciaretur nomen meum, in omni terra. *De loco ex Exodi 9 c. a Pauto ad Rom. 9. citato.*

Verum ita loqvitur & ſcripſit ipſe Apoſtolus: *ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τήν δύναμίν μου, ϰ̀ ὅπως Διαγγελῆ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ:* Ad hoc ipſum excitavi, *erexi*, feci erigi te, ut oſtendam potentiam meam in te, & ut annuncietur nomen meum in univerſa terra.

Græcus Interpres dicit, Servatus es; *Paulus* dicit: ad hoc feci te excitari ſeu erigi, ſicut *Chaldaica* paraphraſis concordat, cum Græco Interprete, & cum Paulo in ſenſu, qvod ſervatus, à Deo cuſtoditus, conſiſtere factus ſit Pharao. *Senſus igitur in Paulo eſt iſte*: Ego feci te ſtare & conſiſtere, ut (conſiſtenti, diutius viventi) oſtenderem tibi potentiam ſeu virtutem meam. Ego potuiſſem te cum tuis omnibus jam dudum delere, ſeu ego TE cumprimis inter cunctas plagas ſervavi, ne ulla tibi noceret, ut oſtenderem tibi multa mea miracula, & ſic te converterem, ut narrares opera mea. Accuratiſſime igitur & ſtrictiſſime Apoſtolus voluit legere & ſeqvi ipſam Hebræi textus evidentiam, adeoq; pro decreto reprobationis ne pilum unum confert: qvin potius e diametro & ſolidiſſime illud delet & damnat. *Ad hoc excitavi te, ut in te oſtenderem potentiam meam.*

Qvod ad ipſum nonum caput Epiſtolæ ad Romanos attinet, per ſe etiam facillimum, gloſſis tamen humani cerebri vehementer intricatum: de eo inferius.

Poſtqvam genuinum ſenſum verborum allegatorum monſtravi: nunc ſecundo ad rem revertor, & initio iterum hortor diligenter, ut expendatur capitis 9. verſu 20, 21. ubi recenſet ſcriptura hæc ſeqventia: *Qvi timuit verbum Jehovæ e ſervis Pharaonis, fugere fecit ſervos ſuos, & pecus ſuum in domum: At QUI NON APPOSUIT COR SUUM ad verbum Jehovæ, dereliqvit ſervos ſuos, & pecus ſuum in agro.*

Ecce, Lector, ad qvem finem DEus miserit tot legationes & plagas, nimirum, ut converterentur Ægyptii. Et conversi sunt plurimi: Reliqvi vero NON APPOSUERUNT COR SUUM, ut participes fierent gratiæ DEI, qvæ communicatur cum verbo & per verbum. Verbum igitur contemserunt plurimi & comminationes divinas, idq; magno suo malo.

Cum autem ex grandine & tonitru, pertinaces plurimi aliis, adeoqve contumaces & obfirmati illi multa damna paterentur, ideo mox vehementer orarunt Mosen, ut intercedat pro ipsis, avertatqve precibus suis tantam cladem. Pollicetur operam suam Moses, & extendit palmas suas ad Jehovam, cessaruntq; tonitrua & grando, & pluvia non est effusa super terram, Jam vero audi ex versu 34. & 35. qvid secutum sit.

Verba sunt hæc: *Videns Pharao, qvod cessasset pluvia, & grando & tonitrua, rursum peccavit & aggravavit cor suum, ipse & servi ejus: Et roboratum est cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel, qvemadmodum dixererat Jehovah per manum Mose.* Ecce, lector, qvam lucidissime hinc tibi appareat, qvod Pharao cum Consiliariis & cum populo seipsum post aversas & cohibitas & cessantes plagas, & propter cohibitas & cessantes plagas, (novas enim nullas metuebat, sed has demum ultimas existimabat) fecerit durum, ægrum, difficilem, morosum, pertinacem, contumacem, obfirmatum: Qvoties enim calamitates novas vidit Pharao, toties mollior, obseqviosior, promptior, mitior, humanior factus fuit: Qvoties vero calamitates iterum auferri conspexit, toties iterum durior, inobedientior, difficilior, inhumanior, morosior, asperior fuit redditus, existimans & sperans, nullam deinceps novam secuturam plagam.

Etsi vero Pharao seipsum aggravavit, tamen etiam DEus illud ipsum facere dicitur, sicut mox cap. seqventi e vestigio in initio patet his verbis: Dixit (nimirum post Pharaonem deteriorem statim à grandine cessante ex seipso factum) Jehovah ad Mosen: Ingredere ad Pharaonem, qvia ego aggravi cor ejus, & cor servorum ejus. Nimirum aggravavit seu duriorem fecit Jehovah Pharaonem, auferendo ex bona clementia pœnam gravissimam; qva sublata statim ex propria malitia, qvam Magi à Diabolo impulsi, subinde incendebant, ruit in priora peccata. Apparet illud ex verbis versus tertii clarius, ubi habetur: Sic dixis Jehovah DEus Hebræorum: Qvousq: renues humiliari coram me?

Nonus contextus confirmans indignitatum Indurationis sensum,

Ad Nonum igitur venio, qvo Exod. 10. novam pœnam, locustas videlicet prædicit & comminatur Moses. Post qvam comminationem servi Pharaonis (sine dubio Consiliarii) optimum dant hoc consilium, vers. 7. Dixerunt servi Pharaonis ad eum, qvousqve erit iste nobis in laqveum, dimitte viros, ut serviant Jehovæ Deo suo, Etsi vero huic bono consilio morē

Pha-

Pharao gerere voluit, tamen ab aliis, Magis nimirum, absqve omni dubio perſvaſus, adultos tantum cupit dimittere, parvulos non item. Seqvuntur igitur in nova plaga *Locuſtæ*, qvæ operuerunt faciem terræ, & devoraverunt, qvicqvid viride fuit in arboribus & herbis omnium camporum.

Acciderunt nimirum hæc plagoſa mala omnia inter 4. ſeptimanas in vere.

Tantum autem fuit illud locuſtarum malum, ut ſine dubio ſubditorum precibus & clamoribus compulſus, ut habet textus, FESTINARIT Pharao vocare Moſen, petiturus tanti mali ablationem tantum *vice hac*, ut textus habet. Fit igitur, qvod petitur, non remanſit vel una locuſta (hic additur) & roboravit JEHOVA cor Pharaonis, non dimiſit filios Iſrael, nimirum, qvemadmodum ex ſenſu contextuum liqvet, propter mali tanti tam ſubitam & tam potentem ſolutionem, ut ne una locuſta remaneret, & Ægyptii poſthac rem omnem in vado futuram conjicerent.

Decimo, poſt tenebras etiam palpabiles abductas ſcribitur iterum Jehovah roboraſſe cor Pharaonis, ſcilicet ſenſu jam ſæpius indicato. Toto triduo nullus potuerat inter tenebras de loco ſuo ſurgere, ſtatimq; poſt tenebras depulſas (in qvibus, tanqvam in carcere per triduum ſedit Rex cum Cõſiliariis, cum ſubditis & pecoribus) qvaſi adhuc caleſcente malo accerſit Pharao Moſen & dixit: Ite, tantum pecora relinqvite, ibunt & parvuli vestri. Interim dum mora trahitur, & de pecoribus diſputant Iſraelitæ, illico obliviſcitur Pharao magnitudinem tolerati mali tenebrarum, populumqve dimittere renuit. Sic igitur iterum dicitur Deus induraſſe cor Pharaonis, & mitigatione pœnarum (id qvod hactenus obtinui, & repetendum ſubinde ad omnium plagarum mala qvilibet diligens lector contextuum confitebitur) ipſum reddidiſſe aſperiorem & difficiliorem.

Decimus contextus confirmans ſenſum indurationis hactenus indigitatũ.

Undecimo, apparet ſententia eadem ex Exod. 14. v. 4. 8, 17. Egreſſus enim populus ex Ægypto contendit per viam recto ductu à Rameſſes verſus montem Sinai. Poſtea autem mandato divino deflectit, & ab illa verſus dextram ad mare rubrum accedit: Tunc igitur Pharao à Magis ſuis diabolicis perſvaſus in hunc circiter arguit modum, qvaſi numina Ægyptia Iſraelitas intra deſertum Sinai intromittere nolint, & ejecerint ad mare, ubi hærerent, conſilii & auxilii inopes.

Undecimo contextus confirmans ſenſum indurationis hactenus indigitatum.

Sic enim argumentati ſunt Ægyptii, qvemadmodum loqvuntur Ethnici 1. Reg. 20. v, 23. *Servi Regis Benhadad dixerunt ad eum, DEUS montium ſunt DEUS eorum, idcirco prævaluerunt nobis: veruntamen pugnemus contra eos in loco campeſtri, & videbis, an prævalebimus eis.*

Dum igitur educit Pharao equitatum & peditatum, ad retrahendos ipſos, Deus mare exſiccat, & populo ſuo viam & tranſitum facit mirabilem:

utrinqve enim, ut murus, stabant aqvæ. *Hic cogitare debuissent Ægyptii*, antea flumina facta fuere sangvinolenta, non in terra Gosen seu habitatione Israelitarum; sed in terra Ægyptiorum, locustæ, pediculi, ranæ, tenebræ, mors pecorum, ulcera non tetigerunt Israelitas, sed Ægyptios: ergo aqvæ qvoq; recurrent non super Israelitas, sed, si ingressi & persecuti fuerint, super Ægyptios.

Hoc cogitare & diligenter deliberare, & ab aqvarum marinarum salutatione abstinere debuissent: Aliqvantisper etiam ipsis Dominus parcit, donec Israelitæ absolvant iter per mare, qvia ferme medium maris attigisse judicantur, ex eo, qvod loco transitus mare putatur spaciosum fuisse, & exercitus Pharaonis ordine & seriatim ingressus sine dubio longum occupare & ipse necessum habuit spatium.

Jam igitur intra capacitatem maris descenderant, ut à margine seu littore maris essent remoti, nec ullus renatare & sese salvare posset: interim alterius partis portum attigerant Israelitæ. Ista igitur nimia patientia DEI non statim revocantis aqvas ad primum Ægyptiorum ingressum, iterum pertinaces redduntur, audaces, protervi, petulantes, roborantur & aggravantur Ægyptii, ut non tantum primas scissi maris vias, sed medias lustrare tentent & audeant. Dum igitur ira ferventes erga populum DEi non recurrunt, sed patientia Dei nimium abutuntur, omnes suffocantur.

Putarunt, DEum Israelis jam intra desertum non posse defendere hunc populum, sicuti ipsorum Dii non in omni loco poterant defendere suos cultores, cujus rei longe pulcherrimum exemplum extat de Crœso apud Herodotum, qvi in pyra constitutus petit à Cambyse, ut liceat ipsi mittere ad suum Deum & expostulare, cur hanc cladem ipsi reticuerit, cum tamen tantis donis missis consilium ab ipso petierit, qvantis à nullo hominum fuerat honoratus. Digna est eruditorum hominum omnium lectione illa tota historia, cum responsione elumbi, qvam consultus denuo à Crœso Dæmon suo clienti dedit. Hoc in loco non fert occasio, ut tota inseratur, prolixiusq; enodetur.

Herodotus libro primo

Ergo Ægyptii patientia Dei (à primogenitis necatis ad necandos secundogenitos, aut ad alias plagas non progressi) iterum fuere indurati atq; Magis suis persvasi, decepti proseqvuntur populum Dei intra mare. Dicitur igitur cap. 14. ternis vicibus Deus iterum aggravare seu indurare, seu roborare Ægyptios, nimirum, qvia pestem in in primogenitis finit, nec pestem extendit ad secundogenitos, aut ad alios. Deinde qvia jam videntur Israelitæ deserti esse à Jebovah, dum recedunt á recto tramite viæ, & secedunt ad latus juxta Migdol, qvasi à Diis deserti repercuterentur.

DEUS enim volebat in aditu deserti firmare animos sui populi insignis

gnissimo miraculo scissi maris rubri. Intra hoc Ægyqtii intrare non debuissent, commori gravissimis causis, & tot plagis toleratis, qvas paullo ante attigi. Aggravantur igitur propria sua malitia, qvam in ipsis accendunt Magi, qvos magos Diaboli incitabant. Incantatores enim cum Diabolis rem habere & consvetudinem, apparet ex Levit. 20, 27. Ibi sunt hæc verba: Vir sive mulier, cum fuerit in eis Pytho, vel haruspicum spiritus, moriendo moriantur.

Principium igitur omnia inobedientiæ Ægyptiorum est ex magis, qvi à Diabolo incitati renitebantur & resistebant Mosi. Hinc 2. Tim. 3. v. 8. nominantur duo insignes Magi Ægyptiaci, Jannes & Jambres, & dicuntur restitisse Mosi. Postqvam igitur tot clarissimis miraculis & cladibus præcedentibus ad obedientiam cogi non potuerunt, tandem Deus ipsos delevit omnes in mari rubro. Potuisset omnes peste delere jam antea: qvod igitur distulit mortem & interitum eorum, clementiæ magnæ ipsius acceptum ferri debet. Qvod non ulterius connivere voluit, in eo nullius iniustitiæ accusari potest. Non enim necessum est, ut tantæ pertinaciæ & contumaciæ tribuatur infinitum licentiæ & temporis spatium.

Jannes & Jambres duo insignes magi AEgypii.

Et hanc explicationem indurationis Pharaonis non ex cerebro ullius ingenii humani fluentem, non in gratiam autoritatis ullius hominis excogitatam vel productam, defensam, non violenter in textum Mosaicum illatam; sed ex contextu aliqvot Exodi capitum fluentem, & in capitibus Exodi expresse contentam, spero sufficere sufficienter omnibus piis & eruditis pariter. Mirum enim esset, Deum locutum esse oraculum aliqvod, & non miraculum istud nobis ipsummet in tot capitibus de Pharaone differentibus exposuisse.

Qvod in hujus oraculi expositione monstravi faciendum, illud si Interpres, paraphrastes, & qvilibet lector sacrarum paginarum, tentaverit in aliis qvibusvis difficillimis dictis, certo speret felicem successum iisdem.

Hanc igitur explicationem phraseos de induratione Pharaonica diu præmeditatam, 1. juxta Hebræi fontis pondera. 2. juxta legem antecedentium & conseqventium contextuum, tandem mense Junio. ann Christi supra millesimum sexcentesimum decimo scriptis thesibus comprehendi & studiosæ juventuti ad disputandum proposui ad 18. Julii ejusdem anni, Respondente tūc juvene præstante, M. Johanne Donnero Palatino, nunc Doctore Theologo. Spero autem, imo certus scio, qvod ex Scripturis refutari neqveat.

Interim tamen, qvia amici me monuerunt, ut circumspicerem, qvomodo omnium vetustissimi Patres istam phrasin interpretati fuerint, anno supra millesimum, sexcentesimum, undecimo, in feriis Pentecostes, cum Exodi textū de Induratione Pharaonis in Auditorio Theologico prælegerē, incidi in Origenem, & deprehendi hanc ipsam sententiam apud ipsum lib. 3.

de

de Principiis cap. 1. Illam si cognovissem antea, thesibus utique meis anno 1610. asscripsissem: Postea tamen auditoribus Academicis *verba Origenis ad calamum dictavi, qvæ ita sonant in versione Latina: Tropum vel figuram sermonis ejus, qvi scriptus est de induratione, etiam ex communi consvetudine exponere puto, qvod non videtur absurdum. Freqventer enim benigniores qviq; Domini ad eos servos, qvi per multam patientiam & mansvetudinem Dominorum insolentiores, improbiores fiunt, dicere solent: Ego te talem feci, ego te perdidi, mea patientia te pessimum feci, ego tibi causa hujus tam duræ & pessimæ insolentiæ existo, qvi te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorum.* Hæc ille.

Origenis verba de induratione Pharaonis.

Idem ibidem paulo post: *Adhibeamus propheticæ autoritatis assensum, & videamus, qvid etiam Prophetæ pronuncient de his, qvi primo qvidem recte viventes benignitatis DEI habere qvam plurima experimenta meruerunt, postea vero homines diliqverunt, cum qvibus se qvoqve unum faciens Propheta ait; Ut qvid Domine errare fecisti nos a via tua, & qvare indurasti cor nostrum, ut non timeremus nomen tuum. Convertere propter servos tuos* (Esa. 63.) *propter tribus hæreditatis capiamus de monte sancto tuo. Sed & Jeremias* (cap. 10, 7.) *similiter dicit: Seduxisti nos Domine & seducti sumus, renuisti, fortior fuisti. Qvod ergo ait: At qvod Domine indurasti cor nostrum, ut ne timeamus nomen tuum, dictum ab his, qvi misericordiam precabantur, morali utiqve tropo accipiendum est, veluti qvis dicat, ut qvid in tantum pepercisti nobis, nec reqvisisti nos, cum peccaremus, sed reliqvisti nos, ut per hoc incresceret malum, & propagaretur peccati licentia, animadversione cessante.* Hæc ille idem ibidem.

Alia Origenis verba de Induratione.

Itaqve colligo, primis seculis hanc explicationem in Ecclesia viguisse, donec tandem simplicissima & nudissima permissionis explicatio Philippica, cui hæc omnia sunt opposita, accederet. Ac pia qvidem ista etiam Philippica interpretatio: Ego indurabo cor Pharaonis, hoc est, ego permittam indurari tali simplicissima & nudissima permissione, qvæ superius ex Philippo, & Pezelio fuit delineata. Sed, ut ostensum fuit 1. vim facit Hebræis fontibus, ubi habetur: Ego faciam, ut induretur, 2. Est insufficiens, qvia Deus omnia peccata patitur fieri, non tantum talia gravia, ita nullum esset discrimen inter qvævis peccata tunc ab Ægyptiis passim commissa, & inter hanc specialem pertinaciam Ægyptiorum, 3. Contraria est antecedentibus. Moses enim Pharaonem debet flectere jussu & verbo divino, ut dimittat populum. Jam vero Deus ex ista hypothesi diceret Mosi: Ego relinqvam Pharaonem, ne convertatur, 4. Non tantum uni Pharaoni, sed toti cœtui Ægyptiorum oratio Dei applicatur, qvod Deus illos sit induraturus. Omnes enim compellabantur à Mose, aulici & civici, & monebantur ad conversionem

nem. Grave vero esset, si Deus totum cœtum alloqveretur, & tamen non faceret hoc ipsum seriò; ac si totum cœtum vellet excœcare eo verbo, qvo præ se ferret, qvod eodem totum cœtum convertere velit. 5. Israëlitis durissimum hoc extitisset, qvibus promiserat exitum, qvem tamen præstare non velit, nisi per tot excitatas confusiones & ærumnas ipsis subeundas.

Alii thema de induratione latissimè tractant, & recensent varias Patrum expositiones, ut facit Pererius Pontificius super Exodum, hoc ordine, differens.

1. Alii indurare intellexerunt pro eo, qvod est manifestare duritiam cordis Pharaonis.

2. Aliqvi pro eo, qvod est permittere indurari.

3. Aliqvi pro eo, qvod est, Deum esse caussam indurationis, non ut est peccatum, sed ut est pœna peccati, (qvæ in sano sensu utiles & veras continet admonitiones.)

4 Aliqvi pro eo est, Deum indurare hominem, qvod is patientiâ DEI DISSIMULANTIS ET PUNIRE DIFFERENTIS fiat indies deterior. Qvò allegant verba Pauli Rom. 2, 4. An divitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras, qvoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, v, 5. secundum autem duritiem tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & Justi judicii DEI. Item locum Eccles. 8. cap *Qvia non profertur citò contra malos sententia, absq; timore ullo filii hominum perpetrant mala: attamen peccator ex eo, qvod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognovi, qvod bonum erit timentibus Deum qvi verentur faciem ejus.* Item locum Jobi 34 *Dedit Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam.* Allegant etiam pro hac qvarta sententia *Origenem* ex libro περὶ ἀρχῶν: *Basilium* ex Oratione, qvâ probat, Deum non esse malorum autorem. *Hieronymum* ex Epistola. 150. ad Hedibiam: *Theodoretum* ex qvæst. 12. super Exodum: *Augustinum* qvæst. 36. in Exodum & Sermon. 88 de tempore: & tandem ita concludunt hanc qvartam expositionem. Hanc ego interpretationem & verissimam & sanctissimam esse non inficior, sed existimo, plus aliqvid ex parte Dei, qvàm solam longanimitatem, concurrere ad effectum indurationis hominum, id verò qvid & qvale & qvantum sit, infrà suo loco exponetur.

Pererius recenset varias interpretationes τῆς Indurationis Pharaonis.

5. Aliqvi exponunt pro eo, qvod est, non dare homini gratiam, sine qva ille molliri & inflecti ad bonum non potest. Ubi iterum concludit Pererius; Ego, qvod de priori expositione dixi, de hac itidem nunc dico, eam mihi verissimam & sanctissimam videri, sed præter subtractionem gratiæ divinæ aliqvid plus concurrere ad indurationem hominis, sicut infrà ostendimus.

6. Aliqvi pro eo, qvod Deus multa faciat circa hominem intus & exterius, è qvibus capitis occasionem pertinacius inhærendi peccatis, ut, si offeruntur bona, ea contemnat, si mala, amplectatur, sicut ægrotus salutaria medicamenta respuit, noxios cibos deglutit. Hæc accomodat ad miracula & clades Pharaonis, qvando videt Magos eadem posse facere mira, qvando videt subditos, non verò se etiam plecti, & qvando plectitur, non continuò, sed per intervalla. Et concludit, Pererius: Hanc ego expositionem ante omnes laudo & ad amplector qvam proximè accedit, qvæ seqvitur,

7. Aliqvi pro eo, qvod scriptura dicens, Deum indurare cor Pharaonis, non loqvatur propriè, sed figuratè, qvod est eventus, caussæ attribuens, nimirum ex longa patientia Dei erga peccatores, & ex eo, qvod Deus non det eis gratiam suam, & qvoniam circa eos multa facit, qvibus illi pejores fiunt, hinc evenit eorum induratio, qvæ tribuitur Deo: addit Pererius; Et hæc qvidem expositio tres ultimas, maximè verò penultimam complectens est omnium optima & absolutissima.

Pererii judicium de variis ab ipso allatis explicationibus τȣ Indurationis Pharaonis.

Primam sententiam omniò rejicit, qvòd admotum sit coacta, nec posit ritè accommadari aliis induratorum exemplis, Deut. 2. Deus induravit cor Sihon, ut traderet eum in manus Israëlis.

Alteram rejicit, qvòd omnia peccata fierent indurationes, qvia Deus permittit omnia peccata alia.

Tertiam respuit, qvasi ea Deum videatur facere autorem peccatorum, & peccata posteriora fœdissima tantum facere pœnas, qvas Deus velit.

Qvartam laudat, ubi tamen errat, qvod dicit, Deum dissimulasse peccatum Pharonis, & diu pœnam distulisse, qvod utrumq; falsum esse, ex iis, qvæ superius protuli, qvilibet puer etiam intelligit. Annon undecies mittitur Moses ad Pharaonem & carpit ejus inpœnitentiam, & dicit, ne addat, ne pergat Pharo mentiri? Annon Deus per Mosen pœnam unam post alteram eidem indicat, citòqve infligit. Tollat ergo Lector hæc falsa, & hæc qvarta expositio cum ea congruet, qvam supra ex contextu evici verissimam esse.

Qvintam itidem laudat, sed citra omnem veritatem. Annon dedit Deus gratiam Ægyptiis, ut possent converti? Per Mosen anunciavit eis verbum, & sic obtulit gratiam: non infundit hominibus gratiam per canales, sed per annuciationem verbi. Cùm accurrit nuncius, & indicat, prædium tuum esse incensum, & jam conflagrare, eo ipso verbo te movet, ut è vestigio festines afferre aqvam, & salvare bona tua. Utiq; non expectas, ut te violenter cogat, & truculenter extrudat, ut truncum impellat. Sic qvando Deus per Mosen anunciat Pharaoni & servis ejus viam, qvâ possint frui vitâ & felicitate corporali & spirituali, eo ipso offert eis gratiam, qvam ii non amplectuntur, sed pœnitus respuunt.

Ali-

Aliqvi Ægyptii amplexi ſunt Dei oblatam gratiam, ut apparet de iis, qvi inſtante grandine timebant Deum, & domum revocabant ſervos & pecora ſua. Aberrat igitur in hac qvinta expoſitione Pererius.

In *ſexta* qvoqve vehementer errat. Certè Pharao ipſe aqvis ad coqvendas carnes & lavandas manus puris privabatur per ſeptem dies, ipſe ranis impetebatur; ipſe pediculis infeſtabatur; ipſe muſcis corrodebatur; ipſius pecora ulceribus laborabant & peribant; ipſius agri grandine & locuſtis perdebantur; ipſe Pharao triduo ex carcere ſuo, i.e., inter tenebras de loco ſuo ſurgere nō potuit; ipſe qvoq; ipſius primogenitus fuit peſte correptus & extinctus.

Magi verò, etſi phantaſmata qvorundam miraculorum per Satanica agmina exhibuerunt, tamen efficere non potuerunt, ut terra Goſen ſeu habitatio Iſraelitarum talia mala experiretur. Non potuerunt aqvas Goſen facere ſangvinolentas, non immittere ranas, muſcas, pediculos, ulcera, grandinem, locuſtas, tenebras & peſtem in terram, in campos, in pecora, in corpora Iſraelitarum, nec unqvam potuerunt ſibimetipſis illatas clades tales avertere, ſed neceſſum habuerunt rogare Moſen, non potuerunt phantaſmata ſaltem pediculorum procurare, nedum pediculos per agmina Satanica aliunde furari, & fucum facere Pharaoni &c.

Agnoſcere ergò hæc debuiſſet Pererius, neqve aſſerere, Pharaonem multa per Magos fieri vidiſſe, qvæ Deus fieri permiſit, unde deterior efficeretur, & Deum non ipſum, ſed per alios; non continenter, ſed per intervalla percuſſiſſe.

Ipſe Pererius ſcribit, decem plagas viginti ſeptem diebus, id eſt, uno menſe fuiſſe completas & abſolutas; idq; ſub adventum veris primi. Annon hoc ſatis plagarum eſt, ſi una ditio experiretur, in herbis, ſatis, arboribus, pecoribus, propriis corporibus uno menſe tanta inenarrabilia mala.

Triduanæ tenebræ tantum fuere malum, qvod ego ſatis æſtimare neqveo; qvia tunc hærere cogebatur, tanqvam catenis aſtrictus, in qvo tecto, ponte, ſilva, curru, gradu, campo, ſub initium tenebrarū qvilibet deprehendebatur, non convenire potuerunt, qvi erant in eadem aula, nemo clamanti auxilium ferre poterat, moriebantur & inſepulti jacebant, interim parturientibus nemo ſuccurrit; Nullius, aut certè exigui momenti putantur, qvæ à puero leguntur his ſyllabis; TRIDUANÆ TENEBRÆ: at qvæ à diligente & accurato viro expenduntur ſecundum circumſtantias, illa tantum in receſſu habent, ut has Pererii objectiunculas primo conſpectu diffugare nimis facillimè qveant. Apparetq; ex illis iterum, qvantum referat, ne Interpres, Lector, Paraphraſtes ſolummodò & unicè vel in vocabulo ipſius fontis, vel in vocabulo verſionis cujusq; hæreat, ſed ut vocabulorum & hiſtoriarum circumſtantias ita ſecum evolvat, juxta ſcripturarum ſacrarum cohærentias concatenatas, ac ſi coràm tenebras, expl. gr. Ægyptias expertus fuiſſet.

Sic etiam faciet in ſingulis aliis generalibus & particularibus hiſtoriis & concionibus totius Biblici codicis. Hæc opera aperiet ipſi nativam rerum geſtarum deſcriptionem,& pariet cumulum rerum locupletiſſimum. Qva de re in aliis exemplis infra plura,& in aliis ſcriptis aliorum autorum.

In ſeptima dicit, Deum indurare nimiâ patientiâ, id qvod veriſſimum eſſe,evidentiſſimè jam modò probatum eſt: ſed qvod addit, præter patientiam Dei, qvod non det eis gratiam, per qvam meliores fieri qveant, illud jam nimis ſæpè ad oculum eſt refutatum. Sed hæc de Pererii ſcripturis & judiciis inſeruiſſe ſufficiat. Utq; adhuc conſcientiæ uniuscujusvis hominis pii undiq; ſatisfaciam, addo iſtud qvoq;, tam vera & palpabilia fuiſſe miracula & verba Moſaica,ut maximam multitudinem Ægyptiorum moverint. Plurimi enim & propemodum, ut de maximo numero loqvi ſolemus, infiniti Ægyptii conjunxerunt ſe in Religione & profectione ad locum naſcituri Meſſiæ cum Judæis. Vocantur illi Miſti, Exod.12,38.& Num.11,4. & qvod non fuerint plebeji Iſraelitarum,locus Numerorum indigitatus convincet. Ibi enim vulgus promiſcuum Ægyptiorum,qvod miraculis, & plagis Ægyptiis commotum, unà cum Iſraelitis ſeſe,in exitu ex Ægypto, conjunxerat, & in deſertum usq; proceſſerat,flagrat deſiderio carnium, & unà cum Iſraelitis murmurat &c.

Multi Ægyptii unà cum Iſraelitis ex Aegypto exierunt in deſertum.

Porrò etiam ad illam aliqvorum piorum qvæſtionem reſpondeo, *Cur Deus tot & tantis cladibus affecerit cunctos inhabitatores Ægypti, cùm tamen populum Iſrael non ruſtici, non cives in cunctis terris Ægypti detinuerint, ſed tantummodò Rex & Conſiliarii, Magi & alii his qvàm proximi?*

Reſpondeo: 1. Illæ pœnæ ideò erant univerſales, qvia tota Ægyptus defecerat à vera religione,qvam in Ægypto plantaverat Joſephus filius Jacobi Patriarchæ. Voluit igitur Deus,ut olim fame ſeptennali, ita nunc cladibus unius menſis variis,omnes incolas,de agnoſcendo iterum vero Deo, deqve Meſſia naſcituro ex ſuo populo iterum graviter hortari.

Cur Deus Ethnicos ſæpenumerò graviſſimè puniverit.

Sic ſæpè ſub *Ethniciſmo* in Græcia, Romæ & alibi contigerunt peſtilentiæ & fames horrendiſſimæ, de qvibus atrocia exempla leges paſſim in theatro Zwingeri,qvibus flagellis Deus verus Ethnicos ſategit adigere ad inqvirendum notitiam & gratiam veri Dei. Factum etiam illud eſt magno cum fructu: Siqvidem Plinius commemorat lib.18.c.29 *Qvia Romani tria tempora fructibus metuerunt, qvod iccircò inſtituerint ferias, diesq; feſtos, Robigalia, Floralia & Vinalia.* Eodem fine Deus hodie Turcas,Tartaros & alios populos multis flagellis afficit, & ad ſeſe, & ita Chriſtum Jeſum adducere ſatagit.

Cur ſubditi luant qvandoqve peccata principum.

2. Sed & altera cauſa eſt, qvia omnes ſubditi catervatim Regem, Moſaicis miraculis & concionibus tam malitiosè & pertinaciter reſiſtentem, ipſi-

ipſimet variis ſupplicationibus & inſtantiis urgere debuiſſent, ut manum Jehovæ tandem agnoſceret, nec diutius peccaret. Connivent autem pleriq; omnes, & ſic unà cum Rege & Conſiliariis, communibus pœnis ſeſe implicant, qvemadmodum 2. Samuel. 21, 7. poſt mortem Saulis, Deus omnipotens, ſuper ſubditos Davidis, mittit famem grandem, ſeu, ut vulgò vocari conſvevit, annonæ caritatem maximam, propter Saulem & propter Saulis familiam ſangvinariam, qvod interfecerant Gabaonitas, verſu 1. Nimirum qvia itidem ſubditis ad tyrannidem Regis connivere & tacere placuerat, placeat ergò ipſis nunc communem ſuſtinere calamitatem ſeu univerſalem pœnam, qva de re alias plurima.

Et tantum de illo admodum nobili loco, nimirum de induratione Pharaonis, qvi ſeipſum durum præbuit, juxta modos declaratos. Interim tamen non omittendum, qvod ſuprà itidem ex Sacris Scripturis fuſius fuit comprobatum, nimirum, qvod talibus malitioſis continuatoribus peccatorum magnorum ex indultu Dei appropinqvat Satanas, qvi flatibus ſuis duritiem augere & ſtabilire ſatagit. Et qvis de hac re in negotio magorum tanqvam coryphæorum dubitaret, qvi Diabolum in magis fuiſſe, & incantationes feciſſe, non dubitabit. Si qvis igitur grandem pœnam divinam talem effugere voluerit, & tutus manere optaverit ab excœcationibus & indurationibus Satanicis, is in principio non relinqvat ullum vel minimum locum ſuggeſtionibus Diabolicis, ſed obediat concionibus ſacris, & adverſus conciones ſacras ipſemet ne obturet, ne aggravet, ne claudat, ne duras & craſſas faciat aures ſuas, id qvod à Pharaone multipliciter factum fuiſſe hactenus apparuit.

Operæ autem non inutilis precium fecero, ſi eodem hujus laboris contextu oſtendam, qvomodo etiam alia ſint explicanda loca ſacra, in qvibus & ipſis fit mentio alicujus indurationis Pharaonicæ.

XXVI. ORACULUM SACRUM.

Occurrit igitur locus Deut. 2. v. 30.

Noluit Rex Sihon, Rex Hesbon, ut tranſiremus per ſe. Induraverat enim Deus tuus ſpiritum ejus, & obfirmaverat cor ejus, ut daret eum in manum tuam, ut hodie eſt.

Aber Sihon/ der König zu Hesbon/ wolte uns nicht durchziehen laßen/ Denn der HErr dein GOtt

verhärtet seinen Muth/ und verstockt ihm sein Hertz/ auff daß er ihn in deine Hände gebe/ wie es itzt ist am Tage.

PRo hujus loci genuina & nativa declaratione captanda, aliqvorum librorum Biblicorum contextus est repetendus.

Amorrhæi populi impii.

Sibon iste erat *Amorrhæus*, sicut expressè nominatur Jud. 11, 19. Deut. 2, v. 24. Num. 21, 21. eratqve ex familia Chananæorum. Ingredere jam Concordantias Hebræas, vel vulgares Latinas factas ex versione Hieronymiana, cum hac voce AMORRHÆI, & loca annotata singulatim examina. *Amorrhæum* igitur populum fuisse impientissimum, tibi apparebit ex Gen. 15, v. 16. tuncqve dignum, qvem Deus statim illo ipso tempore potuisset delere. Concessit autem ipsi magnâ patientiâ magnum spatium pœnitendi, sicut loco allegato inqvit Deus: *Nondum completa est iniqvitas Amorrhæorum*, aut, *Nondum perfecta ejus punitio Amorrhæorum*, de qva varietate INFRA. Nondum completa est iniqvitas, seu nondum est tempus inferendi pœnam pro iniqvitate.

Amorrhæi impii doctores pios habuere.

Interim nec tamen deerant istis populis monitores, qvia in illa vicinia Amorrhæorum docuit præter Semum Abrahamus, Isaacus, Jacobus. Audi enim, Lector, ex Gen. 14, 13. *Abraham tunc habitabat in qvercubus Mamre, Amorrhæi, fratris Eschel & fratris Ener: hi enim erant fœderati cum Abrahamo*, & v. 24. *petit Abraham à Rege Sodomæ, ut retineat spolia, præterea tantum, qvæ comederunt, præter partem virorum, qvi perrexerunt mecum, Aner, Eschol & Mamre, ipsi accipiant partem suam.*

Posteri Amorrhæorum perrexerunt in peccatis impiorum antecessorum.

Sed contumaciter & pertumaciter contra doctorum admonitiones in peccatis magnis avorum posteri ipsi perrexerunt, id qvod etiam colligitur ex Levit. 18. vers. 24. 25. his verbis: *Ne polluamini in omnibus his* (scilicet incestis) *per hæc enim omnia polluerunt se gentes, qvas ejecturus sum à facie vestra: polluta namq; est terra, & visitavi iniqvitatem ejus super eam, evomuitq; terra inhabitatores suos.* Item vers. 27. *Omnes istas abominationes fecerunt homines terræ, qvi fuerunt* ante vos, *& polluta fuit terra.* v. 28. *Et non evomet vos terra, qvod contaminetis eam, qvemadmodum evomuit gentem, qvæ fuit ante vos. Qvisqvis enim fecerit ex omnibus abominationibus istis, tunc animæ, qvæ fecerint, exscindentur è medio populi sui: Custodite, inqvam, custodiam meam, ne faciatis è statutis abominationum, qvæ facta sunt* ante vos, *neqve polluatis vos in illis.* Hactenus de Amorrhæis, & reliqvis intra Chanaan terram incolis.

Eadem repetuntur Levit. 20, 22. 23. Huc pertinet totum caput Deuteronomii septimum, ubi etiam Deus tandem simul decretum fecit de extir-

pan-

pandis illis Amorrhæis, unà cum aliis, verſ.16. idq; operâ Iſraelitarum. *Abſumesq; omnes populos, qvos Jehovah DEUS dat tibi, non parcet oculus tuus eis, nec coles Deos eorum, qvia laqveus eſt tibi.* Et verſ.24. *Tradetq; Jehovah DEUS tuus Reges eorum in manum tuam, & perdes nomen eorum ſub cœlo.* verſu 25. *Sculptilia Deorum ipſorum combures igni, non concupiſces argentum & aurum ſuper ea, ut capias tibi, ne illaqvees te in illo.* Vide etiam Deut.12.v.29.& ſeqq. Item 20.17.18.

Qvin ut plus videas populi hujus impietatem profundam & pertinaciſſimam, recollige plures hiſtorias, & cognoſces, adhuc poſt captivitatem Babylonicam qvosdam alios Amorrhæos relictos intra Judæam, contra Dei præceptum in Diabolicis peccatis perſeveraſſe, & ſeduxiſſe Iſraelitas, id qvod oſtendit ad oculum collatio horum locorum, Judic.1.verſ.34.Eſdræ 9. v.1.2.Paralip.8.v.6. 1.Reg.9.v.20.21. & cap.21.v.26.

Et in ſpecie ſupra omnem modum Diabolicos peccatores fuiſſe duorum Regum Sihon & Og Amorrhæorum populum, elucet hinc, qvod tunc temporis viderunt iſti & audierunt in deſerto magna miracula Dei, & tamen iis ipſis ne vel tantillum commoveri ſemetipſos pasſi fuerunt, & qvod iccircò tandem à Deo per novam & inuſitatam pœnam ſunt affecti. Hæc optime 1. lector æſtima ex eo, qvod Deus loco jam modò indigitato jubet, *ne parcant* Iſraelitæ iſtis Amorrhæis, tanqvam plus qvàm ſatis meritis mala extrema, & ne illaqveentur ab ipſis, (id qvod tamen tandem factum fuiſſe, jam modò ex Eſdræ 9,1. probatum fuit.) Secundum radicem יָקֹשׁ indicantur *inſidiæ*, qvia in Religione ſimpliciter magnis dolis pergebant ſeſe & alios decipere, & laborabant, ut Diabolorum cultum retinere, defendere, & longè lateq; propagare, & ipſam veritatem delere poſſent. Annon igitur ſimul ex hoc ſatis elucet, qvod Diabolica fuerit mens in ipſis? & qvod fuerint numerandi inter agmina filiorum Belial, tanqvam digni, qvi tunc etiam Diabolis traderentur, tanqvam executoribus pœnarum divinarum.

Qvod Sihon & Og Reges Amorrhæorum malitiosè & Diabolicè impii fuerint.

2. Ex pœna, qvâ fuere affecti prorſus admirabili, Joſ.24,12. *Miſit enim Jehovah ante Iſraelem novo exemplo* crabrones, *qvi expulerunt à facie ipſius duos Reges Amorrhæorum:* utiq; illud tam grande non facturus, niſi ſupra omnem rationem inſanire illi geſtiiſſent, & talem pœnam extraordinariam & miraculoſam inauditam, novamq; meriti fuiſſent.

Qvapropter 1. ſenſim duritiâ ſuâ, ut Pharao, indurarunt ſeipſos, abuſi nimiâ patientiâ Dei, 2. indurarentq; ipſos tandem inter eos immisſi Diaboli, qvorum cultum cultui veri unius Dei præferre contumaciter perrexerunt, nihil commoti vicinarũ Patriarchalium Eccleſiarum, cum qvibus tn. cognatione qvadã tenebantur ex ſangvine Noachi, contradictionibus & admonitionibus, induraſſeq; ipſos per ſuum executorẽ tandẽ Deus dicitur ipſe, tradens

dens potestatem Satanæ istam pleniorem in hanc gentem, idq; justissimâ vindicta, qvod tot seculorum indulgentiam passa fuit inanem abire, qvemadmodum suprà aliis exemplis sufficienter probatum est, & inprimis de filiis Eli.

His igitur præmissis apud Deum tandem stabat hoc decretum, *jam tempore Israëlitarum in deserto vagantium completam esse iniqvitatem Amorrhæorum*, satis jam esse peccatum ab Amorrhæis, *seu* jam instare debere tempus vindictæ, de Amorhæis sumendæ; & stabat hoc decretum *qvod Amorrhæi debebant interfici ab Israëlitis citra omnem misericordiam, & qvod ab illis debebant occupari ipsorum urbes.* Hoc enim est, qvod dicitur: *Induraverat igitur Jehovah Deus spiritum ejus & obfirmaverat cor ejus, ut daret eum in manu Israelis.*

Qvod Sihon Rex magnalia Domini in deserto clarè cognoverit, nec tamen inde converti allaboraverit,

Sed pro specialiore intellectu repete insuper, lector, contextum 1. & 2. & tertii capitis Deuteronomii, iste ostendet tibi in specie propriam suam indurationem hujus Regis Amorrhæorum Sihonis,

Deuterronomii tamen textum explica juxta methodum Num. 33. ubi mansiones peregrinantium Israelitarum commemorantur, & vide, qvid in istis mansionibus factum sit mirum, inq; Amorrhæorum notitiam pervenerit, sed simul vide, qvod ab ipsis non fuerit curatum, qvin potius contra Israelitas detortum pro pallianda malitia propria, ego imprimis hoc fusius dabo expeditum.

Exod. 19. Israelitæ veniunt ad Sinai montis regionem Numer. 10, 12. & 11, 34. & c. 33. v. 16. ad Paran seu Cibroth Hatthaavah, Num 11., 35. in Hazeroth, Num. 13, 1. & 33. v. 36. ex reliqvis tandem in libro Numerorum non expressis nominatim venerunt in Paran ad Cades. Inde ex loco vicinissimo terræ promissæ Israelitæ miserunt exploratores, qvi redierunt Num 13, 27. & populum Dei contra Dominum irritarunt. Etsi autem Moses reconcilavit populum Deo; tamen prohibuit Deus, ne tum Israelitæ ex Cades rectà in Canaan irent, sed voluit, ut certis de causis, pro pœna toleranda, diutiùs vagarentur, ideoq; reverentur & proficiscerentur in desertum, via maris Suph, versus mare rubrum, tergumq; verterent terræ promissæ, propter tantam rebellionem. Hîc ipsi Israelitæ desperationis præcedentis peccatum novo peccato nimiæ tentationis compensant, & contradicente Mose, contraq; voluntatem Domini non proficiscuntur, viâ maris Suph, in desertum, sed in viam abeunt, per qvam exploratores iverant & rediverant, & Deo invito terram promissam volunt invadere, Num. 14, 40. Deut. 1, 41.

Audiantur hi petulantissimi ausus populi Dei, ex Numeris; *Surrexerunt manè & ascenderunt in verticem montis, dicendo; Ecce nos, ut ascendamus ad locum, de qvo locutus est Jehovah, qvia peccavimus. Et dixit Moses:*

Ne

Ne ascendatis, qvia non est Jehova in medio vestri, ne percutiamini coram inimicis vestris. Amalec enim & Chananæus est ibi ante vos & cadetis gladio. Et conati sunt ascendere verticem montis; AT ARCA FOEDERIS JEHOVÆ, ET MOSE NON RECESSERANT è MEDIO CASTRORUM. (Ecce Arca Domini & Mose renitente aggrediuntur audaciãm istam) *Descendit itaq; Amalekita & Chananæus, qvi habitabant in monte ipso, percusseruntq; eos, & contriverunt eos usq; ad Horma.* Hæc sunt in qvarto libro Mosis.

In qvinto narrantur hisce verbis: *Dixit Jehovah: Vos conversi proficiscimini in desertum per viam maris Suph, & respondistis ac dixistis ad me: peccavimus* (qvidem) *Jehovæ* (sed tamen) *ascendemus & pugnabimus juxta omnia, qvæ præcepit* (antea) *nobis Jehovah DEUS noster. Et accinxistis vos singuli armis suis bellicis, & parati fuistis ascendere in montem: Dixit autem Jehovah mihi: Dic eis; ne ascendatis, neq; pugnetis, qvia non sum in medio vestri, & ne percutiamini coram inimicis vestris. Et locutus sum hæc vobis, & non audistis, imò rebelles fuistis verbo Jehovæ, & temerè ascendistis in montem. Itaq; egressus est Emorrhæus, qvi habitabat in monte illo in occursum vestri, persecutiq; sunt vos, qvemadmodum facere solent apes, & contriverunt vos in Seir usq; ad Horma, & reversi flevistis coram Jehovah, & non exaudivit Jehovah vocem vestram, nec auscultavit vocem, & mansistis in Cades diebus multis juxta numerum dierum, qvibus manseratis.* Hactenus verba Deuteronomii.

Qvantum autem hac victoria adversus populum DEI elatus fuerit Emorrhæus, qvilibet æstimabit facillimè. Cogitavit enim idem ipse Emorrhæus, qvod antea cogitaverant Ægyptii, nimirum jam demum á DEO desertos esse superbos Israelitas, jamqve utendum esse contra Israelitas tempore. Auxit illam cogitationem, qvod vidi populum Israel reverti viâ, qvâ venerat ex Ægypto, & qvasi redire in Ægyptum. Auxit cogitationem, & auxit confidentiam in ipso, qvando audivit & vidit, post multos annos qvasi de novo ex Ægypto redire populum, & moliri ita tandem transitum per suam terram in terram Chanaan. Hæc omnia durum fecerunt, asperum & difficile cor ipsius, ut transitum concedere nollet, qvam prævaricationem tandem Deus punivit, per executorem suarum pœnarum, Diabolum. Et hoc qvoqve omne est qvod dicitur: *Noluit Sihon Rex Hesbon, ut transiremus per se: induraverat enim Jehovah DEUS tuus spiritum ejus* (TE puniendo ad Tempus, & qvasi deserendo) *& obfirmaverat cor ejus.*

Interim tamen debuisset Sihon recolligere, & meditari omnia miracula, qvæ omnio audiverat nec ignorabat, intra & extra Ægyptum hactenus à DEO edita, & debuisset non immemor esse doctrinæ cœlestis, qvæ toto oriente erat notissima de terra divinitus promissa huic populo,

ideoqve statuere de transitu eis concedendo, præsertim cùm haberet exempla tria, Esauitarum, Moabitarum & Ammonitarum obedientium DEI mandatis, qvæ exempla describuntur in Deuteronomii capite secundo. Non igitur excusat Emorrhæum regem, qvod Israelitæ in deserto propter contumaciam gravissimè fuerunt à DEO castigati, neqve debuisset scandalizari minima ex parte propter illas Israelitarum calamitates. Etsi enim videtur hinc scandalum accipere potuisse, tamen millecuplo plures habebat occasiones ex miraculis plurimis, antea inauditis & prorsus stupendis, sibiqve tunc propinqvis & notissimis, agnoscendi Jehovam Israelitarum esse verum DEUM, & populum Israelitarum esse singularem populum, ac singulari benevolentia & amicitiâ dignum. Cum igitur has omnes occasiones instar Ægyptiorum surdis auribus prætereat, & contemnat, seqve ipsum hoc pacto contra Israelitas aggravet, & locum Diabolo relinqvat, tanqvam executori divinarum pœnarum, non amplius alicui mirum accidere debet, qvod dicitur à Domino induratus fuisse, nimirum qvia prius seipsum obfirmavit, & vindice Satana dignum organum sese præbuit.

Terra Sihonis initio non fuit Promissa patribus.

Porrò, qvod additur in textu Deuter 2, 30. *Noluit Sihon Rex Hesbon, ut transiremus per se; induraverat enim Jehovah Deus tuus spiritum ejus & obfirmaverat cor ejus, ut daret eum in manum tuam* ut est HODIE, non hanc habet sententiam, qvasi à DEO decretum fuisset longè ante factum, de terra extra Jordanem populo DEI etiam deputanda & dividenda, & qvasi iccirco necessum habuerit DEUS indurare Sihonem, ut malitia sua terram perderet, utqve ita terra ista cederet manibus Israelitarum. Hoc enim tantummodo dicitur, DEI mirabilem processum in ducendo populo servatum asseqvi non voluisse Sihonem, & iccircò indurasse cor suum, & ita venisse terram istam in manus Israelitarum.

Israelitæ tandem plus terræ occuparunt qvam DEUS Abrahamo promiserat.

Initiò enim terram istam extra Jordanem Deus neqvaqvam promiserat Israelitis, nec ea pertinebat ad censum terræ benedictæ. Cùm autem tandem vicissent & vidissent optimam illam, extraordinariis precibus extraordinariè pro duabus & dimidia tribu à DEo eandem impetrarunt, qvæ prolixè cognosci possunt ex Num. 32. capite toto.

Qvi fuerint limites terræ primum promissæ, illud videre licet à primo versu ad 13. capitis 34. Numerorum. Sicqve non omnes Israelitæ tandem intrarunt intra terram patribus primævis promissam; Sed qvidam manserunt, DEO indulgente, extra terram promissam, ita tamen, ut oppida ipsorum tandem annumerarentur oppidis terræ promissæ.

DEUS igitur neqvaqvam fatali qvodam decreto obduravit Sihonem, ut fatali decreto terra ejus veniret in ipsorum Israelitarum potestatem: Sed voluit, ut vincerentur & delerentur postea non nisi ab Israelitis iis, qvi antea, DEO justè volente, afflixerant Israelitas. Qvod autem nunc venit regnum Regis Sihon in possessionem Israelitarum, id factum fuit propter novas preces ab Israelitis ad DEum nunc missas. HODIE autem istud respicit tempus scripti Deuteronomii.

Porrò, qvod DEI jussu Deut.2,26. mittit nuncios & petit à Sihon transitum, ideò factum fuit, qvia terram Sihoni suam reliqvisset DEUS, si transitum non negasset. Qvod enim postea Gibeonitis misericordia contigit, ipsis resipiscentibus etiam contigisset ex certa parte. *Sihon potuisset à Deo mitigationem pœnæ impetrare.*

Ex hac igitur methodo explicandi oraculum aliqvod divinum difficile, iterum apparet, qvod ipsæ explicationes delitescant in ipsis contextibus, & qvod meliores commentarios nemo reperire qveat, qvàm ipsos contextus Spiritus sancti. Etsi verò de scripturæ locis talibus doctorum hominum concisa judicia non contemnenda sunt: tamen prolixi Commentarii Spiritus ipsius sancti longè sunt certiores, & magis tranqvillant animam. Qvi dicunt, DEUM nudè permittere indurari, impiè non loqvuntur, sed non satis ex contextu ipso. Qvi dicunt, efficaci operatione DEUM indurare & obfirmare cor hominis, impiè loqvuntur, qvia contra contextus loqvuntur. Utramqve interpretationem caussatur nimia respondendi brevitas, qvam tanta negotia theologica neqvaqvam admittunt, sed volunt elucidari ex prolixo satis & pellucido Spiritus sancti promtuario.

ORACULUM XXVII.

SACRUM.

Hic respondendum simul est de alio loco sacro, qvi extat Jos.11, 18. 19. 20.

Diebus multis gessit Jehosua cum omnibus Regibus istis bellum. Non fuit urbs (*ut nec Hiericho, nec alia*) qvæ pacem fecerit cum filiis Israel, præter Hivæos habitatores Gibeon, omnes alias ceperunt prælio. Qvia à Jehovah fuit, ut induraret cor eorum in occursum belli cum Israel, ut deleret eos, ut non esset eis misericordia, sed ut disperderet eos, sicut præceperat Jehovah Mose.

Er streit aber eine lange Zeit mit diesen Königen / Es war aber keine Stadt / die sich mit Frieden ergebe den Kindern Israel / (ausgenommen die Heviter / die zu Gibeon wohneten) sondern sie gewonnen sie alle mit Streit. Und das geschah also von dem HERRN / daß ihr Hertz verstockt würde / mit Streit zu begegnen den Kindern Israel / auff daß sie verbannet würden / und ihnen keine Gnade wiederführe / sondern vertilget würden / wie der HERR Mose geboten hatte.

Diaboli reges incitarunt in Judaeos.

PRo explicanda hac induratione, non opus est prolixâ operatione, juxta *primam* regulam, unde statim juxta *secundam* regulam legantur cumprimis omnia capita Josuæ priora tredecim, & cognata his Numerorum capita, 22. & 23. & 24. & 25. Qvod in ultima mansione, in campis Moabiticis, Bileam magus conductus fuit, ad maledicendum populo, illud testatur, Dæmones tunc temporis omnes valde fuisse occupatos in concitandis gentibus omnibus adversus ipsum populum DEI, tunc ex Ægypto eductum. Et qvod Dæmon singularis unus per Bileam tentavit, hoc citra omne dubium tentavit alius qvoqve, & iterum alius per Regem ipsum, qvi conducebat Bileam, & alii multi per omnes vicinos Reges.

Sicut igitur reges & populi isti per dæmones tentati, omnia miracula divina tunc promulgata floccifecerant, ita qvoq; DEUS tandem hosce impœnitentes, & contra conscientiam diu peccare pergentes populos libere regendos indulsit Satanæ, unde in impœnitentia indurati fuere. Qvanqvam verò Diaboli per Ethnicos illius temporis graviter sæviebant; tamen populo Dei nihil nocere potuêre, qvibus Filius DEI cum sanctis Angelis adfuit potentissimè; & ita Filius DEI cum sanctis Angelis pugnavit adversus Bileam, & adversus cunctos hostes alios.

Angelus magnus apparet pro Judæis.

Patet hoc ex Jos. 5, 13. 14. qvando post transitum Jordanis (utiqve non nisi adversus Satanæ agmina) pro populo DEI *armatus vir* conspicitur à Josua, qvi dicit, se esse principem exercitus Jehovæ, coram qvo Jehosua cecidit in faciem suam, in terram, & maximè procubuit, qvæsivitqvé, qvidnam Dominus ille suus locuturus esset ad servum suum, qvi legatus DEI jubet Jehosuam solvere calceamentum suum de pedibus suis,

qvod

qvod iste locus sit *sanctitas*, moxqve Angelus ille dat consilium, qvomodo sit capienda Hiericho, cujus mœnia sine dubio ille magnus Angelus, ut & sancti angeli invitis & frustra retinentibus Diabolis, qvi Bileam per alios concitabant, destruxerunt.

Hi ergo hostes, mali angeli, Bileamo & aliis auxiliaturis, omnibus illis (qvi nominantur capite undecimo Josuæ) mentem depravarunt, obfirmarunt & indurarunt, ne tot miraculis immensis frangerentur, sicut e contra iisdem Rahab & Gabaonitæ frangebantur. Id autem Deus Diabolis concessit, ne possent misericordiam Israelitarum experiri, sed pro maximis peccatis *diu* continuatis mortem jam tandem luere necessum haberent.

Diaboli Bileamum adjuvantes, indurarunt cor Balaac & aliorum regum, qvæ Induratio tribuitur Deo, ut in exemplo Jobi.

Qvæ summa est Dei justitia, qvi neqvaqvam injustè facit, etsi non connivet peccatoribus tantis per annos mille, bis mille, sed tandem virgam vindictæ in ipsos vel per Satanam, vel per alios suos vibrat.

Ut autem magis dementaret Satanas tot Reges & urbes, usus est citra omne dubium methodo competente, nimirum admodum exaggeravit illis calamitates, qvas ob peccata tamen sua in deserto, & in ipsis campestribus Moabiticis à Deo experiebantur Israelitæ, exempli gratiâ, qvando ob fornicationem & idololatriam cum filiis Moabiticis peste pereunt qvatuor & viginti millia, Num. 25, 9. Hic enim (exclamavit per suos Satanas (perspicitis; si Deus verus esset ille, qvem jactitat verum Deum Israel, toties tam malè populus illius Dei Israel non haberet. Reliqva mala plurima non attingam, qvibus Deus in deserto suum populum graviter castigavit; qvæ omnia pro sese contra populum Dei vehementer Satan exaggeravit.

Qvomodo Satanas reges orientis dementarit.

Interim tamen hostes isti veræ Ecclesiæ, etsi à Satana vehementer fuerunt tentati, tamen ex illis tentationibus prorsus eodem modo sese expedire & liberare potuerunt, & debuerunt, qvibus sese adversus Satanam & malos homines defendit Rahab & Gabaonitæ. Legantur verba Rahab Josuæ 2. per totum.

Reges orientis potuerunt & debuerunt Satanæ suggestionibus non obedire

Qvod Baalam habuerit Dæmonis suggestiones, annon satis constat etiam Num. 31. ubi consilio Bileami adscribitur, qvod Israelitæ defecerunt in cultu veri Dei, & celebrarunt festa turpissima seu Priapi seu similis Deastri, v. 16. & Josuæ 13, 21. 22. nominatur divinator, qvi est ex Magorum genere illorum, qvibus præsidet Diabolus, Deut. 18, 10. Levit. 20. 27 & 1. Sam. 28. 7.

Ergo vicini reges, & populi, prope Jerosolymam, tempore egressus ex Ægypto, miracula divina stupendisſima plus satis cognoverunt ordine, & tamen, ut hactenus usitatam verbi prædicationem, ita nunc hæc extraordinaria Dei media, non satis æstimarunt, aures ad ea obduraverunt, in impœnitentia perseveraverunt, ideoqve justo judicio Domini in potestatem Satanæ pervenerunt.

Traditi in potestatem Satanæ, ad grandia concitantur peccata, qvibus tentationibus Satanæ & grandibus peccatis nihilominus resistere debuissent, recollatione & meditatione verbi Dei ordinaria & extraordinaria tum prædicati, & æstimatione miraculorum.

Dum autem omnes occasiones conversionis negligunt, iccirco Deus decretũ facit, de peccatoribus pertinacibus ejusmodi per Israelitas occidendis, & Diabolo penitus relinqvendis. Sic igitur indurati trahuntur sine omni spe conversionis, ad finem illum suum, qvem ipsis destinavit Dominus.

Neqvaqvam autem fatali odio à Deo rejectos illos fuisse, inde fit liqvidum, qvia in textu dicitur: Qvod non fecerint pacem cum Israelitis, sicut Gibeonitæ. Indicatur igitur, qvod potuissent facere pacem cum Israelitis, post agnitum verum Deum ex tam stupendis miraculis, qvæ miracula Gibeonitas moverant, ut omnes contextus docent.

Sic ergo Deus justo judicio tradens ob peccata antegressa reges & populos istos Satanæ puniendos, dicitur indurare, qvod ipsi & tandem Diaboli fecerunt, & sic non debuit eis misericordia contingere, qvia patientia Dei fuere abusi.

ORACULUM XXVIII.

SACRUM.

Rom. 9,18. Qvem vult, indurat.

ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει.

Er verstockt / welchen er wil.

Cum his indurationibus, per Diabolos, libertate nocendi donatos, procuratis, cognationem habent etiam istæ indurationes, de qvibus in his seqventibus agitur. Rom. 9,18. *Qvem vult, indurat*, hoc est, qvem contumaciter diaboliceq; in blasphemiis pergentem vult punire, prout meretur, illum tandem prorsus deserit sua gratia, & ita regendum committit Satanæ, ut prædam illam vix unqvam, aut omnino plus qvam ægerrimè & difficillimè ex suis faucibus Satan dimittat. Ut autem hunc sensum in hoc ipso dicto sacro contineri, manibus palpare possis, lector, rogo te, ut consideres tempus, qvo Paulus illud scripsit, & æstimes penitissimè caput nonum, de qvibusnam hominibus ibi agat, & tandem qvales isti homines fuerint. Deprehendes igitur, qvod Apostolus illam epistolam scripserit circa annum Christi 55. & qvidem qvod agat capite nono de Judæis, & qvod inprimis velit tangere Pharisæos, qvi plebem seducebant, auctoritate suâ, qvales tum plurimi prorsus erga Messiam nuperè exhibitum erant Diabolici, unde etiam à Deo meritis suis Diabolo tandem fuere traditi.

Loqvi-

Loqvitur enim, ut dixi, qvod optime notandum, in eodem capite de suis *tunc temporis* Judæis, fratribus suis, cognatis suis, secundum carnem, ex qvibus est Christus, qvoad carnem. Qvales enim isti fuerint *tunc temporis* intra & extra Judæam, *illo* ut dixi *tempore* ex historia illius temporis demonstrare facile est, si repetiveris rem ab ovo. Christi enim personam & doctrinam omnem Satanas per istius temporis Judæos, ut & postea per gentes istius temporis unicè & mirificè supprimere contendit.

Conatus fuit idem ipsi Christo cum primis abalienare discipulos suos, qvos per aliqvot annos testes aluerat, & docuerat, ut ablegati in universum orbem terrarum de ipso testificarentur toti mundo. Et hoc est, qvod dicitur Luc. 22, 31. *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut ventilaret, sicut triticum.* In Judam ingressus omnio hominem vicit, Joh. 13. v. 2. 27. reliqvi discipuli per intercessionem Christi apud æternum Patrem factam servati fuere.

Judæi tempore Christi viventes Christum, qvo impulsore perseqvantur.

Præterea qvod incitaverit Satanas omnia consilia, omnia facta *istius temporis* Judæorum ad delendum Christum & Christianos, patet ex his, Joh. 8. v. 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* 47. *Vos ex DEO non estis, idcircò non auditis.* Hæc utiqve nihil aliud denotant, qvam qvod à Deo propter contumaciam & blasphemiam pertinacem diabolicamqve deserti sint, & Diabolis in pœnam traditi Judæi.

Dicitur homo pertinax *filius Diaboli*, ejus *pater* dicitur Diabolus, dicuntur in homine esse *desideria Diaboli*, qvando veritatem agnitam ex tantis miraculis tamen premit, & personam innocentem, ut Christum, trucidare vult homo improbus. Dicitur pertinax talis *non esse à Deo*, qvia nihil amplius habet commune cum Deo.

Optimè autem & adhuc specialius notandum est, ad qvosnam istorum temporum Judæos hæc verba Christus loqvatur. Sic enim legimus Joh. 8, 2. *qvod totus populus fuerit in templo congregatus ad Christum*, & 3. *qvod Pharisæi & Scribæ adulteram adduxerint*, & 12. *qvod novis supervenientibus locutus fuerit Judæis Pharisæis*, 30. *qvod multi crediderint in eum loqventem*, *qvibus Christus respondit; si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas vos vindicabit. Responderunt autem ei* (scilicet, reliqvi non credentes. Id enim ex seqventibus contextibus liqvidum evadit) *semen Abrahæ sumus, neq; cuiqvam servivimus unqvam, qvomodo tu dicis nos vindicandos? Respondit eis* (incredulis perseverantibus) *Jesus: Amen dico vobis, omnis qvi committit peccatum, servus est peccati, servus autem non manet in domo in æternum. filius manet in æternum. Scio, qvod semen Abrahæ estis, sed qværitis in me trucidare, qvi veritatem vobis locutus sum, qvam audivi à DEO, hoc Abraham non fecit.* Hactenus ex versibus 12. 13. 30. & seqq. Jam igitur concludit v. 41. & 44. *Si Deus pater vester esset, diligeretis me, vos ex patre Diabolo estis.*

Inter Judæos persecutores primas tenent Pharisæi &c.

Qvid sit Jo committere peccatum.

Opti-

Satanas ut ante & in passione, ita post passionem Christi, incitat adversus veritatem plurimos.

Optimè etiam notetur, qvod Actor.5,3. *Satanas* dicitur *tentasse cor Ananiæ & Saphiræ*; unde patet, qvam strenuè Satanas *perrexerit* post Christi ascensionem adhuc delere doctrinam Christi, sed & adhuc Act.26.18. seq. ubi Apostolus recenset verba Jesu Christi ex cœlo in hunc modum locuti: *Ego sum Jesus, qvem tu perseqveris: Sed surge, & sta super pedes tuos, ad hoc enim apparui tibi, ut designarem te ministrum ac testem, tum eorum, qvæ vidisti, tum eorum, qvibus apparebo tibi, eximens te ex hoc populo & gentibus, ad qvas nunc te mitto, ut apertas oculos eorum, ut, si convertantur à tenebris ad lucem,* ET à POTESTATE SATANÆ AD DEUM, *remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem, qvæ est erga me. Unde, Rex Agrippa, non fui inobediens cœlesti visioni. Sed iis, qvi sunt Damasci primùm & Hierosolymis, & per omnem regionem* JUDÆÆ *& gentibus annunciavi, ut resipiscerent, opera facientes digna iis, qvi resipuissent. Horum causa Judæi in templo comprehensum tentaverunt interficere.* Hactenus verba Apostoli.

Diabolo traditi qvomodo sese gerere debeant.

Ex his *simul* discendum est, qvomodo Deus impios, & qvo fine impios tradat Satanæ, ut nimirum ex cogitationibus, qvas insusurrabit, contra verbum Dei, & contra honestatem, & ex actionibus impientissimis, ad qvas ipsos compellet, magis agnoscere attentè attendant, à qvonam sint deserti, videlicet à creatore suo, & à sanctis angelis, qvem jam hospitem & Dominum & aurigam receperint ignorantes, & qvasi cæci scilicet Diabolum, cujus desideria & opera faciant, & ut maturè deserere festinent, aurigam & opera impia aurigæ istius Diaboli.

Qvod enim possint & debeant tentati à Satana hæc ipsa cogitare & pro certo habere, inde elucet, qvia isti temporibus Pauli Apostoli, à Satana occupati in verbis allegatis admonentur, ut agnoscant potestatem Satanæ sese constringentem, & ut ex ea eluctari satagant.

Excommunicati cur voce Ecclesiæ tradantur Satanæ.

Nisi enim maturè illud aggresi fuerint elaborare & cavere, utiqve indies & indies imperium in ipsis crescet diabolicum, & Deo indulgente vel in ictu oculi præcipitari poterunt subito in extremam animæ perniciem. Eo igitur fine & modo Deus Diabolo committit pertinaciter blasphemos & impios, qvo modo & fine Ecclesia impœnitentes excommunicat, hoc est, apertè & nominatim significat & proclamat, se tales habere pro pertinacibus, & pro filiis Satanæ, qvi tantùm gestiant facere desideria patris Diaboli, sintqve in periculosissimo statu, propter facinora indigni, pro qvibus oretur Deus, ut & ipsi his ipsis ceremoniis commoti, aut maturius incipiant sapere, aut suo in desideriorum diabolicorum curriculo perdantur, ut ita Ecclesia á talibus hostibus & scandalis liberetur.

Sicut autem Ecclesia habet causas, cur his ceremoniis impœnitentes tradat Satanæ; ita qvoqve multò magis Deus neminem Satanæ tandem indulge-

dulgebit, nec etiam qvemqvam inde indurabit, aut Satanæ traditum desereret, nisi propter justissimas peccatorum erga Deum impientissimorum causas, & in hunc eundem finem, ut magnitudinem periculi jam tandem agnoscere, & declinare studeat ocyus.

Hæc, qvæ dixi, satis etiam apparent ex textibus Paulinis 1. Cor. 5, 3. & seqq. *Ego ut absens corpore, præsens autem spiritu, jam ut præsens judicavi, ut is, qvi hoc ita perpetravit, congregatis vobis & meo spiritu in nomine Domini nostri Jesu Christi, tradatur ejusmodi homo Satanæ, ad interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die illo Domini Jesu.* Ecce lector, etsi in Excommunicatione Ecclesia orat Deum & Jesum Christum, ut talem hominem relinqvat Satanæ regendum, tamen simul hoc orat & hoc intendit istâ excommunicatione, & traditione peccatoris contumacis in potestatem Satanæ, ut summum suum periculum agnoscat, & ut intelligere incipiat jam tandem, nisi illicò resipiscat, imminere statum longè longè periculosissimum, ideoqve carnem perdat, perimat, interimat, mortificet, & salvet spiritum suum. *Clarissimũ testimoniũ, Satanæ traditos ad pœnitentiã tamen debere reverti.*

Idem ergò Deus qvoq; facit in induratione, qvemadmodum patet ex textu dato, nimirum ut habent verba Christi ex cœlo ad Paulum: *Convertas eos à potestate Satanæ ad DEUM.*

Non possumus omninò satis laudare summam Dei erga creaturas suas, etiam impias & prorsus diabolicas factas, patientiam, qvod in ipsa pœna & induratione tamen nondum eis deneget gratiam suam: sed potius, hoc immisso castigatore acerrimo Satana, illicò ipsos reducere contendit; aut, nisi redire velint, per istum perdere cogitur, ut fiat, qvod dicitur: Ense recidendum est immedicabile vulnus, ne pars sincera trahatur.

Porrò, qvemadmodum Pauli Apostoli temporibus, Judæi plurimi Diabolo erant traditi, ita vicissim plurimi Judæi, ejusdem Apostoli temporibus Diabolicis suggestionibus locum non relinqvebant, sed resistebant, & Christiani fiebant. Hoc enim est, qvod sibi volunt textus sacri, Act. 2. v. 14. c. 22, 4. *ex Israelitis credebant ter mille.* Actor. 6, 1, 7. *multa turba Sacerdotum auscultabat fidei.* Actor. 8, 1. *Persecutio fit Hierosolymis adversus Ecclesiam*, scilicet ex Judæis collectam, Actor. 2, 20. *aliqvot millia Judæorum crediderunt*, Gal. 1, 22. *eram ignotus sanè Ecclesiis Judææ, qvæ erant in Christo*, ut taceam Episcopos Ecclesiarum Christianarum ex Judæis, qvi ordine sibi successerunt, de qvibus lege apud Eusebium lib. 4. *Multi pii Judæi tempore Pauli.*

De his credentibus, & auscultantibus atqve obedientibus illa alia verba Apostoli loqvuntur. (Qvorum vult, miseretur.) *At vice versâ priora* (Qvos vult, indurat,) non aliter debent exponi, qvàm nimirum, qvod petulanter veritati & miraculis evidentibus contra conscientiam contradicentes, Diabolo dimittit & relinqvit, qvi scilicet *tunc injecerunt manus, & posuerunt Apostolos*

 in car-

Qvosnam (Judæos) Deus indurarit, expositio sacræ ipsius Scripturæ plenior. Resistentes. Durâ cervice. *Contradicentes, Blasphemantes.*

in carcerem, principes, scilicet, *Sacerdotum, & Seniores & Scribæ in Jerusalem*, Actor. 4, 1. 2. 3. *qvi Judæi, auditis verbis Apostolorum, dirumpebantur, & consultabant, ut eos tollerent, qvin & cæsis denunciabant, ne amplius loqverentur in nomine Jesu*, Actor. 5, 33. 40. *qvi exorti è Synagoga, qvæ dicitur Libertinorum, altercantes cum Stephano, cum non valerent resistere Sapientiæ & Spiritui sancto, per qvem loqvebatur, subjecerunt qvosdam falsos testes, & commoverunt Concilium, & lapidarunt Stephanum*, qvos ita alloqvitur Stephanus: *durâ cervice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos*, Actor. 7, 51. Item, *qvi ineunt consilium de necando Paulo*, Actor. 9, 23. 24. *qvi in Salamine indignos sese ipsos decernebant æternâ vitâ, Judæi repleti invidiâ, contradicentes iis, qvæ à Paulo dicebantur, & blasphemantes, à qvibus Apostoli convertebant sese ad gentes præordinatas ad vitam æternam, unde Judæi extimulabant mulieres religiosas, & excitaverunt persecutionem in Apostolos*, Actor. 13, 41. & seqq. Qvæ omnia contingerunt post Christum exaltatum ad dextram æterni Patris.

Iterum vide, qvales Judæos Paulus dixerit à Deo indurari.

Huc pertinent Actor. 14. v. 1. illa: *Factum est Iconii, ut simul introirent* (Apostoli) *Synagogam Judæorum, & loqverentur, ita, ut crederet Judæorum & Græcorum magna multitudo, qvi verò* immorigeri *fuerunt Judæi, incitarunt & malè affectos reddiderunt animos gentium adversus fratres. Cumq; factus esset impetus gentium ac Judæorum, unà cum pcincipibus suis, ut lapidarent eos, perfugerunt in circumjacentem regionem.*

Similia de contumacia Judæorum, qvi postea fuere indurati, leguntur Actor. 17. Sic Act. 18, 12. *accusatur Paulus*, & trahitur *à Judæis ad Pro-Consulem Achaiæ*, Act. 21, 27. *Qvidam ab Asia Judæi in templo conturbarunt totam turbam, unde vincitur Apostolus duabus catenis, & in tumultu portabatur à militibus propter violentiam turbæ.*

Fxpendantur hæc, qvæ Paulus refert, cum esset in Jerusalem, Act. 22, 17. *Vidi Jesum dicentem mihi: Festina, & exi citò ex Jerusalem, qvoniam* non accipient testimonium tuum *de me, & dixit: Domine, ipsi sciunt, qvod ego pertrahebam in carcerem eos, qvi credebant in te, tum is dixit ad me, proficiscere, nam ego ad gentes procul mittam te.* Hactenus verba. Audi jam, qvid secutum sit Hierosolymis in castris Pro-Consulis. Textus ita habet: *audiebant eum ad hunc usq; sermonem, tum sustulerunt vocem suam dicentes: Tolle hominem, non convenit eum vivere. Clamantibus autem eis, & projicientibus vestimenta, & pulverem jactantibus in aërem, jussit Tribunus eum duci in castra, ut flagellis haberetur qvæstio de eo. Postero die Tribunus volens scire pro certo, cujus rei accusaretur à Judæis, solvit eum vinculis, & jussit venire Principes Sacerdotum, ac totum consessum.* In hoc consessu cap. 23. *Ananias Pontifex injunxit adstantibus, ut os ejus verberarent. Cumq; magna seditio esset, veritus Tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis,*

ab ipsis, jussit eum ducere in castra. Qvidam autem ex Judæis devoverunt sese dicentes, se neq; esuros, neq; bibituros, usqveqvo trucidassent Paulum, Actor. 24. *Qvinq; diebus post descendit Pontifex Ananias cum Senioribus & Tertullo Oratore, coram Præside contra Paulum, & dicunt, qvod compererint virum hunc pestilentem, ac moventem seditionem Judæis omnibus per universum orbem, ac principem sectæ Nazarenorum,* Act. 25. *Pontifex ac primarii ex Judæis petunt accersi Paulum, factis insidiis in via ipsi interficiendo*; sed tandem Cesareæ sistit Apostolum, ubi *circumsteterunt eum, qvi ab Hierosolymis descenderant Judæi, multas ac graves accusationes afferentes adversus Paulum,* Actor. 28. Judæi Romæ degentes ita affantur Paulum vinctum v. 21. & seqq. *Nos neq; literas accepimus de te à Judæa, neq; adveniens aliqvis fratrum nunciavit aliqvid de te mali. Volumus autem ex te audire, qvæ sentias, nam de secta illa notũ est nobis, qvod ubiq; ei* contradicitur, *cũq; à manè usq; ad vesperã exposuisset ipsis regnũ Dei* (addit textus, ut seqvitur) *alii qvidẽ assentiebantur iis, qvæ dicebantur, alii v. nõ credebant.*

Vide igitur Lector, & ex his omnibus æstima, qvàm acriter Paulo Romæ restiterint Judæi, qvos tandem induravit Dominus, & judica, illud etiam ex his ultimis Actorum Apostolicorum verbis: v. 25. *Cum autem inter se non essent concordes* (Judæi) *discesserunt, Paulo hoc unum dicente: Sanè benè Spiritus S. locutus est per Esaiam Prophetam ad patres nostros, dicens: vade ad populum istum, & dic, auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non cernetis. Pingvefactum enim est cor populi hujus, & auribus graviter audiverunt, & oculis suis conniverunt, ne qvando cernent oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, qvod gentibus missa est hæc salus Dei, & ipsi audient. Cum ergo hæc dixisset, exierunt Judæi, multam habentes inter se disceptationem.* Hactenus verba Actorum Apostolicorum.

Porrò scripta censetur Epistola ad Romanos, in qva dicitur, Deus indurare Judæos, anno Christi nati qvinqvagesimo qvinto, stantibus adhuc Hierosolymis, & *plenis* virorum ad sangvinem, & ultrà, *contradicentium* Christo, ad dextram æterni patris exaltato, plena cumprimis erat tunc Hierosolyma illis proceribus Sacerdotũ, qvi Christum calculis suis damnaverant, moxq; indurationis suæ pœnas temporales & æternas sunt experti, in excidio Hierosolymitano, infligi cœptas. De his igitur istius temporis Judæis cumprimis loqvitur Apostolus Rom. 9, 13. Qvos vult, indurat, nimirum sicut boni & moderati, ac rectè omnia perpendentes Judæi veritatem reciperunt, & illos misericordiâ suâ dignos beavit Deus; ita reliqvi intempestivi, immoderati, incontinentes, impii, pertinaces, blasphemi, veritatem nec perpendere nec recipere satagentes, q[illegible] in potius contra conscientiam rejicientes, pro Dei justissima voluntate, traditi fuere Satanæ. Et qvia Satanæ traditi, nec illam miseriam agnoscere & emendare sustinuerunt, idcircò meritò & justè perierunt, utiq;

Qvando Epistolam ad Romanos Apostolus scripsit, ibi omnia adhuc erant plena Judæorum impiorum.

nullo fatali & absoluto odio Dei, sed nimiâ ignaviâ, socordiâ, supinâ negligentiâ & malitiâ, improbabitateq; propriâ.

Posset illud ipsum dari probatum etiam ex historia Ecclesiastica & profana istorum temporum, nisi mallem me continere intra sola sacra Biblia.

Satis est, qvod constat, spiritu immundo irretitos plurimos Judæos, tunc furere perrexisse, sicut de ipsis loqvitur Eusebius sub initium lib. 4. Et cur Dominus, desideria Diaboli facere gestientibus, non immisisset Satanam, adeoqve Satanæ eos tradidisset, & ita indurasset petulantissimos, pertinacissimosqve istos & perfidos homines, qvi tot miraculis, qvalia nunqvam vidit mundus, & qvæ mundus capere non posset, Joh. 21. v. ult. tamen non movebantur, nec flecti volebant.

De phrasi QVEM VULT, usitata Scripturis in sensu pio.

Neminem autem moveat phrasis, QVEM VULT, indurat, qvasi indicaret illa selectionem ex æqvè impientissimis, qvorum saltem aliqvos induraverit, aliqvos verò non induraverit, pro nudo voluntatis suæ arbitrio.

2. Cor. 2, 10. similis extat locutio: *Cui condonatis, & ego* (condono) *nam & ego si qvid condonavi, cui condonavi, propter vos* (condonavi) *in conspectu Christi.* Loqvi in his verbis Apostolum de incestuoso, post pœnitentiam recipiendo, notũ est. Nos, stylo communi nostro, illud effectum per simplicem hanc pronunciaremus sententiam: *Incenstuoso si condonastis, ego qvoq; condono Ideò autem ego donavi in nomine Christi, qvia & vos donastis in nomine Christi.* Circuitione autem elegante usus, qvæ non assvetis ad stylos Propheticos & Apostolicos, ambiguam sententiam continere poterat videri, ita loqvitur Apostolus: *Cui condonatis, & ego, nã & vos condonastis, qvia scivistis me condonare.*

Non multum absimile est istud, 2. Cor. 7, 12. *Sanè si & scripsi vobis, non* (scripsi) *vobis ejus causâ, qvi injuriam fecerat,* cum potuisset simpliciter dicere: *Scripsi vobis, sed non scripsi istius causâ, qvi injuriam fecerat.* Istiusmodi autem idiotismi multi sunt, in communi nostra lingva Germanica, in qvotidiano usu.

Qvicunq; Filius voluerit revelare

Qvid opus est multis? Aspiciatur illud Oraculum Christi Servatoris, Matth. 11, 27. Luc. 10. v. 22. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo novit Filium, nisi Pater, neq; Patrem qvisqvam novit, nisi Filius, & cuicunq;* voluerit *Filius revelare. Sensus omnino & iste*: Nemo novit Filium, nisi Pater, neqve Patrem qvisqvam novit, nisi Filius, & præterea omnis ille, qvicunq; vocatus ad audiendum acceder. Filius enim voluit revelare non nisi unicuiqve advocato, & ad audiendum accedenti. Vocat autem omnes, & cupit omnes accedere, & omnes accedentes audire. Veram esse hanc interpretationem, ostendit Scriptura. Sic enim qvoad vocationem è vestigio seqvitur apud Matthæum, vers. 28. *Venite ad ME omnes, qvi laboratis & onerati estis.* Ergo Christus omnes vocat, ut omnibus sese possit revelare, sicut omnibus vult sese revelare, qvia cunctos vocat.

Simi-

Simillimum est istud oraculum Salvatoris, Joh.6,37. *Qvicqvid dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qvi venit ad me, non ejicio foras.* Et vers. 38. *Hæc est voluntas ejus, qvi misit me, Patris, ut, qvicqvid mihi dederit, non perdam ex eo, sed suscitem illud in ultimo die.* Sed qvid hoc sit, mox illicò explicatur v. 40. *Hæc est voluntas ejus, qvi misit me, ut omnis, qvi videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam, ego verò suscitabo eum in ultimo die.* *Voluntas Dei est, ut omnis credat.*

Simillimum est illud ibidem v.44.45. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qvi misit me, traxerit eum, ego verò suscitabo eum in ultimo die: Est scriptum in Prophetis, & erunt omnes docti à DEO. Qvisqvis ergò audivit à Patre & didicit, venit ad me.* Hactenus verba Christi, qvorum sensus exponendus item venit ex v. præcedente 40: *Hæc est voluntas ejus, qvi misit me, ut omnis, qvi videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* *Trahitur, qvi vocatus audit.*

Fiat elucidatio per aliud exemplum in veteri Scriptura Dan. 4,14. 22. *Cognoscent viventes, qvod dominatur Altissimus in regno hominum*, & cui voluerit, *dabit illud, & humilem inter homines constituet super illud, septem tempora transibunt super te, donec scias, qvod dominatur Altissimus in regno hominum*, & cui voluerit, *dabit illud.* Hactenus verba Prophetæ Danielis, *qvorum sensus est:* DEUS dat regnum suum illis, qvi sese humiliant coram DEO. Paulò *fusius, & ornatiore schemate* ista dicturus Daniel, *sic inqvit*: Dominatur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud. *Qvid & illud, Regnū dat Deus* CUI VOLUERIT.

Omninò autem verum esse sensum, qvem dedi, integer versus 14. evincit in hunc modum: *Dominatur Altissimus in regno hominum* ET CUI VOLUERIT, DABIT *illud*, & HUMILEM INTER HOMINES *constituet super illud*, Ecce Lector, qvid sit τὸ *cui voluerit*, nimirum *humilianti sese coram DEO*, DEUS regnum dat & prolongat. Illud igitur, CUI VOLUERIT, habet annexam causam, cur det regnum, sicut in superioribus etiam causa latet in vocabulo eodem, CUICUNQVE FILIUS VOLUERIT *revelare*, qvod *vocato, accedenti & credenti* Filius revelet Patrem.

Extat similis phrasis Dan. 5,19. (*Pater tuus Nebucadnezar*) qvos volebat, *occidebat*, & qvos volebat, *percutiebat*, & qvos volebat, *exaltabat*, & qvos volebat, *humiliabat.* In his qvoqve causam occidendi, percutiendi, exaltandi, humiliandi comprehensam esse, certum redditur ex historia capitis secundi, ubi ideò legem fecit Nebucadnezar, & jussit, ut interficerentur omnes sapientes Babel, qvod somnium Regis indicare non possent. Juxta hanc perpetuam stili sacri analogiam, hoc qvoqve in loco DEUS miseretur, cujus vult, qvem verò vult, indurat, nimirum, juxta alias sacrarum Scripturarum Paulinarum interpretationes: *Evangelium est potentia Dei ad salutem OMNI CREDENTI*, Rom. 1,16. *Ecce pono in* *Rex, qvos vult, occidit.* *Deus miseretur, cujus vult, nimirum* CREDENTIUM.

Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis, qvi CREDIT in illum, non confundetur, Rom. 9,33. *Dicit enim Scriptura, omnis, qvi CREDIT in illum, non confundetur*. Et in specie ad Judæos eosdem respicit cumprimis Apostolus, Rom. 10. v. 3. 4. *Ignorantes Dei justitiam, & propriam justitiam qværentes constituere, justitiæ Dei non fuerunt subjecti. Nam finis legis Christus est, ad justificationem CUIVIS CREDENTI.* Et v. 19. 20. 21. *Sed numqvid Israel non cognovit* (DEUM) *Esaias autem utitur audaciâ, dicitq́; inventus sum ab iis, qvi me non qværebant, conspicuus factus sum iis, qvi de me non interrogabant. Adversus Israelem autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum IMMORIGERUM & CONTRADICENTEM.* Et c. 11, v. 7. 8. *Qvid ergo? qvod reqvirit Israel, hoc non est assecutus, sed ELECTI assecuti sunt, reliqvi verò OCCALLUERUNT, sicut scriptum est: Dedit eis Deus spiritum soporis, oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, usq; ad hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum pro laqveo, & tendicula, & offendiculo & talione ipsis, obtenebrentur oculi eorum, ut non cernant, & tergum ipsorum semper incurva.* Ergo ex aliis contextibus ejusdem Epistolæ ad Romanos, de Judaica ista tum gente sermocinantibus, liqvidissimum evadit: Phrases, cujus vult miseretur, qvem vult indurat, exponendas esse in modum illum, qvo declaratur à Christo ipso, Christi ipsius phrasis ista: (*Nemo novit Patrem, nisi Filius, & cuicunq; voluerit Filius revelare,*) *qvemadmodum huc usq; ostensum fuit, nimirum, cui accedenti & credenti Filius revelat: sic indurat petulanter incredulum, miseretur credentis, id qvod per contextus hactenus fuit invictè evictum.*

Porrò desumsit Apostolus phrasin istam suam (qvem vult, indurat, cujus vult miseretur) ex Exod. 33, 19. qvem ipsemet in Epistolâ locum ex Hebræa Exodo in hunc modum citat: τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω *miserebor, cui misereor, & impensè amabo, qvem amo* (vel amplectar, qvem amplector): In Hebræo, *gratiosum habeo, qvem gratiosum habui vel habebam, vel habueram. Viscerum commiseratione commiserabor, qvem viscerum commiseratione commiseratus fui, eram, vel fueram.*

ORACULUM XXIX.
SACRUM.

Exodi 33, 19.

Miserebor, cui voluero, & clemens ero, in qvem mihi placuerit.

Wem ich gnädig bin/ dem bin ich gnädig/ und wes ich mich erbarme/ des erbarme ich mich.

UTqve conſcientiam cujusvis lectoris pacatiſſimam ex fontibus verbi divini reddam, Moſaicum iſtum locum explanare aggrediar paulò fuſius. Seqvar igitur duo, à me ſuperius propoſita præcepta; & qvod ad *primum*, videlicet ad linqvam Hebræam, ſunt in textu duo vocabula, *Chanan & Racham*, cum qvibus ſi qvis ingreſſus fuerit Concordantias Hæbræas, deprehendet, poſtremi vocabuli ſingniſicationem eſſe paulò ampliorem, qvam primi. A poſtremo enim deducitur vocabulum *uteri & puellæ deſiderabilis*; & hoc eodem utitur Scriptura Pſal. 103, 13. *Qvemadmodum miſeretur pater ſuper filios &c.* Eſa. 46, 3. *Qvi geſtamini à ventre, & bajulamini à matrice.*

Deinde ne qvis moveatur phraſi, *cujus vult*, qvaſi ex abſoluta indeterminataq; voluntate proficiſcatur hæc commiſeratio, primùm obſtant ſimiles phraſes ſacrarum literarum, qvas modò declaravi, tum confirmant antecedentia & conſeqventia in Exodo.

Neceſſe autem eſt, ut benevolus Lector, & peritus audire cupiens interpres, & Spiritu dijudicaturus, num ex DEO ſit declaratio optimè & ſolertiſſimè conferat *tria capita Exodi Moſaicæ*, nimirum 32. 33. & 34. In his enim deſcribitur tota & omnis hiſtoria de horrendo lapſu populi Iſraelitici, in vituli aurei cultu erecto, & de DEI benigniſſimè tantum lapſum tandem proſus remittentis maxima clementia. Etſi autem primo opere capita iſta *tria* non niſi difficilima & obſcuriſſima apparent, tamen ſi attentiſſimè decies & vel vicies, qvod fieri omnino convenit, legentur & relegentur, expendentur, æſtimabunturq;, tum paulatim eorundem genuinus ſenſus effulgere incipiet, idq; in hunc modum, qvantum reqviritur nimirum, pro explicatione magis expedita verborum illorum, *miſereor, cujus miſereor &c.*

Pro vero ſenſu τῦ Exod. 33, 19. qvinam textus conjungendi.

Vituli ergo aurei externam ceremoniam Iſraelitæ in deſerto flagitarunt, hoc eſt, hanc formam ſacrorum Ægyptiorum expopoſcerunt, & in itineribus per deſertum ſuis caſtris præferri deinceps conſtituerunt Iſraelitæ. Ubi ante omnia propter ſeqventes contextus annotandum venit, etſi Exod. 32, 3. ſcribitur, qvod omnis populus ſeparaverit inaures, & attulerit ad Aaronem, qvod tamen non OMNIS populus hoc revera fecerit, ſed qvod fermè totus populus, hoc eſt, qvàm maxima populi pars iſto vitulo aureo ſeſe contaminaverit.

Vitulus aureus in deſerto.

An omnes & ſinguli Iſraelitæ in deſerto addicti fuerint aureo vitulo.

Patet

Patet illud ad oculum ex contextu istius ejusdem capitis, vers. 26. ubi adhortatur Moses reliqvos, à culto aurei vituli alienos, ut in impuros & pollutos irruant, & eos occidant, his verbis: *Qvis est Jehovæ, ad me veniat. Et congregati sunt ad eum omnes filii Levi: Qvibus dixit: Sic dixit Jehova, Deus Israel. ponite qvisq; gladium suum super femur suum, transite & revertimini, de porta ad portam, in castris, & occidite qvisq; fratrem suum* (nimirum qvi adhuc idololatriam exercet, & saltationes in honorem vituli aurei) *& qvisq; amicum suum, & qvisq; propinqvum suum. Feceruntq; filii Levi juxta verbum Mosi, & ceciderunt è populo in die illa ferè tria millia virorum. Et dixit Mose, consecrastis manum vestram hodie Jehovæ; Nam qvisq; consecravit manum suam in filio suo, & in fratre suo, ut det vobis hodie benedictionem.* Hactenus verba Exodi in loco isto, ex qvibus optimè colligitur in erectionem vituli aurei non omnes consensisse Israelitas, etsi v. 3. dicitur *omnis populus separasse inaures & attulisse ad Aaronem, pro faciendo aureo vitulo.* Hanc sententiam seqvitur Apostolus in Novo Testamento, 1. Cor 10, 7. *Ne sitis idololatræ, sicut QVIDAM eorum, ut scriptum est: sedit populus, ut vesceretur ac biberet, & surrexerunt ad ludendum.* Qvæ verba de aurei vituli cultu loqvi, collatio hujus, & præterea alterius textus Exod. 32, 6. ad utrumqve oculum convincit. Qvod ergo Moses dicit, OMNIS POPULUS separavit inaures &c. hoc paulus ita recenset, QVIDAM eorum. Ideò autem Moses dicit, omnem populum attulisse inaures, qvia maxima pars, & fermè omnis seu totus populus istud fecerat.

Cur Moses de omni populo dixit, qvod attulerint inaures.

Exemplum aliud restricta universalitatis

Ut autem in aliis qvoqve similibus verus sensus venari discat Interpres, seu Lector pius, videatur simile exemplum Num. 14. Sic & ibidem ab initio usqve scriptum extat: *Sustulit UNIVERSUS COETUS, deditq; vocem suam, & flevit populus nocte illa.* v. 2. *Et murmuraverunt adversus Mosen, & adversum Aaron OMNES fili Israel, dixeruntq; eis UNIVERSA MULTITUDO: utinam mortui essemus in terra Ægypti, aut in deserto hoc, utinam mortui essemus.* v. 5. *Tunc cecidit Moses & Aaron super facies suas coram UNIVERSO COETU congregationis filiorum Israel.* v. 6. *Jehosua verò & Caleb, QVI ERANT DE EXPLORANTIBUS TERRAM, sciderunt vestimenta sua:* v. 7. *ac dixerunt ad UNIVERSAM congregationem filiorum Israel, dicendo: Terra, per qvam transivimus, ut exploraremus eam, est optima terra.* v. 10. *Tunc dixit UNIVERSA CONGREGATIO, ut lapidarent eos lapidibus.* v. 21. *Et dixit Jehovah: Vivo ego, & replet gloria mea universam terram.* v. 22. *Qvod omnes illi, qvi viderunt gloriam meam & signa mea, qvæ feci in Ægypto, & in deserto, non videbunt terram, qvam juravi Patribus eorum;* v. 24. *At servum meum Chaleb introducam. Dic illis, vivo ego, si non sic fecero vobis.* v. 29. 30. *In deserto isto cadent cadavera vestra, & omnes*

& omnes numerati vestri secundum omnem numerum vestrum à filio viginti annorum & supra, QVI MURMURASTIS adversus me præter Chaleb & Josua & parvulos vestros v.35. *Ego Jehovah locutus sum, si non istud fecero* UNIVERSÆ *congregationi malæ huic* v.37. *Mortui igitur sunt homines illi, qvi terræ detraxerunt, plaga coram Jehova.* v.38. *Jehosua verò & Chaleb vixerunt ex hominibus illis, qvi perrexerunt ad explorandam terram.* Hactenus verba sacræ Scripturæ, qvæ repetuntur Deut.1, 34. 35. 36.

An tantum duo adulti fuerint ingressi in terram Chanaan ex deserto.

Ex hisce (ut obiter annotem,) etiam verbis depromunt suam Concionatores sententiam, qvando docent, tantùm duos in terram Chanaan ex deserto ingressus esse Israelitas adultos (qvi nimirum *ultra* viginti annos excreverant illo tempore, qvando per exploratores murmur excitatum fuit in deserto.)

Et JEHOSUAM qvidem intrasse in terram Chanaan, ex libro Josuæ toto plusqvam est perspicuum. Qvod CHALEB ingressus fuerit terram Chanaan, liqvidum est ex toto capite *primo Judicum.*

Tertius adultus in terram sanctam ingressus.

*S*ed & præter hos duos (qvod diligenter annotabis Lector benevole) ingressus fuit adultus alius, cujus etiam mentio extat in sacris, nimirum *Eleazar Sacerdos*. Jos.24.v.34. his verbis; *Eleazar filius Aaronis mortuus est & sepelierunt eum in Gibath Pinches filii ejus, qui datus fuit illi in monte Ephraim* Ad Eleazarum enim qvod attinet, filium Aaronis, fit ejusdem vivi intra terram Chanaan constituti mentio, Jos.14,1. & 17,4. & 19.51.& 21,1. in distributione terræ & in constitutione civitatum refugii.

Functus fuit Eleazar munere Sacerdotum, cum adhuc populus degeret juxta montem Sinai, anno post exitum secundo, Num.1,1.& 10,11.12. Cumprimis verò Levit 10, 6. Ad talem functionem, qvalem tunc sustinebat Eleazar, nemo admittebatur, ante annum ætatis tricesimum, Num. 4.3.23,30,35, 39, 43, 47. Tot ergo fuit annorum Eleazarus omnino ad minimum in statione undecima, Num.33, 15. Exod. 19, 1.

Murmuratio autem longè post contigit, simulq; longè post Deus interminationem istam suam promulgavit, nimirum, in statione tricesima tertia. Confer loca, Num.13,1.& 33,18, 36, 37. qvanto tempore subinde adultior fuit redditus Eleazar.

Hæc qvia sunt supra omnem modum plus satis clara, ideo facilè vellunt aurem lectori & interpreti, ut verba illa Codicis sacri, nimirum, *universam multitudinem, universum cœtum, universam congregationem omnes filios Israel* non extendere audeant, nisi ad omnes istos, qvi tunc murmurarunt. Id qvod & ipse contextus faciendum esse non obscurè monet, cùm inqvit: *Mortui sunt homines illi qvi terræ detraxerant, de qvibus dixerat Dominus: in deserto cadent,* QVI MURMURARUNT adversus me. Certô certius

illud confirmabit regularum omnium, nedum duarum supra propositarum, regina illa, qvæ antecedentium & conseqventium affinia jura, & sese mutuò complectentes & explicantes affectiones considerat, & expedit in toto capite 13. & in toto capite 14. Hæc enim duo capita inter sese, qvoad historiam murmurationis ab exploratoribus excitatæ, cohærent.

Attende lector, ex 12. tribubus missos exploratores singulos, nullum verò ex tribu Levi.

Itaqve cap. 13. v. 1. *profectus fuit populus de Haseroth, & venit in Paran, & qvidem in Cades* (v. 27.) Ex hoc loco mittuntur duodecim viri de singulis tribubus, scilicet unus de tribu *Ruben*, unus de tribu *Simeon*, unus de tribu *Juda*, Chaleb videlicet, unus de tribu *Isaschar*, unus de tribu *Ephraim* Josua videlicet, unus de tribu *Benjamin*, unus de tribu *Sebulon*, unus de tribu *Manasse*, unus de tribu *Dan*, unus de tribu *Asser*, unus de tribu *Naphthali*, unus de tribu *Gad* nemo verò ex ordine seu pro tribu Levi. Id qvod lector penitus animo tuo æstimandum infigere debes, ut scias certo, ex tribu Levi nullum fuisse missum cum reliqvis exploratoribus,, 2. ut paulatim videre incipias, qvid inde sit sufficienter concludendum.

Nullus Levitarum populum concitavit.

Ergo sicut ne unus ex tribu Levi cum reliqvis exploratoribus fuit ablegatus & profectus, ita qvoqve post omnium reliqvorum exploratorum reditum nihil qvicqvam tentare potuit aut voluit, vel tota adultorum etiam & Seniorum Levitarum turba, vel etiam unus saltem ex Levitica tribu ad concitandum populum adversus Mosen. Cum enim nemo istorum Levitarum unà, cum reliqvis exploratoribus, emissis ex reliqvarum tribuum serie, vidisset terram, nec in consilio electionis 12. exploratorum stetisset, utiqve nec in relatione post reditum inveniri potuerunt aut debuerunt Seniores Levitarum: Concludendum igitur est, qvod populi omnes seu loco populorum ipsi reliqvarum tribuum Seniores seu adultiores in conventu 12. tribuum collecti, non nisi à decem exploratoribus decem tribuum, exceptâ tribu Levi, passi fuere sese seduci, frustra reclamantibus duobus piis exploratoribus ex Juda & Epharim, siqvidem reliqvæ tribus Juda & Ephraim sese à reliqvis tribubus decem superari & seduci sunt passæ. His igitur sese in hunc modum habentibus, etiam consecuta maledictio divina sese non extendit ad etiam omnem tribum Seniorum Levitarum: sed maledictio tantùm dirigitur in omnes Seniores, & viginti annis adultiores Israelitas, tantummodò duodecim jam nominatarum tribuum, in qvibus tribua Levi prorsus non continentur; & extenditur, inqvam, ad omnes Seniores duodecim tribuum indicatarum (exceptis duobus viris, Josua et Ephraim, & Chaleb ex Juda, qvia etiam tribus Juda & Ephraim murmurarunt, exceptis Chaleb & Josua.)

Hæc

Hæc ubi satis expensa, & attentè considerata fuerint, jam omnem difficultatem removebunt, quî fiat, qvod præter Josuam & Chaleb, [ta]men simul in terram Chanaan ingressus fuerit Eleazarus, ex tribu Levi, qvi tunc longè ac & maximoperè adultior fuit viginti annis. Spero iterum ex hisce videre accuratissime pium lectorem, etiam interpretem sacrarum paginarum, qvàm necessaria sit, qvàm facillimam reddat omnem Scripturam, qvàm tollat expeditissimè omnes scrupulos illa nunqvam satis deprædicata antecedentium & conseqventium contextuum evidentissima, solers & non pigra collatio. Ergo in hoc Mosaico textu: *Flevit universus cœtus, omnes filii Israel, universa multitudo, universa congregatio, omnes numerati*, sensus necessariò expromendus est ille: *Flevit præter* Levi *totam tribum, & præter Josua in tribu Ephraim & Chaleb in tribu Juda*, tota multitudo Rubenitarum, Simeonitarum, Judæorum specialiter sic nominandorum è tribu Juda, Isascharitarum, Ephraimitarum, Benjamitarum, Sebulonitarum, Manassitarum, Danitarum, Asseritarum, Naphtalitarum, Gaditarum.

Capite primo Numerorum numerantur ex duodecim tribubus, fortium virorum sexcenta tria millia, & qvingenti qvinqvaginta. *Capite Numerorum tertio* numerantur ex Levitis à filio unius mensis & supra, & reperiuntur saltem duo & viginti millia, ducenti & septuaginta tres. Est autem magnum intervallum inter hos numeros 603550. & 22273. *Priorem* igitur multitudinem, maximam videlicet, Scriptura sacra his verbis exaggerat: *Universus cœtus, omnes filii Israel, universa multitudo, omnes numerati.* *Cur excepta tribu Levi tamen reliqvarum tribuum homines dicantur Universus Israel.*

Exempla possem producere numero plurima & evidentia ex veteri Testamento, ubi Terminus *Universi* dicitur, cum tamen non singuli intelligantur.

Interim nolo, nec patitur contextus Scripturæ ipsissimus, abuti ubiqve locorum hac admonitione, præsertim in enervandis oraculis divinis, ex qvibus consolari decet afflictos peccatores. Joh. 3. 16. *Sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qvi credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* 1. Timoth. 2, 4. *DEUS vult omnes homines salvari, & ad agnitionem veritatis pervenire.* In his Oraculis divinis includi etiam illos, qvi tandem pereunt & damnantur, ex iisdem textibus liqvidum evadit, Joh 3, 17. *Non misit DEUS Filium suum in mundum, ut condemnet mundum; sed ut mundus servetur per eum. Qvi credit in eum, non condemnatur: Qvi verò non credit, jam condemnatus est.* Additur causa: *Dilexerunt homines potius tenebras, qvàm lucem.* Qvæ omnia capite 1. Johannis itidem inculcantur. Huc potest adduci istud Heb. 10, 29. *Qvantò pu-* *Non est abutendum admonitione, qvod Terminus (universi) non includat singulos.* *Christus vocat eos, qvi tandem tamē pereunt.*

Sanctificati fuerunt impii sangvine Christi.

tatis acerbiore supplicio dignus censebitur, qvi Filium Dei conculcavit, & SANGVINEM fœderis, per qvem fuerat SANCTIFICATUS, profanum duxerit, & spiritum gratiæ contumelia affecerit. Ergo impios sangvis CHRISTI etiam redemit; sed redemtionem pedibus iniqvitatum suarum conculcant. Optimè igitur circumspiciendum est, qvando per OMNES revera indeterminatè omnes, qvando verò ILLI OMNES intelligendi veniant, de qvibus propriissimè in loco aliqvo agitur.

I. *Non omnes probarunt aureum vitulum.*

Sed ad rem. Ante omnia Exod.32,1. observandum est, qvod non cuncti & omnes Israelitæ in deserto vituli aurei erectionem urserint, promoverint, collaudaverint, sed qvod *qvidam* tantummodò illud fecerint, id qvod hactenus est evictum.

2. *Differentiā inter cultores ipsos aurei vituli. Qvi gravissimè peccarint in aureo vitulo. Aaron non contradicens vitulo aureo inter auctores vituli aurei ipse primarius constituitur.*

Jam 2. istud qvoqve non levibus attentionis accuratæ oculis est aspiciendum, qvod inter ipsos idololatras in textu magnum reperiatur discrimen. 1. *Qvidam enim dicuntur induxisse peccatum illud magnum super* istum populum, *vel*, qvod idem est, *discooperuisse populum istum*, tanqvam autores, 2. & qvi, cum intelligerent & possent, *tamen autoribus idololatriæ* suâ autoritate, & vel vitæ profusæ interpositâ animâ *non restiterunt satis fortiter:* Tales omnino fuerunt isti, qvi ab Aarone per Mosen accusato adducuntur ad sui excusationem his verbis: *Ne irascatur furor Domini mei: tu nosti populum, qvod in malo sit. Dixerunt enim mihi: Fac nobis Deos, qvia isti Mosi nescimus qvid factum sit.* Talis fuit ipse Aaron computatus Exod.32,21. *Dixit Mose ad Aaron: Qvid fecit tibi populus iste, qvod induxisti super eum peccatum tam grande.* Et versu 25. *Vidit Mose populum, qvod discoopertus esset (discooperuerat enim eum Aaron ad ignominiam inter hostes eorum.)* Discooperuerat populum Aaron non resistendo acerrimè iis, qvi primipilares urgebant talem novum cultum. Hoc igitur discrimen secundo loco non oscitanter est contemplandum.

Pœnæ diversæ adorantium vitulum.

Præterea *tertiò* optimè distingvendæ sunt pœnæ divinæ, 1. *tùm* qvibus maxime & graviter pollutos aurei vituli cultu afficere voluit *cunctos & singulos* Deus; 2. *tum*, qvibus propter intercessionem Mosis postea *qvosdam tantum*, & qvidem prius mitioribus afflixit, 3. *tum* qvibus amplius qvosdam afficere voluit, sed qvas pœnitentiam subinde ampliorem agentibus illis penitus remisit.

Primò minatur Deus omnibus cultoribus vituli aurei.

Itaqve I. sub completum aurei vituli festum hæc DEUS loqvitur ad Mosen, adhuc secum in monte constitutum: *Fecerunt sibi vitulum aureum fusilem, adorarunté illum, & sacrificarunt ei, dixeruntq́: Isti sunt Dii tui Israel, qui eduxerunt te è terra Ægypti.*

Postqvam hæc verba ex Deo audivit Moses, illicò ipse consternatissimus, & eventum tristissimum facilè conjiciens, prorupit in monte

in

in ardentisſimam deprecationem. Id qvod qvidem in textu his iisdem verbis non exprimitur, attamen ad amusſim certisſimam colligitur ex his, qvæ qvàm proximè ibidem conſeqvuntur, his verbis: *Dixit præterea Jehovah ad Moſe: Vidi populum hunc, & ecce populus duræ cervicis eſt. Nunc igitur DIMITTE ME* (noli precatoriâ intercesſione me diutius impedire à pœna ipſis intentata & infligenda) *ut excandeſcat furor meus in eos, conſumamq; eos. Te autem faciam in gentem magnam.*

Hactenus verba Scripturæ, qvibus Deus in monte minatur, qvod ex furore excandeſcentiæ, hoc eſt, ex conceptione meritæ vindictæ, cunctis in iſto idololatriæ actu conſtitutis vitam (per peſtem, vel per ignem, ex columna nubis, aut aliunde, vel per alium modum) extingvere, ſimulq; hoc pacto extinctos in gehennam detrudere velit. *Qvinam pro damnatis habendi.*

Etſi verò ne hoc *de damnatione ad gehennam* his iisdem ſyllabis & voculis in textu continetur; *tamen* etiam in claſſe infra tyrones conſtitutus qvilibet, hoc egregiè & ſufficienter intelligit, non damnari non poſſe & deberi eos, qvi à Deo in ipſo actu ſummi & damnatisſimi peccati illicò, in momento, ſimul & ſemel, ex hac vita, in furore Dei, in alterum ſtatum, ante actam pœnitentiam, rapiuntur.

Hæc igitur eſt illa pœna, qvam Deus cunctis & ſingulis, aurei vituli cultu prævaricatis, ſimpliciter inflixiſſet, niſi deprecatio Moſis obſtitiſſet: Et tunc Moſen ſolum excreſcere feciſſet in magnam gentem, unà nimirum cum illis, qvi à cultu aurei vituli abhorruerant. Id qvod optimè colligitur ex cap. 33. Exod. v. 7. ubi, poſt ſpem reconciliationis factam, Moſes tabernaculum Eccleſiæ extra omnia caſtra collocat & ad iſtud præter Moſen & Joſuam congregantur ii, *qvicunq; Jehovam reqviſiverant*, cùm tamen verſu 10. reliqvus omnis populus, antea in cultu vituli aurei prævaricatus, domi maneret, & ad oſtium tentorii qvisq; ſui adoraret.

Sed hanc generalem deletionem, hoc eſt, hanc pariter temporalem & æternam iſtorum idololatrarum omnium turbæ debitam pœnam ulterius avertit Moſes novâ & ardentisſimâ ſupra montem intercesſione, Exod. 32, 11. his verbis: *Precatus eſt Moſe faciem Jehovæ Dei ſui & dixit: Ut qvid, ô Jehova exardeſcet furor tuus, in populum tuum. Ut qvid dicent Ægyptii: Malitioſè eduxit eos, ut occideret eos. Convertere ab ira furoris tui, & pœniteat te ſuper malo populi tui. Recordare Abraham, Iſaac & Jacob, ſervorum tuorum, qvibus juraſti per te ipſum.* Additur igitur poſt hanc ſeriam precationem ſeu intercesſionem Moſis, v. 14. *Et pœnituit Jehovam ſuper malo qvod dixerat Jehova ſe facturum populo ſuo.* *Varia pœna variis cultoribus aurei vituli inferentur.*

II. verò *etſi* Deus in gratiam Moſis (petentis ſeu intercedentis) remiſit corporalem & ſpiritualem, temporalem & æternam pœnam (jam dictam, & *Secundò duo ipſi commendat.*

 ſuper

ſuper cunctos prævaricatores directam) in monte, anteqvam cum tabulis, manu Dei ſcriptis, de monte deſcenderet; *tamen* adhuc in monte (ante deſcenſum) duo Moſi commendavit.

Primò Deus mandat puniri anteſignanos ex cultoribus vituli aurei gladio.

Primùm enim eidem in monte injunxit, ut (præſertim Levitas) impollutos, ſeu puros à cultu vituli aurei, irritaret & incitaret, ad infligendam aliqvam pœnam, corporalem ſaltem (ſub qva Iſraelitæ tamen manerent peculiaris populus Dei in terram Chanaan introducendus, & qvidem cum primis adverſus anteſignanos, petulantes, petulanter adhuc idololatriam tenentes, excuſantes, defendentes.

Deinde mandavit, ut etiam iram ſuam aliqvam populo reliqvo non tam graviter prævaricato, exaggeret, & pœnam aliqvam denunciet ſubeundam mitiorem, reliqvo nimirum populo præter coryphæos, & anteſignanos.

Prius hoc colligitur firmiſſimè, qvia poſtqvam verſu 21.22.23.24.25. cum Aarone expoſtulavit Moſes, cur ita induxiſſet (& non reſtitiſſet, ipſe cum aliis Principibus populi Idololatriæ, mox verſu 26.27. adjicitur, qvod *ſteterit Moſe in porta caſtrorum, & dixerit: Qvis eſt Jehovah, & qvod congregati fuerint ad eum omnes filii Levi: qvibus dixerit: Sic dixit Jehovah Deus Iſrael: Ponite qvisq; gladium ſuum ſuper femur ſuum, tranſite & revertimini de porta ad portam in caſtris, & occidite qvisq; fratrem ſuum, & qvisq; amicum ſuum, & qvisq; propinqvum ſuum.* Et additur v. 28. *Fecerunt autem filii Levi juxta verbum Moſe, & ceciderunt è populo in die illa ferè tria millia virorum. Et dixit Moſe: Conſecraſtis manum veſtram hodie Jehovæ, ut det vobis benedictionem.*

Secundò pœna aliqva prædicitur & infligitur iis, qvi in vitulo proximi erant poſt anteſignanos.

SECUNDO mandavit Deus Moſi in monte, ut iis, qvi proximi fuerant poſt anteſignanos in vitulo aureo colendo, etiam aliqvam pœnam prædicat, illico & mox ſecuturam, qvæ peſtis aut ſimile aliqvid fuit.

Tò FORTE Pagninus vertit, Lutherus fermè ſemper omittit, cum rariſſimè textus illud vel habeat, vel admittat.

Poſterius hoc colligitur evidenter ex verſu 30. *Fuit in craſtino, ut diceret Moſe populo, vos peccaſtis peccatum grande, nunc ergo aſcendam ad Jehovam, FORTE placabo illum ſuper peccato veſtro:* ex interpretatione Pagnini; Vel, *nunc ergo aſcendam ad Jehovam, ſi placabo illum ſuper peccato*, qvemadmodum alii reddere malunt, ab illo vocabulo FORTE abſtinendum judicantes.

Utut autem interpreteris, ſententia exſurgit illa: *Ego aſcendam & tentabo, num poſſim placare Deum, ne ſcilicet illam poſt interfectos anteſignanos vobis proximis intentatam aliam aliqvam plagam inferat.*

Utiqve hoc utroqve jam declarato modo loqvi Moſes non potuiſſet, niſi prius in monte audiviſſet ex Deo, qvod & anteſignanos gladio interimere deberet, & qvod, qvi reliqvi à gladio eſſent manſuri anteſignanis proximi, per ipſum Deum tamen plagâ aliqvâ forent alia affligendi.

Etſi verò Moſes à verſu 31. uſqve ad finem Exodi 32. revertitur in montem, & pro plaga (jam dicta nova) remittenda Deum ſolicitat ardentiſſimè; *tamen*

tamen Deus Mosen non exaudit, ficut habet versus capitis jam dicti ultimus: *Percussit* (*nihilominus*) *Jehova populum* (reliqvum & proximum ab antesignanis) *eò, qvod fecissent vitulum, qvem fecerat Aaron*, hoc est, qvod protervè cultum exhibuissent, ipsi qvoqve suo ioco, tunc temporis, per facilimum consensum, aureo vitulo, qvem Aaron, non resistens Antesignanorum idolatriæ fecerat, id qvod de magna strage & pœna alicujus magnæ patris populi, sine dubio etiam certo gradu procatioris deprehensi in aureo vitulo, intelligendum, non verò ad universam & totam multitudinē reliqvam omnem omnium inferiorum prævaricatorum extendendum esse: non seqvens tantùm caput, sed finis ejusdem capitis 32. evincit.

In fine enim ejusdem, ut & initio seqventis capitis jam Deus 1. à gladio & 2. à peste, huc usqve grassata, superstitibus & reliqvis omnibus minitatur, & inferre decernit novam pœnam, nimirum dicit ad Mosen: *Vade, duc populum ad locum, de qvo tibi locutus sum; Ecce angelus meus ibit ante te.* Item in initio capitis 33. v. 1. *Ascende tu hinc, & populus in terram, de qva juravit patribus ipsorum.* v. 2. *Mittam ante te angelum & ejiciam Chananæum.* v. 3. *NON ENIM ASCENDAM IN MEDIO TUI, nam populus duræ cervicis es, ne fortè consumam te.* Ergo pœna sustinenda & infligenda illis (qvi, cum antesignanis & his similibus & proximis non fuerant consumti, & qvi videbantur non á toto, sed tamen à tanto excusandi,) datur jam ista, qvod Deus vult qvidem propter juramentum patribus olim ipsorum præstitum, eos introducere in terram Chanaan: attamen, qvod non vult, cum majestate columnæ nubis, ipsorum agmina amplius præcedere, ampliusqve eis stationes assignare, temporaqve ambulendi decernere, ficut hactenus fecerat.

Ultimò Deus promissum multitudini pœnam aliqvam decerint, scil. ultimam columnæ nubis.

Hactenus enim factum fuit, qvod dicitur Exod. 13, 21. 22. *Jehovah præcedebat eos interdiu in columna nubis, ut deduceret eos per uiam, noctu verò in columna ignis, ut luceret eis, ut ambularent die & noctu.* Nimirum, ficut dies noctem excepit, ita qvoqve illa columna perfectè rotunda, & altissima, semper servans eandem longitudinem, & latitudinem qvâ videri poterat ab omnibus castris Israeliticis, inter se valde distantibus, in tam numerosissimo exercitu, interdiu vim protegendi adversus ardorem Solis noctu vim lucendi instar fermè Lunarum, habuit, ut in noctibus nulla luce indigerent cuncta castra Israelitarum. Qvando erat procedendum, ipso motu suo tempus indicabat, & præcedebat, tanqvam persona qvædam, omnia castra, & neqve celerius, neqve tradius movebatur, qvàm paterentur vires subseqventium, qvorum captui sese accommodabat;

Hactenus Deus præcesserat in Columna nubis Israelitas.

Nunc igitur istam, omni populo hostium circumcirca terribilem columnam, illam totis exercitibus Israeliticis exoptatissimam diurnā & nocturnam

nam custodiam Deus ipsis vult subtrahere. Qvo pacto hostes Israelitarum facti fuissent audacissimi, & insurrexissent, per insidias, nocte dieq;, universi ex viciniis contra ipsos.

Exod. 14, 19. *Columna ista ponit sese mediam inter Israelitas*, ad mare rubrum, qvasi suspensos, *& inter Ægyptios*, istorum castro insecutos, & effecit, *ne ullus ad alterum appropinqvare posset*. Ibidem v. 24. *In vigilia matutina respexit* (facie qvasi sibi indutâ ex illa nube) *Jehova supra castra Ægyptiorum, è columna nubis & ignis, & contrivit castra Ægyptiorum, & abstulit rotas currum ejus, & deduxit eos graviter, ita, ut diceret Ægyptius: Fugiam à facie Israel, qvia Jehovah pugnat pro eis contra Ægyptios. Dixitq; Jehovah* (ex nubis columna, tanqvam ex sua facie) *ad Mosen: Extende manum tuam super mare, ut revertantur aqvæ supra Ægyptios.*

Nunc columnam Deus Israelitis vult auferre.

Hanc igitur faciem suam, hanc è facie sua respicientiam, & has respicientiæ bonitates, & harum bonitatum ac defensionum miracula deinceps Dominus Jehovah ipsis vult adimere, cum inqvit: *Ego non ascendam in medio tui*, id est, ego non ibo vobiscum, sicut hactenus ivi vobiscum.

Nam *habitare in medio*, non significat in centro civitatis habitare, sed habitare inter cives, qvacunqve in platea seu qvocunq; in angulo plateæ habites. Sic enim & *Jerusalem* dicitur esse *in medio gentium*, Ezech. 5, 5. qvia in circuitu suo undiqve habuit gentes, seu terras, ut ibidem explicatur, nimirum Ethnicis plenas, non qvod sit Jerusalem accuratè umbilicus totius orbis terrarum, sicut centrum circuli potest dici umbilicus circuli. Qvin potius qvo sensu Jerusalem dicitur in medio gentium, eodem sensu qvælibet urbs in medio terræ, & gentium aliarum, qvia qvælibet urbs habet circa se populos: Ergo de Jerusalem etiam nihil aliud speciale excogitari vel proferri potest, cur propriè & Physicè & Astronomicè loqvendo perhiberi qveat in medio gentium.

Moses petit & impetrat, ut tamen columna nubis posthac ab Israelitis non auferatur.

Moses hac terribili pœnâ infligendâ commotus, Deum ardentissimè rogat, ut parcat suo populo, & indicet, qvo pacto deinceps ducturus & introducturus sit populum, & impetrat qvoq;, ut Jehovah promittere incipiat ascensum & comitatum pristinum cum columna nubis & ignis. Sic enim ibidem loqvitur Moses: *Tu* (qvi jam qvidem adhuc loqveris mecum ex columna nubis, qvâ tamẽ deinceps auferre minitatus es) *non indicasti mihi, qvem missurus sis mecum, & tamen dixisti: Novi te ex nomine, & invenisti gratiam in oculis meis. Nunc ergo, si inveni gratiam in oculis tuis, ostende qvæso mihi viam tuam*, id est, qvem deinceps debeamus habere Ducem viarum, sicuti antea habuimus ducem columnam. [*Tunc igitur* (columnam nubis ducem vicissim promittens] *Dominus sic inqvit: Facies mea præcedet, & reqviescere faciam te.* Sensus est: Columna, ex qva, tanqvam ex facie mea, te respexi, te compellavi,

pellavi, te defendi, deinceps qvoq; te præcedet & securum reddet te & populum tuum. Ubi è vestigio Moses respondet: *Nisi facies tua præcedat, ne educas nos hinc. Et in qva re notum erit, qvod invenerim gratiam in oculis tuis, ego & populus tuus, nisi cum ambulaveris* (pristino modo sub columna nubis & ignis) *nobiscum, & cum* (ex ista tua concomitantia sub majestatica columna nubis & ignis) *gloriosi reddemur ego & populus tuus apud omnem populum, qvi est super faciem universæ terræ.* Cui respondet illicò Deus: *Imò rem hanc* (concomitantiam Dei sub columna nubis & ignis) *qvam dixisti, faciam, qvia invenisti gratiam in oculis meis.*

Manente columna manebit pristina auctoritas Israelitarũ.

Et huc usqve satis ostendi illud: *Ego non ascendam vobiscum*, esse nihil aliud, qvàm, *Ego sub columna nubis & ignis non amplius præcedam & deducam, defendamq; vos.* Alioqvin enim, qvomodo Deus abfuisset ab ipsis, qvi nusqviam abest, qvi replet cœlum & terram.

Et hæc est ista universalis, maximæ partis populi, pœna, qvando post antesignanos idololatrici cultus vituli aurei gladiis deletos, & post magnam aliam, coryphæis similem & proximam, turbam peste deletam, Deus omnes, cunctos & singulos reliqvos & superstites simpliciores, & tanta culpa pariter non pollutos Israelitas, tamen propter assensum idololatrico cultui præbitum, affligere voluit, videlicet, subtrahere ipsis istam majestaticam præsentiam, & deductionem sub columna nubis & ignis miraculosam, (interim tamen sub comitatu Filii Dei, Angeli magni ipsis tradere terram, qvam olim parentibus eorum cum juramento promiserat.)

Ut autem adhuc plenius ea omnia videas, plenius cogitando æstimes, qvid pro illa pœna avertenda, & pro veteri gratia (restituendæ & indulgendæ columnæ nubis & ignis) impetranda fecerit Moses, & qvomodo responderit Deus.

Postqvam igitur Deus in monte, altera vice, Mosi mandavit, Exod. 33, 1. ut ipse, citra concomitantiam columnæ nubis, per deserti reliqva spacia, in terram Chanaan, abducat, & introducat reliqvos Israelitas omnes, & addidit, se non velle amplius, cum ipsis, sub columna nubis, ambulare: postqvam etiam ex monte, post auditam hanc comminationem Domini, descendit, & hoc durum verbum, de columnæ subtractione, & privatione, Israelitis annunciavit; jam in textu, ea de re, hæc verba seqvuntur: *Audiens populus verbum hoc malum, luxerunt, nec posuit qvisq; ornamentum suum super se.* Intimis animi sensibus excipiantur hæc verba; qvia hæc sunt illa, propter qvæ postea seqvitur, *miserebor, cui miserebor*, ac si in hunc modum loqveretur DOMINUS, *Miserebor* horum *minus* petulanter prævaricatorũ, propter luctum, & qvidem tam ardentem ipsorum luctum, ut etiam omnia sua ornamenta abjecerint. *Miserebor*, inqvam, propter talem seriam pœni-

NOTA illi, qvibus misericordiam Dei impetrat Moses, lugent & pœnitent.

tentiam, & tam magnum fletum istorum Israelitarum, *qvorum nunc miserebor*, qvibus nunc parcam, & qvibus vicissim columnam nubis & ignis comitem & ducem dabo. Ergo durissimâ Mosis concione commoti Israelitæ isti, peccatum antea non ita ponderatum, nunc rectius expendunt, seriò & graviter pœnitent ob peccatum tale commissum, dolent, plorant, omnibus sese ornamentis privant, sicut Ninivitæ apud Jonam cap. tertio.

His igitur indiciis tam claris tam seriæ publicæ pœnitentiæ commotus incipit placari Deus, & *denuò* per Mosen novam suam quidem repetit comminationem; tamen v.5. c.33. statim svavissimam commiscet spem secuturæ certæ reconciliationis, *VOS*, inqvit, *estis populus duræ cervicis, momento uno ascendere deberem in medium tui, & consumere te; sed nunc depone ornamenta tua à te*, (perdura in inchoata novitate piæ pœnitentiæ) ut mecum constituam, an columnam nubis & ignis tibi restituam. De hac enim privanda & restituenda hìc tanqvam de subjecta materia agi, lector qvam optimè cogitet & expendat. Spoliaverunt igitur sese filii Israel ornamentis suis à monte Oreb, nimirum, perrexerunt in continuanda & augenda seria pœnitentia.

Initium misericordiæ, qvod cum pœnitentibus Israelitis apud Oreb facit Deus.

Et pro initio reconciliationis Deus jubet, ut Moses tabernaculum, (in qvo Seniores ad deliberandum convenire solebant,) extra impuriorum hominum castra seorsim extendat; & super hoc tabernaculum statim descendit iterum columna nubis, accendente ad tabernaculum Mose. Moses autem accedens ad tabernaculum gravissimè denuo orando pergit pro continuanda restitutione, sicut verba superius sunt explicata, eamq; tandem impetrat à Deo promissam his verbis: *Imò* (v.17.) *rem hanc, qvam dixisti, faciam.*

Moses pro more suo petit confirmari pluribus miraculis.

Post impetratam certam promissionem Moses tamen populum abducere nōdum vult, nisi novo miraculo confirmatus, de certò speranda plenissimâ redditione columnæ nubis, sicut etiam *in prima sua vocatione* diu cunctabatur, & signis vocationem confirmatissimam facientibus roborari satagebat (Exod.3,&4.) *Ostende mihi*, inqvit, Exod. 33, 18. ad Deum, *gloriam tuam.*

Gloria Dei.

Sicut autem Ezechiel cap.2,1. in splendidissima visione sua, vidit signa miraculosa, qvæ vocat *gloriam Dei:* ita qvoq; Moses cupit novo glorioso miraculo hanc secundam suam sibi confirmari vocationem.

Respondet ipsi Deus tria, Exodi 33,19.20.21. &c. & ex illis duo versu 19, 21.&c. cupit esse indicia certificantia Mosen de certitudine eventus & reddendæ continuandæq; concomitantiæ nubis.

Phasmate qvodam novo confirmatur Moses.

Primò promittit, quod velit insigne aliquod φάσμα coram Mose movere, & simul magna voce proclamare de sese aliqvid, idq; in hanc sententiam versu 19.& vicissim Exod.34,5.6.7. qvasi diceret, *Ego* (*pro restituenda columna nubis & ignis propter luctum & actam pœnitentiam*) *miserebor eorum, qvorum nunc reipsa miserebor* (*restituendo columnam ducem itineris.*)

Ecce

Ecce iterum lector agnosces verum sensum verborum, *Miserebor, qvorum miserebor, & commiserebor, qvorum commiserebor.* Nimirum populus audiens Deum spoliaturum itinera sua columnæ majestaticæ præsentiâ, plorat & maximam agit pœnitentiã. Statim tunc Deus dicit, se velle cogitare, qvid sit facturus. Mose autẽ ardentius ornate pro populo ita pœnitente, dolente, plorante, ornamentis sese spoliante, tandem dicit, *miserebor*, propter luctum istorum pœnitentium, dolorem & preces, *qvorum miserebor*, nunc temporis & ex visceribus intimis remittam populo isti peccata pœnitentiam tam seriam agenti, cui nunc ex intimo corde remittam peccata,

Superius similis fuit phrasis in illo, *Patrem nemo novit, nisi filius*, & *cui* (inqvirenti) *Filius voluerit revelare*, cui vocato & audienti Filius voluerit (certò promisit, decrevit solet,) revelare. Ita hoc in loco, *miseretur Deus, qvorũ* pœnitentiũ lugentiũq; *miseretur*, & ad actã pœnitentiã misereri decrevit,

Ideò autem, (ne qvid prætereảm) in futuro loqvitur Deus, *miserebor & commiserebor*, qvia denuò in montem debet ascendere Moses, denuò orare & instare pro restitutione & continuatione columnæ nubis, id qvod fit capite seqvente 34. In hoc enim 34. capite v. 6. postqvam Moses ascendit denuò, descendit ad ipsum Jehovah, & proclamavit magna voce in aures Mosis hæc verba: *JEHOVAH, JEHOVAH fortis, misericors & miserator, tardus ad iram, multus misericordiâ & veritate servans misericordiam millibus, auferens iniqvitatem & prævaricationem & peccatum, & qvia absolvendo non absolvat, visitans iniqvitatem patrum super filios & super filios filiorum, super tertiam & qvartã generationem* His autem verbis Mosi Deus dicit, se & misereri solere *pœnitentiam*, & qvandoq; *peccantes* ad morem parentum in tertiam & qvartam generationem vehementer punire.

Moses instat etiam post promissionem sibi divinitus revelatam.

Qvamprimùm hanc majesticam concionem Dei Moses audit, illicò in monte demittit caput super terram & novâ pro impetranda columnæ restitutione intercessionem repetit his verbis: v. 9. *si qvæso inveni gratiam in oculis tuis DOMINE, GRADIATUR QVÆSO DOMINUS IN MEDIO NOSTRORUM.* (Ecce, qvid petat adhuc Moses, & qvam tardè petitum istud impetrare potuerit.) Et licet sit populus duræ cervicis, tamen parce iniqvitati nostræ & peccato nostro, & possideas nos. Post hanc intercessionem Deus postea de novo fœdus percutit cum populo in monte, & Exod. 34 10. inqvit: *EGO percutio fædus coram universo populo tuo* (dabo tibi decem præcepta in tabulis aliis, cùm priores fregeris: *Faciam mirabilia qvæ non sunt facta in tota terra* (adhuc cum columna ascendam tecum, ex qva gloriosa miracula plura faciam, sicut antea gloriam meam seu miracula mea ex nube vidistis & timuistis, ex qva item amplius vos potentissimè defendam) Repetitqve in monte Deus Mosi omnia præcepta, adeoqve, in monte Mosen certum facit promissione novâ de restitutione columnæ nubis.

His autem hactenus dictis Lutherus tale dat suffragium in glossis super Exodi 33,14. Angesicht) Heist hie die Wolcken und feurige Seulen/ darin Gott gegenwärtig war. Hactenus verba Lutheri. Et hoc unum est.

Secundò, ad majorem confirmationem novæ vocationis Mosaicæ pertinet, qvod cap. 33. v. 20. Exodi certum signum Mosi Deus promittit his verbis: *Non poteris videre faciem meam. Qvia non poterit me videre homo, & vivet* (non expectes à me in monte signũ aliqvod nimis magnum, ne expectes revelationem gloriæ meæ maximè & internæ, & qvasi essentiæ, qvalem revelationẽ electi angeli videri possunt, & tolerare, qvi semper vident faciem Patris cœlestis Matth. 18, 10. Ne tamẽ sine signo te dimittam) *Ecce locus apud me, & stabis supra petram Erit autem, cùm pertransibit gloria mea, ponam te in spelunca petræ, & protegam te manu mea, donec transiero. Postea removebo manum meam, & videbis posteriora mea; facies verò mea non videbitur.*

Qvid petierit videre Moses in monte & cur. Non autem dubium est, his verbis promitti Mosi φάσμα tolerabile, & forsan, ut existimat Lutherus, de Christo, qvẽ tunc Mosi visioni Prophetica, more Prophetico, contemplandum Deus obtulerit. Simul autem ad hæc posteriora pertinet illud, qvod Deus in monte faciem Mosis fecit radiantem, unde item de eventu vocationis suæ felici certior reddi potuit. Et enim capite 34, 29 *Factum est, cùm descenderet Mose de monte Sinai habens duas tabulas testimonii in manu sua, quum descenderet de monte, nesciebat, qvod resplenderet cutis faciei ejus, timueruntq; appropinqvare ei. Qvando igitur loqvi cum Isralitis volebat, posuit velamen super faciem suam.*

Hoc omni signo externo demum fuit certissimus redditus Moses de plane placato, & qvod Deus unà velit sub columna nubis amplius ire cum populo in deserto: idcirco c. 35, congregavit universam multitudinem, & ei indicavit præter omnia præcepta Decalogi, cermonias & judicia Domini, qvæ antea in monte acceperat & referre voluerat; nisi in aurei vituli festo tabulas fregisset, & interim omne tempus ad plenè placandum Dominum insumsisset.

Postqvam Moses impetravit novam gloriam Dei ibi redit ad introductionẽ populi intra Ægyptium. Et his peractis Moses nunc demum aggreditur opus ministerii pristini perfectè. Jam enim voti compos redditus est, sicut in fine Exodi docetur: cap. 40. v. 33. 34. seq. *Absolvit Mose opus* (tabernaculi) *ipsum; & operuit nubes tabernaculum Ecclesiæ & gloria Jebovæ replevit tabernaculum, neq; poterat Mose ingredi tabernaculum Ecclesiæ, qvia habitat super illud nubes, & gloria Jebovæ replebat tabernaculum. Qvumq; recedebat nubes à tabernaculo, proficiscebantur filii Israel in cunctis profectionibus suis. Qvod si non recedebat nubes, non proficiscebantur usq; ad diem, qvà recedebat. Qvia nubes Jebovæ erat super tabernaculum interdiu, ignis verò erat in eo noctu, in oculis totius domus Israel in cunctis profectionibus eorum.* Hactenus verba in fine Exodi.

Huc

Huc pertinent, qvæ leguntur Num. 10,33. qvando è deserto Sinai discedunt, ubi hæc omnia hactenus dicta evenerunt: *Profecti sunt è monte Jehovæ via trium dierum, & arca fœderis Jehovæ proficiscebatur ante eos via trium dierum ad explorandum reqviem; Et nubes Jehovæ erat super eos interdiu, dum proficiscerentur è castris.*

Columna nubis post vituli aurei peccatum reddita Israelitis.

Hactenus verba divina in illo loco. Ergo ex hac longa recapitulatione planissimum jam tandem feci, in Exodo istorum verborum *miserebor, qvorum miserebor, commiserebor, qvorum commiserebor*, sensum esse istum: comminatus sum, qvod cum reliqviis populi mei majestatica columna non amplius, & ita eos per desertum ducere velim, sed quia grandem & seriam egerunt pœnitentiam in luctu & ploratu, idcircò corporaliter & spiritualiter miserebor lugentium, qvorum nunc misereor, commisereor citra meritum ipsorum, ex mera gratia, videns luctum lugentium, quorumcunq; adhuc superstitum & reliqvorum commisereor, reddam ipsis columnam nubis, qvam comitem & ducem itineris habebunt.

Tò Miserebor cui miserebor nunc principaliter in textu refertur ad bona corporalia seu temporalia.

Nequaquam hîc sermo est *solummodò* de æterna vita, adeóq; de Prædestinatione seu electione ad æternam vitam, quasi Deus illorum pro consequenda æterna vita misereri velit, qvos illâ vitâ ex absoluto aliqvo arbitrio participes facere velit. Ne hilum solummodò illud in hoc loco reperiri poterit. Planè etiam corpoream salutem in illa miseratione reperiet, qvi hæc omnia satis expendet, qvod misereatur Deus restituendo ducem pristinum, columnam nubis & ignis. Qvorum tamen hoc pacto fuit misertus, illi neqvaqvam omnes sunt postea salvati, sicut testatur idololatria cum Moabiticis Diis postmodum exercita Num. 25. dudum post compositum negotium de cultu aurei vituli.

Nota lector.

Postqvam demonstravi, qvis sit genuinus sensus oraculi divini, Exod. 33. *Miserebor, qvorum miserebor, commiserebor, qvorum commiserebor.* (Etsi enim in fontibus superius in præsenti, prius in præterito adhibetur, tamen ratione contextuum jam evici, utrumq; de futuro intelligendum) Nunc etiam prolixius paulò monstrabo, qvâ ratione Apostolus illud Oraculum allegaverit in Epistola ad Romanos, capite nono.

ORACULUM XXX.

SACRUM.

2. Pet. 3, 14.15.16.

Qvapropter dilecti, hæc expectantes date operam, ut immaculati & incontaminati ab illo reperiamini in pace, Et Do-

mini nostri patientiam, salutem arbitremini: Qvemadmodum & dilectus frater noster Paulus, juxta sibi datam sapientiam scripsit vobis, & in omnibus ferè Epistolis loqvens de his, inter qvæ sunt nonnulla difficilia intellectu, qvæ indocti parumqve firmi detorqvent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perniciem.

Qva ratione Tò Miserebor Exod. 33. Apostolus accommodet ad spiritualia, Rom. 9.

Sine dubio autem Lector à me postulabit, cum caput istud nonum ad Romanos pro omnium difficillimo capite fermè in omnibus libris Biblicis habeatur, ut integri istius integram sententiam simul & plane demonstrem, voluntati ipsius parebo.

Antequam verò illud faciam, non præter causam admoneo, hoc qvoq; caput à Studioso Theologiæ, à Concionatore, à Politico quovis pio, & ab interprete potissimum Sacræ Scripturæ in lingva Græca sæpissime legendū, relegendum & evolvendum esse iterum iterumq; decies & vicies; aut saltem in Germanica versione Lutheri, qvi in sua paraphrasi non tam verbum verbo reddere, quam sensum singulorum verborum Spiritus Sancti explanare sategit. ideò autem sæpissimè percurret Lector caput nonum, ut tentet, an eruere ipsemet valeat ex ipso capite verum sensum. Necesse enim est, ut præconceptas opiniones suas de electione, sive in hanc aliquorum hominum, sive in istam aliorum hominum omnes abjiciat, ac solum auscultet Spiritum Sanctum, videatq; ex scopo ipsius, quanam de re loqvi præsumserit, & qvidnam de illa re loquatur Spiritus Sanctus. Qui cum præconceptis opinionibus aggredietur lectionem capitis istius, is mirabiles texet opinionum labyrinthos.

Nota sunt verba Apostoli *Petri* in Epistola secunda capite tertio, versu 14. & sequentibus, hæc nimirum: *Qvapropter dilecti, hæc expectantes studete, ut immaculati, & incontaminati ab eo reperiamini cum pace,* v. 15. *Dominiq; nostri patientiam salutem arbitremini, sicut & charus frater noster Paulus, pro sibi data sapientia, scripsit vobis,* v. 16. *ut qvi in omnibus ferè Epistolis loqvatur de istis, inter qvæ sunt nonnulla difficilia intellectu, qvæ indocti parumq; stabiles detorqvent, ut reliqvas Scripturas, ad suum ipsorum exitium,* v. 17. *Vos igitur, dilecti, qvi hæc præscitis, cavete, ne illorum nefariorum errore abducti excidatis à propria stabilitate; sed crescite in gratia & agnitione Domini nostri & Servatoris JESU CHRISTI, &c.* Hactenus verba Apostoli Petri, in qvibus testificatur de Apostolo Paulo, quod in suis Epistolis aliqva posuerit difficilia intellectu. Rogo autem, Lector, ut attendas, qvam soleant in hæc verba Apostoli, *quidam* diversos importare ex præconceptis aut præauditis opinionibus sensus.

Difficilia in Apostoli Pauli Epistolis qvænam.

Quidam

Qvidam enim illa verba Apostoli Petri exponunt de articulo Prædestinationis, eaq; accommodant ad nonum caput ad Romanos, illudq; à Petro Apostolo propter causam indigitatam difficillimum esse & obscurissimum dictum contendunt. Sed, qvod pace ipsorum dixerim, à scopo vero Apostoli Petri nimium isti deviant.

An Rom. 9. caput difficillimum, de qvo agit Petrus.

Arriani neoterici disputant, pium posse servare omnia præcepta Decalogi, posseq; sanctitate morum imitari Christum, qvod alioqvin frustra dixisse poterat videri Apostolus, 1. Cor. 11, 1. *Imitatores mei estote, sicut ego Christi.* Mirantur tamen, cur idem Apostolus scripserit, Rom. 7, 14. *Ego carnalis sum, venditus sub peccatum:* v. 15. *Qvod volo, hoc facio, non qvod volo, hoc ago; sed qvod odi, hoc facio: non enim qvod volo, facio bonum, sed qvod non volo malum, hoc ago.* Hæc enim jam dicta ambo tam inter sese pugnare existimant, qvàm non pugnant tenebræ cum luce, τὸ *posse imitari Christum, &* τὸ *qvod odit malum, hoc facere.* Idcircò caput septimum ad Romanos omnium scriptorum Paulinorum difficillimum & obscurissimum esse ipsi putant: & de hoc capite septimo ad Romanos volunt intelligenda esse verba Petri allegata, quod in Epistolis Paulinis multa sint difficilia intellectu. Legatur hæc opinio in libello, qvem de loco Rom. 7. in octava forma edidit Prosper Disydæus, *id est*, Faustus Socinus, fol. 130. Sed neq; Faustum Socinum rem istam acu suâ tetigisse, certum est.

An Rom. 7. caput difficillimum, de qvo Petrus agit.

Et si *qværatur* ex me, de qvanam igitur materia intelligenda sint verba Petri asserentis, qvod in Epistolinis Paulinis multa sint intellectu difficilia. *Respondeo*, ex contextibus antecedentibus, in eodem capite tertio, ejusdem Epistolæ secundæ Petrinæ, ex ipso Petro hoc esse discendum. Rem ipsam pio & erudito lectori efficiam explanatissimam.

Sic igitur habet caput tertium posterioris Petri v. 1. *Hasce jam alteras vobis literas scribo, dilecti, in qvibus sinceram mentem vestram per commonefactionem excito,* v. 2. *ut memores sitis verborum, qvæ prædicta sunt à sanctis Prophetis, & doctrinæ nostræ, qvi sumus Apostoli Domini & Servatoris,* v. 3. *illud primùm scientes; venturos EXTREMIS diebus irrisores, qvi in suis ipsorum cupiditatibus incedant,* v. 4. *ubi est POLLICITATIO ADVENTUS ejus? Nam ex qvo die Patres obdormierunt, OMNIA ITA PERMANENT ab initio creationis.* v. 5. *Illud enim sponte ipsos latet, qvod cœli jam olim extiterint per Dei sermonem, & terra ex aqva & in aqva consistens.* v. 6. *Qvamobrem is, qvi tum erat mundus, aqva inundatus periit;* v. 7. *qvi verò nunc sunt cœli ac terra, eodē sermone repositi serventur igni in diem damnationis & exitii impiorum hominum.* v. 8. *Unum autem hoc ne vos lateat, dilecti, qvod unus dies apud Dominum sit ut mille anni, & mille anni, ut dies unus.* v. 9. *Non TARDAT DOMINUS, qvi promisit, (ut nonnulli TARDITATEM esse dicunt) sed PATIENS (NB) est erga nos, nolens ullos perire,*

Qvæ propriè sunt difficillima in Epistolis Paulinis.

perire, sed omnes ad resipiscentiim tendere: v.10. *VENIET autem (NOCTE sicut fur) DIES ILLE DOMINI, qvo cæli cum stridore præteribunt, elementa verò æstuantia solventur, terraq; & qvæ in ea sunt opera exurentur.* v. 11. *Qvum igitur hæc omnia solvantur, qvales oportet esse vos in sanctis conversationibus, & pietatis officiis,* v.12. *expectantes & properantes ad ADVENTUM diei Dei, in qvo cæli conflagrantes solventur, & elementa æstuantia liqvescent;* v.13. *sed cælos novos & terram novam, secundum promissum expectamus, in qvibus justitia inhabitat.* Hactenus verba Petri.

De qvibus rebus agat Petrus, cum scribit, in Epistolis Pauli esse difficilia multa.

Qvis simplicissimorum lectorum, lector benevole & erudite, sub primum aspectum, nedum ex secundo vel tertio aspectu, & ex qvarta reflectione horum verborum non illicò animadvertet, imò manibus pedibusq; ipsis palpando non palpabit, *hic de adventu ultimi DIEI agi, etsi per aptam applicationem etiam de aliis difficilibus scriptis Paulinis qvandoq; usurpari possunt.* Tam clara sunt ista, ut ulteriori aliqvâ vel levissimâ declaratione & confirmatione prorsus non indigeant.

Hoc igitur certissimo fundamento, qvod vel laici genuinum & verissimum cognoscent, præsupposito, plusqvam facilis inventu fuerit sententia reliqvorum verborum Petrinorum genuina: Ecce enim ita sese habent verba seqventia Petri: v.14. *Qvapropter, dilecti, hæc expectantes, studete, ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini cum pace* (Attende lector ad vocabulum, qvod jam seqvetur, qvod desumtum est ex versu præcedente nono, & repetitur in hoc versu decimo qvinto, adeoqve istud qvoqve connectit hæc sequentia cum istis antecedentibus, ut lector intelligere facilius qveat, quod hæc consequentia loquantur de materia ista, quæ tractatur à Petro Apostolo in antecedentibus versibus hujus capitis) v. 15. *Qvapropter* (inqvit Petrus) *dilecti, hæc expectantes studete, ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini cum pace, DOMINIQVE NOSTRI PATIENTIAM salutem arbitremini, sicut & charus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit vobis, ut QVI in omnibus ferè Epistolis loqvatur de istis, inter qvæ sunt nonnulla difficilia intellectu, qvæ indocti distorqvent.*

Explanatio textus Petrini, qvod loqvatur de istis qvæ ad extremum diem pertinent.

Hactenus verba Petri posteriora, qvorum sensus, ut spero, cuivis lectori & interpreti jam jam erit obvius, *nimirum iste:* Scitis, ô auditores, multos irrisores dicere, promissum qvidem esse, sed nusqvam apparere ultimum diem: sciatis verò vos, qvod illa tardatio Domini sit nostra salus, qvam tardationem Dominus tanqvam suam patientiam nobis concedit, ut plures salvari qveant. Sciatis etiam, qvod una dies in oculis Domini sit, ut mille anni apud nos: sciatis item, venturum diem, ubi omnia resolventur, & cœli & terra nova fient. Qvapropter dilecti, dum hæc

expectatis, studete, ut reperiamini incontaminati, & DOMINI patientiam (tardum reditum) salutem vestram arbitremini, sicut & charus frater noster Paulus scripsit vobis, ut qvi in omnibus ferè Epistolis *loqvatur de istis* (ad extremum diem pertinentibus,) *inter qvæ sunt nonnulla difficilia intellectu, &c.*

Hæc igitur sententia verborum Petri admodum est plana, facilis & aperta. Et omnino de extremo die multa scripsit Apostolus Paulus.

Apostolus Paulus multa scripsit de extremo die.

Huc enim facit locus 1. Cor. 15. v. 22. *Sicut per Adamum omnes moriuntur: ita per Christum omnes vivificabuntur,* v. 23. *unusqvisq; suo ordine, primitiæ Christus, postea ii, qvi sunt Christi:* v. 24. *Deinde erit finis, cum tradiderit regnum Deo patri:* v. 25. *nam oportet eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos:* v. 26. *ultimus autem hostis aboletur mors.*

De ordine resurgentiũ paulò post loqvitur clarius 1. Thess. 4, 25.

Et paulo post, v. 35. *At dicet aliqvis: Qvomodo suscitantur mortui? qvali autem corpore prodeunt?* Et v. 51. *Ecce mysterium dico vobis; non omnes qvidem obdormiemus, sed omnes mutabimur.*

Mutatio corporum in resurgentibus.

Huc ad loca Paulina de ultimo die loqventia illud 2. Cor. 4. v. 17. *Momentanea levitas oppressionis nostræ excellenter æternum pondus gloriæ conficit nobis.* 2. Cor. 5. v. 10. *Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut unusqvisq; reportet, qvæ in corpore fecit.*

De præmiis & pœnis resurgentium idq; in corpore.

Et Ephes. 5, v. 25. 27. *Christus dilexit Ecclesiam, ut eam sibi sisteret gloriosam, & non habentem maculam.* Et c. 6. v. 8. *Sciatis, singulos, qvicqvid fecerint boni, hoc reportaturos à Deo, sive servus fuerit, sive liber.*

Philip. 1. v. 23. *Qværendo optat migrare, & esse cum Christo.* Et cap. 3. v. 10. *Ut agnoscam eum & vim resurrectionis ipsius, & societatem in iis, qvæ perpessus est, dum conformis fit ejus morti, & qvomodo perveniam ad resurrectionem mortuorum.* Et v. 20. 21. *Nos ut municipes cœlorum nos gerimus; unde etiam Servatorem expectamus, Dominum nostrum Jesum Christum, qvi transfigurabit corpus nostrum humile.*

Transfiguratio corporum 1. Cor. 6, 13. Deus ventrem destruet.

Coloss. 1. v. 17. 18. *Estq; ipse ante omnia, & omnia per eum consistunt: estq; caput corporis Ecclesiæ, principium & primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas gerens.* Et cap. 2. v. 12. 13. *Resurrexistis per fidem Dei efficaciter agentis, qvi suscitavit eum ex mortuis, vosq; mortuos in peccato vivificavit cum eo.* Et cap. 3. v. 1. *Si resurrexistis cum Christo, superna qværite, ubi est Christus, ad dextram Dei sedens:* Et c. 3. v. 24. *Scientes, qvod à Domino accipietis mercedem hæreditatis.*

1. Thess. 4. v. 14. *Si credimus, qvod Jesus mortuus est, & resurrexit, etiam Deus eos, qvi obdormierunt in Jesu, adducet cum eo.* v. 15. *Hoc enim vobis dicimus verbis Domini, qvod nos, qvi vivi & reliqvi erimus in adventu Domini, non præveniemus eos, qvi obdormierint.* v. 16. *Nam ipse Dominus cum hortationis*

 clamo-

Christus veniet cum clamore & tuba Rapientur sibi in nubes,

clamore & voce Archangeli ac tuba Dei descendet de cœlo, & qvi fuerint mortui in Christo, surgent primùm; v. 17. *Deinde nos vivi, qvi reliqvi erimus, rapiemur simul cum eis in nubes, in occursum in aëre, & ita semper cum Domino erimus.* v. 18. *Itaq; consolamini alii alios istis sermonibus.*

Et c. 5. v. 1. *Porrò de temporibus & opportunitatibus, fratres, non est opus ut vobis scribam.* v. 2. *Ipsi enim penitus scitis, qvod dies ille Domini, ut fur in nocte, ita venturus sit.* v. 3. *Cùm enim dixerint, Pax, & tuta omnia, tunc repentinum eis imminet exitium, sicut dolor partus mulieri, uterũ ferenti, nec effugiẽt* v. 4. *At vos fratres non estis in tenebris, ut dies ille Domini, ut fur, vos deprehendet:* v. 5. *Omnes vos filii lucis estis, ac filii Dei, non sumus noctis neq; tenebrarum,* v. 6. *nempe igitur, dormiamus ut reliqvi, sed vigilemus & sobrii simus &c.*

Flammeum incendium.

2. Thessal. 1. v. 6. 7. &c. *Justum est apud Deum vicissim reddere vobis relaxationem, qvum patefiet Dominus Jesus de cœlo cum Angelis potentiæ suæ,* v. 8. *cum flammeo incendio infligens ultionem iis, qvi non noverunt Deum, neq; auscultant Evangelio nostri Domino Jesu Christi:* v. 9. *qvi pœnam pendent æterno exitio, à præsente Domino, & potente ipsius gloria,* v. 10. *cum venerit, ut glorificetur in sanctis suis & admirandus fiat in fidelibus omnibus, qvod habita sit fides testimonio nostro apud vos in die illo.*

De tempore Resurrectionis

Et 2. Thessal. 2. v. 1. *Rogamus vos fratres per adventum Domini nostri Jesu Christi, per aggregationem nostri in eum;* v. 2. *ne citò dimoveamini à mente, neq; turbemini, neq; sermonem, neq; per epistolam, tanqvam per nos scriptam, qvasi instet DIES CHRISTI,* v. 3. *ne qvis seducat ullo modo: nam non nisi venerit defectio prius, & retectus fuerit homo sceleratus filius ille perditionis,* v. 4. *sese opponens, & efferens adversus qvicqvid dicitur Deus aut numen, adeò, ut in templo Dei, tanqvam Deus sedeat, præ se ferens, se esse Deum* v. 5. *Annon meministis, qvum adhuc essem vobiscũ, hoc dixerim vobis,* v. 6. *nunc verò qvid obstet, nostis, ut is suo tempore retegatur.* v. 7. *Jam verò per agitur mysterium iniqvitatis, tantùm qvi nunc obstat, usq; dum è medio sublatus fuerit & tunc retegetur iniqvus ille, qvem Dominus conficiet Spiritu oris sui, & illustri adventu suo abolebit.* Hactenus verbæ Epistolæ.

Anti-Christus magnus, tunc adhuc non ita notus.

Mors ante extremum diem.

2. Tim. 4. v. 1. *Spiritus disertè dicit, qvod postremis temporibus descissent qvidam à fide, Spiritibus seductioribus attendentes, ac doctrinis Dæmoniorum,* v. 2. *per hypocrisin falsiloqvorum, qvibus cauterio refecta est concientia. probibentium contrahere matrimoninm, &c.* 1. Tim. 6. v. 14. *Serves hæc mandata usq; ad illustrem illum adventum Domini nostri Jesu Christi,* v. 15. *qvem temporibus suis ostendet ille beatus & solus Princeps, Rex Regum, & Dominus Dominantium, qvi solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam &c.* 2. Tim. 3. v. 1. *Illud scito, qvod in extremis diebus instabunt tempora:* v. 2. *erunt homines sui amantes, avari, gloriosi &c. Tu verò perspectum etiam habes, &c.*

Tit 2.

Tit.2.v.11. *Illuxit gratia illa Dei omnibus hominibus*, verſ. 12. *erudiens nos, ut piè vivamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem, & illuſtrem adventum gloriæ magni illius DEI ac Salvatoris noſtri JESU CHRISTI, &c.*

Hinc ſuborta multa de reſurrectionis circumſtantiis diſputationes.

Hiſce enim verbis Paulinis, quam fuerint multi commoti, ut varia cœperint de modo, & aliis circumſtantiis reſurrectionis & corporum poſt reſurrectionem diſputare, qvis ignorat. Verba in Apoſtolo adeo difficilia non ſunt, at ipſæ res ſuam habent abſtruſam difficultatem, ſicut ea alia omnia, quæ prædicuntur ante eventum, ſicut reſurrectio adhuc eſt eventura. Hiſce etiam verbis Paulinis fuerunt commoti qvam plurimi, ut exiſtimarent, ultimum diem ſuo tempore iſto Apoſtolico, & quod quam proximè ſecutum fuit, reliquo primitivæ Eccleſiæ ſpatio venturum, tum ex Petri allegato loco perſpicitur, tum ex iis, qvæ extant apud *Lactantium* lib. 7. c. 25. de divino præmio.

Vixit Lactantius circa annum Chriſti 336. & conjecturam ex verbis ſine dubio Apoſtolicis huc usque allegatis, hanc habuit, ultimum diem venturum circa annum Chriſti 536.

Lactantius exiſtimavit ultimum diem venturum anno chriſti 536.

Verba Lactantii ſunt hæc: Fortaſſe quiſpiam nunc requirat, quando iſta, quæ diximus, ſint futura. Jam ſuperius oſtendi, completis annorum ſex millibus, mutationem iſtam fieri oportere, & jam appropinquare ſummum illum concluſionis extremæ diem. De ſignis, quæ prædicta ſunt à Prophetis, licet noſcere. Prædixerunt enim ſigna, quibus conſummatio temporum & EXPECTANDA ſit nobis in ſingulos dies, & timenda. Qvando tamen hæc ſumma compleatur, docent iſ, qui de temporibus ſcripſerunt, colligentes ea ex ſacris literis, & variis hiſtoriis, quantus ſit numerus annorum ab exordio mundi, qui licet varient, & aliqvantum numeri eorum diſſentiant, omnis TAMEN EXPECTATIO NON AMPLIUS, QVAM DUCENTORUM videtur ANNORUM. Et res ipſa declarat, lapſum ruinamqve rerum brevi fore, niſi quod incolumi urbe Româ nihil iſtiusmodi videtur metuendum. *Hactenus verba Lactantii.*

Singulis ſeculis de adventus ultimi diei tempore qvæſitum.

Moverunt eadem verba Apoſtoli Pauli paulò prolixius judicata etiam poſtea, & hodie qvoqve aliqvos ſubinde, ut omnibus ſeculis reperti fuerint, qvi ſuo iſto ſeculo diem poſtremum adfuturum eſſe hariolarentur. Loqvitur enim Apoſtolus, qvaſi tunc viventes viſuri ſint diem ultimum; qvaſi ſit poſtrema hora, poſtremumqve tempus mundi, cum tamen *per poſtrema tempora* nihil aliud intelligi debeat, qvam *ſecula Meſſiæ.* Ideò autem Scriptura vocat tempus Meſſiæ OMNE (quod jam excedit ſeſquimille annos) & cunctos iſtius temporis Meſſiæ articu-

Cur omne tempus post Messiam vocetur ultimum.

ticulos, TEMPUS POSTREMUM, quia à Messiæ exaltati tempore non debet ulla nova Dei sperari vel expectari revelatio: Sicut D. Osiander etiam animadvertit, & hæc verba ascribit: *Qvare post Evangelii revelationem non est alia doctrina cœlestis expectanda.* Hæc Osiander.

Heb. 1. v. 1. *DEUS multis vicibus, multisq; modis locutus patribus per prophetas*, ULTIMIS DIEBUS *hisce locutus est nobis per Filium.* Planè autem conveniunt cum his Petrina ipsa, quod mille anni in oculis Domini sint, ut annus, & quod studere debeant, ut immaculati reperiantur in adventu Domini. Adventus autem Domini certa hora, aut annus certus nullus, nec à Petro, nec à Paulo indigitatur, & omninò, qvoad ultimi diei adventum, decisio manebit ista CHRISTI Matth. 24, v. 26. *De die illo, & hora illa nemo scit, neque angeli cœlorum, neque Filius nisi Pater.* Addit Petrus, quod ipse Paulus docet, *postremis temporibus surrecturos esse irrisores, qui & in suis cupiditatibus incedant, & præterea tardationem iræ Domini rideant.*

Hæc ergo sunt illa δυσνόητα in Apostoli Pauli Epistolis, propriissimè judicando, etiamsi libentissimè permitto, ut eadem verba Pauli etiam accommodentur ad alia loca Paulina per quandam analogiam, ut ipsi Apostoli similia qvandoqve faciebant.

Porro de eodem dicto Petrino lubet adducere tum aliorum, tum Doctoris Ægidii Hunnii explicationes, ex quibus apparebit, quod initio communem ipsi quoque retinuerint expositionem verborum Apostoli Petri, tandem tamen contextuum concatenatorum serie accuratius expensâ, hanc jam indigitatam interpretationem adjecerint.

TIMOTH. KIRCHNERUS, unus ex auctoribus Apologiæ Concordiæ, in methodica explicatione præcipuorum capitum in loco de verbo DEI pag. 21. *hæc habet verba seqventia:* Petrus 2. Pet. 3, scribit, Epistolas Pauli esse difficiles intellectu. Ergo sunt obscuræ. Resp. primùm: Petrus non dicit, omnia in Epistolis Pauli esse obscura: sed ad propositam quæstionem de adventu DOMINI respicit; id quod Græca verba ἐν οἷς perspicuè ostendut, qvæ referenda sunt ad neutrum plurale, qvod præcessit, hoc est, ad quæstionem de adventu DOMINI. Deinde non dicit, lectionem Epistolarum Pauli præbere lectoribus occasionem ad perditionem: sed quod homines indocti, parumque stabiles detorqueant illa, quæ de Adventu DOMINI scripsit, ut & reliqvas Scripturas ad suum proprium exitium. *Hæc Kirchnerus.*

Verba LUCÆ OSIANDRI *1. part. Ench. fol. 9.* Textus Græcus non dicit, vel Epistolas Pauli, vel modum docendi, quo ille in Epistolis suis

utitur,

utitur, obscura esse: Sed solummodò Paulum explicare, non ea tantū, quæ omnibus plana & obvia esse possunt; Sed & qvæ difficultatem aliqvam habeant in explicatione scitu necessariorum non dimittere. Qvod docet nomen articuli postpositivi ἐν οἷς, qvi non potest respondere præpositivo ἐν αὐταῖς, sed Pronomini περὶ τούτων, sicuti hunc locum & Sanctes Pagninus, & Benedictus Arias, Montanus (uterqve & Pontificius, & egregiè linguarum peritus] transtulerunt. *Hæc Osiander.*

D. ÆGIDIUS HUNNIUS Anno Christi 1586. super Epist. ad Rom. c. 9. sub initium partis secundæ dicit, se non dubitare, cum scriberet Petrus, esse in Epistolis Paulinis nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorqueant ad suam ipsorum perniciem, ipsum præ cæteris Epistolis Pauli ad hanc Romanis inscriptam potissimum, & qvidem speciatim, ad hunc de prædestinatione tractatum respexisse.

Idem facit D. ÆGIDIUS HUNNIUS in tractatu de Ecclesia non longè ante initium secundæ partis, qvæst. Qvi potes negare, Scripturam esse obscuram, idque fecit anno 1591.

At idem D. ÆGIDIUS HUNNIUS Anno Christi 1602. de verbo Dei contra Bellarminum, cap. 1. lib. 3. fol. 395. *in hunc modum scribit:* Locum Divi Petri considerabimus in textu, qui sic habet, &c. Hic initio considerari velim in originali lingva articulum habentem vim Relativi Pronominis ἐν οἷς, in quibus, hic articulus, si referatur ad Epistolas Paulinas (ut sensus esset, in Epistolis Pauli esse multa intellectu obscura) ponendus erat in fœminino genere ἐν αἷς (scil. ἐπιστολαῖς) Jam verò in neutro genere positus vi constructionis refertur ad ea, de qvibus illic disserit Paulus, de quibus & Paulum in suis Epistolis disseruisse refert, nempe de novissimo judicio & mundi fine. Et in his, qvæ ita scripsit Paulus simul & Petrus, nempe de judicio ultimo, qvædam ait esse difficilia intellectu. *Hæc ita D. Ægidius Hunnius.*

ORACULUM XXXI.
SACRUM.
DE CAPITE NONO EPISTOLÆ AD ROMANOS.

His vero nunc expeditis, jam accedo ad ipsam rem capitis noni Epistolae ad Romanos.

AB INITIO moneo, omnino adamantinâ serie inter sese cohærere omnia ista, qvæ leguntur à versu capitis octavi decimo septimo, usq; ad finem capitis octavi, ut & totum caput nonum, decimum & undecimum ad Romanos. Non satis igitur faciunt studiis suis, qvi solum caput 9. ad Romanos

pro eruendo dogmate reprobationis sub disqvisitionem accuratiorem & plenissimam absolutissimamq; vocari posse existimant, qvia ex illo solo istius sensus neqvaqvam eruetur.

Brevis dispositio Epistolæ ad Romanos.

Attentissimè autem ante omnia venit pensitandum, qvod Apostolus à cap. 1. usq; ad cap. 6. Epistolæ ad Romanos doceat de hominibus omnibus, tā Judæis, qvā Ethnicis, qvod sint peccatores, & qvod sint conclusi omnes sub peccatum, & de iis omnibus, qvod non nisi ex misericordia Dei propter meritum JESU CHRISTI per fidem applicatum justificari & salvari qveant. Hoc valde perspicuè, valde nervosè tractat in istâ Epistola ad *Romanos*, *tunc temporis rerum DOMINOS, gentemq; togatam*, ad Romam, inqvam, qvæ tunc *caput, caput*, inqvam, *mundi* dicebatur; qvia prævidit *ex hac Epistola* infinitum numerum Subditorum sub illo amplissimo imperio, & tunc florentissimo Romano degentium converti posse, qvod ex Roma istud scriptum posset exportari facilius, & citius in omnes provincias imperii Romani.

Occasio digressus Apostolici ex materia priorum qvinq; capitum ad materiam seqventem.

Postqvam hoc primùm expediit in ista Epistola, & verò jam aliqvis ex Romanis, Romanæ antiqvæ virtutis amore & splendore flagrantibus, (id qvod vel ex libro Ciceronis de Officiis solo æstimari potest,) inferre poterat; Ergò tantummodò salvantur credentes, sive piè, s. impiè vivant; iccircò à principio cap. 6. usq; ad versum medium decimum septimum capitis octavi magno cum spiritu objurgat cunctos in istum modum argumentantes, & docet, fide justificatos necessariò debere studere bonis operibus, à lege Domini reqvisitis. Etsi enim bona opera justificationem non efficiunt, nec salutem æternam promerentur: tamen pro hostibus JESU CHRISTI, & pro servis Diaboli habendos esse, similitudinibus appositissimis coarguit eos, qvi bonis operibus verbo Domini mandatis non student pro virili.

Occasio digressus ad materiam capitis noni.

Post hoc qvoq; secundum membrum explanatum, qvia prævidebat sibi posse magnum objici scrupulum istum: Si tua doctrina vera est, & si hæc est doctrina omnium Israelitarum, ex qvibus tu natus es, & ex qvibus debet prodire Messias: qvî fit, qvod hodierni Judæi, qui soli veram religionem jactant, ut supra ex Oratione Ciceronis pro Flacco patuit, eandem adeò execrantur, detestantur & perseqvuntur, ut nihil suprà? Qvî etiam fit, quod eidem Ethnici alii tam pertinaciter contradicunt? Qvî, inqvam, fit, qvod professores hujus fidei tot expositi sunt calumniis, exiliis, persecutionibus, remotionibus ab officiis, & condemnationibus, atq; nulla alia religio Ethnica: siquidem reliquarum religionum omnium homines pace & qviete frui animadvertimus. Iccircò versu medio, decimo septimo, capitis 8. occurrit huic scrupulo, & docet, omnino hac fide præditos esse futuros hæredes Dei, & cohæredes Christi. (Nota Lector transitum Apostoli ad novam istam materiam, de cruce & scandalis fortiter sperandis.) SI MODO, inquit

SIMUL

SIMUL PATIMUR, additâ è vestigio consolatione fortissimâ, qvod passiones hujus mundi respectu gloriæ secuturæ, nullius videantur æstimandæ esse momenti; qvodqve omnes Christiani, summâ cum patientia easdem tolerent; qvod nihil ipsis accidat, præter DEI præscientiam & determinationem & qvod hominem DEO exosum esse ex passionibus, nemo jure colligere debeat.

Statim autem his expeditis, partem acerrimam scrupuli objecti aggreditur de contractionibus & persecutionibus Judæorum adversus Christianam novam religionem, capite nono.

Ut autem omnia omnibus fiat, utq; magis benevolos lectores Epistolæ suæ habere qveat ipsos Judæos, exorditur à magna obstatione, & grandi testificatione amoris sui erga Judæos populares suos simulq; eorum privilegia, qvæ à DEO supra omnes alios acceperunt, enumerat admodum patheticè: Vocat enim *ISRAELITAS*, & dicit, v. 4. *qvod eorum sit adoptio & gloria & fœdera, & legis constitutio, & promissiones, & patres, & ij, ex qvibus est Christus, qvoad carnem*; nimirum his verbis nihil aliud qvam hoc ipsum dicit, qvod Petrus Actor. 3. vers. 25. 26. ita eloqvitur: *Vos estis filii Prophetarum & Testamenti, qvod disposuit Deus ad Patres nostros, dicens ad Abraham & in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ, Vobis PRIMUM DEUS suscitans filium suum misit eum benedicentem vobis, ut convertat se unusqvisq; à neqvitia sua.*

Apostolus capite nono ad Romanos vehementer commendat Judæos.

Judæis PRIMUM missus Messias.

Nihil, inqvam, aliud in exordio capitis noni ad Romanos, dicit Apostolus pro commendandis & laudandis Judæis, qvam illud: qvod extat etiã in aliis pluribus locis Scripturæ veteris, nimirum, Psal. 76. v. 1, 2. *Notus in Judæa DEUS, in Israel magnum nomen ejus, & factus est in pace locus ejus & HABITATIO ejus in SION* Psal. 147. v. 19. 20. *Qvi anunciat verbum suum Jacob, justitias & judicia sua Israel, NON FACIT TALITER OMNI NATIONI, & judicia sua non manifestavit eis.* Esa. 31. v. 9. *Dixit Dominus, CUJUS IGNIS EST IN SION, & carminibus ejus in Jerusalem.*

Deus singulariter in Sion habitat.

Exod. 26. v. 92. *Ad ostium tabernaculi Ecclesiæ* (adducetis holocausta) *coram Jehovah coram area fœderis, qvo convenientiam vobis cum, ut alloqvar te ibi*, v. 43. *& conveniam illuc cum filiis Israel, & sanctificabitur in gloria mea, habitaboq; in medio filiorum Israel, & ero eis in Deum.*

Huc pertinent plurima passim per totũ vetus Instrumentũ, qvæ declarant, Deum singulari modo adfuisse Israelitis, qvomodo nõ adfuit ullis aliis hominibus licet à sese creatis, & in ipsũ etiã sincere alibi locorũ credentib9

Deus cum genere humano loqvitur in tabernacul. Mosaicuo ut tandem in templo Salom.

Id plus ad oculum patebit iis, qvi satagent penitus considerari *duas structuras* divino jussu productas, & qvidem factas juxta formularia divinitus singulariter præscripta, qvorum alterum est *tabernaculum Mosaicum*, alterum verò *templum Salomonis*,

Te-

De tabernaculo Mosis, in qvo singulariter habitavit DEUS.

Tabernaculum Mosaicum erat templum portatile, qvod resolutis partibus poterat retexi in minores partes, de loco in locum alium transferri, & vicissim componi, singulis partibus inter sese reconcatenatis.

Erat id factum, qvoad materiam, ex nullis lapidibus, sed tantùm ex ligneis asseribus, ex velis, ex tapetiis, ex pellibus &c. Qvoad formam, non possum hac in re nondum exercitatis illud melius comparare, qvàm cum cæmiterio qvodã amplo suburbano qvadrato, cujus latera respondent directè qvatuor plagis mundi, Orienti, Occidenti Meridiei, Septentrioni, Ein grosser breiter Kirchhoff/so vier Mauern herümb hat/ darauff man begräbet.

Atrium Sacertodum.

Istud omne spacium internum seu cœmiterium, exceptis iis, qvæ mox seqventur, repræsentabit tabernaculi atrium, in qvod abducebantur, mactabantur & sub dio comburebantur à Sacerdotibus pecora sacrificialia. Hoc atrium dicebatur *atrium Sacerdotum*, & non habebat tectum; sed expositũ erat & apertum aëri & cœlo, siqvidem aliàs non potuissent tantæ victimarũ multitudines comburi, intra & infra tectum aliqvod. *Extra hoc atrium Sacerdotum* stabat populus, qvi conveniebat ad spectanda sacrificia, ibiq; cantabat & orabat; & extra hoc atrium Sacerdotum solebant haberi conciones ad populum in diversis circulis hominum: Siqvidem unus concinoator tam infinitæ turbæ simul & semel voce suâ non satisfaciebat. Intra atrtium Sacerdotum nemini licebat intrare, nec Regi, nisi solis Sacerdotibus.

Deinde non in medio propemodum, sed propius versus occasum sic à me (propter exemplum) indigitati cæmiterii, seu àtrii Sacerdotum fingatur domus aliqva qvadrangularis, qvæ qvidem tectum sed non tectum acuminatum habeat, & tamen supra pellibus & asseribus contegatur.

Debuit autem hæc domus ita posita esse: Secundum longitudinem extendatur in medio atrrii, ab ortu in occasum, non â meridie in speptentrionẽ. Et hæc domus unius tantùm fuit contignationis, ita ut supera eam ascẽdere nemo posset, cum non haberet vel secundam vel tertiam contignationem. Hæc item domus dividitur intrisecus in duas partes per parietem intergerinum, qvasi in duo Hypocausta, qvorum *unum* versus occasum dici debet SANCTUM SANCTORUM, *alterum* versꝰ ortum debet nominari SANCTUM.

Sanctum & Sanctum Sanctorum in una domo.

Extrinsecus debet etiam esse tantum una janua versus ortum, perqvam ingredibantur ipsi tantùm Sacerdotes, ibi thura adolentes, oleum accendentes, panum propositionis paria disponentes. Postea intrinsecus erat janua ex Sancto deducens summum Sacerdotem qvotanis tantùm semel in SANTUM SANCTORUM. Non enim nisi semel, diversis tamen & distinctis actibus, de qvibus dictum est, in Schola Sacrficiali, nempe decimo die mensis septimi summus Sacerdos qvotannis audebat intrare SANCTUM SANCTORUM.

In *Sancto Sanctorum* stabat arca fœderis, cui erat impositum *Propitiatorium*, qvod erat tabula ex solido auro, cui innitebantur Cherubim, inter qvos Cherubinos sese habitare Deus ipse testatur. Huc enim pertinet illud Psalm. 80. v. 2. & 99. v. 1. *Qui sedet super Cherubim.* Huc etiam illud Exod. 25. v. 20. & seqq. *Expandent Cherubim duas alas supernè tegentes Propitiatorium,* v. 21. *pones autem propitiatorium* (cui innituntur Cherubim) *super arcam supernè, & in arca pones testimonium, qvod dabo tibi: conveniamq; tecum illic, & LOQVAR TECUM è PROPITIARIO INTER DUOS CHERUBIM, quod est super arcam testimonii, qvæcunq; præcipiam tibi filiis Israel.*

Sed iterum ad domum. Domus hæc IPSA divisa in Sanctum & Sanctum Sanctorum, plane nullam habebat fenestram, nec per ullam rimam poterat lumen accipere inter sese; Sed intrinsecus in Sancto erat preciosissimum & splendidissimum candelabrum aureum, super qvo disponebantur olea, unde loco Sancto lux procurabatur.

Templum Mosaicum nullam in parte maximè sacra habuit fenestram.

Ecce lector, tale fuit templum istud Israeliticum, qvod vocant Tabernaculum Mosaicum, ex qvo tandem facilè templum Salomonis, ex lapidibus confectum intelligere, & tuæ memoriæ infigere poteris, 1. Reg. 6. & 7. & 8. &c. Prorsus enim analoga fuit forma templi ad ipsam formam tabernaculi. Eratq; lapideum templum Salomonis etiam præter atrium divisum in Sanctum & in Sanctum Sanctorum, ut nihil amplius adjiciatur.

Templum Salomonis tabernaculo Mosaico qvam maximè correspondet.

Hîc igitur jam amice animadverte lector, qvod dicetur: In nostra templa tectis obducta ingrediuntur omnes, & in illis docentur omnes homines: At ibi homines extra tecta degebant & docebant ac docebantur, siqvidem intra velum seu intra Sanctum, & intra Sanctum Sanctorum *Ecclesiæ seu populo* intrare non licebat. In Sanctum verò Sanctorum summusSacerdos tantum semel, uno die, diversis tamen actibus, ingrediebatur qvotannis; in Sanctum qvotidie qvidem ingrediebantur Sacerdotes, sed non omnes, sed tantum illi, qvos ordo postulabat.

Habitabat ergo Deus in Sancto Sanctorum; & sic Sanctum Sanctorum erat domus Dei, qvam Deus sibi in his terris parari jusserat; & habitabat inter solos Judæos, qvia intra alias gentes in alio templo hoc singulari modo habitare nolebat & ex hac, non ex ulla alia sub toto sole & cœlo domo loqvebatur Mosi, & summis Sacerdotibus, qvæ volebat fieri tum à Judæis, tum à gentibus. Etsi enim qvasi singularis amicus, qvasi contubernalis, qvasi vicinus volebat cohabitare & colloqvi non nisi solis Judæis: tamen interim docebat omnes homines ex hac domo, ex hac Schola, sicut etiam Prophetæ à Domino, habitante in Sion afflati, objurgant Judæos & gentes, prophetant Judæis & gentibus; & hoc pacto innotuerunt toti orbi ab eventibus certissimis illarum prædictionum, qvas proferebant, de qva re supra fusius & plura

Qvomodo Jerosolyma fuerit domus Dei.

Deus in Hierusalem alloqvitur omnes gentes.

plura dixi: In gloriam Judæorum qvantum hoc conducat externam, nemo non videt.

Cur Deus in Exodo tam curiosè describat materiam & formã tabernaculi Mosaici, ut etiam templi Salomonis. Vide Scholam meam Sacrificialem, qva de his omnibus ex professo & prolixè admodum agit.

Inde ab Adamo usq; ad Christum fuerunt plurimi qvidem per orbem terrarum populi, sed Deus nulli voluit loqvi prophetias suas populo sub cœlo, nisi isti in linea ista: etiam nullibi, nisi in linea ista, debuerunt sacrificia comburi; nulli populo, nisi qvi continetur in linea Christi (Matth. I. v. I. seq. & Luc. 3. v. 23. seq.) ex cœlo dedit custodiendum ignem pro sacrificiis: qvia nulla unqvam sacrificia Deus voluit sibi fieri, & approbare, nisi facta per talem ignem, ex solo cœlo divinitus datum.

Ergo per externas ceremonias, sacrificiorum præsertim, tanta beneficia sua spiritualia & Judæis & simul gentibus, inde ab initio post lapsum Deus omnipotens revelare, offerre, & distribuere sategit, in loco tam illustri, qvem Judæam elegit, intra qvam in Sancto Sanctorum, tanqvam unus primarius seu civis, seu Propheta habitationem singularem constituit in tali templo, intra qvod nemo auditorum vulgatorum & aliorum plerorumq; præcipuorum unqvam intrare, nec qvisqvam Sacerdotum vel Levitarum & Doctorum concionari & docere audebat, præter perpetuam & communem in omnibus aliis Synagogis & templis observari antea solitam, & adhuc consvetam rationem, tantummodo ut singuli homines ansam inde haberent, inqvirendi de causis talium institutorum sacrorum locorum, & templorum. Sic enim potuissent & potuerunt tandem mysteria illis rebus comprehensa & inclusa, & Messiam cumprimis ipsum, Ceremoniis & Sacrificiis istis omnibus adumbratum & repræsentatum facilius & optimè agnoscere. Semper enim externis Ceremoniis plus moventur, & lubentius doceri volunt homines.

Nemo igitur miretur, & pro rebus nihili aut verbositatibus inanibus reputet ea, qvæ de structuris illis duabus, nimirum de tabernaculo Mosis, & de templo Salomonis in Scriptura tot prolixis capitibus descripta & divinitus promulgata reperiet *Nimirum in Exodo* de auro, argento, ære, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, bysso, pilis caprarum, pellibus arietum rubricatis, lignis sethim, oleo, aromatibus, thymiamatis, lapidibus, gemmis, de arca, ejusq; longitudine & latitudine, de corona per circuitum, circulis, propitiario, Cherubim, vectibus, de mensa, de acetabulis, phialis, thuribulis, cyathis, candelabro, ejusdemq; calamis, scyphis, sphærulis, lucernis, emunctoriis, de cortinis, & ansulis earundem, circulis aureis, de velis, sagis, fibulis, opertoriis, tectis, de tabulis, deq; tabularum basibus, vectibus, laminis, de columnis, tentorio, de sacrificiorum altari, ejusdem cornibus, lebetibus, forcipibus, fuscinulis, craticulis, vectibus, annulis, de variis vestibus Sacerdotum, de labro æneo, de oleo sancto, de altari thymiamatis, &c.

Simili-

Similiter nemo inania monumenta existimet, qvæ extant *in Levitico, & Numeris & alibi qvoq;* de ritibus eligendi, tractandi & offerendi armenta, pecudes, aves, de oblationibus sacrificiorum, similæ, thuris, panum, laganorum, fermento, sale, de sacrificiis sic dictis pacificorum ex bobus, ovibus, agnis, capris, de sacrificiis pro peccato Sacerdotis, pro peccato communitatis, pro peccato principis, pro peccato hominis vulgati, secundum varias species peccatorum, de holocaustis, de igne holocaustorum & aliorum sacrificiorum, de libamentis, de adipe, de divisione carnium sacrificialium, qvid & qvodnam offerendum & sacrificandum singulis diebus, singulis Sabbathis, singulis mensibus, singulis aliis festivitatibus, singulis diebus singularum festivitatum.

Sic qvoq; in libro primo Regum cap. 5. de lignis à rege Tyri procuratis ad ædificandam domum DOMINI, de numero artificum, de longitudine, latitudine & altitudine templi, de porticibus ante templum, de fenestris obliqvis, de tabulatis super parietem templi per gyrum, de ædificii istius lapidibus dolatis, de cochlea, de laqvearibus cedrinis, de ostiis, de reductionibus in muro templi, de sancto, de candelabris, de mensis, de columnis vestibuli, de mari seu vase continente aqvæ copiam maximam, deq; Sancto illo qvoq; Sanctorum, &c.

Nemo, inqvam, miretur, cur de structuris & Ceremoniis istis tam prolixè, tam accuratè, tam operosè, cuncta per Spiritum Sanctum describenda sanctis hominibus fuerint inculcata, qvoad materialia & qvoad formalia. In ejusmodi enim Ceremoniis inde à lapsu usqve ad natum CHRISTUM, adumbravit, involvit, revelavit Messiam suum DOMINUS ipse cœli & terræ, ut hoc pacto, tanqvam externo ritu in oculos omnium incurrente, & (sicut alia externa solent) semper plus movente cunctas gentes, (qvas ad horum rituum & rerum notitiam pervenisse, ex ipsis Ethnicorum scriptis demonstrare non est difficile,) extimularet ad accuratiorem inqvisitionem de istis tribus, ut & ad mysteria ritibus illis expressa plenius exploranda.

Utqve ad rem ipsam redeam, administratorem talium sacrorum & sacrificiorum concedere placuit DEO non unumqvemvis populum per totum mundum, sed unicè & solummodò eundem constituere lineam (primo post Adamum, Sethi, Enos, &c. Genes. 5. tandem) Abrahami, Isaaci, Jacobi, Judæ, & ita Judæorum, & tandem etiam pro eorundem solennium rituum exercitiis eligere locum unum illum Abrahamo & semini ejus promissum, terram videlicet Judæam, qvæ est ingens & nobilissima, non tamen nisi CORPORALIS, EXTERNA, TEMPORALIS Judæorum prærogativa.

Qvoad salutem æternam, Deus singulare aliqvid Judæis non dedit. Interim enim alii populi ubiq; in sacris per Judæos ipsos admonentur, ut osculentur Filium, ut munera afferant Domino, ut cantent Domino, ut afferant sacrificia Domino; sicut etiam post captivitatem Babylonicam, apud Malachiam cap.1,11. dicit Propheta nomine Dei; *Omnino ab ortu Solis usqve ad occasum ejus, magnum est nomen meum inter gentes, & EX OMNI LOCO* (non in omni loco) *incensum offertur nomini meo, & oblatio munda, omnino magnum est nomen meum inter gentes ipsas, dicit Jehovah, & vos polluitis illud, cum dicitis, Mensa Jehova contaminata est. Intulistis item raptum & claudum & langvidum, &c.* Contextus capitis haud obscurè innuit, gentes seu Ethnicos, reducti ex tanta servitute populi beneficio divino, & rituum sacrorum, de qvibus pauca jam dixi, restaurationis miraculo commotos, convertisse se ad Jehovam, & misisse, ut antea, ita nunc qvoq; freqventissima sacrificia Hierosolymam; qvæ sacrificia Judæi vocarunt contaminata, jam post captivitatem, ubi templum non tam ipsis videbatur splendidum, atq; templum primum habuerant.

Verè ergo magna ista privilegia Judæorum paucis suis verbis complectitur & eloqvitur Paulus, qvando dicit Rom.9,4. qvod eorum sit *adoptio & gloria, & fœdera, & legis constitutio, & promissiones, & patres, & ii, ex qvibus est Christus, qvoad carnem.* Judæis enim singulari modo cohabitabat Deus, colloqvebatur; ex Judæis Theologiam petere & discere debebat totus mundus; Judæis CHRISTUS primis apparere & loqvi debebat: Apostoli qvoqve primùm Judæis concionantur, ut ex cap.13,46. Actorum, & alibi liqvidum constat. Et hoc est in capite nono ad Romanos, qvod ad eorum prærogativas externas Apostolus pronunciat.

DE VERSU SEXTO NONI
capitis ad Romanos.

POstqvam igitur & sibi benevolentiam magnam captavit, enumeratione prærogativarum, qvibus Judæi à Deo præ omnibus populis omnium seculorum fuerant coudecorati, & simul mentem suam erga ipsos Judæos sui istius temporis tum condolentiæ & ingemiscentiæ, tum promtitudinis & amoris plenissimam demonstravit: Et verò; qvia Judæi sub Imperio Romano tum degentes & alibi poterant excipere: Judæis cumprimis promissum esse Messiam, Judæis etiam primò & cumprimis prædicandum, & Judæos ad ipsum exhibitum facilius accursuros, idq; omne contineri in Sacris Scripturis, qvas omnino impleri oporteat, cùm potius cœlum & terra perire necesse habeant, anteqvam de verbo Dei aliqvid incom-

Occasio digressus ad Versum sextum.

incompletum remaneat; è contrario qvia hunc Messiam negligi passim constabat, adeoq; pro vero vix agnosci posse conseqvebatur, NUNC de hac ipsa re Judæis responsionem dabit solidam & certam:

Sic igitur pergit: Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· *Rom. 9,6.*

Non autem, qvod exciderit Verbum DEI.

LUTHERUS: Aber nicht sage ich solches/ daß GOttes Wort darumb aus sey.

Duo hîc ante omnia diligenter sunt expendenda. 1. qvid sit ἐκπέπτωκεν, excidit. Si qvis igitur Concordantias ingressus cum πίπτω & ἐκπίπτω fuerit, is inter alia reperiet, qvod qvodam in loco τὸ Cadere, & τὸ Stare sint opposita, 1. Cor. 10. v. 12. *Qvi existimat se stare, videat, ne cadat.* Ergò τὸ Cadere significat, infirmum, inane, irritum. *Cadere & Stare opposita.*

Deinde rogo te, lector, ut exqvisitissimè consideres, qvodnam sit illud, & qvale verbum Dei, de qvo loqvitur textus versus capitis noni. Singularissimè, inqvam, necesse est, ut inqviratur, qvod sit ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, hoc est, ille sermo seu illud verbum Dei, qvod Deus non vult nec voluit esse irritum & inane, qvoad Judæos istius temporis. Nam ex hoc Verbo Dei rectè æstimato fluet tibi sponte solida & verissima explicatio, & facillima intelligentia hujus & seqventium capitum in hac Epistola. *Verbum DEI qvodnam hoc loco innuatur.*

Etsi autem hîc rem istam poteram prolixè ex sola vetere Scriptura expedire, tamen nunc ero contentus ipsismet Epistolis Pauli, tum hac ad Romanos, tum alterâ ad Galatas. Hæc enim utraqve ostendet lectori, quidnam Apostolus Rom. 9, v. 6. appellet verbum Dei, seu sermonem Dei, qvi non exciderit.

In his igitur Epistolis reperientur allegationes hæ seqventes, Gen. 12, 3. *In te benedicentur universæ cognationes terræ.* Gen. 15, 5. 6. *Suspice cœlum & numera stellas, si potes. Sic erit semen tuum. Credidit Abraham DEO, & reputatum illi est ad justitiam,* Gen. 22, 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* *Verbum Dei ex veteri Scriptura.*

At, lector, explicationem horum trium Oraculorum, Gen. 12. & 15. & 22. valde prolixam, & sufficientissimam reperies in Epistolis Pauli jam indigitatis, idq; in hunc modum.

Rom. 4, 3. & seqq. *Qvid enim dicit Scriptura: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam. v. 9. Dicimus, qvia reputata est Abrahæ fides ad justitiam.* Et v. 10. *Qvomodo ergo reputata est? In circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio, & signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, qvæ est in præputio, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad justitiam, & sit pater circumcisionis, non iis tantùm, qvi sunt ex circumcisione, sed & iis, qvi sectantur vestigia fidei, qvæ est in* *Verbum Dei Gen. 12. & 15. explicatur ab ipso Apostolo in nova Scriptura.*

præputio Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei. *Sic enim qvi ex lege hæredes sunt*, exinanita est fides, abolita est promissio. *Lex enim iram operatur.* Ideò ex fide, *ut secundum* gratiam *firma sit promissio* omni semini, *non ei, qvi ex lege est solum, sed & ei* qvi ex fide est *Abrahæ, qvi pater est omnium nostrûm* (sicut scriptum est, Qvia patrem multarum gentium posui te) *ante Deum, cui* credidisti, *qvi vivificat mortuos & vocat ea, qvæ non sunt, tanqvam ea qvæ sunt. Qvi contra spem in spem* credidit: *ut fieret pater multarum gentium, secundum qvod dictum est ei*, Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli & arena maris. *Et non infirmatus est in fide: nec consideravit corpus suum emortuum, cùm jam ferè centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ.* In repromissione etiam DEI non hæsitavit diffidentiâ: *sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissimè sciens, qvia qvæcunque promisit Deus, potens est facere.* Ideò & reputatum est illi ad justitiam: *Sed & propter nos*, qvibus reputabitur credentibus in eum, &c.

Galat. 3. Galat. 3, 5. & seqq. *Qvi ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est*, Abraham credidit DEO, & reputatum est illi ad justitiam. *Cognoscite ergo, qvia* qvi ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. *Providens autem Scriptura*, qvia ex fide justificat gentes DEUS; *prænunciavit Abrahæ*, Qvia benedicentur in te omnes Gentes. *Igitur, qvi ex* fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. *Qvicunqve enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis, qvi non permanserit in omnibus, qvæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Qvoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est, qvia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide: sed qvi fecerit ea, vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (qvia scriptum est, Maledictus omnis, qvi pendet in ligno)* Ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu: *ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. Fratres (secundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.* Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini ejus. *Non dicit, Et seminibus, qvasi in multis: sed qvasi in uno, Et semini tuo, qvi est CHRISTUS.*

Brevis explicatio locorum sacrorum antecedentiū ad captum Christianorum tempore Pauli & nostrum.

Atqve ex his tribus locis ex Genesi adductis, ut etiam ex duobus locis Apostolicis, qvilibet non piger lector hæc seqventia capita satis agnoscet.

1. Qvod tempore Abrahami ad Abrahamum sit factum verbum DOMINI, seu factus sermo & facta promissio, cujus hæc nimirum fuerit summa, qvod nimirum in semine Abrahami, in Messia, benedici debeant *omnes* cognationes terræ, & qvod sub OMNIBUS cognationibus terræ citra omne dubium & ante omnia maximè etiam comprehensi fuerint & tempore Apostoli comprehendantur Judæi.

Obiter

Obiter etiam notandum: De hoc verbo seu promissione seu Evangelio pertinente ad Judæos quam maximè, sic scribit magnus Apostolus Rom. 1 16. *Qvod Evangelium sit potentia Dei ad salutem omni credenti, JUDÆO inprimis, tum etiam Græco*: Et Galat. 3, 16. *Abrahamo dictæ sunt* promissiones & semini ejus, *non seminibus*. Item de eodem scribit Roman. 3, 21. *Qvod sit comprobatum testimonio legis & prophetarum*; hoc est, qvod antea promulgatum fuerit & innotuerit hominibus veteris Testamenti.

2. Qvod promissio seu sermo Domini nihil aliud contineat, nisi promissionem *gratuitæ* misericordiæ citra omnium operum & *meritorum humanorum* respectum. Sic enim dixit Apostolus, *Credidit & imputatum est ei*, Ei qvi non operatur, sed credit in eum, qvi justificat impium, imputatur fides sua pro justitia, *Si enim ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Qvicunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Qvoniam in lege nemo justificatur, lex non est ex fide.*

Huic autem promissioni de *gratuita* misericordia citra humanorum operum superba merita tunc temporis Judæi inniti decuisset. Verùm spretâ justitiâ fidei tantum ad literam nudam promissionem divinarum superbiebant, & præterea tantū ad opera QVÆDAM sua Pharisaica meritoria judæi spectabant, qvasi essent populus Dei ex carnali prosapia Abrahami prodeuntes; & qvasi per nudam legem operum salvari possent. Et qvia isti in hac sua opinione pertinaciter perseverabant, insuper etiam fidem urgentibus Apostolis protervè & Diabolicè finaliterq; resistebant, iccirco apud hos (fide cumprimis destitutos, tanqvam organo applicante fidei justitiam, & finali impœnitentiâ laborantes) Verbum Dei seu sermonem periisse vel excidisse dicit. Hic enim qvoad nomen sunt Jsrael, qvo fidem non sunt Israel, hi sunt Judæi in propatulo, non autem in occulto, ut etiam distinguit Apostolus Rom. 2, 28. sub finem.

Nota lector, qvomodo ALIQVI Judæi tunc rejecti.

Econtrario docet Apostolus, qvod apud reliqvos his contumacibus non anumeratos, sed *gratuitam* promissionem fide sibimet applicantes Verbum Dei non careat magno fructu ad salutem æternam. Illud enim ipsum Apostolus Rom. 3, 3. & seqq. satis perspicue docet, adeò, ut caput tertium cap. 9. & 10. & 11. maxime conveniat, qvemadmodum attento lectori satis obviam erit.

Nota lector, qvomodo ALIQVI tunc Judæi salvati.

Sic igitur Rom. 3, 3 Qvid enim, si QVIDAM illorum non crediderunt (loqvitur de Judæis, ut apparet ex versu 1.) nunqvid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit.

Rom. 11. & seqq. *Dico ergo, Nunqvit DEUS repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israëlita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin Non repulit Deus plebem suam, qvam præscivit. An nescitis in Elia qvid dicit Scriptura:* qvemad-

qvemadmodum interpellat DEUM adversus Israël? Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & relictus sum solus: & qværunt animam meam. Sed qvit dicit illi divinum responsum? Reliqvi mihi septem millia virorum, qvi non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo & hoc tempore, reliqviæ *secundum electionem gratiæ DEI salva facta sunt.*

Conclusio de Versu sexto.

In versu igitur sexto capitis noni ad Romanos rectè juxta methodum jam indigitatam explicatio, in illis, inqvam, verbis Paulinis declaratis, secundum alia verba Paulina, ut vidisti lector, continetur fundamentum pro reliqvis omnibus toto capita nono, decimo & undecimo intelligendis; nimirū qvod propter incredulitatem abjiciantur qvidem plurimi judæi, promissionem verterem fide non amplectentes, sed tamen qvod vicissim plurimi ex Judæis fide veterum promissionem acceptantes debeant salvari. Adeo igitur graviter Apostolos docet; omnem salutem omnium Judæorum tanrummodo pendere ex sola *promissione* seu *misericordia DEI*, citra omnia omnium humanorum operum merita, qvibus turgiti Judæi tum superbire non erubescebant, qvemadmodum expresse explicat capite nono versu 30. & seqq. *Israël* sectando legem justitiæ, *in legem justitiæ non perveniet. Qvare? qvia non ex fide, sed qvasi ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est.* Et capite undecimo Versu 5. 6 *RELIQVIÆ secundum electionem salvæ factæ sunt* Et hæc de Versu sexto, ubi docet, Verbum Dei patribus olim dictum apud omnes non fore frustraneum, etsi multi, nomine Israel, tamen fide Israel destituti, pereant.

Vers. 6. *Non omnes, qvi ex Israël, sunt Israël;*

Anteqvam verò ab hoc sexto Versu discedam penitus, adhuc unum de eodem est observandum, nimirum & ante omnia *Vinculum*, qvo connectit Apostolus vocalas istas *Verbum Dei non excitat* (de promissione nimirum data Patriarhis, qvod in semine Abrahæ benedicendi etiam sint Judæi) cum voculis reliqvis hactenus expositis et prærogativa externa Judærum, qvæ incipiunt Versu 7, cap. 9. *Neq; qvi semen sunt Abrahæ, omnes filii, sed in Isaac vocabitur tibi semen. Vinculum* igitur, inqvam, qvo Apostolus tractatum de promissione spirituali conectit cnm tractatione de promissione corporali, adeoq; *caussa* digressus à promissione spirituali, etiam judæis cumprimis facta, ad promisslionem corporalem Judæis datam, est posterior pars Versiculi sexti in hunc sese habens modum, *Non omnes, qvi ex Israel, sunt Israel.*

Qvid sit esse Israelem.

His autem Verbis respicit Apostolus ad historiam de Jacob illam, in qva Jacobus reportavit novū nomen Israelis, qvæ extat Gen. 32. v. 28. In hoc enim loco Patriarcha Jacobus, postqvam totū diem consumsi traducendis bonis & familia sua per flumen, & seqventi die fratrem Esau, adversarium

hactenus

hactenus capitalissimum, sibi obvium futurũ novit, vespere, trans flumen, in loco orationibus devotissimis commodo, solus manet, ibiq; sine omni dubio qvàm ardentissimis suspiriis Deum adoravit pro felici successu in occupanda deinceps terra Chanaan, idq; circiter in hunc modum, inter orandũ repetitis omnibus promissionibus de terra Chanaan ad patres suos factis.

Summa precum qvas ad Deum misit Jacobus in summis angustiis.

O Deus, *tu* pro linea & gente, ex qva debet nasci Messias, selegisti, inter omnes populos omnium seculorum, solum stemma Abrahami; *tu* eidẽ & semini ejus promisisti terram Chanaan, ut intra eam ex semine nostro nascatur Messias, *tu* voluisti, ut inter liberos Patriarcharũ semper primogenitus qvisq; retineat dignitatem seu prærogativam, nimirum, qvod ex istius primogenitis, non ex reliqvorũ ipsius fratrum posteris Messias sit expectandus, tu hæc hactenus dicta omnia Patriarchis & eorum primogenitis *ex sola misericordia & gratia* concessisti; *tu* tamen præter & contra consvetudinẽ hanc primogenitis huc usq; competentem, mihi secundogenito adhuc intra uterum matris meæ delitescenti, ex sola gratia, cum neqve boni aut mali qvicqvam scirem, multò magis nec boni nec mali qvicqvam feceram, assignasti, edito oraculo, qvod *major* (primogenitus frater meus Esau) *serviturus sit* (secundogenito mihi) *minori*, Genes. 25, 23. *tu* mihi apparuisti in campis Samariæ & promisisti mihi, ut olim patribus meis idem fecisti, adeoq; confirmasti mihi hæc speranda tria, *nimirum* terram Chanaan, & posteritatem innumerabilem, & intra terram illam, ex mea posteritate Messiam, seu semen illud, in qvo benedicendæ sunt omes tribus terræ, sicut hæc expressè leguntur Genes. 28, 13. 14. *tu* scis qvod propter dignitatem hanc primogenituræ à te ex sola gratia in me collatam capitaliter mihi succenseat frater Esau, cujus etiam vim hactenus per annos viginti fugere, & alibi locorum versari coactus fui, *tu* scis, qvod licet diutius alibi locorum manere potui, tu tamẽ me ex terra aliena revocaris in hanc terram, Gen. 31, 13. his verbis, *Ego Deus Bethel, ubi unxisti statuam, ubi vovisti mihi votum, nunc surge, egredere de terra hac, & revertere ad terram cognationis tuæ.*

Tuo igitur mandato obsecutus sum, & contra Labani soceri voluntatem cum uxoribus & liberis, & omnibus ad nos pertinentibus ad terminos hosce sum progressus, ut intra terram à te promissam habitem, & te colam. *Tu* autem nosti, qvod adversarium habeam capitalem mihi & meis proter jus primogenituræ, fratrem meum Esau, qvi nec habitationem mihi tutam, nec vitam securam concedet.

Ego tamen *tuæ promissioni* nitor inter media & summa pericula, qvod, qvia me evocasti, qvia terram promisisti, etiam defensionem mihi sis divinam præstiturus. *Te* igitur compello, *tuas* promissiones tibi propono, & peto, ut dignitatem & officium primogenituræ, terram Chanaan, & posterita-

tem *promissam* propter tuas *promisſiones* fide meâ intimâ apprehenſas, deinceps mihi communices. Certò ſcio, nihil fluctuo, nihil dubito, qvin mihi *promisſiones* iſtas tenacisſimè & conſtantisſimè ſis ſervaturus.

Lucta Jacobi maxima

Dum igitur gemitus & ſuſpiria illa ad Deum Patris ſui Abraham & Iſaac profundit, ibi ex improviſco qvaſi viator aut peregrinator venit ad eum *vir*, (qvi tamen fuit ipſe Filius Dei in forma *viri*,) qvi de eadem materia (undecunq; arreptâ occaſione) cum Jacob aceraime cœpit diſputare.

Qvæ argumenta gravia protulerit Vir, cum qvo dimicaverat Jacob

Summatim, vir ille qvaſi ab Eſavo conductus protulit gravia argumenta, qvibus ipſi Jacobo ingreſſum intra terram Chanan vicinam diſſuadere ſategit, nimirum, qvod dignitatis primogenituræ, & cum jure primogenituræ terra Chanaan & poſteritas Meſſiæ ad Eſavum primogenitum omni jure divino pertineat, qvod hactenus in jure primogenituræ inde ab Adamo eadẽ conſvetudo qvoad ſolos primogenitos fuerit ſervata inter Patriarchas, qvod malefaciat Jacob, litem moturus hac de re fratri ſuo Eſavo, qvod ſucceſſus omninò ſit futurus irritus, qvod fratrem potentiorem ipſe tenuior ſuperare nunqvam posſit, & qvæ alia fuere diſſuaſionis monumenta.

Adverſus hunc virum (qvi omniò erat Angelus magnus, qvem adoraverat in Bethel) Jacobus licet inter ſummas conſternationes (qvæ noctu ſolent homini moleſtias duplicare (ſine omni dubio PROMISSIONES SOLAS DEI OMNIPOTENTIS TANTUMMODO urſit, & urſit potenter, & urſit indeſinenter per totam noctem, qvod inter pericula & mortẽ ſuam ſuorumq; ipſis PROMISSIONIBUS inniti, ſtare, vivere & mori velit, *Deum* promiſiſſe, *Deum* promiſſa ſervaturum & præſtiturum. Adeo autem invictâ fide *promisſiones* Dei de dignitate promogenituræ ſibi & poſteris ſuis datas urſit Jacobus contra virum illum, ut vir ille contra argumentum à *Promisſionibus* Dei deſumtum nihil amplius proferre aut objicere poſſet, ideoq; vertebram femoris Jacobi loco moverit, claudicare deinceps neceſſũ haberet Jacobus.

Nomen Iſraelis.

Qvanqvam verò magnis totius corporis luctationibus, & acerrimæ disputationis laboribus amaris per totam noctem enecatus videbatur Jacobus; tamen aſcendente aurorâ *Virum* illum dimittere noluit, niſi prius fateretur ipſemet *Vir* ille ſponte, qvod *viri* iſtius argumenta pro Eſavo prolata ipſemet Jacobus unica ſolutione firmiſſima *ex promisſionum divinarum invictis certitudinibus* deſumtâ rectè profligaſſet, disſipaſſet & in nihilum redegiſſet, adeoq; qvod Jacobus bonam cauſſam habeat, & bona conſcientiâ terram Chanaan petat & ſimul benediceret ipſi, ſeu fauſtos qvosvis ſucceſſus precaretur, cum antea eidem maledixiſſet ſeu infelicitatem omnem imprecatus fuiſſet. Id qvod etiam factum fuit, adeò, ut tandem rectiùs agnitus luctatur præter benedictionem & victoriam, Jacobo novum imponeret nomen ISRAELIS, Geneſ. 32, 28, qvi contra Deum fortis fuiſſet & contra homines

(FIDE

(FIDE INVICTA ET SOLIS PROMISSIONIBUS DIVINIS INNIXA) prævaluisset.

Ut igitur concludam, hoc vult in hac Epistola ad Romanos dicere Apostolus, est ESSE ISRAELEM, nimirum non meritis aut operibus suis bonis superbire & turgere, qvia per opera nemo salvari potest, sed solis stare *Promissionibus Dei*, qvibus mera gratia & misericordia offertur, qvod à Messia benedictionem omnem & salutem æternam sperare jusserit Deus. Tanti enim momenti sunt promissiones DEI, de gratuitis misericordiæ divinæ beneficiis, ut etiam in corporalibus nostri majores eas unicè spectarint, & urserint, inter hostes suos domesticos, & inter hostes exteros Ethnicos, indeq; non ex suis operibus votorum suorum compotes facti fuerint.

Hac igitur occasione accedit tandem Apostolus in nono capite à versu sexto ad reliqvos, in quibus enumerat exempla eorum, qui ex mera Dei gratia & intima misericordia promissiones seu externam prærogativam, jus & dignitatem primogenituræ seu lineæ Christi sunt adepti, qvam etiam firmissimâ fide apprehenderunt & compleri viderunt, qvemadmodum ostendent Versus 7.8.9.10.11.12.13.

7. Οὐδ᾽ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα, ἀλλ᾽ ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

8. Τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται σπέρμα.

9. Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός.

10. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

11. Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ᾽ ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ καλοῦντος.

12. Ἐῤῥήθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.

13. Καθὼς γέγραπται: τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα.

7. Neq; qvia sunt semen Abraham, statim omnes filii. Sed per Isaac nominabitur tibi semen.

8. Hoc est, non qvi filii carnis, ii filii Dei: sed qvi sunt filii promissionis recensentur in semen.

9. Promissionis enim sermo hic est. In tempore veniam, & erit Saræ filius.

10. Non solum autem hoc, sed & Rebecca ex uno conceperat Isaac patre nostro.

11. Nondum enim natis pueris,cum neq; boni qvippiam fecis
sent,neq; mali ut secundum electionem Dei, propositum ma-
neret,non ex operibus, sed ex vocante.
12. Dictum est illi, Major serviet minori.
13. Sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau verò odio habui.
7. Auch nicht alle die Abrahams.Samen sind/ sind
darum auch Kinder/sondern in Jsaac sol dir der Sa-
men genenet seyn.
8. Das ist/ Nicht sind das Gottes Kinder/ die nach
dem Fleisch Kinder sind. Sondern die Kinder der
Verheissung werden für Samen gerechnet.
9. Denn diß ist ein Wort der Verheissung/ da er
spricht: Vmb diese Zeit wil ich kommen/und Sara
sol einen Sohn haben.
10. Nicht allein aber ists mit dem also/ sondern auch
da Rebecca von dem einigen Jsaac unserm Vater
schwanger ward.
11. Ehe die Kinder gebohren waren/und weder gu-
tes noch böses gethan hatten/ auff daß der Fürsatz
Gottes bestünde nach der Wahl/ ward zu ihr gesagt:
12. Nicht aus Verdienst der Werck/ sondern aus
Gnade des Beruffers also/der Grösseste sol dienstbar
werden dem Kleinern.
13. Wie denn geschrieben stehet/ Jacob hab ich ge-
liebet aber Esau hab ich gehasset.

Occasio Versuum 7 & seqq.

Postqvam,dixi,Apostolus in mentem revocavit,veteres por-
missiones Judæis datas, qvibus inniti deceat ipsos omnes salvaturos, ad-
eoq; convicit,omnia ad ÆTERNAM eorũm salutẽ pertinentia promissione
divinâ, olim patribus eorum factâ, non meritis humanis propriis compre-
hendi; JAM iisdem Judæis inculcat ea,qvæ unicuilibet eorum non poterant
non esse notissimâ,de TEMPORALI judæorũ dignitate seu prærogativa; de

qva

qva superius ex versu 4. multa dixi, qvod & illa Judæis contigerit, non nisi ex mera gratia, & misericordia divina, itidem citra omnem ullius meriti eorum respectum, ut inde ita ratiocinari discerent. Si NOBIS Judæis prærogativa EXTERNA & TEMPORALIS, qvam præ omnibus gentibus habemus, contigit ex sola liberalitate divina, ex sola Dei gratia & misericordia, citra nostrum meritum, & citra omnia bona nostra opera, UTIQVE multo magis Spiritualis & ÆTERNA prærogativa seu salus non est speranda nobis & expectanda, nisi itidem ex sola divina liberalitate, ex sola gratia & misericordia divina. Sed prius illud verissimum esse ostendet 1. exemplum filiorum Abrahami, qvos susceperat ipse ex diversis conjugibus, 2. exemplum filiorum Isaaci, qvos susceperat ipse ex una conjuge, inq; uno partu.

Ex temporali prærogativa ad æternam salutem concludere Judæi debuissent.

Etsi enim isti fratres omnes, vel ex eodem patre & diversis matribus, vel etiam ex uno & eodem parente, & una eademq; matre prodierunt, adeoqve juxta humani arbitrii censuram iisdem externis temporalibus dignitatibus & prærogativis fuerunt afficiendi, *tamen* non nisi aliqvibus contigit singularis temporalis dignitas illa, qvod non ex singulorum, sed tantum ex aliqvorum linea, serie & prosapia seu posteritate descendere debuerit Christus, nimirum illorum, qvotqvot in genealogia Christi, Matth. 1. & Luc. 3. v. 1. seq. ut etiam Gen. 5. v. 24. seq. & 11. conspiciuntur. Sed audiamus ipsum textum cum brevi paraphrasi ad finem jam modo indigitatum ex textus verbis accommodata. Sic ergo pergit Apostolus:

Etsi Abraham habuit duos filios, Ismaelem & Isaacum, & uterq; est æternam consecutus salutem (neq; enim hilum de damnatione Ismaelis producere ex sacris licebit) *tamen* noluit Deus ex linea Ismaelis procreare Messiam, sed ex linea Isaaci. Sic enim ipsi placuit ex sola misericordia & gratia, citra omne humanum meritum, lineam Messiæ eligere hac in parte ipsam lineam Isaaci. *Non qvia semen Abrahæ, ideò omnes filii* (& hæredes terræ Chanaan) *sed in Isaac vocabitur tibi semen.*

Hæc verba expromuntur primùm ex 17. cap. Genes. Postqvam ex se Abraham qvidem sperabat prodituram sobolem, sed intuebatur suam mortuam vulvam Saræ, ut Apostolus nominat Rom. 4, 19. ibi marito elocat ancillam Agar, & ex ea accipit Ismaelem. Hic igitur Deus c. 17. inqvit: *Ambula coram me, & esto perfectus*, noli tuæ uxoris seqvi opinionem, ego non ex te & Agar, sed ex te & Sara, ex utriusq; vestrûm corpore dabo sobolem, lineam Messiæ mei. *Idcirco utriq; mutabo nomen.* Statuo etiam in certitudinem promissi pactum meum inter me, interq; te, & semen tuum, Circumcisionem. Tibi enim, & prodituris ex utriusq; vestrûm Abrahami & Saræ lumbis, Isaaco, non verò ex Abrahamo & Agar nascenti Ismaeli, dabo terram peregrinationum tuarum, nempe totam terram Chanaan, eroq; Deus tuus, & Deus seminis tui

Ambula coram me & esto perfectus.

singu-

singulari hoc pacto & privilegio; qvo pacto Ismaelis, & aliorum populorum Deus nunc non volo cognominari: qvia ex nulla gente, & ex nullo loco prodibit Messias meus, nisi hinc.

Etsi verò impossibilitate motus Abraham illico excipit: v. 18. *Utinam Ismael vivat*; tamen respondet Deus v. 19. *Sara pariet tibi filium Isaac, & confirmabo pactum meum* (de terra Chanaan & de nascendo Messia, in qvo benedicentur omnes gentes) *cum eo in pactum perpetuum semini ejus post eum.* v. 20. *Pro Ismaële qvoq; audivi te; Duodecim Principes generabit, ponamq; illum in gentem magnam.* v. 21. *pactum verò meum statuam cum Isaac, qvem pariet tibi Sara, hoc statuto tempore, anno altero.* v. 22. *Et finivit loqvi cum Deo, ascenditq; ab Abraham.*

Ismael etsi externam lineam Messiæ obtinere non potest, tamen aliis externis dignitatibus divinitus ornatur.

Sensus horum verborum huc usq; allegatorum repetitur brevioribus verbis, Gen. 21, 12. qvando Deus ex coelo præcipit, ut obediat voci uxoris Abraham de ejiciendo filio Agaris Ismaele, *qvia*, inqvit, *in Isaac vocabitur tibi semen.* Habemus ergo Mosen ipsum autorem & interpretem prolixum istorum verborum, qvibus hoc loco utitur ad demonstrandam gratuitam donationem Judaicæ prærogativæ Apostolus, cum inqvit: *Non qvia semen Abrahæ* [Ismael & Isaac, & alii sex, Gen. 25, 3.) *ideò omnes filii* (& hæredes terræ Chanaan; qvia Ismaelem emisit Abraham, & habitare coepit Ismael in deserto Paran extra terram Chanaan, Gen. 21, 21. Reliqvis item sex filiis, ex Cetura natis, dedit dona, & emisit eos ab Isaac filio suo, ipso adhuc vivente, ad Orientem, ad terram orientalem, Gen. 25, 6.) *Sed in Isaac vocabitur tibi semen* (sicut ex Gen. 17. & 21. jam est allegatum) Hoc est, *non qvi filii carnis* (ex carne Abrahæ, & ex matrimoniis ipsius producti, qvamvis cuperent & vellent hæreditare terram, sicut ex Ismaele ægrè cedente licet colligere) *ii filii Dei* (isti patres Messiæ erunt: qvos enim versus octavi parte priore vocat filios Dei, hoc ejusdem versus parte posteriore vocat numeratos in semine, id est, istos ex quibus semen benedictum nasci debuit. Sic enim & Gen. 5. v. 2. nominantur patrum sanctorum filii, *filii Dei* (*sed qvi filii promissionis* (hoc est, qvibus promissio de externa dignitate data est ex mera misericordia & gratia) *numerantur in semine* (in linea seminis benedicti) *Promissionis enim sermo hic est*, Gen. 17, 19. & 18, 10. & 21, 1. *Hoc ipso tempore veniam, & erit Saræ filius*, id qvod etiam factum fuit.

Filii Dei Rom. 9. v. 8. vocantur patres Messiæ.

Et hoc illud est, qvo probavit, gentem Judaicam non nisi divino munere & beneficio adeptam esse istam prærogativam; & per conseqvens debuisse esse Messiæ lineam: iterum per necessarium conseqvens, vocatam esse ad recipiendum & participandum Messiam præ omnibus aliis primo loco: Sicut etiam semper Christus & Apostoli primo loco prædicarunt Judæis.

Qvod igitur multi existiment agi ab Apostolo in hoc capite de illa prædestinatione, in qva ostendere voluerit Apostolus, aliqvos Judæos electos, reliqvis divinitus rejectis, id utiq; ex hoc loco non apparet. *Alte-*

Alterum, qvo probat gentem Judaicam divino singulari beneficio adeptã esse istam prærogativã, qvod ex ejus linea nasci debuerit Messias, *sumitur ab exemplo Rebeccæ. Neq; hoc solum, sed & Rebecca, cum ex uno marito in eodem concubitu concepisset, & retinuisset semen Isaaco, Deusq; ex uno & eodem semine formasset duos geminos, qvorum Esau primogenitus, Jacobus secundogenitus prodiit. Tamen nondum natis pueris; cum item neq; boni, neq; mali qvicqvam fecissent, dictum est per Prophetam, seu summum Sacerdotem, qvod secundogenitus Jacob debeat esse ille, ex cujus linea esset proditurus Messias: & eidem qvoq; Deus terram Chanaan adjudicavit; sicut tandem etiam Malachias scripsit: Jacob dilexi, Esau verò odio habui* (Jacobo deputavi terram Chanaan, fluentem lacte & melle: sed Esavo non deputavi tam fertilem terrã, verùm montosa, sterilia.)

Jacob dilexi, Esau odio habui.

Sic enim in ipso Malachia se explicat Spiritus S.: *Dilexi vos* (Judæos) plusqvam vestros consangvineos Esauitas & Edomitas. Te odisse non significat, odio perseqvi: sed non pari externo munere & pari bonitate terram dare. Simile est illud: *Qvi non odit patrem & matrem, & filios, & uxorem & animam suam*, Luc. 14.20. Significat enim idem, qvod, *Qvi non amat patrem aut matrem, aut filium aut filiam infra me.* Sic enim explicat Matthæus c. 10, 37. *Qvi amat patrem aut matrem* plusqvam me, *non est me dignus, qvi amat filium aut filiam* supra me, *non est me dignus.*

Ergo, inqvit Propheta, nomine Dei, *Dilexi vos, dicit Jehovah, & dixistis: In qvo dilexisti nos?* Respondet Deus: *Nonne frater ipsi Jacob fuit Esau, & dilexi Jacob, Esau autem odio habui* (attende lector explicationem statim è vestigio conseqventibus verbis) POSUIQVE MONTES EJUS SOLITUDINEM, ET HÆREDITATEM VELUT *draconum desertum. Si dixerit Edom, pauperes effecti sumus* (qvia in initio captivitatis Babylonicæ illusimus Judæis, ideò tandem misit qvidem Deus destructionem, Jerem. 49, 7. Ezech. 25, 12. Abdias per totum, sed) *revertemur & ædificabimus desolata. Sic dicit Jehovah exercituum; Ipsi ædificabunt, ego* (ædificata tamen, per alios hostes) *destruam, vocabunturq; Terminus impietatis* (terra vastata, & nunqvam ædificanda propter Judæos in calamitate delusos) *& populus, qvem in æternum abjeci* (scilicet ne iterum in terra ista posset munitiones extruere) *Oculi vestri* (posteri vestri testabuntur, qvia (*videbunt & dicetis* (vos & posteri) *Magnificetur Jehovah super terminum Israel.* Etsi nostra Judaica terra per Babylonios fuit vastata, tamen Dei clementiâ reædificatur & perdurabit. Ex nobis enim nascetur & prodibit in mundum Messias. Hæc ita sese habere patet ex Jeremia cap. 49. v. 18. *Secundum subversionem Sodomæ ac Gomorrhæ & vicinarum ejus* (erit Sodom) *non habitabit ibi qvisqvam, nec incolet eam filius hominis.*

Esau non tanta habuit bona externa, qvanta Jacob.

Jacob restauratus, Esau non item.

Ergo Malachias explicat Paulum, & Paulus Malachiam, qvod ante nativitatem constituerit Deus Jacobum Patriarcham istum, ex cujus posteris prodiret

Jacob dilectus ante nativitatem suam.

Sub nomine Jacob & Esau loqvitur Scriptura de populis duobus.

ret Messias: non verò Esavum. Sub nomine enim Jacob & Esau loqvitur scriptura de duobus istis populis 1. Jacobitis seu Israelitis, seu Judæis ex Jacob ortis, 2. Esauitis seu Edomitis ex Esau prognatis, non loqvitur de individuis duobus, sed de duobus integris populis Sp.S. in Scripturis sacris, & docet, qvod hanc de externa prærogativa ordinationem fecerit Deus, anteqvā pueruli isti bonum aut malum qvippiam fecissent, idq; hoc fine, ut gratia illa externa, propositumq; illud gratuitum (propositum enim significare gratiam liqvet ex 2.Tim.1,9.) electionis inter Jacobum & Esavum ad externam dignitatem, temporalis nativitatis Messiæ ex Jacobo, non ex Esavo futuræ, maneret in summa firmitate, nec ascriberetur meritis istorum, sed tantummodò misericordiæ & gratiæ Dei, qvi voluit unum esse sicut oportuit unum esse, ex qvo nasceretur Messias, & qvidem voluit illum esse Jacobum, non alium.

Externa prærogativa Judæos inprimis ad colendum Messiam præ aliis populis invitare debuit.

Et hac ex dignitate simul iterum probat Apostolus, Judæos Jacobi posteros cunctos ista externa dignitate & prærogativâ semel præ reliqvis omnibus hominibus invitatos & vocatos, esse primos ad audiendum & amplectendum Messiam, & neqvaqvam simplici aliqvo odio ex Ecclesia Messiæ ullos Judæos ejectos & reprobatos.

Etsi vero Deus Jacobo istam tum externam prærogativam concessit; *tamen* interim neqvaqvam Esavum damnari voluit, & Esavum damnatum esse extremo exitio, per nullum sacrorum Bibliorum locum qvisqvam unqvam evincet. Et hoc ipsum in tota hac epistola cumprimis est imis sensibus reponendum, & semper in memoria vivacissima retinendum.

14. *Τί ὖν ἐρῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ;*
15. *Μὴ γένοιτο. τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει, ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω.*
16. *Ἄρα ὖν ὐ τῦ θέλοντος, ὐδὲ τῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τῦ ἐλεῦντος Θεῦ.*
17. *Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραὼ, ὅτι εἰς αὐτὸ τῦτο ἐξήγειρῆ σε, ὅς ἐνπαδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δυναμίν μυ, καὶ ὅπως διαγγελῆ τὸ ὄνομά μυ ἐν πάσῃ τῇ γῇ.*
18. *Ἄρα ὖν ὅν θέλει, ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει.*

14. Qvid igitur dicemus? Num injustitia est apud Deum?
15. Absit. Nam Mosi dicit: Miserebor, cujuscunq; miserebor: & commiserabor, qvemcunq; commiseror.
16. Itaq; non volentis est, neq; currentis, sed miserentis Dei.
17. Dicit enim scriptura Pharaoni; In hoc ipsum te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra.
18. Itaq; cui vult, miseretur: qvem autem vult, indurat.

14. Was

14. Was wollen wir denn hie sagen? Jst denn Gott ungerecht?
15. Das sey ferne. Denn er spricht zu Mose: Welchem ich gnädig bin/ dem bin ich gnädig/ und welches ich mich erbarme/ des erbarme ich mich.
16. So liegt es nun nicht an iemandes wollen oder lauffen/ sondern an GOttes erbarmen.
17. Denn die Schrifft saget zu Pharao: Eben darumb habe ich dich erwecket/ daß ich an dir meine Macht erzeige/ auff daß mein Nahme verkündiget werde in allen Landen.
18. So erbarmet er sich nun/ welches er wil/ und verstockt/ welchen er wil.

His verbis Apostolus diluit objectionem, qvæ à qvibusdam Judæis ipsismet moveri potuisset, ex illis, qvæ versibus præcedentibus dicta fuere, *nimirum*: Si Deus solummodò in cunctos promissionem gratuitam amplectentes, *nec aliqvibus bonorum operum meritis conspicuos*, & iccircò potiùs pœnâ dignos, gratiam salutis confert, annon pro injusto haberi debet? *Objectio cū solutione Paulina.*

Huic objectioni respondet, non modò nullam Deo inde, præsertim tunc temporis à Pharisaicis præ tumidis doctoribus ascribendam & imputandam esse undecunqve injustitiam; sed potius, qvod hoc in summam ejusdem interpretandum sit gloriam, & inexhaustam misericordiam Dei sanctissimi, *videlicet*, qvi semper plus propendet in promissam misericordiam, qvàm in severam justitiam.

Hoc ipsum, pro more Apostolis usitato, ut ad illustranda sua effata aliqvas applicet ad vulgi captum accommodatas sententias, confirmat *duobus* Veteris Testamenti oraculis, & qvidem utroqve desumto ex Exodo Mosaica.

Prius extat Exod. 33. vers. 19. *Miserebor, cujus misereor, & misericordiam præstabo, cui miserebor.* Sensus hujus Oraculi sacri paulò antè fuit declaratus, & eò redit, qvod cuicunqve Deus remittit peccata, & gratiam præstat, illi hoc ipsum præstet, non propter bonorum aliqvorum operum merita, seu dignitatem propriam; verùm ex sola & mera magna boni- *Exod. 33, 19. Miserebor, cui miserebor.*

tate, & inexhausta misericordia, & liberalissima condonatione, etsi talis alioqvin dignus erat propter mala commissa, ut unà cum aliis in pœnarum abyssum præcipitaretur.

Cujus misereatur DEUS, nimirum pœnitentis & credentis.

Interim tamen ex Oraculi Exod.33.v.19. enodatione superiore patuit, cuicunqve ejusmodi homini misericordiam & gratiam donat Deus, qvod in eodem reqvirat fidem & pœnitentiam. Non enim nisi LUGENTIUM, peccata detestantium, & gratiam in Deo obviam & paratam exoptantium multitudini misericordiam suam tunc condonare voluit Dominus, qvemadmodum prolixa Oraculi Mosaici explanatio testatum fecit.

Mox simul ex hoc Oraculo planissimo concludit, regulamq; qvandam concinnat Apostolus, qvod misericordiæ impetratio non sit penes currentem aut volentem.

Qvid sit velle & currere. NOLO scilicet operari.

Τὸ *velle* est velle currere, vel, velle operari: sed τὸ *currere* significat operari, vel laborare, Matth. 21, vers. 28. *Homo qvidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie operari in vinea mea, ille autem respondens ait: Nolo*, nimirum vade & velis operari, respondet ille: Nolo operari. Philip. 2, 16. *Non in vanum cucurri, neqve in vanum laboravi*, nimirum τὸ currere & τὸ laborare pro uno sumuntur. Ergo τὸ velle nimirum currere, & ipsum τὸ currere hoc loco nihil est aliud, qvam tùm velle operari, tùm operari.

Velle ac currere opponuntur τῷ misereri.

Qvomodo non sit volentis & currentis.

Cumq; hoc loco opponuntur hæc duo, 1. velle, & currere, 2. misereri, iccircò τὸ velle & currere nihil significant aliud, qvàm τὸ operari, adeòqve qvoad rem ipsam coincidit hæc sententia cum illis verbis Apostoli, qvæ extant Roman. 4, vers. 4.5. *Ei, qvi operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; Ei verò, qvi non operatur, credit autem in eum, qvi justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ DEI.* Nam & in his verbis Roman. 4. opponuntur inter se, 1. operari, cui competit debitum. 2. gratia, qvæ est ex proposito gratiæ seu misericordiæ.

Exodi 9, 16. DEUS excitat in qvo ostendat potentiam suam. Repetitur explicatio verborum istorum.

Posterius extat Exodi 9. vers. 16. ubi Moses nomine DEI Pharaonem hoc pacto alloqvitur: *In hoc ipsum vel ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in universa terra.* In qvo Oraculo sacro, qvi Calvini & similem opinionem de absoluta reprobatione seqvuntur, omne doctrinæ istius suæ præsidium & munimentum repositum habent, attamen frustraneâ spe & inanissimo effectu. Verissimè hæc à me dici, ex superioribus pagellis lector qvilibet, sepositis ad tempus omnibus præjudiciis, rem ipsam æstimaturus, haud ægrè profitebitur. Invictè enim suprà demonstratum fuit, hanc esse mentem in

fonti-

fontibus Oraculi istius, *Dignus jamdudum tu Pharao fuisses*, qvem hactenus per primum vel secundum, vel tertium, vel qvartum, vel qvintum, vel præsertim sextum genus plagarum extinxissem, tu enim præcipua una es causa, cur contra voluntatem meam tamdiu detineatur populus meus, qvo minus ex Ægypto exeat & veniat ad montem Sinai & ultra: At ego inter plagas reliqvas hactenus tibi peperci, ego te excitavi, ego te erexi, feci te stare, ego inter plagas te conservavi, ut in pluribus plagis miraculosis ostendam tibi, vel in te ita servato, potentiam meam, ut tu inde conversus tandem mihi obedias, *sicq; fiat, ut nomen meum per te annuncietur in universa terra tua.*

Nolo in hoc loco repetere, qvæ pro invicta horum verborum sententia superiùs ex fontibus & contextibus sunt prolata. Rogo autem, ne hoc in loco lector judicet, anteqvam illa superiora denuo vel ad minimum bis expenderit. Omne momentum veritatis situm est in genuina horum ipsorum verborum enodatione, cum alioqvin ex primo perfunctorio verborum Latinorum aspectu concipere aliqvis possit hanc mentem, qvasi Deus ideò Pharaonem crearit, aut in Regem promoverit, aut in vita tam diu conservaverit, aut etiam ipse ipsum induraverit potenter, ne obediret, ut haberet subjectum splendidum, in qvo puniendo & damnando posset toti orbi terrarum suam manifestare potestatem. Omninò enim textus Mosaicus prorsus contrarium inculcat, de qva re prolixiùs egi.

Stante igitur illâ verborum istorum Mosaicorum explicatione, sicut omninò est invicta, tum etiam stabit jam data verborum Paulinorum ex versu 17. & 18. declaratio, nimirum, qvod Deus sæpè posset perdere peccatores impœnitentes, sed tamen, qvod ex mera gratia & misericordia in mediis pœnis communibus eos tutos præstet, num ex hac sua bonitate & mansvetudine ansam captare, pœnitere, & ad meliorem mentem redire velint, id qvod etiam prolixâ declaratione dilatari posset.

His igitur etiam expeditis clarius ostendit, neqvaqvam Deum esse injustum in hunc modum: *Cui vult, miseretur, & qvem vult, indurat*, qvasi diceret; *Ex mera gratia Deus miseretur illius, cui* (lugenti, pœnitenti, gratiam in Deo paratam & oblatam non aspernanti, sed exoptanti) *miseretur. Et qvem* (nec lugentem, nec pœnitentem, sed gratiam paratam & oblatam aspernantem indurare) *vult, indurat.* Qvomodo autem induret Deus impios gratiam oblatam aspernantes, superiùs & multoties est dictum, unde rem illam huc accerset lector. **Qvem vult, indurat.**

Nimirum impœnitentes & pertinaces peccatores & contemtores post completam mensuram Deus committit Satanæ, ex justa pœna, à qvo

posteà tam fortiter occupantur, ut liberari aut difficillimè, aut nunqvam possint, id qvod itidem prolixè explicatum lector inveniet in superioribus.

19. Ἐρεῖς οὖν μοι, τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;
20. Μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶς, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ
τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι: τί με ἐποίησας οὕτως;
21. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆ-
σαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;
22. Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὑ-
τοῦ ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν.
23. Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοί-
μασεν εἰς δόξαν.
24. Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.
25. Ὡς καὶ ἐν τῷ Ωσηὲ λέγει, καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠ-
γαπημένην, ἠγαπημένην.
26. Καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ. οὗ ἐρρήθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσον-
ται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος.
27. Ησαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ισραὴλ, ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ισραὴλ,
ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.
28. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμη-
μένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.
29. Καὶ καθὼς προείρηκεν Ησαΐας, εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν
ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμὀῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.

19. Dices ergò mihi, qvid adhuc conqveritur? Nam volun-
tati illius qvis resistit?
20. Atqvi, ô homo, tu qvis es, qvi ex adverso respondes Deo?
Num dicet figmentum ei, qvi finxit, cur me finxisti ad hunc
modum?
21. Annon habet potestatem figulus luti, ut ex eadẽ massa fin-
gat aliud qvidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam?
22. Qvod si DEUS volens ostendere iram, & notam facere
potentiam suam, tulit multâ animi lenitate vasa iræ apparata
in interitum.
23. Et ut notas faceret divitias gloriæ suæ, erga vasa miseri-
cordiæ, qvæ præparaverat in gloriam.

24. Qvos & vocavit, nimirum nos, non solum ex Judæis, verùm etiam ex gentibus.
25. Ut & Oseæ dicit: Vocabo populum, qvi meus non erat, populum meum, & eam, qvæ non dilecta erat, dilectam.
26. Erit in loco, ubi dictum fuerit eis: Non populus meus vos, ibi vocabuntur filii Dei viventis.
27. Esaias autem clamat super Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel, ut arena maris, reliqviæ salvæ erunt.
28. Sermonem enim perficiens, & abbrevians cum justitia, qvoniam sermonem abbreviatum faciet Dominus in terra.
29. Et qvemadmodum prius dixit Esaias: Nisi Dominus Sabaoth reliqvisset nobis semen, ut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus.

19. So sagestu zu mir: Was schuldiget er denn uns? Wer kan seinem Willen widersprechen?
20. Ja lieber Mensch / wer bistu denn / daß du mit GOtt rechten wilt? Spricht auch ein Werck zu seinem Meister / Warumb machstu mich also?
21. Hat nicht ein Töpffer Macht / aus einem Klumpen zu machen / ein Faß zu Ehren / und das ander zu Unehren?
22. Derhalben / da GOtt wolte Zorn erzeigen / und kund thun seine Macht / hat er mit grosser Gedult getragen die Gefässe des Zorns / die da zugericht sind zur Verdamniß.
23. Auf daß er kund thäte den Reichthum seiner Herligkeit / an den Gefässen der Barmhertzigkeit / die er bereitet hat zur Herrligkeit.
24. Welche er beruffen hat / nemlich uns / nicht alleine aus den Jüden / sondern auch aus den Heyden.

25. Wie er denn auch durch Oseam spricht: Ich wil das mein Volck heissen/ das nicht mein Volck war/ und meine Liebe/ die nicht die Liebe war.

26. Und sol geschehen an dem Ort/ da zu ihnen gesaget war/ Ihr seyd nicht mein Volck/ sollen sie Kinder des lebendigen GOttes genennet werden.

27. Hesaias aber schreyet für Israel/ Wenn die Zahl der Kinder von Israel würde seyn/ wie der Sand am Meer/ so wird doch das übrige seelig werden.

28. Denn es wird ein Verderben und Steuren geschehen zur Gerechtigkeit/ und der HErr wird dasselbige Steuren thun auf Erden.

29. Und wie Esaias davon saget/ Wenn uns nicht der HErr Zebaoth hätte laßen Saamen überbleiben/ so wären wir wie Sodoma worden/ und gleich wie Gomorrha.

Ut inceptam sententiam Apostolus plenius prosequatur, adhuc unam aliam diluet objectionem, qvæ informari poterat in hunc modum:

An Deus injustè faciat, qvando pertinaciter impœnitentes tradit & committit Satanæ. Resp.

Si DEUS tunc temporis Judæos aliqvos indurat & Satanæ committit, unde efficiuntur iidem magis Diabolici, & tandem damnari necessum habent, utiqve; Judæi ipsi ita traditi Satanæ frustrà accusantur contumaciæ. Qvis enim tantæ potestati Domini & voluntati ejus posset resistere.

Ad hanc objectionem duo respondet Apostolus, 1. qvòd Deus in indurandis ejusmodi hominibus justissimam exerceat vindictam. Non enim punit hoc pacto, nisi desperatæ pertinaciæ Judæos, contra conscientiam sævire indesinenter festinantes, 2. qvòd non in omnes ita animadvertat, siqvidem ex Israelitis aliqvæ supersint RELIQVIÆ, qvæ Christum adorent exaltatum ad dextram æterni sui Patris.

PRIUS, qvod justè impii tradantur Satanæ.

Prius continetur in illis verbis: *O homo, qvi es tu, qvi ex adverso respondes DEO? num dicit figmentum factori suo, cur me talem fecisti? Nonne habet figulus potestatem, ut ex luto faciat aut vas gloriæ, aut vas dedecoris.* Sumta sunt illa verba ab Apostolo ex Jerem. 18. v. 4. 5. 6.

Judæi

Judæi enim tunc temporis in omnibus sese voluptabant gravissimis peccatis, & Prophetas vitia taxantes, & Babilonicam servitutem minitanter hoc unicum reponebant, qvod Deus promisisset toti mundo Messiam ex Judæis, intra Judæam nascendum, & qvod iccirco Deus hanc promissionem suam retractare non posset, & Judæis hanc gloriam & prærogativam propter juramenta Patribus data in fringere non auderet. *Jermiæ scopus inqviens.*

Ibi igitur Jermias vexatus à Judæis, qvasi in Dei manu esse non posset, ut abjiceret & excuteret populum Dei incaptivitatem Bablionicam, jubetur abire ad figulum, & videre, qvod figulus massam versatam qvidem pro parando vase gloriæ, cùm degenerata, confecerit in vas dedecoris: *Sicut* igitur figulus ex massis, in figuram hominis mutari renitentibus, format figurã serpentis; *ita* Deus Judæos, à sese creatos: & cumprimis hactenus ad magnã gloriam & lineam Christi destinatos, sed tamen peccatis gravissimis petulanter sese contaminantes, potest hoc tempore deserere & Babyloniis puniendos & deridentos committere, ita tamen, ut aliis modis per eorum successores juramenta patribus promissa tandem compleat, sicut etiam factum fuit. *Ex vase gloria vas ignominiæ.*

Verba Jermiæ hæc sunt: *Et fuit verbum tunc ad ipsum à Jehovah* v.6. *Nunqvid, sicut figulus iste, non poterit facere vobis domus Israel, ait Dominus Ecce sicut lutum in manu figuli, sic estis in manu mea, ô domus Israel.* v.7. *Repentè loqvor adversus gentem, ut evellam & perdam:* v.8. *Si autem convertatur gens à malo suo, pœnitebit me mali, qvod cogitaveram facere ei.* v.9. *Repentè qvoqve ut locutus fuero de gente, & de regno, ut ædificem & plantẽ;* v.10. *& fecerit malum in oculis meis, ut audiat vocem meam, pœnitebit me illius boni, qvo constitui illi benefacere.* v.11. *Nunc ergò dic, qæso, viro Juda, & habitatoribus Jerusalem, dicendo:* Sic dixit Jehovah *ECCE EGO FINGO CONTRA VOS MALUM, ET COGITO CONTRA VOS COGITATIONES.*

Hucusq; verba Prophetæ, qvæ, ut apparet, de pœna loqvuntur, ob commissa impœnitentiæ scelera, non verò de primæva creatione hominum ad faciendam necessariò improbitatem, ideo necessariò, qvasi Deus nolit, ut fiant alii rem aliter se non habere omnio plebeji homines ex collatione diligentiore capitis 18. Jermiæ agnoscent. Nimirum igitur aberrant, qvi Paulum contra Jermiam citant, cum Paulus sit ex Jeremia explicandus. Et vel ex sola etiam loci hujus accuratiore consideratione totum illud valdè impurum dogma evertitur de illa Prædestinatione & reprobatione, qvo Deus certo judicio & beneplacito aliqvos simpliciter ad vitam æternam; aliqvos ad æternam elegerit & deputarit exitium. *Paulus est ex Jermia explicandus*

Certius eadem sententia confirmatur ex seqvente mox versu 22. *Qvod si volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam PERTULIT* MULTA

LENI-

LENITATE VASA IRÆ coagmentata ad interitum. Qvomodo aliqvi dicantur *positi ad exitium, definiti ad interitum*, suprà ex 2. Pet. 2. monstravi, nimirum, ab ipso Dei verbo propter prævisam impietatē spontaneam Jamdudum adjudicati ad pœnas, adjudicati à verbo Dei propter impietatem spontaneam, petulantem, contumacem, pertinacem & indesinentem. Hos igitur homines Deus *pertulit* magnâ lenitate, sicut loqvitur Apostolus ex Exodo de Pharone in hac eadem Epistola aliis verbis, qvod Deus ipsum diu stare & incolumen manere voluerit, num illa lenitate & patientia errantem movere & reducere in viam possit, num vellet adhuc converti.

POSTERIUS, qvod multi Judæi creduli in gratiam recipiantur.

Posterius continetur in versibus conseqventibus, usqve ad versum 30. Cur Deus non haberet potestatem remittendi pœnitentibus peccata, ut in ipsis notas faciat divitias gloriæ suæ, tanqvam erga vasa misericordiæ, qvæ (obeditura) præparavit (destinavit) ad gloriam, tum ex Judæis, tum ex gentibus. Qvod (vult dicere) ad gentes attinet, potest nunc verè de gentibus usurpari illud Oseæ: *Vocabo populum, qvi meus non erat, populum meum & eam qvæ dilecta non erat, dilectam. Et erit in locum, ubi dictum fuerit eis non populus meus, illic vocabuntur filii viventis Dei.*

Scilicet idem hoc est, qvod scribit idem Apostolus Eph. 2, 11. *Memento te vos qvondam gentes in carne, qvi dicebamini præputium ab ea, qva vocatur Circumcisio in carne, & qvæ manibus fit*, v. 12. *vos illo tempore fuisse absq; Christo, abalienatos à Republica Israelis & extraneos à pactis promissionis, spem non habentes, Dei expertes in mundo*, v. 13. *At nunc in Christo Jesu vos, qvi olim eratis procul, propinqvi facti estis, per sangvinem Christi.* v. 14. *Ipse enim est pax nostra, qvi fecit utraqve unum & intergerini parietis septum solvit.* v. 15. *Inimicitiis in carne sua, lege mandatorum in ritibus, per carnem suam abrogatis ut duos conderet in semet ipso in unum novum hominem, faciens pacem*; v. 16. *& ut reconciliaret utrosq; in uno corpore, per crucem peremptis inimitiis. Et veniens evangelizavit pacem vobis, & qvi procul, & qvi prope eratis.*

Deus vasa iræ aptata ad interitū TULIT magnâ lenitate.

Cæterum anteà dixit Apostolus, qvod vasa iræ *aptata* ad interitum *tulerit* Deus magna lenitate, ubi aliud est, esse aptatum seu proclivem & ita qvoq; destinatum ad interitum, aliud verò aptatum tolerari & ferri. Certissimum igitur etiam ex his verbis est, qvod impii se ipsos fecerint, & adaptaverint vasa iræ, & qvod in illa impietate, qvâ se diu immerserunt, & polluerunt, & ita adaptarunt in reprobos, & in vasa ab iræ Dei furore consumenda, Deus patientia & lenitate magna tulerit, expectaverit ipsorum conversionem, sed frustra. Ita qvoq; adaptationem vasorum iræ explicant Chrysostomus & Theophylactus, si qvis testem humanum reqviret.

Vasa præparata ad gloriam.

De vasis autem gloriæ dicit Apostolus, qvod *Deus ea præparaverit ad gloriam*, nimirum non fatali aliqva tabellâ, & decreto simplici, sed in obedintia

tia fidei, ad qvam in gentibus operandam, etiam Apostolus suum sese à DEO Apostolatum accepisse scribit, Rom. 1, 5. his verbis: *Per qvem accepimus gratiam & Apostolatum in OBEDIENTIAM FIDEI, inter omnes gentes pro ipsius nomine.*

Gentes debent obedire FIDEI, ut sic præparentur ad gloriam.

Item huc pertinet, qvoad verbi *præparandi* explicationem illam dilucidissimam, locus aureus Ephes. 1. & cumprimis cap. 2, 10. Repeto summam ex initio Epistolæ paulo altius: *Benedictus Deus, qui selegit nos in Christo ante jacta fundamenta mundi, ut essemus inculpati coram ipso per charitatem, in quo & vos credidistis, qvem suscitavit Deus ex mortuis; vos qvoq; mortuos in peccatis, Deus, v. 4. qvi dives est in misericordia una vivificavit, ut ostenderet seculis succedentibus* (retinebo nunc omnia formalia) *summas opes gratiæ suæ, per benignitatem erga vos in Christo Jesu: v. 8. Gratia enim salvati estis per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum est, v. 9. non ex operibus, ne qvis glorietur. v. 10. Nam ipsius sumus opus, creati in CHRISTO JESU ad opera bona, qvæ præparavit DEUS, ut in eis versaremur. v. 11. Propterea mementote, vos qvondam gentes, & DEI expertes in mundo.*

Selecti in Christo, ergo debent audire Christum. Selecti opes GRATIAE accipiunt, non operum debita.

Cap. 4. v. 1. *Ambuletis igitur, ut dignum est vocatione, qva vocati estis, ne amplius versemini in vanitate mentis.* v. 22. *Deponite veterem hominem,* v. 24. *induite novum, qvi secundum DEUM creatus est ad justitiam & sanctimoniam.*

Cap. 5. v. 1. *Estote imitatores DEI, ut filii dilecti, ne commercium habueritis cum operibus tenebrarum.* v. 25. *Viri diligite uxores, sicut Christus dilexit eam.* v. 26. *ut sanctificaret eam, purgans lavacro aqvæ per verbum,* v. 27. *UT SISTERET EAM SIBI GLORIOSAM, non habentem maculam aut rugam, aut qvicqvid ejusmodi est, sed ut esset sancta & inculpata.*

Electi sint imitatores Dei.

Cap. 6. v. 1. *Liberi, obedite in Domino parentibus vestris.* v. 5. *servi obedito Dominis,* v. 10. *Qvod reliqvum est, corroboremini per Dominum,* v. 13. *assumite universam armaturam Dei, state lumbos circumcincti veritate, & induti thorace justitiæ,* v. 15. *calceati pedibus, PRÆPARATIONE EVANGELII PACIS,* v. 16. *assumto scuto fidei,* v. 17. *galeam salutarem accipite, & gladium spiritualem, &c.*

Ecce, qvam plene, qvam pulcerrime doceat Apostolus, qvomodo per verbum divinitus revelatum & apprehensum, edoceantur omnes pii, siqvidem nec extra verbum in absolvto decreto fiunt electi & præparati, nec ex sua ratione qvisqvam medium adipiscendi salutem excogitare potest; sed à Deo hoc donum per verbum accipit, qvo etiam homines obedientes verbo, à verbo, & per verbum præparentur ad fidem, ad bona opera, & ad locum & & gloriam in cœlis fruendam. Tam sunt hæc clara, tam aperta, tam firma, ut refugiant cujuscunqve hominis virgulam censoriam.

Præparatio ad gloriã durat toto vitæ tempore, unde constantia requiritur in piis.

Fit autem ista præparatio usqve ad finem vitæ piorum Heb.13,21.1.Cor. 1,4. *Gratias ago Deo ob gratiam, qvæ data est vobis in Christo Jesu,* v. 5. *qvod in omnibus ditati sitis in ipso, omni sermone, omni cognitione,* v. 6. *prout testimonium Christi confirmatum fuit in vobis* v. 7: *adeo, ut nullo dono deficiamini, expectantes, dum reveletur Dominus noster Jesus Christus* v. 8. *QUI etiam CONFIRMABIT VOS usq; ad finem inculpatos, in die Domini nostri Jesu Christi.*

Diligentes Deum præparantur ad gloriam

Simul hic consideretur id, qvod præparandi ad gloriam debent obedire, & hoc est, qvod extat 1. Cor. 2, 9. *Qvod oculus non vidit, qvæ præparavit Deus iis, qvi ipsum diligunt.* Ecce non nisi *diligentibus* Deus præparat gloriã.

Ideo autem dicit Apostolus, qvod *Deus præparaverit vasa gloriæ,* qvia ex sese non habent vim inveniendi viam ad cœlum, sed à Deo donatam & monstratam in verbo amplectuntur; ideoqve ab ipso, citra contumaciam & peccata alia, qvibus gratia Dei excutitur, præparantur.

E contrario de impiis dixit, qvod *vasa aptata ad interitum,* multa lenitate Deus tulerit, qvoniam isti impii ad interitum à Deo absolute non deputantur, sed qvia donum Dei respuunt, in impœnitentia perseverant, & hoc pacto à se ipsis, & à Diabolis adaptantur ad interitum.

Apostoli præparant pios ad gloriam.

Qvid qvod & *Apostolis* pios ad diligendum Deum verbo excitantibus præparandi verbum assignatum legitur, 2. Cor.10, 15.16. *Non in immensum gloriantes in alienis LABORIBUS,* v. 16 *Etiam in illa, qvæ ultra vos sunt evangelizare non in aliena regula in iis, QUÆ PRÆPARATA sunt, gloriari.* Hic enim *præparatos* vocat ipsos cœtus Ecclesiasticos, qvi non suis prædicationibus, sed laboribus & prædicationibus aliorum Apostolorum erant collecti, extructi & exculti.

Mala versio Bezæ.

Beza vocabulum *adaptata ad interitum,* κατηρτισμένα exponit, *creata ad interitum,* in ipsa creatione, cum tamen nihil aliud illo APTANDI verbo pro contextuum ratione indicetur, nisi *aptum facere, appositum facere,* non vero creare, Eph.4,12. de Apostolis aptantibus Ecclesiæ structuram, hoc est, suis prædicationibus præparantibus & disponentibus homines, ut fiant bonæ partes ædificii Ecclesiæ. Lege vers. 12. usq; ad 17. Et Heb. 13, 21. *Deus absolutos reddit,* aptos, coagmentatos *ad faciendam voluntatem suam in omni opere bono, efficient nobis, qvod acceptum sit in conspectu suo per Christum Jesum.* Non ergo in creatione aptantur pii, sed in Christo Jesu, ubi opus est Evangelii prædicatione, quæ multum differt à creatione.

Cur mala sit versio Bezæ Rom. 9.

Alioqvin etiam Ephes.4. *creatio* piorum esset referenda ad generationem hominum, in qva creati fuerint ad bona opera, seu ad salutem æternam, cum tamen Actor.10,35. ex nativitate carnali nemo sit δεκτὸς, *acceptus Deo,* & qvo, ut lapide qvodã, uti velit in extructione Ecclesiæ, nisi qvi timet ipsum & operatur justitiam, *nimirũ* usq; ad finem, cum *vice versa* multi sanctifica-

ctificati (& ita creati ad bona opera) tandem crucifigant Christum & pereant, Heb. 10. v. 29.

Obstat etiam Bezæ usus vocabuli ejusdem. Matth. 21. Luc. 6, 40. Gal. 6, 1. Heb. 13, 22. ubi nihil aliud qvam *absolvere & perficere*, non creare denotat, & iccirco commodissime *vasa aptata ad interitum* explicabuntur, *vasa longe post creationem suam vel generationem, vitiis suis perfecta & absoluta ad interitum*, qvæ jam compleverunt mensuram peccatorum suorum, qvæ tamen tulit Dominus, ut sunt exempla in Scripturis.

Qvomodo aliqvi aptentur ad interitum.

Præterea, si aptati ad interitum dicendi sunt illi, qvi olim a Deo creati sunt ad interitum, tum etiam creati ad bona opera dicendi essent illi, qvi in prima creatione boni sunt facti, & qvi mali nunqvam fieri possent. At prorsus contrarium in Scripturis extat, siqvidem qvi Eph. 4, 24. *dicuntur* initio creati ad bona opera, *illi* v. 27. postea possunt dare locum Diabolo, cap. 5, 3. possunt dare locum scortationi, & avaritiæ, & excludi à regno cœlorum, sicut v. 5. expresse additur: *nostis, qvod scortator, aut impurus, aut avarus, non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei.*

Opus igitur est etiam illis, qvi dicuntur creati ad bona opera, *timore secundum Deum*, 2. Cor. 7, 10. non timore v. 11. propter minas legis, Rom. 8, 15. 2. Tim. 1, 7. sed illo Philip. 2, 12. *Cum timore ac tremore vestrã ipsorum salutem operemini. Sicut* enim Apostolus Philippenses non vult superbire donis externis Spiritus Sancti, sed metuere; *Ita* Deus non vult tolerare superbiam operum; sed vult agnosci infirmitatem humanam, & metui insidias Diabolicas, qvia Diabolus circuit, velut leo rugiens, qværens qvem devoret, unde vult, ut armis adversus eum induamur competentibus. Hoc metu non opus haberent ii, qvi absolute creati essent, ex sententia Bezæ, ad bona opera.

Et hæc de *illis*, nimirum de gentibus, Evangelium Christi tunc temporis amplexantibus, qvo tempore Deus duros Judæos cum magna lenitate adhuc expectabat & tolerabat.

Porro à gentibus mox sese convertit Apostolus noster magnus, ad suos populares, seu consanguineos secundum carnem, nimirum ad ipsos Judæos. Et qvod ad Judæos attinet, vult probare ex ista qvoqve Israelitica gente, tamen sub illud initium aliqvos, licet paucissimos, Christi Evangelia amplexuros esse.

Qvod tempore Pauli etiam multi Judæi crediderint

Quemadmodum vero supra *ex Osea* attulit probationem, qvod gentes etiam amplexuræ essent Christi doctrinam, cum tamen locus *Oseæ* propriissime sese extendat ad gentes, qvæ qvam proxime post captivitatem Babylonicam viguerunt, & ex miraculosa hujus populi reductione conversæ sunt ad fidem verã Israeliticam, adeoq; typi fuerunt istarũ gentium, qvæ tandem ad Christum Jesum resuscitatum agminatim sunt aggregatæ: Ita pro Judæis, ad

Christum tunc accursuris affert testimonia, qvæ in litera alium habent intellectum; sed tamen pro more Apostoli hujus institutis valde usitato ad rem præsentem applicantur. Videlicet ex Esaia 10,22.23.24.25. *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliqviæ servabuntur, Rationem conficiet, & in compendium rediget eum justitia, qvoniam rationem compendiariam inibit Dominus in terra.*

Qvomodo Apostolus alleget ex Esaia sententiam.

Si qvis versionem Græcam Septuaginta Interpretum in Esaia consuluerit, is deprehendet *primo*, Apostolum hosce versus non ex Hebræo textu reddidisse, sed retinuisse versionem Septuaginta Interpretũ, sic vulgo cognominatam, & tunc iis usitatam, ad quos hanc Epistolam scripsit: quam versionem sine dubio legit *Galenus*, qvando hoc tulit judicium, *Mosen carere demonstrationibus*, seu, ut alii citant, *multa dicere, pauca probare. Deinde* simul deprehendet Septuaginta Interpretes non exacte Hebræa esse interpretatos.

Summa sensus apud utrosq.

Summa sensus apud utrosqve êst, qvod Deus ita puniturus sit illo tempore Esaiæ populum ingratum *istum*, ut tamen pias reliquias in populo relinqvat superstites. Tum *consummatio* est, quod punit: *abbreviatio*, quod non consumit totum populum.

Apostolus hæc, licet alio, tamen analogo sensu adducit & applicat, qvod tempore Christi Deus induraturus sit, *modo superius monstrato*, populum Judaicum, & tamen ex eo conservaturus aliqvas reliqvias vere credentium in Christum. Quovis autem tempore avertendi sunt oculi nostri ab arena maris à tanta multitudine pereuntium, & nihilominus credendum, reliqvias aliquas salvas fieri per gratiam, ut Lutherus loqvi docet super hunc locum Esaiæ.

Alia Apostolica illustratio, qvod tempore Christi sint aliqvi futuri pii Judæi.

Deinde, adducit loco probationis alium textum ex Esaia: *Nisi Dominus Sabaoth reliqvisset nobis semen, facti fuissemus sicuti Sodoma & Gomorrha.* Loquitur Esaias de Judæorum reliquiis salvis mansuris, isto tum instante tempore periculoso pœnæ divinæ. At pro more, sibi valde usitato, Apostolus eã sententiam refert ad Judæus tempore Christi, & dicit: *Nisi hoc tempore Deus nobis reliqvisset aliqvod semẽ sanctum, credens in Jesum Christum, facti fuissent Judæi sicut Sodoma & Gomorrha.* Unde *Lutherus* super hunc textum ita *scribit:* Paulus hunc locum aliter citavit, & facit generalem sententiam, qvasi dicat: Ut Esaias de suis dicit; Sic ego qvoqve possum dicere: Nisi Dominus reliquisset semen &c. *Id est*, Oportet vel aliqvos saltem relinqui, qui serventur, non propter merita, sed propter verba promissionis. *Hac Lutherus.*

Idem Lutherus ad Testimonium Pauli prius allegatum ex Esaia, *de arena maris ita scribit:* Paulus in Epistola ad Romanos hanc sententiam retinet, nisi qvod ex generali particularem fecit. Multum autem sudat, ut ostendat, abbreviationem factam & promissiones reliqviis Israel præstitas esse. *Hac Lutherus.*

Solent

Solent igitur Novi Testamenti Scriptores ad hunc modum allegare testimonia & probationes Matth.2,15. allegantur illa verba, pro confirmando reditu recens nati pueri JESU ex Ægypto, qvæ apud Oseam 11, 1. sunt prædicta de exitu populi Judaici ex Ægypto: *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Exempla passim occurrunt legentibus.

Est aliud insignissimum Habacuc 1, 5. qvod reperitur Act. 13, 41. *his verbis:* Videte contemtores, & admiramini, qvia opus operor ego indiebus vestris, opus, qvod non credetis, &c. In Habacuc Propheta ad marginem hæc verba scripsit Lutherus: Diesen Spruch führet S. Paulus Act. 13. auf ein ander Weiß/ dann ihn hie der Prophet/ wie er sonst mehr zu thun pfleget. Hactenus verba Lutheri. Plura habet Lutherus Tomo 3. Jenensi, super hunc locum Habacuc. Verba Lutheri hæc jam indigitata, etiam continent utilem informationem, & habent in hunc modum:

Schauet unter die Heyden/ sehet/ und verwundert euch. Denn ich wil etwas thun zu euren Zeiten/ welches ihr nicht gläuben werdet/ wenn man davon sagen wird.

Hier fähet er an zu dräuen mit der Straffe den vorgesagten Buben/ und zum ersten nimt er weg ihren Trotz und Sicherheit/ darauf sie sich verliessen. Denn sie verliessen sich darauf/ daß sie Gottes Volck waren/ und Gott zu Jerusalem wohnete in seinem heiligen Tempel/ welche Stadt auch biß auf die Zeit/ gar manchmahl durch grosse Wunderzeichen Gottes beschirmet war nicht alleine wider die umliegende Länder/ Fürstenthümer/ u. Königreiche; sondern auch wider das Käyserthum zu Assyrien selbst/ welchs doch gantz Israel zuvor hatte verstöret und weggeführet/ aber für Jerusalem zur Zeit des Königes Jehißkia mit allen Schanden bestundt/ und auf eine Nacht verlohr hundert und fünff und achtzig tausend Man/ und davon fliehen muste. Derhalben war es den Jüden gar eine lächerliche Rede/ und ein lauter Narrentheidinge/ daß hie Habacuc und andere mehr Propheten sagen/ wie Jerusalem solte verstöret werden.

Trotz/ darauf sich die Jüden verliessen.

2. Reg. 19. Esa. 37.

Sie kunten auch nicht gläuben/ biß auf die Stunde / da es geschah. So gar feste stund ihr Trotz auf dem Stücke/ daß Gott bey ihnen wohnete zu Jerusalem. Und ist auch fürwar nicht ein geringer Trotz gewesen/ welches sich die Vernunfft nicht hat mügen verzeihen. Da sind denn falsche Propheten mit zugeschlagen/ welche der Schrift Sprüche haben herfür gezogẽ/ da Gott Christum künfftig verheißt/ und wie herrlich Davids Stuel solte werden/ und dergleichen. Darüber haben Habacuc und seines gleichen/ die gleich das Wi-

Falsche Propheten haben des Volcks Trotz und Sicherheit gestärckt.

Den Jüden wars unmüglich zu gläuben/ daß sie durch den König zu Babel solten verstöret weden/ etc.

derspiel sagen/ alle müssen Lügner seyn/ denn es wolte sich gar nicht reimen mit einander/ daß ein herrlich Königreich solte werdeu/ nnd doch verstöret werden.

Also trifft nun Habacuc ihr Trotzen und Pochen/ und spricht: **Schauet unter die Heyden / sehet / und verwundert euch.** Als solt er sagen: Ihr schauet auf euch/ sehet alleine euch an / haltet viel von euch/ seyd gantz sicher u. gewiß/ daß Gott alleine mit euch grosse Dinge thue/ daß sich alle Heyden verwundern sollen/ wie er denn bißher gethan hat. Aber nu schauet drauf/ und sehet zu/ was ich durch Heyden thun werde. Ich wil es einmahl umkehren/ und durch die Heyden auch ein solch Ding thun/ daß euch sol auch wunderlich und seltzam seyn/ also daß ihrs nicht gläuben werdet/ biß ihrs erfahren und fühlen werdet.

Jerem. 38.

Sondern werdet meine Propheten/ Habacuc/ Jeremia/ und ihr gleichen für Narren und Lügner haltẽ/ u. nicht denckẽ/ daß es mein Wort sey/ daß sie davon zu euch reden. Gleich wie der Köuig Zedekias nicht kunt gläubẽ/ was Jeremias davon sagt/ u. fodert ihn zu sich/ und fragt/ obs Gottes Wort wäre/ Jer. 38. Was kunte Gott auch wunderliches thun/ denn daß er durch seine Feinde die Heyden solte seinen Stuel/ seinen Tempel/ seine Stadt/ sein Volck verstören/ die er hat bißher wider alle Heyden herrlich gemacht und erhalten/ und zugesagt/ daß er wolte ewiglich ihr Gott und Schutz seyn.

Gott wil/ daß wir auf nichts trotzen/ ohn allein auf seine Barmhertzigkeit.

Aber damit zeigt er gnugsam an/ daß er gar auf kein Ding wil uns trotzen lassen/ ohn alleine auf seine Gnade u. Barmhertzigkeit. Deñ hie sihestu/ daß die Jüden nicht hilfft/ daß sie Gottes Volck sind/ daß sie der Väter Saamen sind/ daß sie Gottes Gesetz/ Tempel/ Stuel/ Stadt/ Land/ und Volck innen haben/ auch nicht/ daß so viel Wunderzeichen bißher an ihnen geschehen/ auch nicht/ daß sie Gottes Verheissunge habẽ. Warum daß? Darum/ daß solches alles kan gehabt werden/ ohn Glauben und Geist/ wie es denn die Jüden des mehrer theil hatten. Wo es aber ohn Geist und Glaube gehabt wird/ da thuts nicht mehr/ denn macht für Gott desto grössere Schuldt/ denn wer viel hat/ von dem wird man viel fodern.

Gottes geistliche Güter besitzen ohn Glauben und Geist/ etc.

Uber das so macht es stoltze/ trotzige/ sichere/ vermessene/ hoffärtige Leute/ die sichs erhebẽ über die andern alle/ die es nicht habẽ/ und wollẽ alleine Gottes Volck und eigen seyn/ alle die andere verachten und verdam̃en. Das kan denn Gott nicht leyden/ daß man auf etwas trotzt anders deñ auf seine Gnade/ und läst es darüber zuscheitern gehen mit allen/ die drauf trotzen/ das kan aber Fleisch und Blut nicht gläuben/ ist ihm viel zu wunderlich/ sein Trotz ist zu sicher/ biß sie es erfahren/ wie den Jüden hie geschicht/ denn sie achteten des Glaubens und Geistes nicht/ und meineten solche Stücke solten gnug seyn/

daß

daß sie Gottes Volck heissen und beschirmet worden / darüber verderben sie gantz.

Diß alles ist uns auch gesagt / daß wir den Nahmen und Schein der Christen haben / rühmen uns der Tauffe / oder Geistlichen Standes und Amts über die Heyden und Jüden / und sind doch ohn Glauben und Geist / so wohl als sie. Daß freylich wir auch zu letzt müssen umkommen durch die / so wir ietzt verachten / und ärger halten denn uns / wie den Jüden ist geschehen durch die Chaldäer.

Hie wil sichs fragen / wie sichs reime mit diesem Text / da S. Paulus Act. 13. diesen Spruch also einführet / **Sehet zu / daß nicht über euch komme / daß gesagt ist in den Propheten: Schauet ihr Verächter / u. verwundert euch / und verderbet euch: Denn siehe / Ich thue ein Ding zu euren Zeiten / welches ihr nicht gläuben werdet / wenns euch Jemand sagen wird.** Welches ohn Zweiffel S. Paulus von Christi Aufferstehung sagt / wie der Text daselbst erzwinget / welchs die Jüden biß auf den heutigen Tag nicht gläuben. Habacuc aber redet es von der Verstörung des Landes / durch den König zu Babylon zukünfftig / um des Volcks Sünde willen / wie wir klärlich sehen in seiner Rede.

Hierauff ist zu antworten / daß dieser Spruch von S. Pnulo als eine gemeine Rede / gebraucht wird in gleichem Fall. Denn man mag von eim ieglichen Gottes Werck / das zukünfftig ist / wohl also sagen / Siehe da / Gott wird etwas thun / das Niemand gläubt / man singe oder sage es / denn die Welt gläubt Gottes Wort nicht / biß sie es finde in der Erfahrung. Darum braucht Habacuc des Spruchs recht auff das grosse Werck GOttes / da das Land solt verstöret werden / und Paulus auch recht auff das allergrösseste Werck Gottes von der Aufferstehung Christi / welches geschehen war / denn beydes ward nicht gegläubt. *Die Welt gläubt Gottes Wort nicht / biß sie es finde in der Erfahrung.*

Gleich wie wir noch täglich aller Sprüche der Schrifft brauchen mögen / wider den Pabst und Gottlosen / welche die Propheten von Verstörung der Jüden gesagt haben. Als wenn ich sage / Gott hat am Pabstthum gethan / daß

Niemand

Gott hat am Papstuhm gethan/ daß Niemand hätte gegläubt.

Niemand hätte geglaubt/ wer es auch gesagt hätte; Und wird noch an ihm thun/ das niemand itzt glänbt/ wen mans gleich sagte man wirds aber erfahren. Also wil auch hie Habacuc sagen: Wolan/ Gott wird etwas thun/ daß ihr nicht gläubt/ dieweil mans saget/ biß ihrs iñen werdet. Das aber S. Paulus spricht: **Sehet ihr Verächter** / und Habacuc/ **Sehet unter die Heyden/ 2c.** macht/ daß Paulus einer andern Verdolmetschung braucht/ da liegt auch nicht an/ die Summa des Sinnes ist doch gleich.

Deñ sihe/ Ich wil die Chaldäer erwecken/ ein bitter und schnell Volck/ welches ziehen wird/ so weit das Land ist/ Wohnung einzunehmen/ die nicht sein sind/ und wird grausam und schrecklich seyn.

Das ist die Dräue über die ruchlosen verstockten Sünder; Aber sie habens ihren Spott gehabt und gelacht/ wie gesagt/ Gleich wie die Eydame Loth/ Gen. 19.

Jam tandē respondetur ad qvæstionem à Paulo propositam, in initio capitis noni.

ET hactenus absolvi exordium disputationis Paulinæ, qvod ab aliis explicatur, qvasi in se contineat invictam *ἀπόδειξιν* pro illa electione & reprobatione, qva DEus certos homines selegerit ad vitam æternam, alios verò præterierit, & destinaverit ad æternum exitium, & qvod utrumqve fecerit ex mero, & solo suo beneplacito, citra omnem respectum credulitatis & incredulitatis. Et propter hunc difficultatis, prima fronte apparentis, prætextum, oportuit me esse prolixiorem. Deinceps reliqva omnia, usqve ad finem undecimi capitis, non tam egent operosiore elaboratione, ideoqve previssimis expediri poterunt.

Paulus igitur cap. 9. & 10. & 11. responsurus est ad hanc objectionem: *Cur Judæi, qvibus Messias singulariter fuit promissus, expectatus, benefacturus, Christi Evangelium respuant?* Anteqvam respondeat, præmittit primo, qvod Judæorum sit præ gentibus omnibus maxima prærogativa, & hac ratione maximam captat & impetrat bevevolentiam Judæorum. Deinde, qvod increduli Judæi pertinaces à DEo tradantur indurandi per Satanam. 3. Qvod DEus istam pœnam Judæis infligat non injuste. 4. Qvod tamen aliqvi ex Judæis tunc temporis ipsis credant.

Apostolus jam tandē redit ad qvæstionē, initio capitis noni, implicite motam.

His præmissis, jam redibit ad principalem qvæstionem, cum responsione, Cur Judæi reliqui pleriqve omnes Evangelio non credant. Nihil autem, ut dixi, difficultatis est in textibus seqventibus omnibus. *Respondet* igitur Apostolus, causam esse illam, qvod Israel iste, hoc est, maxima pars Israelitarum, qværat more tunc usitato Pharisaico, qvem Chri-

ſtus carpit Matth. 5. & 6. &7. & 15. & 23 juſtitiam ex operibus legis, prout tunc à Phariſæis potisſimum explicabutur, penitus omiſſo merito CHRISTI, & ſic offendant ad Chriſtum; qvod zelum DEI habeant, ſed non ex ſcientia à verſu 30. capitis noni uſqve ad verſ. 14. cap. 10.

A verſu capitis decimi decimo qvarto aliam ſubjicit & miſcet qvæſtionem, num increduli Judæi non audierint de Chriſto? Et reſpondet ad eandem. *Sic igitur qværit*: Qvomodo credent, de qvo non audiverunt? Qvomodo audient absqve prædicatione? Qvomodo prædicabunt, niſi miſſi fuerint? Tanta, vult dicere, eſt Diabolica maximæ partis popularium meorum pertinacia, ut intra Judæam nos pati nolint: Qvomodo igitur credent, cum nullos legatos Chriſti admittere velint? *Sed non omnes obedierunt Evangelio.* Rectius: Qvare non omnes obedierunt Evangelio. *Sane fides ex auditu eſt. Sed an non audierunt? imò ſonus eorum exivit in omnem terram.*

Sed iterum ego inqvam & qværo: *Num non audivit Iſrael?* Imò, reſpondere vult, de auditione ipſi conqveri neqveunt; ſed nos potius conqverimur de ipſius Iſraelis in audiendo Evangelio duritia, ut eam in convertendis cordibus, contumacia, pertinacia, blaſphemia; & ad hodiernos Iſraelitas optimè qvadrare videbimus illa, qvæ olim Prophetæ enunciarunt de majoribus Judæorum noſtrorum. *Inventus ſum ab iis, qvi me non qværebant; conſpicuus factus ſum iis, qvi de me non interrogabant. De Iſraele autem verum eſt illud: Tota die expandi manus meas ad populum immorigerum & contradicentem.*

Vitium igitur (*rectè inqvit Lutherus ſuper hunc locum*) non eſt in DEO, ſed in qværentibus, expando manus meas, me offero, benefacio, rogo, comminor, idqve qvotidie: ſed rident expanſas manus, Prophetas occidunt, & eunt viam non bonam, ſed ſecundùm cogitationes ſuas, hoc eſt, non ſecundum verbum meum, non ſolùm omisſivè, qvod non credunt verbo, ſed etiam poſitivè, qvod diverſum à verbo faciunt. *Hactenus Luthrus.*

Nimirum longo tempore tunc Judæi tantummodo externos actus externas ceremonias, externas carnes ſacrificiorum ſpectarunt, inculcarunt, magnifecerunt, ſicut miſſas, & externa ceremoniarum ſigna plurimi unicè magnifaciunt ſub Papatu, ex opere operato, peccato, ſacrificialibus carnibus expiari crediderunt, ſepoſitâ agnitione Chriſti, qvi erat futurus ſemen benedictum, in qvo benedicendæ eſſent omnes gentes, qvi debeat omnium noſtrorum peccata in ſeſe ſuſcipere, qvi debeat occidi, juſtitiamqve ſeculorum adducere, & finire viſionem & oblationem, qvæ de Meſſie extant in Moſe, Eſaia, Daniele. His nucleis præteri-

Comparatio veterum Judæorum & Pontificiorum noſtrorum.

tis, tantummodo hærebant in externa sacrificiorum pompa; cum Prophetæ jam olim sacrificia hoc externo larvata modo considerata extenuent, & Paulus ad Romanos magno cum conatu, talem vocet justitiam ex lege, & solidam nullam esse posse asserat, & doceat, nos justificari non nisi in placamine per sanqvinem Jesu Christi. Qva de re alibi in doctrina de Sacificiis plura.

Paralleli loci alii ex Paulo Apostolo.

Sic igitur respondet Apostolus ad objectionem, qvæ responsio ab eodem repetitur, 1. Cor. 1, 18. *Sermo ille de cruce iis qvi pereunt stultitia est, nobis autem, qvi salvamur, potentia Dei est. v. 19. Scriptum enim est, abolebo sapientiam sapientum, & intelligentium intelligentiam tollam è medio*: v. 20. *Ubi sapiens, ubi Scriba, conqvisitor illius seculi, nonne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus*. v, 21 *Nam postqvam in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam* Deum *placuit Deo per stultam prædicationem servare credentes*. v. 22. *Qvandoqvidem Judæi signum petunt, & Græci sapientiam qværunt*. v. 23. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis qvidem offendiculum, Græcis verò stultitiam.*

Huc etiam pertinet, qvod in exordio Epistolæ ad magnificos, & sapientiæ laudibus tunc cumulatos & turgentes Romanos scripsit Apostolus cap. I. v. 16. *Non pudet me Evangelii Christi potentia, siqvidem Dei est ad salutem omni credenti.*

Qvæstio sensus ejusdem cum qvæstione principali Paulina.

Sed pergit in sua affectibus & anxietatibus plena dissertatione Apostolus ex mente aliorum itidem eodem fine qværitans, cap 11. *Num igitur abjecit DEUS populum suum in totum?* Et respondet: *Neqvaqvam.* Et jam de Judæis tempore Christi intra Judæam potissimum constitutis & Christum Evangelizatum aspernantibus plerisqve omnibus, ita, ut vix pauci & rarissimi extarent creduli, verum illud esse monstrat, qvod olim Elias Propheta judicabat de Judæis sui temporis longe ante natum Christum extantibus & idololatriam exercentibus, adeo, ut tunc etiam vix pii aliqvi paucissimi putarenutr, immo cum putaretur qvoad externum respectum ne unus pius in toto regno Israelis superesse præter sese. Responsum igitur tunc temporis à DEO Elias accipiebat hoc seqvens: *Reservavi mihi* (nunc in populo superstites habeo & numero reliqva) *septem millia virorum, qvi non flexerunt genu Baal.* Ita Eliæ tempora cum Christi temporibus conferendo Apostolus facit, & qvasi in hunc modum respondet, Hoc etiam tempore reservatio & multitudo Judæorum magna est, qvi salvantur ex gratia, non ex operibus, ex qvibus maxima multitudo Judæorum corrupta per malos Doctores servari cupit. *Qvod igitur Israel ferè totus qværit, non asseqvitur, sed electi, qvi prædicantibus parent & credunt, Christum asseqvuntur, reliqvi in incredulitate & impœnitentia*

Paulus respicit ad tempora Eliæ & per simile concludit.

tia

tia perseverantes à Diabolo & à propria malitia indurantur, DEO in pœnam ipsis immittente & indulgente Satanam, sicuti solet pertinaciter blasphemos tandem Satanæ tradere, qvi eos in extremam perniciem rapit. Qvæ phrasis supra prolixè est declarata, de DEO dante Spiritum soporis impœnitentibus.

Tandem adhuc unam sollicitè anxii proponit quæstionem: Num ideò DEUS Judæos abjecit, ut eligeret gentiles? Et respondet, *Neqvaqvam*, sed per hodiernum lapsum eorum ad gentes citius emanat Evangelium, dum nos extra Judæam propellunt, & ita qvidem DEUS hoc moderabitur, ut tandem per maturam & plenam conversionem gentium commoveantur ipsi qvoqve, ut plures Evangelium Christi amplectantur, *Si punitio Judæorum est vestra salus, conversio Judæorum plus nobis conducet*, si jam modo primitias sanctas ex Judæis habent, etiam massa tota plenior sancta seqvetur, si jam aliqvi Judæi sancti sunt, qvasi radix, utiqve & tota arbor cum ramis sancta enascetur, DEUS enim Messiam inprimis promisit etiam in salutem populi sui Judaici, *si nonnulli rami defracti sunt* & manent increduli, *vide tu*, qvi fuisti infidelis Ethnicus, *ne glorieris*, *ut oleaster adversus tam sanctam oleam. Nam & defracti rami Judæi adhuc increduli inserentur, si non permanserint in infidelitate.*

Alia quæstio de induratis Judæis.

Sensus igitur totius responsionis Apostolicæ ad principalem suam qvæstionem, in initio capitis noni ad Romanos implicitè propositæ, *Cur Judæi tunc temporis Evangelium tam aversentur de Christo, cum tamen Christus ipsis simul & quidem primò* (respectu supra declarato) *promissus fuerit*, absolvitur ab Apostolo ultimis versiculis noni, & contextu totius decimi ac undecimi capitis ad Romanos, atqve brevibus verbis in hunc modum expediri & proponi potest, qvod nimirum contra DEI præscriptas admonitiones istius temporis Judæi sectentur legem justitiæ & ita OFFENDANT ad lapidem positum in Sion, & qværant ex innato fastu PROPRIAM justitiam, & ignorent vel credere nolint, CHRISTUM esse FINEM LEGIS, nec recipiant prædicantes Apostolos, & qvod multi auditam vocem Evangelii tamen externè repudiare non cessent, *& per consequens*, qvod ex propria malitia pereant, non verò qvod à DEO sint abjecti [citra respectum contumaciæ & impœnitentiæ,) præsertim cum bonorum Judæorum multa sibi millia inter eosdem reservarit Dominus, qvod in operum justitiâ & in externarum ceremoniarum sacrificialium legali fiduciâ non confidant. Quapropter (*concludit*) pii & electi assequntur gratiam, reliqvis verò sese indurantibus præparatum est exitium, nisi adhuc in tempore ad frugem redeant.

Hæc responsio Paulina ex asse & ad amussim convenit cum ipsius Christi plurimis objurgationibus & admonitionibus adversus illos Judæos, qvi turgebant suo tempore etiam operum bonorum suorum Pharisaico fastu, Matth.5,v.20. *Nisi abundaverit justitia vestra plus qvam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in reguum cœlorum*, Matth.15,8. *Labiis honorant Deum & cor eorum longè est à Deo*, & Matth. 23. longa recensetur Pharisaicorum dogmatum cantilena cum *Væ væ* multiplicibus adjectis. Matth.22. sub finem non curant, *qvomodo David in spiritu vocet Messiam Dominum* sedentem ad dextram æterni Patris, Joh. 5. & 6. nolunt credere nec curant, *qvod caro Christi sit panis de cœlo, & qvod detur pro vita mundi, qvod omnes debeant honorare Filium, sicut honorant Patrem, qvod Filio data sit potestas judicii, qvod mortui audituri sint vocem Filii & prodituri, qvod Filius hic sit lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & dans potestatem, ut Filii DEI fiant, qvi in nomen ejus credunt.*

Interim verò Matth. 15, 2. Marci 7, 2. *Seniorum traditiones* de lotionibus unicè inculcant, *de donationibus* templo faciendis, Matth. 5. *de juramentis* per cœlum, per terram, per Hierosolymam, per caput, &c. Item qvomodo externis tantum virtutibus superbiunt, qvod Christus monstrat per totum caput Matthæi 5. & in Parabola de Pharisæo & Publicano, Lucæ 18.v.14. Matth.19.v.12. *Similes sunt pueris sedentibus in foro & loqventibus ad invicem & dicentibus, Cantavimus vobis tibiis & non saltastis: lamentavimus & non plorastis*, Matth.11.17. *Dum cervici & incircumcisi cordibus & auribus Spiritui Sancto semper resistunt, sicut patres eorum, ita & ipsi*, Act. 7,51.

Similes seu paralleli tetus ex Bibliis prosunt ad facillimam qvorumvis scriptorum sacrorum veram intelligentiã.

Ergo si qvis omnia contenta in capite nono & decimo, & undecimo Epistolæ ad Romanos qvæsiverit in aliis scriptis novi Instrumenti, sicuti etiam eadem materia in aliis scriptis novi Instrumenti extat, tanqvam historia illius temporis, cum ἐπικρίσει à Christo & ab Apostolis adjecta, & si qvis utraqve, tanqvam parallela dicta inter se contulerit diligenter & sapienter, is omnino reperiet, in Epistola ad Romanos nihil omnium contineri, qvod juvet Calvini caussam, in loco de absoluta electione & de absoluta reprobatione, sed potius & Paulum cum aliis suis scriptis, & inprimis cum sacrosanctis Evangeliis pulcerrime conspirare, adeoqve in ipsa Epistola ad Romanos & qvidem capite nono nihil magis rejici, qvam ipsam Calvini absolutam qvorundam electionem ad vitam æternam & absolutam repudiationem seu reprobationem ad æternam damnationem. Id qvod hactenus ex phrasibus scripturæ & ex contextibus, tum qvam proximè juxta se stantibus, tum aliis ex aliorum librorum novi Testamenti parallelis desumtis probasse sufficiat, seu, ut Geometræ dici solent, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Atqve

Atqve ex hac capitis potissimum noni ad Romanos solida enucleatione satis apparet, cumprimis lectori attendendum esse ad illa, qvæ de *externa prærogativa Judæorum* ab Apostolo dicuntur. Externa enim illa Judæorum prærogativa ad æternam electionem & salutem nihil attinebat propriè, sed per se & in se erat insigne corporale beneficium, axioma & ornamentum Judæorum, qvam eripi sibi nunqvam patiebantur ullis hominum strophis, immò ad quod etiam alii extra Judæorum sanguinem prognati qvantum poterant, utcunqve qvam proximè anhelare nitebantur.

Appendix pro conclusione capitis noni ad Romanos.

Rem declaro exemplo valde illustri, desumto ex historia *Thamar*, qvæ ex incestuolo coitu peperit duos gemellos, *Peres & Zera*, qvorum alter *Peres seu Phares* venit in genealogiam *Christi* Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Historia de Thamara desiderato concubitu accurate expendenda, Gen. 38.

Ut autem sine prolixitate rem absolvam, Thamar illa, ut circumstantiæ suadent, fuit genere Ethnica & qvidem sine dubio Chananæa, expetita tamen à *Juda* filio Jacobi (unde tandem omnes *Judæi* nomen suum generale acceperunt) in matrimonium filio suo primogenito *Er*. Cumqve hic primogenitus moreretur sine sobole, dedit eandem, pro more maturiùs usitato apud Patres, in linea Christi, in conjugium secundogenito suo *Onan*: post mortem Onan secundogeniti spem facit pater Judas de jungendo Thamaræ filio suo tertiogenito, modo manere in domo Patris sui.

Hæc igitur fœmina citra dubium, (qvod circumstantiarum secuturarum complexus monstrabit) edocta in domo Juda Soceri, de dignitate externa & prærogativa magna hujus populi Judaici, qvod ex eadem prodire debeat Messias, Salvator mundi, eandem doctrinam sparsit inter suos, Ethnicos ipsos, ex qvibs cognatos suos numerabat. Non tantùm igitur ipsa summo desiderio nuptias tertiogeniti Judæ exoptavit & expectavit: Sed & de ista qvalicunqve affinitate cum tali populo sibi Ethnici isti qvam plurimum fuerunt gavisi.

Etsi verò totidem literis & syllabis hæc in Scriptura non apparent; tamen per invictissimam conseqventiam colliguntur, qvod ita & non aliter sese habuerint eadem. Nimirum Judas tergiversatur, nec vult promissum nurui suæ servare; sed cogitat tertiogenito dare Sponsam aliam. Videns igitur Thamar, videntesq; populares & cognati Thamaræ hanc tergiversationem dolent, omnia ægrè ferunt, & omnes excogitant vias ac inventiones, num adhuc votorum suorum compotes fieri, & Judæorum affines deinceps qvoqve arctiores ita fieri, & manere qveant, ut ex Judæ filio vel aliunde ac Thamara suscepti liberi utroqve vinculo striictiore conjungerent, & res ipsis successit feliciter.

Moritur enim uxor ipsius Judæ Patriarchæ, & tempus adest tondendi oves, ubi transeundum erat Judæ per loca, in qvibus habitabat Thamar

cum cognatis & popularibus suis. Noverat & narraverat cognatis & popularibus suis eadem Thamar ingenium & mores Soceri vidui ad procacitatem proclives, inde consilium expeditius potuerant informare cognati & populares Thamaræ. Qvæ omnia non aliter nisi hoc modo sese habere, qvilibet ex verbis textus Gen. 38. dijudicabit.

Observant isti Judam pœnitissimè, & qvam accuratissimè, qoad singulos dies, & iter ad tondendas oves institutum maturè eidem Thamaræ indicant; hæc jamdudum si non conscio toto oppido, tamen consciis præcipuis, facinus istud sanctæ desiderationis plenum meditata, & jam jam prorsus parata, induit vestes alias; sedet in via; expetitur ad concubitum à lascivioso viduo Socero, & concipit geritqve gemellos, ita tamen, ut ex astuto consilio prius testimonium de hoc concubitu certificaturum peteret pignus, & qvidem annulum ipsius Judæ.

Statim autem post illum concubitum ad solitarium castam rediit vitam, nullibi sese conspicere passa, expectaruntqve eventum cum spe magna cognati & populares felicem: unde cûm Judas sigillum misso præmio reposceret, unanimiter protestati sunt, nullam ibi fuisse meretricem.

Post tres menses tacitis auctibus intumescente utero, Judæ narratur qvod Thamar desponsata filio suo tertiogenito esset fornicata. Petiit igitur ipse, ut combureretur. Ista non inter educendum, sed inter inqvisitionem publicam, qvalem Judæ concipere & transmittere gestiebant, rem omnem ordine commemorat, & pignore ceu testimonio corroborat. Qvod ubi accepit Judas, sanctam mulierem propter sancta desideria absolvi voluit. *Et hoc unum est.*

Non naturalis ille fuit motus undæ etiam Jehovam seu summũ sacerdotem loco Jehovæ consulit mater gravita Gen. 25

Jam verò eventus optimè notetur. Voluit enim divina majestas singularibus exemplis desideria Patrum erga Messiam exhibendum indicare. Sicut ergo singulari Spiritus Sancti operatione in utero duo gemelli *Esau & Jacob* singulari motu colluctantur de primo egressu, qvia primo cuivis egredienti ex matris utero, competebat dignitas illa, qvod ex ejus posteritate Messias deberet prosilire, nisi Deus singulariter aliud constitueret: Ita in utero fœminæ erga Messiæ lineam desideratissimæ Thamaræ duo gemelli etiam colluctantur singulari operatione Spiritûs Sancti de primo egressu. Zera prior porrigit manum, qvæ coccino colligatur; sed vincitur à Phares fratre suo cum vi perrumpente ad impetrandum jus primogenituræ sæpe jam indigitatum: unde etiam mater exclamat, *Cur perrupisti super te perruptio*, qvasi diceret: singulari virtute Spiritus Sancti adeptus es in peruptione illam dignitatem. Et hic qvoqve Phares ex Judæo & Ethnica natus venit in lineam seu genealogiam Christi, Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Historia mirabilis de duobus gemellis Phares & Zer.

Ecce præter Abrahamum gestientem videre diem Domini præter Reges & Prophètas gestientes eundè audire exempla tum fœminæ pientissimæ tum

tum embryonum. Etsi verò incestum ipsum Thamaræ non defendere possumus; tamen nec desiderio suo eam frustrare voluit divina clementia. Et hæc omnia non æstimant isti, qvi in suis concionibus promiscuè Thamaram in censu temerariorum scortantium reponunt. Præstabat etiam in his & aliis valde notoriis fundamenta qværere, qvàm qvod multi sæpe imprudenter, & cum risu Judæorum argumento vim faciunt, in una aliqva sylla-ba Hebræi alicujus textus inhærere.

Porrò etsi multi desiderarunt fieri parentes Messiæ, tamen parentes facti non sunt, nisi illi, qvibus Deus ex mera misericordia illam externam prærogativam, qvæ ad æternam salutem tamen nihil conduxit propriè, indulgere voluit.

Deinde in enucleatione capitis noni diligentissimè spectandum est ad allegationes veteris Testamenti, & expendendum, qvomodo sese res habuerit in Vet. Test. & qvomodo nunc applicentur Oracula sacra in novo instrumento, ut etiam cumprimis illud primâ fronte durissimum visum, QVEM VULT, INDURAT, ritè ex perpetuo & parallelo contextu totius sacræ scripturæ elucidandum.

Illud igitur, *cujus vult, miseretur*, ex Exodi 33. desumtum, ita se habet, qvod Deus Israelitis in aurei vituli cultu qvidem prævaricatis, sed tamen LUGENTIBUS & pœnitentibus pepercerit, at in Epistola ad Romanos generaliter applicatur, qvod Deus omnium istorum lugentium & pœnitentiũ misereri velit. Sicut igitur in Exodo, ita qvoqve ad Romanos non simpliciter ponitur, sed habet implexam conditionem, nimirum pœnitentiæ. Vice versâ illud qvoq; *Qvem vult, indurat*, habet suam implicitam conditionem, qvod nimirum Deus non pœnitentes, qvin potius præfractè in peccatis contumaciterq; progredientes punire velit, & ipsis ad qvos totâ die frustra expandit manus suas, propter pertinacem blasphemiam immittere Spiritum soporis seu indurationem.

Deus VULT LUGENTIS misereri, & VULT NON POENITENTEM indurare.

Auscultentur autem alibi locorum similes & *paralleli* textus. Qvæ igitur versu 18. dicit Apostolus, *QVOS VERO VULT, INDURAT*, ex Rom. 1, 24. 26. his verbis affert: *Tradidit Deus gentes cupiditatibus suis qvæ Deum qvidem cognoscebant, non tamen ut Deum volebant honorare.* Sic Antichristo, & Antichristianis Deus dabit Spiritum impietatis, 2. Thess. 2, 9. *Ut sit ejus adventus ex efficacitate Satanæ cum omnipotentia, & signis & prodigiis mendacibus, & cum omni fraude injustitiæ in iis, qvi pereunt.* Ecce autem additur optima declaratio, *pro eo, qvod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, Et iterum, propterea igitur mittet illis Deus efficacitatem DECEPTIONIS, UT CREDANT MENDACIO ut damnentur omnes, qvi non crediderunt veritati, sed acqvieverunt in injustitia.*

Qvid sit indurare.

Qvinam indurentur vel tradantur Satanæ.

Hæc

Hæc sunt longè clarissima, & indicant, incredulos, qvando in injustitia nimis protervè perseverant, & habitum post habitum illius sibi comparant, tandem puniri divinitus, committi nimirum Diabolis, Spiritibus injustis, à qvibus rapiuntur in omne genus peccati, & nisi adhuc redeant & renuncient Satanæ, miserabiliter pereant.

Indurati tamen debent converti.

Nondum enim hæc mens Dei est, ut indurati & dati Diabolis penitus pereant; sed ut ex tantis atrocibus Diabolicis sceleribus suam pœnam, qvam Deus justè inflixit, agnoscere, & sibi consulere discant. Etsi igitur Rom. 11, 8. usq; ad finem Deus dicitur Spiritum soporis dedisse Judæis: tamen ibidem additur, *qvod velit eos ad æmulationem hoc pacto provocare, ut si viderint Ethnicos renunciasse ethnicis vitiis, & obtemperare monitis Apostolicis in exprimendis sanctis virtutibus; si contra videant seipsos plenos furore erga Apostolos sanctarum virtutum exercitia inculcantes, in sese redeant*, miseriam & periculum animæ agnoscant, & mutare aggrediantur. *Debent enim tum assumi* (inqvit Apostolus) *Si* (addit) *non permanserint in infidelitate, etiam inserentur. Potest enim eos iterum inserere.* Sic per gentium misericordiam ipsi increduli & Spiritu soporis puniti misericordiam tandem & ipsi possunt conseqvi.

Traditos Satanæ tamen Deus cupit adhuc agere pœnitentiam.

Optimè igitur notandum est utrumq;. I. Qvod Deus punit in impietate contumacissimè perdurantes immissione Satanæ, sicut etiam docetur, 1. Tim. 4, 1. *qvod extremis temporibus descifcent qvidam SPIRITIBUS SEDUCTORIBUS, à fide, attendentes doctrinis DÆMONIORUM.* II. Qvod tamen excœcatos nondum velit prorsus perire Dominus. Ergò, qvando homines verbo prædicato resistunt, tum demum sese aggregat ex Dei vindicta ipsis Satanas; sicut cum Deum prædicantem, & ex gratia lumen præbentem recipiunt homines, à Domino gubernantur, unde 2. Thess. 2. post Spiritum deceptionis dicit Apostolus: *Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, qvod elegerit vos Deus ab initio ad salutem per sanctificationē Spiritus, ac FIDEM veritatis, qvod vocavit vos per Evangelium nostrum. State igitur & tenete traditam doctrinam, &c.* Qvæ observanda sunt, ne qvis talem Dei prædestinationem faciat ex tali beneplacito, ut eligat citra fidei respectum. *Novit qvidem Dominus, qvi sint sui*; sed continuò additur, 2. Tim. 2, 19. *Discedat ab injustitia omnis, qvi nominat nomen Christi.* Et Matth. 11. *Nemo novit Patrem, nisi cui Filius voluerit revelare*; sed mox illicò exclamat: *venite ad me omnes.* Et Joh. 6, 44. *Nemo venit ad Christum, nisi qvem Pater traxerit*; Sed illicò additur in antecedentibus, v. 40: *Hæc est voluntas ejus, qvi misit me, ut omnis qvi videt Filium & credit in eum, &c.* itemqve in conseq. v. 45. *Qvisqvis ergo audivit à Patre*, & didicit, *venit ad me.*

Absolutum decretum tam pugnat cum omni verbo Dei, qvam ulla alia hæresis.

Et hactenus ostendi, qvomodo celebratissima Oracula divina juxta mentem genuinissimam ipsius Spiritus Sancti ex ipso commentario antecedentium

tium conseqventium ut & parallelorum seu similium ita debeant & possint declarari, ut conscientiæ cujusvis hominis satisfiat.

Fui, qvod fateor, prolixus valde, ut hactenus, ita in hoc capite nono Epistolæ ad Romanos declarando. Verum enim verò hanc methodnm prolixioris declarationis necesse est servare eos, adeoq; prolixioribus studere investigationibus illos, qvi textuum valde difficilium explanationem venari satagunt. Id qvod reipsa experientur, qvi versabuntur & exercebunt sese in tali genere inqvirendi & inveniendi veram sententiam Oraculorum sacrorum. Qvod enim Horatius in arte Poetica de tractationibus profanis refert, sæpenumero fieri, ut qvi brevis esse laboret, obscurus fiat, id qvoq; in Theologicis seu sacris usu venire experientia testatum faciet. Postea qvando genuinus sensus Oraculi sacri per hanc prolixam qvidem, sed tamen certissimam methodum fuerit investigata & inventa, tum demum non est difficile, talem genuinam sententiam brevioribus aphorismis includere & proponere discentibus, simulqve adhibere terminos aliqvos seu Logicos, seu alios. Ego verò nunc temporis loqvor de actu investigandi & solide inqvirendi & citra errorem inveniendi genuinam sententiam qvaliumcunqve Oraculorum sacræ Scripturæ, præsertim difficilliorum sub primum contuitum apparentium.

Non semper breves responsiones rem expediunt, sed interdum prolixiores sunt necessaria.

Excusatio auctoris cur hactenus fuerit prolixior.

Summatim ut dicam, in difficillima illa pro absoluto decreto ab aliqvibus allegari solita materia, studiose prolixior fui, propter hanc causam, ut solidissimam methodum demonstrarem in exemplis maximi momenti, qvomodo omnes alii, in similibus gravissimis negotiis & veritatis momentis ex scriptura indagandis, & citra errorem reperiendis, sese qvoqve gerere debeant. Etenim, qvi methodum illam in maximè arduis tuebuntur, reipsa deprehendent, non semper nimis brevibus responsionibus Oracula difficiliora enucleari, & conscientiam in illis satis tranqvillari posse, sed omnino opus esse, ut ἀκριβῶς & νȣνεχῶς, & PROLIXE inqvirat & scrutetur, qvasi naribus caninis & odoratu accuratiore venari satagat interpres fidelis. Postqvam igitur satis ostendi genuinam methodum veritatem enodandi, qvantum fieri potest, deinceps plus brevitati studebo.

ORACULUM XXXII.
SACRUM.

Esaiæ 63, 17.

Qvare errare nos fecisti, DOMINE, de viis tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te.

LUTHERUS, qvi à vulgatâ Hebræorum capitum & versuum distributione qvandoq; gravi de causa (neqve enim sapientes & pii Prophetæ ipsimet

 met

met distributionum illarum fuere auctores) discedit, capite seqvente sexagesimo qvarto ita vertit:

Warumb lässestu uns/ HERR/ irren von deinen Wegen/ und unser Hertz verstocken/ daß wir dich nicht fürchten.

ADdam tamen pro absoluto decreto à qvibusdam allegari solita etiam alia, verbi caussâ locum illum, qvi exstat Esaiæ 63, 17. juxta ordinem capitum & versuum Hebræum, & qvidem etiam versionem Pagnini: Qvare errare fecisti nos, ô Jehova, de viis tuis, indurasti cor nostrum â timore tuo.

Hic autem non opus est prolixa operatione juxta regulam *primam*: statim igitur fiat accessus ad ipsam *secundæ* regulæ praxin. Sunt igitur ista verba Israelitarum, qvæ ipsis Esaias tribuit, qvod ea sint dicturi, non ante immissam servitutem (qvia tunc ante immissam servitutem erant tales, qvales describuntur Esa. 6, 9. *Vade, dicas huic populo, Audite audiendo, & ne intelligatis, impingua cor populi hujus, ne auribus suis audiat & convertatur*) sed in ipsâ pœnâ servitutis durissimæ. Tunc enim agnoscunt inter calamitates peccata, ob qvæ in durissimam servitutem sunt conjecti, & hisce verbis Deum compellantes introducuntur à Propheta in Spiritu ante ipsam pœnam: *Qvare errare fecisti nos â viis tuis, indurasti cor nostrum à timore tuo &c.*

Judæi indurantur Prophetarum concionibꝰ, cum videant non seqvi calamitates in momento & illico.

Induratio autem hæc itidem explicari aliter nec debet, nec potest, qvam pro tenore aliorum exemplorum, qvæ hactenus adduxi. Nimirum Judæi ante exilium & servitutem durissimam utut à Prophetis carpebantur, & reformabantur acriter, tamen de idololatria & aliis peccatis ne tantilum remittebant; qvod semper ad conciones obstruebant aures suas, & Deum gravius offendebant. Solito igitur more suo super ipsos indulgebat veniam & potestatem Diabolis, suis ministris & tortoribus, ut tales impœnitentes & pertinacissimos aggrederentur, qvi in majora peccata tuuc eos inducebant, & in aliud atq; aliud scelus præcipitabant, unde tandem pro justitiæ suæ tremenda majestate meritò seqvi voluit magnam pœnam, nimirum captivitatem seu servitutem Babylonicam, Dominus.

Deus non tenetur centum annos homini connivere,

Qvamqvam verò de hac pœnæ secutæ gravitate jam tandem conqveruntur, attamen Deum nullius injustitiæ commissæ ullo jure accusare possunt Neq; enim tenetur Deus per centum annos uni homini, aut cœtui peccanti, aut per ducentos connivere 1. cum Ps. 95, 7. 8. proclamari fecerit: *Hodie si vocē Domini audiveritis, nolite corda vestra obdurare* 2. Cùm *prædixerit* se impœnitentibus & pertinacibus velle talē immittere plagam, sicut in veteri Testamento Saulis docuit exemplo, & in Novo patet ex concione Christi Matth. 12, 43. *de impuro Spiritu redeunte in domū suā* 3. Cùm *prædixerit*, & exemplis

Saulis

Saulis atq; aliorum probaverit, talis hominis statum posteriorem esse periculosiorem priore; qvia Satanas prædam semel raptam difficulter dimittit. 4. Cùm *docuerit nos orare*, ne in talem tentationem inducamur: & per consequens, cùm per has rationes satis indicarit homini, ut sibi maturè ab hac pœnâ divinâ caveat.

Declaratio & probatio responsionis jam datæ.

Et sufficeret hæc ex superioribus desumta responsio, si vel literam amplius non adderem. Attamen, ut *specialiter* conscientiæ plus satisfiat, aspiciatur contextus totus Esaiæ, qvi cap. 27, 10. testatur: *Deum Judæis* aures suas ad omnia monita Prophetarum obdurantibus *immisisse spiritum soporis.* Sicut igitur vinum, aut alius potus, vel aliqvod pharmacum homini conciliat profundissimum somnum: ita Satanas in talibus sibimet traditis excitat neglectum & contemtum majorem omnium admonitionum Dei. Hunc *spiritum soporis* noluerunt agnoscere Judæi ante exilium, ubi in idololatria svaviter stertunt & pergunt: sopiti illis promissionibus, qvod eorum regnum stare debeat usq; ad nativitatem Messiæ, nec possit Deus propter juramenta Patribus data, ipsorum regionem devastare; sed tandem in exilio excitat eos Deus & circumcidit Deus ipsis per calamitatem cor, ut secum expendant præcedentia peccata, & super peccata consecutas tantas calamitates, & qvidem peccata per Diabolos in ipsis ante calamitatem incensa.

Spiritus soporis in Judæis ante captivitatem.

Nunc igitur in exilio plorant & qværunt ex Deo, cur ipsos fecerit (modo jam exposito, & mente corrupta per indulgentiam Dei à Satana) aberrare de viis suis, & cur indurarit cor ipsorum à timore suo. Verum enim vero frustranea est illa accusatio seu ploratio, Deum enim sufficientissimè excusant ea, qvæ jam modò ostendi. Hîc autem *obiter* notet benevolus lector, qvod eò diutius pœnam suam soleat differre Deus, qvò crimina sceleratoria ab hominibus committuntur, & qvod tandem tarditatem gravitate compenset. Deinde, qvod magna sit lenitas Dei, qvando parva peccata citò punit, ut citius reducat hominem in viam, hocq; pacto à gravioribus peccatis & pœnis revocet & tutiorem præstet. Huc pertinet confessio Judæorum, qvi hæc ex praxi didicerunt, qvam descriptam reperies, 2. Maccab. 6, 14. 15. *Non qvemadmodum in aliis gentibus lenitate Dominus expectat, ut tum demùm, cum ad cumulum peccatorum pervenerint, in eas animadvertat: ita de nobis statuit: ne scilicet, peccatis nostris ad summum cumulatis, pœnam tandem à nobis repetat.*

Tarditatem pœnæ gravitate compensat Deus.

Sic Oseæ 4, 14. non vult visitare peccantes; sed differt, ut in totum propter nimiam atrocitatem corruant. *Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ, populus autem, qvi non intelligit, corruet.* Et vers. 12. *Spiritus enim fornicationum errare fecit eos, & fornicati sunt à Deo suo.*

Qvando autem Dominus satis punivit tanta scelera, & seqvitur pœnitentia, sicut in populo abducto in exilium, tum tandem etiam Diabolis imperat, ne amplius grassentur inter homines. Colligere hoc licet ex Zach. 13, 2. *Erit*

in die illa, dicit Jehova, succidam nomina simulacrorum è terra, & non memorabuntur ultra: etiã Prophetam & spiritum immundũ auferam è terra. Es. 29, 24. *Scient, qvi errabant spiritu, intelligentiam, & qvi murmurabant, discent legem.*

Qvando hominem aggreditur Satanas.

Aliqvi ex his exemplis regulam qvandam practicam producunt. Cùm enim homines promiscue singuli singula sua minima etiam delicta Diabolis asscribant, *ipsi respondent;* Diabolum neqvaqvam licentiosè aggredi hominem, nisi prius homo contemtu aut neglectu verbi extremo, aut etiam aliâ occasione initium facere & plenum & aditum Satanæ patefacere satagat. Qvapropter admonendi sunt pro concionibus auditores, ut in auscultando verbo, & in indulgendo cupiditati sint robustiores & cautiores.

An in Esaiæ 63. cap. Tò Indurare fiat per permissionem simplicem & nudissimam, de qvali etiam supra fuit monitum. Dimittere, pro, hostes non delere.

Porrò non potest *induratio* hæc Israelitarum explicari per simplicissimam & nudissimam *permissionem*, cum Esaias cap. 29, 10. expressè declaret, hanc fieri per *immissum* Spiritum soporis.

Frustra pro hac tali permissione hujus loci obtinendâ etiam adducitur Ps. 81, 13. *Permisi eos fortitudini cordis eorum, & ambularunt in consiliis.* Legatur enim aliqvoties totus hic Psalmus, tunc sensus invenietur ipsius non alius, qvam iste: *Exultate Deo*, qvia audivit preces nostras, *Israel si audieris* (amplius) *vocem meam, dilatabo os tuum, & implebo illud At non paruit populus meus voci meæ: Dimisi ergo eos fortitudini cordis eorum; utinam populus meus obtemperasset mihi; brevi tempore inimicos eorum humiliassem, &c.* Qvis leviter assecutus modum interpretandi Scripturas hactenus multis exemplis perspicuè indigitatum, non intelliget, qvod hæc verba: *Dimisi eos fortitudini cordis eorum*, significet illud, *qvod ego inimicos eorum non compescui, non delevi, sed volui, ut populus meus experiatur, num sine meo auxilio, viribus propriis possint adversarios suos extingvere.*

Qvod enim in membro posteriore exprimitur in hunc modum: *Si populus me audiisset, inimicos eorum EXTINXISSEM*, hoc in priore κατ' ἐναντίον ita effertur: *qvia non paruit populus meus voci meæ, DIMISI ipsos inventionibus suis, fortitudini propriæ contra hostes*, non tuli ipsis auxilium, subtraxi qvin potius auxilium meum ipsis.

Sume lector similem aliqvem locum, qvalem invenies Judic. 2, 12. cum seqq. *Fecerunt filii Israel malum in oculis Jehovæ: Et dereliqverunt Deum patrum:* v. 14. *& iratus est furor Jehovæ contra Israelem, & tradidit eos in manum diripientium, diripueruntq; eos: & vendidit eos in manum inimicorum eorum in circuitu, nec potuerunt ultra consistere coram inimicis suis:* v. 15. *Qvocunq; egrediebantur, manus Jehovæ erat contra eos in malum & angustiis affecti sunt vehementer.* Hactenus verba Scripturæ.

Ecce Lector, qvam non sit in *Dimittendi* vocabulo levis qværenda saltem permissio; sed qvam multa complectatur vox ista; *Dimittit Deus hominẽ suis inventionibus*, qvando subtrahit ipsi gratiam & auxilium suum, qvando,

ut ex

ut ex Abdia & Jermia supra ostendi, mittit legatum & nuncium Satanam in adversarios hominis, & ipsos de novo excitat contra hominem ipsum. Hoc modo *DEUS etiam vendit hominem* in potestatem, tradit hominem in potestatem adversarii, ut calamitatibus subjiciatur multiplicibus. Exempla possent plura ex libro Judicum & aliunde adduci; sed & hæc sufficiant. *Jerm. 49. 14. Abdias vers. 1.*

Qvoties igitur verba hæc DIMITTERE, PERMITTERE occurrunt, aut similia, qvoad verbum, & qvoad sensum, toties primò accurateqve expendantur fontes, deinde æstimentur, & sub piam meditationem vocentur omnia antecedentia & conseqventia, qvin etiam parallela, cognata & similia, qvæ extant apud alios Scriptos sacros, & decisionem seu verum intellectum non difficulter reperiet lector, & interpres diligens.

Exempli alterius gratia, Gen. 20, 6. *Non permisit Deus, ut tangeret Abimelech uxorem Abrahæ Saram* qvam jam, ut uxorem acceperat Abimelch, qvod Abraham dixerat, eam esse Sororem suam. Verè enim pèr legatos eam ad sese vocaverat, nonagenariam qvamvis, tamen ex DEI beneficio florentissimæ adhuc formæ decore conspicuam, & ut appareet, nocto secum, si non habet, habere tamen nititur. Sed DEUS *non permisit*. ut eam cognosceret. Leguntur versus omnes ab initio capitis usqve ad finem, tum non simplicis & nutissimæ *permissionis* sensus deprehendetur iste, sed qvod *prohibuerit* DEUS potenter. *Grave & periculosum peccatum Aarahami.*

Promiserat enim semen benedictum ex corpore non Abrahæ & Agar; nec Abimelch & Saræ: Sed Abrahæ & Sâræ. Sic igitur habet textus; *Venit DEUS ad Abimelch in somnio NOCTU, & dixit ei: En mortuus es propter uxorem*, qvam accpisti, *cum ipsa MARITATA sit MARITO* (cum jam modò alim habeat maritum) *Abimelch verò non appropinqvaverat illi, & dixit:* Nunqvid Justam gentem etiam occides? *Dixitq; ad eum Deus in somnio, Ego qvoq; novi, qvod in perfectione cordis tui fecisti hoc, PROHIBUI ITAQVE TE, ne peccares mihi; iccircò non permisi te, ut tangeres eam.*

Sed obiter hoc loco qværitur: Cur DEUS non semper tali modo impediat violenter peccata? Cur non violenter retraxerit à peccatis suis Pharaonem Judam, Saulem, Judæos & hodie qvosvis Tyrannos? *Respond tur* 1. factum illud Abrahami nullo modo posse excusari, qvi uxorem conjecit in præsentissimum adulterii & polygamiss periculum. 2. imitandam Abrahami summam anxietatem, qvi post abductam uxorem, DEUM precibus fatigavit ardentissimis, ne uxorem suam pateretur prostitui. Non obscure colligitur istud ex contextu, in qvo DEUS dicit ad Abimelech: *Nunc redde uxorem viro, qvia Propheta est, ORABIT pro te & vives;* *Qvæstio; cur Deus non prohibeat violenter omnia peccata etiam hodie.*

Ergo antea *qvod situ non reddideris, scito te moriendo moriturum, & qvicqvid est tuum.* Item vers. 17. *Oravit DEUM Abrahamus, & sanavit Abimelech.* Certum ex his est, Abrahamum effudisse preces ardentissimas, qvibus commotus Deus prohibuerit ab hoc facto. Nec dubium est, sæpenumero idem facere Deum propter preces piorum in magnis periculis, sistere diluviones, incendia, bella, tyrannicidia; sæpenumerò tamen, ut probet fidem, constantiam & patientiam piorum, & propter alias causas, Mosen, Davidem, Apostolum Paulum & alios non exaudit orantes pro angelo maligno avertendo; sed vult, ut nobis sufficiat gratia, qvam dedit, & ut inter ærumnas plus glorificetur magnificum nomen ipsius, Deut. 3, 26. 1. Sam. 12, 16. 17. 18. 2. Cor. 12, 8. 9.

ORAVIT Abraham contra conatum Abimelech.

ORACULUM XXXIX
SACRUM.

Johan. 17, 9.

Οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ.

Non oro pro mundo.

Ich bitte nicht für die Welt.

ISTud Joh. 17, 9. plurimis difficultatem inexplicabilem & nodum indissolubilem in sese continere judicatur, cum omninò mihi videatur contextus capitum, 13. 14. 15. 16. 17. explicationem suppeditare facillimam & gravissimam; qvi tamen interim aliorum Theologorum satis notas explicationes suis utilitatibus non carere, & ad eundem scopum & fundamentum collineare judico.

Osiander in Enchirid. cap. 8. qvæst. 1. de Prædest. his verbis (Loqvitur Christus de mundo hoc in loco, qvatenus pro mundo intelligit homines mundanos, & Christi pertinaces contemtores) in genere exponit, qvod ego nunc in specie faciam.

Si qvis igitur capita Johannis juncta omnia accuratissimè evolverit, is palpando palpabit, vocabulum MUNDI qvandoq; latius, qvandoq; strictius necessariò in istis esse accipiendum.

Mundi vocabulum significat totum mundum, idq; contextus qvovis loco convincet.

De *toto* Mundo est accipiendum, Joh. 13. 1. & 14, 30. & 16, 11. & in illo Johan. 3, 3. *Sic DEUS dilexit MUNDUM, ut FILIUM suum unigenitum daret, ut omnis, qvi credit, &c.* Ne de Johan. 3. dubium oriatur, confirmatur hoc (ut alia scripta sacra taceam) qvia in toto Johanne nuspiam apparebit locus, qvi convincat, Filium pro paucis esse datum, qvin potius contrarium apparebit. CHRISTUS enim est ille, *in qvo est vita, & ista vita est lux hominum,*

hominum, & ista lux lucet in tenebris, sed TENEBRÆ, id est, impii mundani, *eam non comprehenderunt*, Joh. 1, 4. 5. Ergo nihilominus datus fuit Christus, ut etiam tenebras, hoc est, totum mundum illuminaret, sicut *totus mundus in maligno positus est*, 1. Joh. 5, 19. *Hoc est judicium, qvod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, qvam lucem, erant enim eorum opera mala, omnis enim qvi malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus*, Joh. 3, 19. 20. *Et non misit DEUS Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*, Joh. 3, 17. nimirum, *ut omnis qvi credit in eum, non judicetur*, siqvidem *qvi non credit jam judicatus est, qvia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.* Joh. 3, 18. *Hæc est voluntas ejus, qvi misit me, ut omnis qvi videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam*, Joh. 6, 40. *Ego sum lux mundi, qvi seqvitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ.* Joh. 8, 12. *Qvi credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.* Et OMNIS qvi VIVIT & CREDIT *in me, non morietur in æternum.* Joh. 11, 26. 27. hoc est, omnes sive mortui sive viventes, qvotqvot credunt, vivent per me in æternum. *Ego lux in mundum veni, ut NULLUS qvi credit in me, in tenebris maneat*, Joh. 12, 46. Hæc oracula sacra ad omnem sufficientiam arguunt & convincunt, MUNDI vocabulum Joh. 3, 16. esse interpretandum de omnibus individuis totius Mundi.

Mundi vocabulum significat inprimis certam gentem, id qvod i. e. textus evincet.

Strictiùs est accipiendum vocabulum MUNDI in his, qvæ seqvuntur, Joh. 14, 16. & seqq. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum illum veritatis, QVEM MUNDUS non potest recipere, qvia non VIDIT eum, nec novit eum: vos autem cognoscitis eum, qvia apud vos manet & in vobis erit. Non relinqvam vos orphanos, redibo ad vos. Adhuc paululum, & MUNDUS me NON AMPLIUS videbit, vos autem videbitis, qvia ego vivo, & vos vivetis. Dicit ei Judas non ille Ischariothes: Domine, qvid est, cur te sis nobis conspicuum exhibiturus, & NON MUNDO? Respondit Jesus: Si qvis diligit me, sermonem meum servabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et vers. 17. *Pacem relinqvo vobis, pacem illam meam do vobis, non sicut MUNDUS dat, ego do vobis, ne turbetur cor vestrum. Et nunc dixi, priusqvam fiat, non amplius multa loqvar vobiscum, venit enim Princeps MUNDI hujus, & in me non habet qvicqvam, sed ut cognoscat MUNDUS, qvod diligo Patrem, sicut mandavit mihi Pater, ita facio.*

Vocabulum MUNDI Judæis, tunc contumacissimis hostibus Christi & Apostolorum, applicatur.

Et Joh. 15, 18. & seqq. *SI MUNDUS vos odit, scitis, qvod me PRIUS qvàm vos ODIO habuerit; Si de MUNDO fuissetis, MUNDUS, qvod suum est, amaret: Qvia verò de MUNDO non estis, sed ego elegi vos ex MUNDO, propterea ODIT vos MUNDUS. Si me persecuti sunt, & vos perseqventur. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Si non venissem, & locutus essem eis,*

peccatum

peccatum non haberent;nunc autem non habent,qvod prætexant peccato suo. Si opera non fecissem inter eos,qvæ nemo alius fecit,peccatum non haberent; nunc autem & VIDERUNT & oderunt non solùm me, verùm etiam Patrem meum.

Item Johan. 16,20.*Amen,amen dico vobis,flebitis & lamentabimini vos, MUNDUS autem gaudebit; vos verò tristes fietis; sed tristitia vestra evadet in gaudium. Vos igitur nunc qvidem tristitiam habetis,sed rursum videbo vos,& gaudebit cor vestrum.*

Brevissima paraphrasis qvorundam in capite Johannis 14.& 15. & 16.

In his omnibus,utiqve, MUNDI vocabulo, inprimis intelligendi sunt contumaces & blasphemi Judæi, qvi tunc CHRISTO sese vehementissimè & pertinacissimè opponebant. Hic Judæorum tunc contumacissimorum MUNDUS non volebat cognoscere & agnoscere Spiritum Sanctum, qvem ex miraculis Christi agnoscebant discipuli. Hic itidem Judæorum pertinacissimorum & blasphemorum MUNDUS tum ante mortem vidit CHRISTUM; sed post resurrectionem non amplius vidit CHRISTUM, qvia post resurrectionem 40. diebus CHRISTUS nulli sese revelavit & conspiciendum præbuit hosti, sed tantùm iis, qvemadmodum ex tota historia patet, qvi ipsum dilexerant; unde etiam qværit *Judas pius*, Joh. 14, 22. cur dixerit CHRISTUS, qvod se post resurrectionem velit exhibere conspicuum *discipulis,& non mundo*, utqve cognoscat mundus, hoc est, illi Judæi pertinaces, qvod voluntas Patris fuerit, ut pateretur CHRISTUS, & qvod spontè se obtulerit sacrificandum.

Si *discipuli* consensissent cum *hoc mundo*, cum pertinacia & blasphemia Judæorum, non odisset ipsos *iste mundus*, sed suos asseclas agnosceret, interim non habent excusationem, qvia satis miraculorum viderunt in CHRISTO.

Aliqvorum Capitis 17. Johannis paraphrasis præcipua

His præmissis seqvitur caput 17. *Johannis*, ubi CHRISTUS *orat* Patrem,ut ea,qvæ de sua persona & officio prioribus qvatuor capitibus dixit, & in sententia hac confirmavit discipulos suos CHRISTUS, qvod credant & confiteantur ipsum Messiam,qvantumvis moriturum, ut, inqvam ea, in discipulis roboret. In his enim discipulis multum situm erat CHRISTO; siqvidem toto ferè qvadriennio adfuerant CHRISTO,interfuerant concionibus & miraculis CHRISTI, adeoq; optimi poterant esse ipsius testes in omnem mundum.

Manifestavi, inqvit, *nomen tuum hominibus* (discipulis præsertim) *qvos dedisti mihi è mundo,tui erant,& mihi eos dedisti,& sermonem meum servarunt. Tunc cognoverunt, qvod omnia,qvæ dedisti mihi,à te sunt, qvia verba, qvæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè, qvod à TE exivi* (sciunt, qvod non sim deceptor, sed verus Messias, contra blasphemos Judæos) *& crediderunt, qvod tu me misisti, Ego pro eis rogo* (ut

ipsos

ipſos diſcipulos iſtos meos robores Spiritu Sancto. Sic enim teſtomonium meum deferent in omnem terram, & convertent ad me totum orbem) *non oro pro mundo* (nunc neqvaqvam oro pro contumacibus & blaſphemis Judæis, hoſtibus iſtis meis, qvia hos ſatis potenter poſt reſurrectionem & aſcenſionem meam confutabunt diſcipuli iſti mei, qvi teſtes mei & meorum Oraculorum atqve miraculorum per aliqvot annos fuere, præſertim Spiritu Sancto in Pentecoſte impleti poſt meam aſcenſionem) *ſed* (rogo) *pro* (*iis*) *qvos* (teſtes) *dediſti mihi, qvi tui ſunt.* *Rogo pro diſcipulis, non pro mundo.*

Cùm eſſem cum eis in mundo, ego ſervabam eos nomine tuo, qvos dediſti mihi, ego cuſtodivi & nemo ex iis periit, niſi filius ille preditionis. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro iis, qvi credituri ſunt per ſermonem eorum; Pater juſte, MUNDUS te non cognovit, ego autem te cognovi, & ii cognoverunt, *qvod tu me miſeris.* *CHRISTUS orat pro tota Eccleſia crediturorum.*

Nimirum dicit, ſe prædicâſſe nomen Patris hactenus in Judæa (qvia ad gentes nondum volebat fieri excurſum & prædicationem) MUNDUM autem non cognoviſſe nomen Patris, MUNDUM nimirum, cui hactenus prædicaverat, qvi non eſt, niſi cœtus blaſphemorum & pertinacium Judæorum tunc intra Judæam ita furientium. Et pro hoc nunc non rogat, qvia hunc poſt aſcenſionem in cœlum expugnare & convertere denuò aggredientur diſcipuli.

Pro diſcipulis igitur tempore paſſionis & mortis CHRISTI adverſus improbos Judæos, & adverſus tyrannidem eorum defendendis & ſervandis ideo maximo perè rogat, qvia hi erant teſtes futuri, qvi omnia viderant & audiverant, qviqve per totum orbem terrarum ſupra & infra Horizontem tranſcurrere, & ut oculati atqve auriti teſtes omnia, qvæ viderant & audiverant, in toto orbe annunciare & hominibus perſvadere & inculcare debeant. Hæc eſt textui inſerta reſponſio firma & facilis, valdeq; expedita ad illud: *Non oro pro mundo.*

D. ÆGIDIUS HUNNIUS *de hoc oraculo ſacro in libro ſuo de Prædeſtinatione ſcribit in hunc modum:* Duplex eſt precandi ratio, qvæ aſſignatur Chriſto. *Primò orat etiam pro hoſtibus & perſecutoribus ſuis*, Eſa. 53. pro inimicis ſuis oravit; qvod in cruce manifeſtè fecit, qvando ait: Pater, remitte eis hoc peccatum, qvia neſciunt, qvid faciant. Qvo ipſo teſtatur, ſe pro crucifixoribus qvoqve ſuis pati, mori, eisque paſſionis ſuæ fructum, nempe remiſſionem peccatorum, converſionem & ſalutem, precari. Qvemadmodum etiam ſuos diſcipulos hortatur: orate pro iis, qvi lædunt & inſectantur vos, ut ſitis filii Patris veſtri, qvi eſt in cœlis, qvi ſinit ſolem exoriri ſuper malos & bonos, &c. Matth. 5. v. 45. *Hunnii teſtimonium de duplici precandi ratione.*

Cum igitur fideles ſuos ideo jubeat orare etiam pro inimicis ſuis, ut ſe probent cœleſtis patris filios: Et verò ipſe qvoqve ſit Filius patris cœleſtis & qvidem unigenitus, à qvo cæteri hoc conſeqvuntur, qvod per gratiam ſunt & dicuntur filii. Utiqve & ipſe orando pro inimicis, & qvod in verbo ſuo à nobis reqvirit, pro omnibus hominibus, ſe â natura patris ninimè degenerare, teſtatus eſt.

Porrò alia, deinde eſt precandi ratio pro Eccleſia, pro his, qvi Evangelium audiunt & fide amplectuntur. Hos tanqvam fideles ſuos, ſibiqve à Patre in peculium datos, peculariter æterno Patri recommendat. Atqve hæc eſt illa precatio, qvâ fungitur ut Sacerdos, in Sacerdotali ſuo munere, in hoc apparens ſemper, ut interpellet pro nobis, Ebr. 7. v. 25. Qva de re Rom. 8, 24. Paulus inqvit: Quis intentabit crimina adverſus electos DEI? DEUS eſt, qvi juſtificat, Qvis ille, qvi condemnet? CHRISTUS eſt, qvi mortuus eſt, imò qvi & ſuſcitatus eſt, qvi etiam eſt ad dexteram DeI, qvi & intercedit pro nobis. Hinc precatio ſolennis *illa Johan. 17. v. 19.* deſcripta, tota pertinet ad Eccleſiam, id eſt, ad credentes; ſicut *inqvit:* eorum credituri ſunt in me.

De reliqvis hominibus impiis, qvi CHRISTUM, & verbum ejus vel negligunt, vel contemnunt, vel perſeqvuntur, diſertâ voce ait: Non pro mundo oro, ſed pro his, qvos dediſti mihi. Orat enim hic ſpeciali precationis modo pro ſuis; qvamvis interim orationem generaliorem illam (ipſam qvoqve ſeriam, ſed ab hominum impœnitentiam, & Evangelii contemptum, inefficacem) non negarit impiis, ex Eſaia & hiſtoria pasſionis oſtendimus. *Hactenus verba D. Ægidii Hunnii.*

Probè autem expendantur verba poſtrema D. ÆGIDII HUNNII, ubi dicit, 1. qvod in hoc illo loco CHRISTUS oret SPECIALI precationis modo pro SUIS. 2. qvod interim orationem GENERALIOREM illam ipſam qvoque ſeriam, ſed ob hominum impœnitentiam & Evangelii contemtum, inefficacem, non negarit impiis, juxta illud Eſaiæ. 53. pro inimicis ſuis oravit, qvod in cruce manifeſtè fecit, qvando ait, Pater remitte eis.

Ergo qvia ſecundum explicationem D. ÆGIDII HUNNII SPECIALITER orat hoc loco CHRISTUS pro diſcipulis ſuis, & GENERALEM perſecutoribus precationem non negat, utiqve an non ex hac declaratione inferendum, qvod illam ſpecialem orationem, qvam pro diſcipulis fundit, perſecutoribus deneget, cuilibet æſtimandum conceditur.

Orat enim Chriſtus ſpecialiter pro diſcipulis, ſed generaliter etiam pro perſecutoribus, ergo generaliter & ſpecialiter hoc loco orat

pro

pro discipulis, tantum generaliter hoc loco pro persecutoribus, qvæ sententia ne tantillum discrepat ab illis, qvæ super hoc Oraculum sacrum Christi, NON ORO PRO MUNDO, superius à me tum ex Phrasi scripturæ, tum ex contextu capitum 13. 14. 15. 16. & 17. Johannis fuere proposita.

Aliorum Lutheranorum responsiones de loco præsente.

Aliqvi ex Lutheranis nostris generalem precationem Christi vocant SACERDOTALEM, qvam Christus, in ara crucis sese offerens, pro omnibus, etiam inimicis, nullo excepto, ad patrem fudit, & hanc distingvunt à qvacunqve alia, qvæ specialis esse potest, ut cum Christus orat pro Lazaro resuscitando, & non orat pro aliis tunc mortuis excitandis, Joh. 11, 41. 42.

Hæ distinctiones non modo non pugnant adversus meam datam interpretationem, qvin potius qvam proximè convenient, qvemadmodum lector ex accurata collatione ipsemet agnoscet. Ego tantum juxta methodum duarum regularum, ex lingvæ usu & ex capitum aliqvorum concatenato contextu fundamina & applicationem prolixius & specialius ad Judæos impientissimos istius temporis rem omnem applicare satago.

Lutheri explicatio super Johan. 17, 9.

Addam autem Lutheri qvoqve nostri declarationem, ex qva apparebit, qvod oret Christus pro omnibus, etiam pro inimicis, modo sese non præbeant pertinaciore defectione, & pertinaciore impietate, spontaneaqve veritatis abjuratione tanto beneficio indignos. Tunc enim juxta mentem ejus inde fluentem nec ipse pro mundo orat Joh. 17, 9. nec vult ut nos oremus pro peccantibus ad mortem, qvales, ut aliàs dixi, tota Epistola Johannis, ad modum Diaboli Patris, atqve in magnis peccatis continuantes, & protervè perseverantes describit, 1. Johan. 3, v. 8. & 10. & 1. Johan. 5, 16. inter sese collatis accuratè. Sed audiantur verba Lutheri.

Lutherus Tomo 6. Germ. Ienensi fol. 186. super 17. cap. Johannis: Hæc est differentia, hoc modo & hac ratione non orat pro mundo, sicut orat pro Christianis. Pro Christianis & omnibus convertendis ita orat, ut in vera fide maneant, crescant & pergant, nec excidant, & qvi adhuc non sunt in fide, ex mundi via exeant, ad Ecclesiam accedant. Hoc est benè orare pro hominibus, sicut omnes orare debemus. Aber wie sie ietzo gehet und stehet/ weil sie wieder das Evangelium wütet und tobet/ wil er in keinen Weg für sie gebeten haben/ &c. *Hoc est,* sed sicut jam mundus agit & negotiatur, contra Evangelium furit & tumultuatur, non vult orari pro mundo. *Hæc Lutherus.*

Idem Lutherus ejusdem loci folio eodem: So siehet nun Christus mit diesen Worten auf die zween Hauffen/ der erste und kleine/ die Gottes Wort hat

hat und treiben sol/der ander der grosse/der es im Sinn hat jenes Häufflein zu dämpffen/und mit allen Kräfften darnach trachtet/ wie er das Evangeliū unterdrücke. Da findet sichs nun/was die Welt sey/oder wer von der Welt/ und nicht von der Welt heisse. Denn die Welt heisset eigentlich die/die dem Wort todt feind sind/daß sie es nicht sehen noch hören kōnē/welches ist nicht mehr ein menschliche/sondern ein verzweiffelte Teuffelssünde/der also in der Welt regieret/und die Hertzen vergifftet und durchbittert mit seinem wütigen Haß wieder Christum und sein Wort/ Denn das ist seine Arth / wo er nicht kan etwas erdencken oder erregen/ das Wort auffs aller schändlichste zu lästern/schmähen und verfolgen / dem HErrn Christo zu Leidt und Verdruß/ da übet er all sein Macht und Krafft/ und wo er mit Gewalt nichts schaffen kan/ ist er so böß/ daß ers nicht hören kan/ läufft und fleugt dafür/ mehr als für dem Creutze/und lässet nicht nach/damit er seinen bittern grimmigen Zorn dawieder erzeigt und auslasse. *Hæc omnia Lutherus.*

Hoc est: His verbis Christus respicit duo agmina, primum & angustum habet & propagat verbum DEI, alterum amplum cogitat extirpare agminis parvi cœtum, & omnibus viribus delere Evangelium. Hic vides, qvid sit mundus, qvi sint de mundo aut non de mundo. Mundus propriè significat osores verbi, qvod nec delere, nec audire possunt, qvod non est humanum, sed diabolicum peccatum desperatum, qvia Diabolus in mundo sic grassatur, corda inficit & exasperat adversus Christum & verbum. Hæc enim est ipsius malitia, ubicunqve potest aliqvid excogitare, aut moliri, ut verbum turpissimè blasphemetur in odium CHRISTI, & ubi non potest perseqvi, fugit, nihil tamen interim relinqvens de acerba ira sua. Id videmus adhuc in hanc usqve horam in filiis suis. *Hactenus iterum Lutherus.*

Mundus igitur, pro qvo Christus non orat, interprete Luthero, complectitur omnes, contra conscientiam, contra agnitam & satis agnitam veritatem, tamen Diabolicè & malitiosissimè furentes & grassantes, qvales tunc erant omnes intra & extra Judæam malitiosè doctrinam, & miracula ejus profanè contemnentes posteà aliis seculis alii similes, cunctis contra qvos potius orandum qvam pro ipsis, qvia hoc pacto contra Evangelii cursum oraretur.

Similiter, inqvit *Vitus Theodorus in Summariis super* 1. *Joh.* 5. impiis usqve prædicatur, usqve reprehenduntur peccata, usqve DEI comminationes audiunt, sed non solum non convertuntur, sed magis magisqve pergunt, securi sunt, supini & sine futurorum timore, imò blasphemant & perseqvuntur verbum DEI, & agnitam veritatem. Hoc dicit S. Johannes peccatum esse in Spiritum Sanctum, qvod certò mors seqvetur, nisi convertantur

tantur & desistant. Non loqvor de iis, qvi ex ignorantia verbum perseqvuntur, pro qvibus orare debemus, ut Deus convertat eos, sed pro peccatoribus, qvi manifestam veritatem perseqvuntur, orandum non est. Nam ita in malitia sua confortarentur. *Hactenus verba Viti Theodorici*, qvi omnia sua ex micis Lutheri collegit.

Ergò Christus interpellat pro omnibus, etiam pro peccatoribus, ut ad veram fidem convertantur, modò nimis Diabolicâ impœnitentiâ, Diabolicè continuatâ pertinaciâ, Diabolicisqve criminibus adversus veritatem cœlestem tanta intercessione tanti advocati, successu temporis sese ipsos privare non perrexerint, ut non ampliùs parcendum istis S. Trinitas statuat, sed potius qvod per abusum nimis magnæ lenitatis divinæ promeriti fuere, Diabolis indurandos puniendosqve committat, unde tum prorsus de ipsis actum fuerit, idq; non ex aliqva culpa Dei, aut ex aliqva μισανθρωπίᾳ Dei, sed propter turpem abusum φιλανθρωπίας divinæ diuturnæ, & propter Diabolicam proterviam Diabolicè continuatam cum contemtu omnium mediorum divinorum.

Satis huc usqve monstratum est, & ex collationibus etiam variis confirmatum, *Speciali* precatione non rogare Christum tunc temporis pro mundo, (prætertim Judæorum tunc perseqventium) qvâ speciali precatione singulariter tunc rogabat pro fide discipulorum suorum conservanda, in sua morte, ut in fide ipsi discipuli confirmati & constanter perseverantes postea & Judæis persecutoribus & toti orbi terrarum lucem mundi rectius annunciare & inculcare possent. Plurimum enim toti Ecclesiæ Novi Testamenti primitivæ conducebat, ut, qvi testes Christi Jesu Domini nostri fuerant toto ministerii sui tempore, in fide constantes manerent, ut omnem orbem ad Christum seu Messiam exhibitum convertere valerent.

Prorsus igitur inanes sunt, ut nihil gravius dicam, interpretationes super hoc Oraculum sacrum Calvini. Similiter etiam frustraneus est reliqvorum conatus, qvi hoc oraculum ad mentem Calvini exponunt, ut obtinere posse videantur illam propositionem, in Ecclesiis omnino intolerabilem, qvasi Christus mortuus sit tantum pro electis.

Calvini abominanda explicatio super Joh. 17.

Sic autem Calvinus super hunc locum scribit: Apertè enim se pro mundo orare negat, qvia solicitus non sit nisi de proprio grege, qvem ex manu Patris accepit. Posset tamen videri hoc absurdum. Neqve enim melior precandi regula inveniri potest, qvam si Christum ducem & magistrum seqvamur. Atqvi jubemur pro omnibus orare: deinde Christus ipse indifferenter postea pro omnibus oravit, Pater, ignosce illis, qvia nesciunt, qvid faciunt. Respondeo, preces qvas pro omnibus concipimus, restringi tn. ad Dei electos. Hunc, & illum, & singulos optare debemus salvos esse, atq; ita complecti totum

totum humanum genus; qvia nondum distingvere licet electos à reprobis: interea tamen adventum regni Dei optando, simul precamur, ut hostes suos perdat. Hoc tantum interest, qvod pro omnium salute oramus, qvos cognoscimus ad imaginem Dei esse creatos, & qvibus nobiscum eadem est natura: eorum interitum Dei judicio permittimus, qvod ipse reprobos esse novit. *Hæc ibi.*

Et ibidem è vestigio: Precationis autem qvæ hîc refertur, alia fuit qvædam specialis ratio, qvæ in exemplum trahi non debet. Neqve enim ex nudo tantùm fidei & charitatis sensu Christus orat: sed adyta cœlorum ingressus, ante oculos habet arcana Patris judicia, qvæ nos latent, qvandiu per fidem ambulamus. Porrò ex his verbis colligimus, Deum qvos visum est sibi ex mundo deligere vitæ hæredes futuros, ac discrimen hoc non haberi ex hominum merito, sed ex mero illius beneplacito pendere. *Hæc omnia Calvinus.* Sed satis de hoc Oraculo.

ORACULUM XXXIV SACRUM.

Luc. 19, 42.

O si nosses vel hoc saltem tuo die, quæ ad pacem tuam; sed nunc abscondita sunt oculis tuis.

O wenn du es wüstest zu dieser deiner Zeit / was zu deinem Frieden dienet / Aber nun ists für deinen Augen verborgen.

Qvid sit abscondi ex concordantiis.

HIc primo omnium phrasis attendatur *abscondi.* Ingrediatur igitur lector, & qværat saltem aliqva loca in Concordantiis.

Esa. 65, 16. *Qvi benedicit se in terra, benedicit se in Deo veraci, & qvi juraverit in terra, jurabit in Deo veraci, qvoniam oblivioni traditæ sunt angustiæ priores,* & abscondent *se ab oculis meis.* (Hîc utiqve *abscondi ab oculis,* significat *oblivisci, non curare, non ad animum revocare* angustias veteres propter felicitatem à reditu ex Babylone, de qva felicitate ibidem Prophetæ sermo est.)

Luc. 18, 34. *Ipsi nihil eorum* intellexerunt, *erantq; ista verba* abscondita *ipsis, nec* cognoverunt, *qvæ dicebantur.* (Ecce ita abscondita erat passio Christi ab oculis discipulorum, qvia nolebant, ut Messias pateretur; unde prædictiones ipsius de passione & morte habebant pro inanibus: Sic erat ipsis passio Domini abscondita.)

Simile

Simile prorsus est, qvod legitur Luc. 12, 54. *Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, imber venit, & ita fit:* v. 55. *Et cum Austrum flantem, dicitis, qvod æstus erit, & fit.* v. 56. *Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus* qvî fit, ut NON PROBETIS. Ergo habere aliqvid absconditum ab oculis *significat* miracula & dicta CHRISTI non accuratis animi & corporis oculis intueri; æstimare, probare, & inde de persona Messiæ judicium facere, *significat* non agnoscere tempus visitationis, sicut expresse in textu additur. Confer enim cum his alia loca, Ose. 13, 12. Jerem. 8, 7. Esa. 1. 13. 15.

Oseæ 13, 12. *Colligata est iniqvitas Ephraim, absconditum est peccatum ejus,* super qvem locum Lucas Osiander in magnis suis *Paraphrasibus:* Israelitarum peccata obsignabantur, ut non amplius imputentur, sed condonentur, & tegantur.

Jerem. 8, 7. *Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur, & hirundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini:* ubi rectissimè iterum Osiander, legem Dei abjiciunt, neqve voluntatem Dei scire volunt. Ita in multis aliis locis sese habet, Non novi, non volo agnoscere. Psal. 1. v. 6. *Novit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.* Hîc τὸ nosse significat inter alia curare, id qvod patet ex adjecto contrario, qvia iter impiorum non curabitur. Deus qvasi nosset solam viam piorum, eam curat, non item impiorum.

Esa. 1, 3. *Cognovit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognovit & populus meus non INTELLEXIT.* Qvid sit *NON COGNOSCERE* & *NON INTELLIGERE*, hoc ex contextu liqvet, nimirum SPERNERE, & postea, esse gravem iniqvitate, derelinqvere Dominum, blasphemare sanctum, averti retrorsum, versibus 2. 4. Ergo esse absconditum, & non cognoscere, in Luca itidem ita sese habent.

ORACULUM XXXV
SACRUM.

Lubet hoc loco inserere aliud Oraculum.

Proverb. 16, 4.

Omnia operatus est JEHOVAH propter se ipsum, & etiam impium ad diem malum.

Der HErr machet alles umb sein selbst willen/ Auch den Gottlosen zum bösen Tage.

CUjus facillima erit intelligentia, si contextum simul, & fontes in hunc modum consulueris.

Sic

Sic enim incipit cap.16. *Hominis sunt dispositiones cordis ; sed à JEHOVAH est responsio lingvæ*, v.2. *omnes viæ viri mundæ sunt in oculis suis, sed qvi ponderat, Spiritus est JEHOVAH.* v. 3. *Devolve ad JEHOVAM opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ*, v. 4. *Omnia operatus est JEHOVAH propter seipsum, & etiam impium ad diem malum.* v. 5. *Abominatio JEHOVÆ est omnis elatus corde, manus ad manum non erit innocens.* v. 6. *Misericordia & veritate redimetur iniqvitas, & in timore JEHOVÆ receditur à malo.* v.7. *Cùm placuerint viæ viri JEHOVÆ, etiam inimicos ejus placidos reddit.* v.8. *Melius est parum cum justitia, qvàm multitudo proventuum absq; jure.* v. 9. *Cor hominis excogitat viam suam, JEHOVAH autem dirigit gressum ejus.*

Hoc est, Ab homine fit dispositio de negotio aliqvo tractando, sed à JEHOVAH est benedictio. Omnes actiones sunt in oculis viri expeditæ & faciles; Sed JEHOVAH est, qvi certificat & facilitat vel prosperat, aptat, eas. Devolve igitur (pro tua pietate dum hæc audis) ad JEHOVAM omnes actiones tuas, & firmabuntur cogitationes tuæ. Omnia talia *operatur* (remunerat) JEHOVAH ad se, ad suum beneplacitum & honorem, nimirum ad felicem successum, sed *impium*, id est, non devolventem opera sua ad JEHOVAM, ad calamitatem, ad infelicem successum.

Dies malus qvid? *Primò* omnium vocabula ipsa ponderentur, DIES MALUS, & OPERARI ad diem malum. Qvod autem DIES MALUS sit calamitas, patet ex Psal 41,1. ubi idem est vocabulum, qvod habetur Prov.16, 4. Sic enim habet. Beatus, qvi intelligit super egenum & pauperem ; *in die mala* liberabit eum Dominus. DIEM MALUM ulterius explicat per species Propheta David, nimirum insidias hostium & morbos. Sic enim statim subjicit : In die mala liberabit eum Dominus, Dominus conservabit eum, & vivificabit eum, & beatum faciet eum in terra, & non tradet eum in manum inimicorum ejus, Dominus opem feret illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versabit in infirmitate ejus.

Paal qvid significet? *Deinde* qvod attinet ad vocem OPERARI, Paal significat operari & agere : ab hoc deducitur Poal, qvod inter alia denotat etiam hoc, qvod dicitur fructus, merces, compensatio, actionis merces. Job. 7,2. Mercenarius expectat Poal (opus mercedem operis sui) Levit.19,13. Non pernoctabit opus (Poal) mercenarii tecum, hoc est, non pernoctabit mercenarii tui merces pro opere, vel compensatio. Ergo τὸ Paal verbum easdem habebit notiones, & pro re nata vel contextuum & materiæ cohærentia significabit *Operari, & Opus compensare.*

Loci explicatio. Facillima igitur est loci propositi sententia hæc : Homo proponit & laborat, Deus dat effectum. Dei igitur auxilium pius imploret, & felicitatem conseqvetur. Deus enim omnia facit, qvæ sunt felicia, sicut etiam impio procreat calamitates, tanqvam impietatis mercedem. ORACU-

ORACULUM XXXVI SACRUM.

Matth. 20, 16.

Πολλοί εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι ἐκλεκτοί.

Multi sunt vocati, pauci vero electi.

Viele sind beruffen / Aber wenig außerwehlet.

QVo sensu, & de qvibus hoc Oraculum exponatur in hoc ipso allegato loco, lector egregiè inveniet, si inceperit juxta secundam regulam æstimare contextus, & legere à v. 16. cap. 19. & continuaverit suam lectionem usq; ad 17. versiculum cap. 20. juxta primam enim regulam non opus est hîc prolixiore operatione, cum omnia vocabula sint satis obvia & plana.

Capite igitur 19. v. 16. qvidam ex Domino Jesu qværit, *qvid boni* (amplius, post alia hactenus ab ipso facta) faciendum ei esset, ut omnino vitam æternam accipiat? Respondet JESUS: *Si vis perfectus esse, abi, vende, qvæ sunt tibi, da pauperibus, veni seqvere me, tolle crucem.*

His verbis, SEQVERE ME, CHRISTUS ipsum cooptat in numerum discipulorum, qvos emissurus erat ad prædicandum Evangelium in universo orbe terrarum. Hac enim phrasi recipit etiam duos fratres inter Apostolos, Simonem & Andream, Matth. 4, 19. *Venite post me & faciam vos piscatores hominum, & illi omissis retibus* seqvuti *sunt eum.* Sic ibidem alios duos fratres vocavit; qvi & illi *omisso navigio & patre suo secuti sunt eum.* Sic Matth. 9. v. 9. vocat Matthæum, *Cùm enim prætergrederetur illinc, videt Matthæum, & dicit illi: Seqvere me, & is surgens secutus est eum.*

Qvid velit Christus, cum jubet relictis omnibus SE seqvi.

Vult igitur hunc qvoq; juvenem Matth. 19. qvi dicebat, se omnia præcepta DEI custodivisse inde à juventute, adeo, ut nihil ipsi deesse videretur, novâ qvadam ratione seu novo qvodam modo, nimirum laboribus Apostolatus impositis facere perfectum. Qvasi diceret Christus, Tu juvenis in hac es opinione, qvasi totam legem perfectissimè impleveris: qvalem perfectionem somnias, talem tibi possem largiri, nimirum Pharisaicam, siquidem Pharisæi existimant, se qvinto præcepto satisfecisse, abstinendo à violentis cædibus. Ego verò dico vobis, qvicunq; irascitur fratri temerè, tenebitur judicio, Estote igitur vos perfecti, Matth. 5, 21. 22. 48. Sicut autem, ô juvenis, in hac opinione erras, ita adhuc unum addo, nunc nimirum temporis tibi offerri occasionem, ut plura operari, & perfectior fieri possis, nimirum, si omnibus

tis ad Apostolicas peregrinationes & prædicationes te præparaveris. In hoc ut nunc grata Deo præstare possis, & aptissimè qvidem, mihi adhæreas, ex me prius audi meas conciones, vide & disce mea miracula, ut tandem instructissimus & aptissimus redditus liberè, & sine impedimentis suppellectilis & bonorum tuorum excurrere & docere, & mala cuncta ferre valeas. Etsi verò Christus hominem istum ad Apostolatum vocaverat, modis & verbis jam indigitatis, tamen ipse tristis factus discedit; Erat enim valde dives.

Postqvam igitur vocationem istam ipsam spernit dives iste, tum incipit concionari CHRISTUS: *Facilius est camelum* (animal, ita enim Syrus interpres optimus indigitat, non verò funis nauticus, ut græcus textus ambiguitatem parere posset) v.24. *per foramen acus transire, qvàm divitem in regnum Dei introire.* v.25. *Et his auditis Discipuli terrentur & qværunt, qvis igitur poterit salvari?* v.26. *Respondit CHRISTUS: Apud homines hoc impossibile esse* (divites extra Deum) *sed apud Deum omnia possibilia esse* (Divites in Deo salvari.)

Veram esse interpretationem parenthesi inclusam, Marcus Evangelista confirmabit cap.10,24. qvi dicit: *eos in regnum DEI non introire, qvi confidunt opibus*; & Luc.cap.12,21. *qvi confidentem divitiis qvendam alium ex ore Domini describit, qvod thesaurizet sibi, sed non sit dives in Deo.* Legatur etiam 1. Tim. 6. totum caput.

His ita præmissis tandem qværit Petrus; v.7.c.9. Matth. *Ecce nos reliqvimus omnia, & secuti sumus te, qvid ergò erit nobis?* Audiverat, CHRISTUM polliceri thesaurum in cœlis (*IN COELIS. Merces vestra erit copiosa in cœlo*, alibi qvoqve dicit) homini diviti isti, vocato ad Apostolatum. Hac promissione nec Petrus contentus, sicut sperabat, ita qvoqve expectabat & volebat aliqvid plus accipere, *etiam in hac vita*, semper opinione de regno Christi terreno dementatus.

Iterum respondet ei CHRISTUS duo: primum; v.28. *Qvi secuti estis me*, (recito ut apud Marcum ordo habet) *accipietis centuplicia, nunc in hoc tempore, ac in seculo venturo vitam æternam*; & (apud Matthæum) *qvum sederit Filius hominis in throno gloriæ suæ, sedebunt & illi super thronos judicaturi duodecim tribus Israel.*

Nimirum innuit CHRISTUS Spiritualem multiplicem gloriam Apostolorum, qvi primitias Spiritus Sancti acceperunt, Rom. 8, 23. qvi doctrina & miraculorum virtute aucti sunt è cœlo, Actor.2,2. qvi abierunt in universum orbem, & omnes nationes ad fidem Christianam converterunt, Marc.16,v.15. Coloss.1,6,23.

Id

Id qvod citra arma ſolo Spiritu oris perfecerunt, cùm ab orbe condito extiterit nullus Monarcha, qvantumvis potentiſſimorum potentiſſimus, qvi omnem ſibi ſubjugare potuiſſet terrarum orbem, intra tam paucos annos, qvos ſupra annotavi; indeq; facti ſunt Apoſtoli duodecim fundamenta totius Eccleſiæ Chriſti, Apoc. 21, 14. Eph. 2, 20. *Magna gloria diſcipulorum Chriſti etiam in hac vita, licet poſt mortem citra.*

Dicitur enim in Apocalypſ. nova urbs Jeruſalem habere murum, & murus continere duodecim fundamenta, IN QVIBUS DUODECIM NOMINA APOSTOLORUM AGNI. Et Apoſtolus ad Epheſios ſcribit: Superſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum (non veterum, ſed recentium & Apoſtolis coætaneorum, ſicut explicat Apoſtolus ibid. c. 3, 5.) ſub angulari lapide ipſo JESU CHRJSTO.

Hæc omninò *gloria ſumma Apoſtolorum*, fuit recompenſatio in hac vita, cujus etiam reſpectu reliqva omnia pro excrementis & ſtercoribus, qvæ homini in hac vita accidere jucunda ſolent.

Secundum eſt, qvod in extremo judicio Apoſtoli proximi aderunt judici orbis terrarum CHRISTO, & tunc ſuo teſtimonio judicabunt populos, à qvibus excepti vel abjecti fuerunt; à qvibus recepta vel abjecta fuit doctrina illorum; qvin & illa altera vita portabunt coronam incorruptam, 1. Cor. 9. v. 25. *Qvæ enim* inqvit idem Apoſtolus, 1. Theſſal. 2, 19.) *eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona, de qva glorier, annon & vos in conſpectu DOMINI noſtri JESU CHRISTI in ejus adventu. Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium*: Qvaſi diceret, Hoc non eſt pro minimo reputandum, qvod in ultimo die, & in altera vita gaudium cœleſte Apoſtolicum augebitur ex illis, qvi per doctrinam Apoſtolorum ſunt ſalvati. Audi qvæ ſcribat idem Apoſtolus 2. Cor. 11, 2. *Ambio vos Dei zelotypia præparavi enim vos, qvos uni viro pro virgine pura ſiſterem CHRISTO.* Omninò qvi ſponſam procurat Sponſo; is in nuptiis charior eſt amicus Sponſi præ reliqvis cæteris. Tale igitur infinities amplius erit gaudium cœleſte Apoſtolorum in altera vita, qvod innumera agmina clarificatorum cernet, qvi ex doctrina ipſorum ad iſtam ſalutem & claritatem pervenerunt. *Gloria diſcipulorum in extremo judicio.*

Et hæc amplisſima promisſio debebat meritò Petro tunc temporis fuiſſe nota, & ſatisfeciſſe: Sed nondum eam intelligebat, qvin & nimirum ſubinde ad terrenum regnum inhiabat: iccircò Chriſtus ſubjecit poſt hanc promiſſionem, *Multi primi erunt ultimi, & ultimi erunt primi*, hoc innuens, multos ſeſe habere & deinceps habiturum Apoſtolus, qvorum aliqvi fuerunt primo loco & tempore, qvaſi digniore occaſione, vocati, qvi etiam iccirco plus fidei & laboris in Apoſtolatu probare debuiſſent, præ reliqvis, qvi poſteriore loco, tempore, occaſione, Apoſtolatum acceperunt. *Dictum (Primi erunt ultimi, & ultimi primi) de vocatione ad Apoſtolatum explicatum.*

Inter primos autem omni modo numerandus venit Petrus, ſicut Paulus ultimo loco & tempore poſt omnes alius ad Apoſtolatum à Chriſto fuit promotus. Etſi verò primo tempore tantis honoribus à Chriſto affecti plus laboris & diligentiæ in ſolius DEI & Eccleſiæ honorem & emolumentum conferre debuerunt, citra temporalis recompenſationis & lucri ſpem, tamen eventus docebit; qvod ultima vice vocati longe ſuperent iſtos, qvi primà vice fuere compellati & vocati. Id qvod omninò in Apoſtolo Paulo fuit impletum, qvi plus laboravit qvàm omnes Apoſtoli, 2. Cor. 11, 23.

Itinera Apoſtolorum. Qvi ex Scripturis ſolis, & non ſimul ex hiſtoriis Eccleſiaſticis, computant itinera Apoſtolorũ, id qvod fecit in Itinerario ſuo Buntingius, illi referunt, Petrũ Apoſtolum prædicandi cauſsâ emenſum fuiſſe milliaria ducenta & qvadraginta, Johanem Apoſtolum centum, & ſeptuaginta ſex, Paulũ Apoſtolum ter mille & ultra, idq; usq; ad primam ſuã captivitatem. Poſtea enim annis decem poſteribus vitæ ſuæ nihil minus hinc inde diſcurſavit prædicationis Evanelicæ cauſa & fortè ad huc plura emenſus fuit.

Poſtremorũ annorum Pauli Apoſtoli itinera. Libet hæc non meis verbis indigitare, ſed lectori æſtimandum committere ex illis, qvæ ſcripſit Georgius Major operum ſuorum Tomo primo, ſtatim ſub initium, in Vita S. Pauli, *Verba Majoris ſunt hæc ſeqventia*: Biennio (Paulus) Romæ in ſuo conductu manſit, & ſcripſit ſeqventes Epiſtolas, ad Galatas, ad Epheſios per Tychicum, ad Philippenſes per Epaphroditum, ad Coloſſenſes per Tychicum & Oneſimum, ad Philemonem per Oneſimum. Seqventibus decem annis Paulum liberatum ex ore Leonis Neronis, cum primum inviſiſſet Eccleſias Græciæ, Macedoniæ, Aſiæ, & ceteras, docuiſſe Evangelium in Italia, Gallia Hiſpania, & aliis Occidentis partibus, autores ſunt Euſebius, Epiphanius, Euthalius, Diaconus, Hieronimus, Sophorinus Patriarcha Jeroſolimitanus, Nicephorus, Beda, Platina, & alii. Et Paulum voluiſſe ire in Hiſpaniam, teſtantur hæc ejus verba, Rom. 15. v. 24. Qvandocunq; iter inſtituero in Hiſpaniam, veniam ad vos. Et Act. 19. v. 21. inqvit: poſtqvam fuero Jeroſolymis, oportet me Romam videre. *Hactenus verba Georgii Majoris Theologi olim Wittebergenſis.*

Ergò hiſce verbis, *Multi primi erunt ultimi, & ultimi erunt primi*, Chriſtus Petrum revocat ad ſcopum vocationis ſuæ, & ad ſummam in ea diligentiam adhibendam, qvaſi diceret, Petre, qvi inter primos es vocatus, omnem in vocatione tua diligentiam adhibueris, tum etiam præmium promiſſũ reportabis, ſin verò de diligentiâ remiſeris, & tam avarè regni terreſtris ſectatus fueris axiomata, tunc alii poſteriore loco vocati, & majoribus laboribus, diligentiaq; fideliore defuncti, tibi longè & largè præferentur,

Ut autem rem omnem Petro faciat illuſtriorem & ut iſtam admonitionem eidem inculcet accuratius, ſtatim ſubjicit parabolam, ubi DEUM comparat

parat Patrifamilias; *Ecclesiam jam in novo Testamento extruendam*, *vinea*, *Apostolos primo loco vocatos*, vocatis hora prima, *Apostolos & Apostolicos vocatos serius paulo ante, vel post ascensionem Christi* vocatis horâ sextâ, nonâ & undecimâ operariis.

Optimè autem notetur, qvod *Operarii* in hac parabola non ἐξ ἀνάγκης denotent unumqvemvis CHRISTIANUM, ad Ecclesiæ gremium vocatum & conversum; sed qvod hic inprimis agi videatur de ministris & servis Ecclesiæ. Unusqvisq; enim Christianus in hac parabola commodiùs denotatur per *vitem*, qvam servus Apostolus & minister verbi excolere, præscindere, fimo pingvefacere, & aliis modis tractare debet. *Operarii in hac Parabola.*

Deinde in hac Parabola, si κατ' ἀκρίβειαν textum consideremus, non agi videtur de veteribus singularibus patefactionibus divinis propriè, qvæ apud Patres extant, qvasi *primò vocati* sint Adam & Eva, *horâ tertiâ* vocati Noah cum filiis; *horâ sextâ* Abraham, Isaac, Jacob; *nonâ* Moses cum politia Judaica, *undecimâ*, Christiani sub novo Testamento. *Horæ in hac Parabola non videntur agere de veteribus patefactionibus divinis.*

Neq; hoc loco agitur πρώτως de hominibus aliqvibus conversis ad veram fidem & pœnitentiam in *pueritia*, aliqvibus in adulta ætate, aliqvibus *in senecta*: Qvamvis ejusmodi accommodationes Parabolæ non sine fructu insigni à concionatoribus nostris fieri statuo. *Homines conducti in hac Parabola non sunt conversi juxta diversas ætates.*

Procuratorem vineæ, vicarium Patrisfamilias, vocat se ipsum Christus in hac Parabola; *mercedem* vocat illa centuplicia, qvæ suis operis & laboribus meruerant Apostoli, qvæ æqvalia sit distributurus Dominus. *Plura petentem* innuit esse Petrum, qvi pro Apostolicis laboribus sit postulaturus etiam terrenam mercedem, & speraturus regni terreni terrenam, & cum magnis lucris terrenis conjunctam administrationem, qvod etiam Petri præposterum speratum & postulatum in hac Parabola taxare sumsit Christus, hoc fine, ut ita Petrum redigat in ordinem & à terrenis ad cœlestia munera captanda avocet, iterum cum adjuncta in fine duplici adagiali admonitione; 1. ut videat, ne remittendo de labore, & inhiando terrenis ex ordine primo in ultimum redigatur, & à successoribus aliis superetur; 2. Multos vocari ad Apostolatum, sed non omnes electos, seu æqvè strenuos & constantes, Deoqve placituros esse futuros. Hæc est literalis expositio illius loci & Oraculi divini. *Villicus vineæ. Merces.*

Matth. 22, 14.

Multi sunt vocati, pauci verò electi.

CÆterum Matth. 22. accommodatur omnibus hominibus, Judæis & gentibus post Parabolam aliam hoc ipsum Oraculum: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.*

Pro hoc nativo istius intellectu asseqvendo legatur in cap.21. à vers. 23. usqve ad finem; & in cap.22. usqve ad vers.15. hæc enim omnia cohærent.

Ergò, CHRISTUM in templo docentem adeunt ii Pharisæi & qværunt; qvâ authoritate hoc faciat, & ii ipsi loco responsionis ex Christo audiunt, severas objurgationes ob contumaciam.

PRIMA est de qvodam, qvi habuit duos filios: priori dicit, abi in vineam, & iste noluit; sed tandem resipiscens abit (notat Ethnicos & peccatores qvosvis, qvi hactenus extra Ecclesiam fuerunt, nunc vocati aggregabuntur Ecclesiæ): posteriori dicit, abi & tu, qvi respondit, abibo, sed non fecit, (notat Judæos, religionem veram jactantes, & Messiam expectantes, sed præsentem respuentes.)

ALTERA est de *filio* Patrisfamilias misso in vineam post *servos*. Servos interfecerunt, filium itidem; unde iratus Paterfamilias vineam aliis elocavit (notat Judæos in Prophetarum agmina, & in ipsum Christum facinerosos, à qvibus auferretur regnum & dabitur genti, qvæ feret fructus.)

Post has Parabolas addit Evangelista: Et cum audissent Principes Sacerdotum ac Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt, qvod *de se* diceret. *Et* qværentes eum prehendere, timuerunt turbam, qvoniam ut Prophetam habuit eum. Hactenus verba cap.21.

TUNC. postqvam priores duas parabolas dixerat Christus.

Jam statim cohæret initium cap. 22. TUNC respondens: (istis parricidis mortem Christo qværentibus) JESUS rursus locutus est eis per parabolas dicens: Simile est regnum cœlorum cuidam Regi, qvi fecit nuptias filio suo (scilicet & vocari jussit invitariq; fecit maturè multos, qvi etiam promiserant se venturos. Notat Judæos, qvibus filius DEI fuit promissus primò & principaliter, ut ex ipsorum sangvine nasceretur, non ex alterius gentis semine, qvem iccircò avidissimè expectarunt.] *Deinde* misit servos suos, ut vocarent vocatos ad nuptias; sed noluerant venire. *Rursus* misit alios, qvi dicerent, Ecce parata sunt omnia; sed non curarunt, qvin trucidarunt aliqvos servos: Notat Judæos, qvibus Johannes fuit missus, qvibus Christus ipse prædicavit, qvibus Apostoli prædicarunt tempore Christi, ut præsentem & exhibitum amplecterentur Servatorem; sed non curarunt, qvin mortificarunt Christum & Apostolos. Rex igitur (per Romanos) perdidit istos homicidas & urbem eorum accendit. Egressi igitur servi ad compita (Ethnicorum) coegerunt multas plenas mensas, inter qvas tamen reperitur etiam destitutus veste nuptiali. Sicut autem de prioribus dixit, qvi vocati erant, non erant digni; ita de utrisqve concludit prioribus & posterioribus Judæis & gentibus omnium locorum & omnium temporum; *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*

Electi

Electi dicuntur, qvi vocationem accipiunt amplectunturq; constanter, nec resiliunt, simulq; jam olim tales futuri à Deo prævisi, & æternæ vitæ adscripti fuerunt. Unde à nostratibus hæc sententia pro paucitate Electorum etiam allegatur, qvos prævidit, & prævisos ad æternam salutem prædestinavit Deus.

Electi qvinam, ex hoc contextu est concludendum.

Nihil autem omnium facit hoc Oraculum utrumq; pro illis, qvi absoluto arbitrio Dei qvosdam paucissimos ad salutem deputatos sentiunt. In *priori* sunt Electi, qvi vocationem in vineam amplectuntur, optimè laborant, constantes manent, contenti sunt præmio, nec qvicqvam refragantur. In *posteriori* sunt Electi, qvi vocationi obediunt, puris vestibus accedunt & dignos sese gerunt nuptiales. His conditionibus Electi rectè describuntur; malè verò definiuntur *Electi* in his Oraculis, qvi nudo & solo arcano arbitrio DEI sint scripti inter salvandos. Id qvod cum utroq; Oraculo è diametro pugnat.

Oraculum hoc non facit pro defensoribus absoluti decreti.

ORACULUM XXXVII
SACRUM.

DE LIBRIS VITÆ.

RESTANT exponenda loca Sacrarum Scripturarum de variis Libris Vitæ, Et initio notandæ sunt metaphoræ descriptionibus DEI.

Esth. 6. v. 1. *In nocte qvadam cum dormire non posset Rex Ahasverus, qvi regnabat super 127. provincias, jussit sibi afferri librum monumentorum, verborum dierum, & lecta fuerunt coram Rege.* v. 2. *Inventumq; fuit scriptum, qvod indicasset Mardocheus de duobus Eunuchis Regis, custodibus liminis, qvi qvæsierant mittere manum in Regem Ahasverum,* v. 3. *Statim igitur qvæsivit Rex, numqvid honoris, magnificentiæ & recompensationis factum esset Mardocheo pro ista fidelitate? Et responderunt pueri* (viri, ministri) Regis, nihil ei contigisse remunerationis. E vestigio autem procurat Rex, ut pro ista summa fide Mardocheo maximus publicè conferretur homo. Quin 2. hic honos Mardocheo traditus refertur in libros publicos dierum Regum Medorum & Persarum.

Ad hunc humanum morem Deus in Scripturis dicitur habere librum, & in eo scribere, tum fidem aut incredulitatem erga verbum & medium salutis ab ipso patefactum, simulq; alia acta uniuscujusqve hominis. Psal. 139, 16. *Novit Dominus omnium hominum dies, ac si in libro scripti essent.* Dan. 7, 10. *in visione judicium sedisse & libros apertos cernit Daniel.*

Non

Libri καθ' ἀνθρωποπάθειαν de DEO dicuntur.

Non hæc ideo dicuntur, qvasi DEUS revera tales catalogos haberet, sed qvod summâ suâ præscientia omnes credulos notet, provideat, diligat, deputetq; juxta suam fidem suo verbo habitam ad æternos honores, more hominum pugillaribus notantium eos, qvibus propter fidem præstitam beneficia debent, ne obliviscantur eorum. Qvos igitur Deus juxta voluntatem suam sibi credituros & obedituros prævidit, qvosq; iccircò in æternum glorificare decrevit, ii dicuntur in cœlo scripti, aut scripti in vita, aut scripti in libro vitæ.

Vita æterna qvid?

Unico enim vitæ æternæ nomine complectitur Deus omnia, qvæ in æterna vita piis contingent, ut sunt ipsa salus, transfigurationes carnis, conditionum beatis corporibus competentium illustramenta, conversatio cum Deo, visio ipsius Dei, amor Dei inenarrabilis, & alia, qvæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis pervenerunt, Esa. 64, 4. 1. Cor. 2, 9. Econtra mortis nomine complectitur Scriptura omnia, quæ propter incredulitatem, & inobedientiam contingent impiis, ut erunt, fœditas corporum, cruciatus animi & corporum, abjectio à *Deo*, privatio visionis Dei, conversatio æterna cum Diabolis, &c.

Mors æterna qvid?

Etsi verò fidem aut incredulitatem erga promissionem suam, & erga medium salutis à Deo constitutum in hac scriptione Deus singulariter respicit: tamen postea accommodat in aliis descriptionibus piorum & impiorum, salvandorum & damnandorum ad *talia externa* nimirum bona & mala opera, ex qvibus etiam *homines* de salvandis aut damnandis judicare possunt.

Cur Deus innotationem hominum scribatur attendisse non fidem, sed OPERA ipsorum.

Hæc res tota ex capite 20. & 21. Apocalypseos valde perspicuè intelligitur. In capite 20. vidit Johannes *sedes, & sederunt super eas, & judicium datum est eis, & animas interfectorum pro Christo vivere; vidit etiam mortuos omnes stantes in conspectu Dei* v. 12. *Libri igitur aperti sunt, & alius liber apertus, qvi est liber vitæ, & judicati sunt mortui ex iis, qvæ SCRIPTA SUNT SECUNDUM OPERA IPSORUM.* Audi lector, *mortui judicabuntur ex libris, & qvidem ex iis, qvæ scripta sunt secundum opera ipsorum.* Diligentissimè attendantur seqventes tres versiculi: v. 13. *Reddidit mare mortuos, qvos habebat Mors qvoq; & infernus* (omnis terra, omnis locus) *reddiderunt mortuos, qvos habebant, & judicatum est de singulis secundum OPERA ipsorum.* v. 14. *Infernus autem ac Mors conjuncti sunt in stagnum ignis, qvæ est mors secunda.* v. 15 *Et qvi non inventus est in libro vitæ scriptus, conjectus est in stagnum ignis.* Hactenus verba Apocalypseos.

Ex his luce meridiana longe clarius evadit, hanc esse mentem Scripturæ, qvod more hominũ Deus habeat libros, in qvos referat *fidem & incredulitatem*, item alia *bona* (ex fide) & simul (ex incredulitatis contumacia

profe-

profecta (*mala* facta, dicta cogitata omnium & singulorum hominum, & qvod ex iis libris in ultimo die Judicaturus sit singulos & omnes homines, qvodq; vitam sit daturus, de qvorum fide & fidei certissimis effectis, piis factis, constabit ex illis libris, sed igne perditurus, de qvorum impietate constabit ex iis libris.

Non qvasi Deus humano more scripta habeat; sed qvod in omniscientiæ suæ thesauris eadem norit penitissimè, qvin & præscribit & prævìderit longè antea, qvi credituri, vel non credituri fuerint, item qvæ postea vel bona vel mala ab ipsis singulis expectanda fuerint. Ad oculum enim hæc colliguntur ex verbis istis, ubi dicit, qvod *mortui judicabuntur ex libris secundùm opera ipsorum scripta in libris istis.* Qvo unico Oraculo divino pœnitus convellitur & destruitur opinio omnio blasphema, qvasi Deus in librum vitæ scripsit nomina qvorundam, qvos anteqvam boni vel mali qvid facturos præ viderit, saluti tamē pro suo mero beneplacito adjudicasset: & vice versâ in alium mortis librum scripsisset nomina reliqvorum, qvos præteriisset, ex mero beneplacito, citra prævisionem, præscientiam & respectū ullius impietatis ab ipsis præstitæ. Neqvaqvam.

Mortui judicantur ex libris.

Judicabit Deus mortuos ex iis, qvæ scripta sunt in libris suis SECUNDUM OPERA IPSORUM. Bona enim opera, fidei veræ certissima signa, scripsit in librum vitæ, qvod vitâ dignos statim censuerit, qvos prævidit & vidit ex vera fide in Christum bona facturos. In reliqvis libris scripsit mala opera, & conjiciet in stagnum ignis malos, qvia nomina eorum, opera bona eorum non fuere reperta in libro vitæ.

Sententia de absoluta electione & reprobatione scripturis contraria.

Capitæ 21 hoc aliis verbis omne itidem clarissimè exponitur, præsertim circa finem: v. 27. *Non intrabit in eam* (in cœlestem Jerusalem) *qvicqvam, qvod inqvinat, aut abominandum qvid patrat, vel mendacium*; *SED QVI SCRIPTI SUNT IN LIBRO vitæ agni. Foris enim sunt canes & venefici, & scrotatores & homicidæ & idololatræ, & qvisqvis amat ac committit mendaciū* inqvit Apoc. 22. v. 15. *Beati verò, qvi servāt mandata ejus, ut sit in eis jus in arbore vitæ per portas ingrediantur in urbem,* ut habet versus præcedens 14.

Foris Extra cœlum.

Audi etiam lector conclusionem Apocalypseos, eadem confirmandē à versu 18, his verbis: *Contestor cuivis audienti verba Prophetiæ libri hujus, si qvis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto* v. 19. *Et si qvis abstulerit ex verbis libri Prophetiæ hujus, aufert Deus partem ejus è libro vitæ* (audi jam explicationem è vestigio additam) *& ex urbe sancta,* (ex salute, ex vita æterna, ex cœlo, Beati enim, qvorum nomina scripta sunt in cœlis, Luc. 10, 20.) *& ex iis, qvæ scripta sunt in libro isto.*

Ecce lector, ad hunc scopum collimant & dirigendæ sunt explicationes omnium similium phrasium in sacris, Apocal. 3. 45. *Habes aliqvot nomina*

Similes loci de libro vitæ.

Sardis, qvæ non inqvinarunt vestimenta sua, ideoq; incedent mecum albati, digni enim sunt. v. 5. *Qvi vicerit, is amicietur vestimentis, neq; delebo nomen ejus de libro vitæ;* (audi iterum subseqventē continuò explicationē) sed *profitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram angelis ejus.* Ergo scribere in libro vitæ est credituros deputare vitæ æternæ, & suo tempore apud Patrem testari de fide & pietae eorum.

Econtra, qvod mali pertineant ad alterum librum continentem inobedientium nomina, patet Apocal. 13. v. 8. *Adorabunt* (bestiam) *omnes incolæ terræ, qvorum*(propter istam impietatem) *nomina non sunt scripta in libro vitæ agni mactati á jactis fundamentis mundi.* Item repetitur Apocal. 17. v. 8. *Qvi non credit, jam judicatus est*, Joh. 3, 18. & ita indignos narratur & redditur vitâ æternâ. Sicut Actor, 13 Judæi increduli indignos eo ipso sese decernunt æternâ vitâ.

Si vis in vitam ingredi serva maudata, Matth. 19, 17. perinde est, ac si dixisset: Si vis in libro vitæ reperiri, ex vera fide in Christum etiam serva mandatum, Lege totum 18. & 33. Ezechelis. Unde *mandata Dei* appellantur *mandata vitæ*, Ezech. 33, 15. Sic Joh. 12, 50. *Scio qvia mandatum ejus vita æterna.* Præterea *Timor Domini est fons vitæ*, Proverb. 14, 27. *Timor Domini ad vitam.* Prov. 19. v. 23.

Etsi autem propriissimè de vita corporali Proverbia multa agant, tamen ad vitam æternam analogia optimâ extendentur.

Exodi etiam 32, v. 32. 33. videtur Moses loqvi præcipuè de vita corporali, per iram ademta, qvam postea comitatur mors æterna.

De eadem videtur loqvi Esaias cap. 4, 3, & Ps. 69, 29.

CONCLUSIO OMNIUM PRÆCEDENTIUM ORACULORUM SACRORUM.

ET hactenus ostensus est à me usus duarum regularum insignium, & nativæ Scripturarum sacrarum interpretationi unicè famulantium, qvin & præsidentium, *in enodandis dictis & oraculis illis*, qvæ in doctrina de *Prædestinatione & de reprobatione* piis mentibus quandoqve negotium facessere & obicem ponere, scrupulumq; non levem injicere solita fuere. Si eodem ordine per omnes articulos Christianæ religionis mihi Oracula omnia pertractare sumerem, nimis excresceret commentatio.

Intentio autoris in subseqventibus.

Deinceps igitur undiq; obvia facta alia Oracula sacra, qvæ difficultatem in sese continere primâ fronte videntur, *citra rigidum ordinem*, Juxta regulas superius propositas, & unicè commendatas enucleare pergam, ut plura lectori exempla suppeditem, qvà viâ in aliis sibi oblatis difficilibus expediendis sese gerere debeat,

ORACU-

ORACULUM XXXVIII SACRUM.

Hebr.5,7.

Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας.

Qvi in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad eum, qvi possit illum salvum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.

Juxta aliam versionem latinam: Qvi in diebus carnis suæ, qvum deprecationes & supplicationes apud eum qvi poterat servare ipsum à morte, cum clamore valido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset ex metu.

Germanica Lutheri: **Und Er hat am Tage seines Fleisches Gebet und Flehen/ mit starckem Geschrey und Thränen geopffert/ zu dem/ der ihm von dem Todt kunte aushelffen/ und ist auch erhöret/ weil Er GOtt in Ehren hatte.**

Difficile primâ fonte apparet Oraculum illud sacrum, qvod extat Heb.5,7. de Christo, Qvi in diebus carnis suæ, qvum deprecationes & supplicationes apud eum, qvi poterat ipsum servare à morte, cum clamore valido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset ex metu.

Juxta primam regulam meam progredienti in Græco occurrunt verba sub finem versus indigitati hæc: εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. Qværitur igitur hîc primò omnium de præpositione ἀπὸ, postea qvoqve de vocabulo εὐλάβεια, deniq; de τῷ exaudiri.

Et primò qvidem ipsa præpositio ἀπὸ qvandoq; significat à, qvandoqve de, qvandoq; absq;, qvandoq; post, qvandoq; è, qvandoq; ex, qvandoq; per, qvandoq; pro. Vide Stephanum in Thesauro. *τὸ ἀπὸ.*

Deinde vocem εὐλάβειαν aliqvi vertunt pietatem, aliqvi metum, aliqvi reverentiam seu dignitatem. *τὸ εὐλάβεια.*

Deniq; in Concordantiis qvæsitum vocabulum Exaudiri reperitur positum pro liberari. Psal.118,5. *De angustia invocavi Dominum, & exaudivit me*, id est, *liberavit* & eripuit me, Satim enim additur ibidem v.6. *Jehovah mecum est,* *τὸ Exaudiri.*

est, non timebo, qvid faciat mihi homo. v. 6. *Jehovah mecum est inter auxiliatores meos, propterea ego videbo in odio habentibus me.* Legantur hinc omnia conseqventia, qvæ ostendunt, qvod gloriatur sibi jam paratum esse certissimum auxilium, Pf. 138. v. 3. *In die, qva invocavi te, exaudivisti me.* Hac juxta primam regulam operatione præmissâ, jam juxta secundam regulam contextus urgeantur, si qvidem ex contextu expendendum, æstimandum, judicandum, & statuendum venit, qvamnam significationem præpositionis hoc in loco eligere, qvam etiam notionem voculæ εὐλαβείας retinere deceat, de vocabulo etiam Exaudiri res per se est plana, qvod ursurpetur pro liberari.

In obtinendo vero sensu legatur in textu Græco â v. 14. capitis qvarti, usq; ad versum 11. cap. qvinti, qvia hæc omnio cohærent. Et rectè D. Lutherus initium qvinti capitis fecit à versu 14. capitis qvarti, ut qvàm proximè & maximè cohærentia uni capiti includeret. Ubi iterum moneo magnâ diligentia & scrupulosa curâ promovêdas esse editiones Germanicorum Bibliorum Lutheri. Solet is magnam, vel, ut ita dicam, maximam ponere literam initialē qvoties novam materiam inchoari videt in aliqvo capite. Et hæc Lutheri Opera multis erit loco generalis cujusdam Commētarii supra sacra Biblia, videre qvib9 in locis novus contextus incipiat. Qvantum enim refert, ad veram Loci cujusq; nativam intelligentiam asseqvendam, nosse reipsa cohærentia, supra indicavi, & hactenuus exemplis sat multis confirmatum dedi.

Editio Germanicorum Bibliorum B. Lutheri promoven-da est.

Sensus qvàm optimè sese offert legentibus incipiendo â versu 14. capitis qvarti: *Habemus pontificem magnum, qvi penetravit cœlos, JESUM, Filium Dei, teneamg igitur hanc professionem seu confessionem, qvasi dicat*, ad hæream9 ei, cum sit potentissimus, qvi penetravit cœlos: v. 15. *Sed non habemus Pontificem, qvi non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter ABSQVE PECCATO.* v. 16. *Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut conseqvamur gratiam & opportunum auxilium.*
Cap. 5. v. 1. (jam declarat) *omnis Pontifex assumitur, qvi qvantum satis est,* v. 2. *possit misereri, qvod & ipse circundatus est infirmitatibus.* v. 4. *Neq; sibi ipsi qvisqvam summit hunc honorem, sed qvi vocatur à Deo, nimirum* misericordia hominibus per hoc medium offerente & tribuente. Ideò enim Deus instituit Sacerdotes, ut per Sacerdotes Sacrificiis possint apud Deum expiari peccata; qvapropter ad Sacerdotes debent venire cum magna fiducia, qvicunqve peccarunt.

Jam seqvetur accommodatio ad Christum. v. 5. *Ita Christus non sibi sumit hunc honorem, sed qvi eum fecit Sacerdotem secundum ordinem Melchisedec,* hoc est, magna fiducia accedetis ad CHRISTUM, qvia Pater CHRISTUM nobis misit Sacerdotem, nt nos DEO Patri CHRISTUS reconciliet. Sed audi,

audi, qvod Christus mala expertus sit, & iccircò propter crucem gustatam facilius etiam possit compati, & exaudire. Hoc enim est, qvod seqvitur: v. 7. *Qvi Christus in diebus carnis suæ deprecationes & supplicationes ad eum, QVI POTERAT SERVARE IPSUM à MORTE, cum clamore valido & lacbrymis obtulit, & exauditus est, liberatus à metu scilicet MORTIS. MORS* enim præcessit in hoc eodem versu, unde qvam commodè εὐλάβεια vertetur pro METU, & sub METU subintelligitur METUS MORTIS.

εὐλάβεια ex mente autoris significat h.l. metum.

Idem est, sive vertas LIBERATUS est sive EXAUDITUS est, qvia jam monstravi, qvod Exaudiri sit liberari. Tantum illud versatur adhuc in qvæstione, utrum PRO REVERENTIA an verò à METU sit vertendum. Commodissimum esse, qvod videatur exponendum, Christum fuisse liberatum à metu MORTIS, etiam alia confirmare poterunt, nimirum si conferantur cum hoc ipso contextu contextus tales, ubi Christus dicetur protulisse deprecationes & supplicationes cum clamore & lacrymis, qvanqvam interim illud PRO REVERENTIA utilem & veram habet etiam admonitionem. Qvod metus MORTIS, & simul votum pro liberatione ex morte in Christo fuerit, colligitur abundanter ex multis locis.

Probatur ex aliis parallelis locis.

Et qvia caput 5. Hebr. expresse habet, qvod Christus obtulerit deprecationes & supplicationes cum clamore valido & lacrymis AD EUM, qvi poterat eum servare à MORTE, sine dubio illas preces circa finem vitæ suæ terrenæ, in horto & in cruce profudit ardentissimas, & à Patre suo exauditus est etiam divinissimè per divinissimam suam consecutam ex morte & inferno resurrectionem & reditum. Operæ autem pretium est, ut non oscitanter expendatur, qvàm ardentissimè precatus fuerit precationem illam suam DOMINUS. Id abundantissimè colligitur ex unico Evangelista Matthæo. Etenim hæc verba (Pater mi, si possibile est, abeat à me poculum istud, veruntamen non ut ego volo, sed ut tu) ter recitavit Christus in horto.

Sic enim habet textus Matthæi 26, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44.

v. 37. *Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse.*

v. 38. *Tunc ait illis, Tristis est anima mea usq; ad mortem: sustinete & vigilate mecum.*

v. 39. *Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

v. 40. *Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro, Sic non potuistis una hora vigilare mecum.*

v. 41. *Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus qvidem promptus est, caro autem infirma.*

v. 42. *Iterum secundò abiit & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua,*
v.43. *Et venit iterum & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.*
v.44. *Et relictis illis iterum abiit & oravit tertio eundem sermonem dicens.* Hactenus illa.

Horum verborum sensus alius esse neqvit, qvam hic. Si fieri potest, exime me à passione & morte; sin non, patiar & moriar, tu tamen ex morte libera, sicut etiam prædixi discipulis meis, me qvidem moriturum, sed & resurrecturum. Huncq; sensum fuisse horum verborum, qvilibet precatiunculam considerans confitebitur. Alioqvin oporteret hunc esse sensum: Pater exime me prorsus à passione & morte, si fieri potest: Sin autem fieri non potest, tum fac ut moriar, & ut corrumpar in morte. Item alioqvin concludere aliqvis posset, fuisse Patris mentem, ut Christus moreretur & corrumperetur, & Christum antea & tunc non scivisse se certò resurrecturum, nec prædixisse antea suis discipulis suam pariter & passionem & mortem, qvod tamen non est. Ergo petiit in illa anxietate seu metu per preces cumprimis, ne in morte maneret.

Angelus de cœlo Christum confortat.

Porrò qvod & spem liberationis Dominus Jesus acceperit & tandem prorsus liberatus fuerit à morte, in ipsis Evangelistis manifeste exprimitur. Sic enim Lucas cap.22,43. *Visus est ei Angelus è cœlo corroborans eum.* Sic etiam Matth.17. Marc.9.v.2. Luc.9,27. apparent Christo Moses & Elias, *& loqvuntur in monte cum Christo de exitu ipsius*, sed & intellige de resurrectione, id qvod ad oculum ex Matthæi contextu patet, v.9. *ubi discipulis prohibet, ne illam visionem cuiqvam indicent & revelent, nisi post resurrectionem*, de qva idcircò necessariò cum eodem istos collocutos esse affirmandum est, ita hoc loco apud Lucam Angelus confortavit Christum, inter alia certissimo Dei iterato per eum testimonio, qvod post magnas passiones, gloriam sit in resurrectione consecuturus infinitam, qvod non derelicturus sit eum in inferno, qvod caro ejus non sit sensura corruptionem, Psal. 16,10.

Hactenus de illis verbis εἰσακουσθεὶς ἀπὸ εὐλαβείας. Jam pergit Apostolus ad Hebræos de eodem DOMINO JESU: cap.5.v.8. *Qvamvis Filius esset, tamen didicit ex iis, qvæ passus est, obedientiam:* qvamvis nobis omnibus præstantior, tamen audiens Patrem destinasse ipsum passioni, obedientiam & patientiam exhibuit & exercuit. v.9. *Et consecratus factus est autor salutis æternæ omnibus, qvi ipsi auscultant.* Hoc pacto Pater voluit eum perficere & consecrare autorem futuræ salutis omnibus credentibus, hoc est, sicut cap.2, Hebr. 10 vers. dicitur: *Decebat, ut ipse, per qvem & propter qvem sunt omnia, multos filios ad gloriam adducendo, principem salutis ipsorum per afflictiones perficeret,*

consum-

summaret, consecraret. Ergo non habemus Pontificem qvi non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter absq; peccato, liberatum tamen seu exauditum, ut ipse misereri & exaudire alios possit, sicut potest. cap. 5, 16. *Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut conseqvamur gratiam & opportunum auxilium.*

Hactenus de Oraculo isto ad Hebræos, in qvo versu 7. ὢν participium subintelligendum venit, sicut aliàs qvoqve fieri solet. Et obiter notandum, qvod Christus in cruce tandem exclamans, qvare me deseruisti, neqvaqvam de hac exauditione non cogitaverit, sed qvod tunc incitatus humano metu, citra tamen omne peccatum, senserit summam iram Dei, adversus omnia peccata generis humani & in præsentem summam suam ad tempus factem derelictionem, extenuationem, repudiationem, & ex illa exortum tantum dolorem intentus illa proclamarit. Vide lector Hebræam & Syram radicem vocabuli in textu positi cum variis ejusdem significationibus, & res, ut jam innui, plana erit.

An desperationis, an vero immensum dolorem protestantis vox sit Christi in cruce.

ORACULUM XXXIX
SACRUM.

Aliqvam prima fonte difficultatem ostentat dictum.

Matth. 17, 20.

Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται, καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc: & transibit: & nihil impossibile erit vobis.

So ihr Glauben habt / als ein Senffkorn / so möget ihr sagen zu diesem Berge / Heb dich weg von hinnen dorthin / so wird er sich heben / Und euch wird nichts unmüglich seyn.

Etsi autem non ignoro qvid soleant ad hoc in methodicis suis libellis respondere Catechetæ, agi nimirum de fide miraculorum in hoc Oraculo Christi, qvæ à fide salvifica sit distingvenda, siqvidem fidem faciendi miracula habent pii & impii qvoqve, & ii, qvi tandem damnantur, Matth. 7, 22. at fidem justificantem solummodo ii, qvi tandem salvantur; tamen qvia hæc responsio, si fusius explicetur, legentem satis fundamentaliter erudiet & tranqvillabit, idcircò usurpet lector methodum enucleandi hactenus à me monstratam, & clarius confirmabit sibi veram dicti istius intelligentiam.

Aliud fides miraculorum, aliud fides justificans.

Non opus autem est prolixâ operatione juxta *primam* regulam ex Grammaticis, siqvidem vocabula omnia per se satis sunt plana & cuivis obvia. Ergo sine mora veniendum est ad praxin regulæ *secundæ*, qvæ versatur in æstimatione antecedentium & conseqventium.

Christus specialiter dat discipulis potestatem adversus omnes morbos.

Hîc autem ego jubeo lectorem inchoare lectionem à capite decimo Matthæi. Ibi igitur v. 8. advocatis *discipulis suis* duodecim *dedit Jesus potestatem super Spiritus impuros*, ut ejicerent eos, & sanarent *OMNEM MORBUM* & omnem langvorem. *Dat nimirum Christus discipulis hanc potestatem plenam, ut qvoties velint, & qvoties in nomine ipsius dixerint ad qvemcunq; febricitantem, ad qvemcunq; arthriticum, ad qvemcunq; obsessum à Dæmonio, ad qvemcunq; lunaticum, ad qvemcunq; alium ægrotum*, ut sanentur, & certò crediderint, Christum esse verum Messiam, & à Patre habere potestatem donandi similem aliqvam potestatem sanandi discipulis, *toties certò cogatur in illo momento cedere morbus qvicunq;*.

Christus specialiter dat etiam potestatem discipulis faciendi qvævis miracula, qvam non dedit aliis Christianis.

Similiter accommodando ad alia. Dat ipsis discipulis suis Christus hanc potestatem, ut *si dixerint monti, transfer te hinc;* si dixerint vento qviesce; *si dixerint aqvæ, porta me;* si, inqvam, dixerint & jusserint alia fieri in nomine Christi, & id qvidem dixerint ex illa confidentia, qvam habent certissimam verbis istis & huic promissioni Christi specialissimè in hoc capite Matthæi decimo ipsis Apostolis suis solis factæ, non itidem factæ omnibus, cunctis & singulis Christianis, qvod tunc revera & infallibiliter talia sint patraturi. Dat nimirum Christus discipulis suis certa de causa talem specialem & singularem potestatem.

Promissam & datam specialem potestatem discipuli debuerunt speciali fide amplecti, & speciali confidentia exercere.

Vice enim versâ discipuli datam illam *specialem & singularem gratiam speciali & singulari fide* debebant amplecti, servare & usurpare, & certissimè statuere, qvoties velint eam exercere, qvod falli non possint. Debebant igitur, erga implorantes eorum opem homines illam suo modo divinam datam potestatem specialem, confidentissimè & imperterriti exercere, citra omnem vacillationem. Hæc fiducia & fides dicitur *fides miraculorum*, qvia Christus dedit eis potestatem faciendi miracula; & illud jus faciendi miracula datum à Christo ipsi pectore firmissimo arripiunt, & qvoties volunt, usurpare & reipsa explere possunt citra omnem aberrationem, fallentiam & frustrationem.

Discipuli an montes transferre potuerint.

Clarissima enim sunt verba Scripturæ, imò Christi: *Si habueritis fidem qvantum est granum sinapis, dicetis monti huic, DEMIGRA & transferet se illuc.* Neqve qvisqvam dubitet, qvin omninò potuissent discipuli domus integras evertere, turres destruere, aqvam fluentem sistere, aqvam facere aptam superinambulationi, curare dæmoniacos qvosvis, qvoties potestatem illam specialiter datam speciali fide & sufficiente confidentia exercere lubitum fuisset.

Ante

Ante diem Pentecostes in hoc dono speciali firmiter credendo & usurpando valde erant discipuli elumbes & dubii. Patet hoc ex Matth. 14. cū Petrus videt CHRISTUM ambulantem super aqvas extra navigium, & inqvid ad CHRISTUM: v. 28. *DOMINE si tu es* (putabant enim reliqvi esse spectrum, & præ metu clamabant) *jube me venire ad te super aqvas.* v. 29. *Cumq; Christus juberet ipsum venire ad se, ambulavit Petrus super aqvas extra navigium contendens venire usq; ad Christum.* v. 30. *Videns autem ventum validum timuit, & cum cepisset* (propter fidei istius specialis non firmam in sese & constantem fiduciam) *demergi, clamavit dicens, Domine, serva me. Statim igitur Jesus apprehendit eum & dicit, ò parum credule* seu parum fidelis in dono miraculorum tibi dato satis credendo & imperterrite ursurpando *qvid dubitasti?*

Fides specialis erga speciales discipulis datas promissiones de faciendis miraculis ante Pentecosten imbecillis

Petrus Matth. 14. Incredulus cur dicatur.

Ecce, *qvàm certò* scivit CHRISTUS, suæ carni datam potestatem omnem in cœlo & in terra, ideoqve carne suâ citra hæsitationem opera magna edidit, & confidentissimè dixit paralytico: *Surge, & ambula*, Item, *Lazare, veni foras, Puella, tibi dico surge, tam certò* discipuli debuissent credere, firma & certissimò futura omnia, qvæ tentaturi erant miracula facere, ex potestate ipsis, suo modo, per CHRISTUM, concessa & data.

Sed qvia hoc loco dubitanter illam credit Petrus, demergitur, & *incredulus* vocatur. *Incredulus*, inqvam, vocatur, non, qvod non crederet JESUM esse Mesiam, sed qvod specialiter putaret, posse à se ista omnia fieri, qvorum tamen potestatem sibimet datam à CHRISTO audierat.

Huc jam pertinet illud *Matth.* 17. v. 15. ubi ad discipulos adducitur lunaticus, *qvi sæpe cadebat in ignem, sæpe in aqvam, Marcus* addit *cap.* 9. 17. *qvod habuerit Spiritum mutum, qvi ubicunq; eum corripuerat lacerabat, ut ille spumaret & strideret dentibus suis & aresceret. Lucas cap.* 9. v. 37. ita describit loqvi Patrem ægroti: *Ecce Spiritus capit eum, & è repentè clamat, & discerpit eum cum spuma & vix discedit ab eo, conterens eum.* Item scribit Lucas, qvod in præsentia Christi *dæmonium laceravit eum & discerpserit*: unde colligitur, fuisse illum ægrotum & malè affectum à *dæmonio potente* exagitatum, adeoq; esse hunc casum gravissimum & inconsuetum.

Caussa, cur in hoc morbo tam exigua fidei Apostoli fuerint.

Moti igitur tanti mali magnitudine discipuli judicarunt vix à *discipulis* tanqvam infimis, eum curari posse, nolueruntqve manum adhibere, sed maluerunt talem & tantum, ut ita loqvar, patienta offerri ipsi Christo, cui Pater omnem dederat potestatem. in cœlo & in terra.

Hac dubitatione & tergiversatione scrupulum injiciebant animis Judæorum, ut inciperent de ipso Christo, qvi potestatem talem discipulis ipsemet dederat, non amplius tam magnificè sentire, adeoqve

magnum præbebant ſcandalum hoſtibus CHRISTI, adeò, ut, cùm interim ad diſcipulos, à qvibus aberat, rediret CHRISTUS, viderit turbam multam circum eos & Scribas altercantes cum eis, *nimirum* ſuper lunatico ſeu ægroto iſto. Qværebat enim Chriſtus, *qvid altercamini inter vos?* Et reſpondit pater ex multitudine turbæ; *Magiſter, adduxi filium meum, & dixi diſcipulis tuis, ut ejicerent Spiritum mutum,* ſed non valuerunt. Ecce: NON VALUERUNT, *nimirum* ſecum dubitarunt, utrum poteſtas miraculorum à Chriſto Apoſtôlis data, ſeſe etiam extendat, ad tantum, talemqve ipſis inauditum caſum. Chriſtus etiam objurgat diſcipulos vehementer his verbis: *ô natio incredula ſeu infidelis, qvousq; tandem apud vos ero, qvousq; tandem tolerabo vos? adducite eum ad me,* Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. Diſcipuli igitur hoc loco increduli dicuntur, non ſicut impii hodie multi ſunt increduli, ſed reſpectu ſanationis faciendæ.

Nimirum *incredulitatem* vocat, qvod non crediderunt à Chriſto ipſos plenam accepiſſe poteſtatem etiam curandi tam magnum morbum.

Falſæ illationes.

Malè igitur ex hoc loco ſimplicibus objiciuntur ejusmodi argumenta: Si habes fidem ut granum ſinapis, dic ſtrui alicui lignorum, ut ſe transferat ex ſilva in tuum hypocauſtum: Si habes fidem, ut granum ſinapis, dic piſcibus fluminum, ut veniant ad te, & expectent te in litore fluminum. Reſpondebit ſimplex homo: Talem qvalem olim diſcipuli & Apoſtoli à Chriſto acceperant, Talem, inqvam, promiſſionem, de lignis & piſcibus ad me pertrahendis, à DEO ego nuſpiam accepi: ergo nec talem fidem in Chriſtum habere debeo, nec etiam tali fide invocare Chriſtum, nec ſi invocarem tali fide, Chriſtus me audiret.

Qvomodo hæc verba Hoc genus dæmoniorũ non ejicitur niſi oratione & jejunio ſint intelligenda?

Qvod autem Chriſtus poſt dæmonium illud à ſe ejectum, & poſt ægrotum à ſe curatum, & poſt objurgatos diſcipulos, qvi iſtum morbum curare non contenderant, interrogantibus diſcipulis, cur iſtum curare non potuiſſent, reſpondit: *Hoc genus non egreditur, niſi per orationem & jejunium,* Matth. 17, 21. & Marc. 9, 29. intelligendum eſt de tali & ea oratione tali & iſti fidei correlatè correſpondente, nimirum, tale genus dæmoniorum non egreditur, niſi ores DEUM jejunè, ſanctè, ardenter, ut in hoc qvoqve magno morbo poteſtas tibi ab ipſo ſpecialiter data ne ſit fruſtranea; & ut non niſi publicè teſteris, te ex gratia & poteſtate à Spiritu Sancto conceſſa agere, qvod agis.

Nempè igitur inter omnia miracula, tamen DEUM invocare debuerunt Apoſtoli, ut cognoſcerent fontem & auctorem iſtius ſibi datæ poteſtatis, & ut magis ſeria DEUM vota facere valerent, ſobrietati & temperantiæ qvàm maximè ſtudere & vacare decuit.

Hac

Hac in parte CHRISTUM habuerunt præeuntem sibi discipuli illi ipsi. Etsi enim à Patre acceperat plenissimam potestatem, qvæ in cœlo & in terra est; tamen Matth. 14, 19. qvando vult pascere plurimos paucis panibus & pisciculis, SUSPICIENS IN COELUM, benedixit, Marc. 6, 35. Luc. 9, 18. Joh. 6, 5.

Extat *alterum* exemplum Marc. 7, 34. ubi curaturus surdum suspicit in cœlum & ingemiscit.

Extat & *tertium* exemplum Joh. 11, 41. ubi JESUS excitaturus Lazarum *attollit oculos sursum & dicit: Pater gratias ago tibi, qvod me audieris.* v. 42. *Ego autem* (pergit Christus) *sciebam, qvod semper me audis, sed propter turbam circumstantem hoc dixi, ut credant, qvod tu me miseris.*

Libet autem cum hoc jam explicato Oraculo sacro conjungere aliud planè cognatum, ut una fidelia duo parietes dealbentur, qvod dici solet.

ORACULUM XL.
SACRUM.

Huc igitur pertinet etiam Johan. 14. illud, qvod versibus 12. 13. 14. dicitur:

v. 12. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι.
v. 13. Καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.
v. 14. Ἐάν τι αἰτήσετε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω.

v. 12. Amen, amen dico vobis, qvi credit in me, opera qvæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet, qvia ego ad Patrem vado.
v. 13. Et qvodcunqve petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.
v. 14. Si qvid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

v. 12. Warlich/warlich/Ich sage euch/wer an mich gläubet/der wird die Werck auch thun/die Ich thue/ und grössere denn diese thun/Denn ich gehe zum Vater.

verſ.13. Und was ihr bitten werdet in meinem Nahmen/ das wil Ich thun/ Auff daß der Vater geehret werde in dem Sohne.

verſ. 14. Was ihr bitten werdet in meinem Nahmen/ das wil Ich thun.

EST hoc Oraculum particula Concionis valedictoriæ, qvæ continetur Joh.13.&14.&15.&16.&17. ubi oſtendit Chriſtus & promittit, qvod velit diſcipulis *mittere Paracletum ſeu conſolatorem.*

Qvid ſit Paracletus. Qvid ſit *Paracletum agere,* explicandum erit in Concordantiis ex illo Rom.12,8. ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει, Qvi *exhortatur in exhortatione,* Lutherus, Ermahnet jemand/ ſo warte er des Ermahnens. παρακαλεῖν eſt adhortari, inſtigare, impellere, Anmahnen/ antreiben/ getroſter machen/ vel, ut vulgus Germanorum dicit, treuſter und kühner machen.

Ante paſſionem diſcipuli non tam fortes, qvam poſt Pentecoſten Ante paſſionem CHRISTUS ipſe ſuis admonitionibus & promiſſionibus confidentes reddebat diſcipulos. Sed qvomodo poſt ſuam exaltationem eosdem regere, tueri, & roborare velit, nimirum demiſſo cælitus ſuper ipſos Spiritu Sancto, hoc alibi docet. Sic enim inqvit Johan. 14, 16. *Ego rogabo Patrem, & alium conſolatorem dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum illum veritatis, qvem mundus non poteſt recipere.* Et cap. 15,26. *Cum venerit Paracletus, qvem ego mitto vobis à Patre, Spiritus ille veritatis, qvi à Patre procedit, ille teſtabitur de me.* Et cap.16,13. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, introducet vos in omnem veritatem; non enim loqvetur à ſemetipſo, ſed qvæcunq; audierit, loqvetur, & qvæ ventura ſunt, renunciabit vobis.* v.14. *Ille me glorificabit, qvia de meo accipiet, qvod renunciabit vobis.* v.15. *Omnia qvæ habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi, qvod de meo accipiet, qvod renunciabit vobis.*

Hoc eſt, promittit conſolatorem, einen Auffmunterer/ einen Getroſtmacher/ einen Treuſtmacher/ der die Jünger ſoll auffmuntern/ qvi excitet, urgeat, ut nullo labore frangantur, nullis minis abſterreantur, domi non amplius manere velint, non qvieſcant; ſed pergant & procurrant, ex urbe & terra ſua, ad omnia hominum habitacula, de loco in locum in toto orbe terrarum & inter medias calamitates & perſecutiones, adeoqve indeſinenter confidenterqve prædicent Evangelium, citra omnem perſonarum reſpectum, prædicationemqve ſuam miraculis confirment, idq; longe confidentius, qvam unqvam tempore Meſſiæ, cum ipſis in terra viſibiliter converſantis, fecerant.

In

In cap. Matth. 17. mutum dæmonium aggredi verentur; at in Actis Apostolicis Petrus ad claudum ab utero matris ait: c. 3. v. 6. *Aurum & argentum non est mihi, qvod autem habo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni, surge & ambula:* v. 7. *& prehensa manu ejus dextra erexit eum, & illicò confirmati sunt pedes ipsius ac malleoli. Et exiliens stetit, &c.*

Collatio fortitudinis discipulorũ ante & post passionem, ante & post datum Paracletum oder Getrostmacher.

Et c. 5. ad Ananiam & Sapphiram intervertentes aliqvid ex pretio, dixit ille, qvem tenuis vox ancillulæ terrebat antea, *PETRUS:* v. 3. *Anania, cur implevit Satanas cor tuum, ut mentireris in Spiritum Sanctum, & interverteres aliqvid ex pretio istius prædii:* v. 4. *nonne, si servasses, manebat tibi, & venundatum in tua erat potestate. Qvid erat, cur induceres in animum rem istam? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* v. 5. *Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit exanimis.* Mox ad uxorem conversus, etiam ait, v. 9. *Qvid est, cur convenerit inter vos, ut tentaretis Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qvi sepelierunt virum tuum, ad ostium adsunt, & efferent te.* v. 10. *Illicò verò cecidit ad pedes ejus exanimis.* v. 11. *Et ortus est timor magnus super totam Ecclesiam, & super omnes, qvi hæc audiebant.*

Nimirum acceperunt maturè qvidem discipuli à Christo potestatem, sed omnia plenius acceperunt post Pentecosten Spiritum Paracletum, urgentem, & certissimè tum, fortiusqve qvam antea credebant, nihil se, qvantumvis magnum & præter naturale, petituros à Deo, qvod in nomine Christi non essent impetraturi, sive essent petituri ignem de cœlo super adversarios, sive curationem cujuscunqve morbi, sive resuscitationem mortui.

Et hic est proprius & nativus sensus dicti: *Amen, amen* (Joh. 16, 23.) *dico vobis, Qvæcunqꝫ petieritis à Patre meo in nomine,* DABIT *vobis;* v. 24. *usqꝫ nunc* (hactenus timidi ante acceptum urgentem Spiritum Sanctum) *non petiistis qvicqvam in nomine meo; petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, qvod ego rogaturus sim Patrem pro vobis; ipse enim Pater amat vos, qvia vos me amastis, & credidistis, qvod à Deo exiverim.* v. 25. *Hæc per proverbia* (qvalia putatis esse mea dicta) *locutus sum vobis. Sed veniet tempus* (Pentecostes post missum Spiritum Sanctum, qvi vos urgebit nomine Patris, ut tum non amplius habeam necesse, sicut in hoc statu vestræ timiditatis, orare pro vestra constantia] *qvum jam non per proverbia loqvar vobis, sed apertè de Patre meo* (confortante vos per missum cœlitus Spiritum Sanctum) *renunciabo vobis* (confirmabo vobis, qvæ huc usqve locutus sum.)

Optimè autem expendendum, qvod qvæ in 13. & 14. & 15. & 16. & 17. capitibus Johannis habentur, ea magnam partem referenda sint ad Apostolos, & ad tempora Apostolorum, atqve statum Apostolorum. Si qvis ea omnia

Ea, qvæ in Johannis capitibus 13. & 14. & 15. & 16. & 17. habentur, magnam partem ad tempora & statum Apostolorum pertinent.

mnia singulis Ecclesiis & locis & temporibus eodem modo accommodare voluerit, is literæ sensum non satis asseqvetur.

Opera MAJORA faciunt discipuli, qvam Christus.

Joh.14,12. *Si qvis credit in me, opera qvæ ego facio, ipse faciet, & MAJORA iis faciet, qvia ego vado ad Patrem* (à qvo talem potestatem pleniorem ipsi impetrabo) misso Spiritu Sancto. Qvomodo completum fuerit hoc Oraculum Christi, ex Actis Apostolicis & Ecclesiastica historia est pervidendum.

Duodecim viri, imbelles, à juventute rudes, domibus suis innati, & ad hunc usq; diem commorati, à Domino Jesu Christo intra breve tempus sufficienter instruuntur, & cumprimis dono Spiritus Sancti complentur, & iccircò credunt firmissimè, hunc esse Filium Dei vivi. Isti igitur duodecim viri, egressi in universum orbem terrarum, intra viginti annos, aut ad summum intra triginta annos, qvemadmodum graviter, & jucundè pariter, docet Chrysostomus, super caput Matthæi 24. Evangelium prædicarunt in omnibus regnis totius mundi, & tam brevibus annis totum mundum converterunt ab idololatria ad cultum veri Dei, & Domini nostri Jesu Christi, & doctrinam inauditis miraculis confirmarunt, cum Christus ipse intra Judæam suas prædicationes temporaret, nec ad alios excursum fieri vellet.

Qvæ sint MAJORA.

Hoc igitur etiam est, μείζονα τούτων MAJORA horum faciet, *etiam majora ea faciet, qvæ ego feci*, communicando aliis dona miraculorum, per impositionem manuum, & excitando mortuos.

Precationibus nostris conditionales promissiones sunt data.

Qvod ad precationem ipsam attinet, nostrarum precum exauditio promittitur correlatè conditionaliter in Decalogi Præcepto primo: toto capite octavo primi Regum, Pf.50,51. Luc.11. in Oratione Dominica, & v.9. *Petite & dabitur vobis: Qværite & invenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim, qvi petit, accipit, qvi qværit, invenit & pulsanti aperietur:* modo nobis sint utilia, omnia impetramus à DEO, Matth.8.v.2. 2.Sam.12.22. Joel. 2.14. Jonæ 3.9.10. Dan.4. Act.8,22. modò nos recte petierimus Jac.4.3. *Petitis & non accipitis, eò qvod malè petatis, ut in voluptates vestras insumatis.*

Ista verò hactenus allegata exauditio proprie ad discipulos CHRISTI, specialiterqve pertinet, qvibus promissa sunt dona miraculorum faciendorum, & omnia, qvæ istis sunt connexa tam firmiter, tam certò, ut, sive digni sive indigni essent facturi Matth.7,22.23.24. miracula, ex potestate per Christum ipsis communicata falli & fallere non possent, cum econtrario aliarum rerum postulationes non tam statim & prompte à DEO compleantur.

Hæc igitur jam dicta est plena loci propositi declaratio; Si fidem habueritis, ut granum sinapis, dicetis monti huic, &c. Interim tamen licet concionatori ad fidem salvificam analogicè interpretari ista dicta in hunc modum: *Sicuti omnes miracula potuerunt facere, qvi saltem fidem miraculorum*

tantam

tantam habuerunt, qvantum est granum sinapis; ita qvoq; multo magis cœlorum gaudia & regna capient, qvotqvot fidei in meritum Jesu Christi tantillum habebunt, qvantum est granum sinapis. Item: *Qvicqvid* (vobis profuturum, & verè in oculis Domini, non tantum in tuo cerebro tibi utile) *petieritis à Patre in nomine Christi, dabit tibi.* Item: *Qvi credit Christo, opera* (ad malorum conversionem in hac vita pertinentia) *faciet:* sed & magna qvædam talia in convertendis hostibus magnis ad exemplum Christi edet.

Oracula sacra, de aliis propriè loqventia, tamen ad alia certo modo explicari possunt in usu dissertatorio.

ORACULUM XLI SACRUM.

Allegari solet sæpius ab eruditis aliqvibus in colloqviis dictum seu Oraculum illud divinum ex 1. Pet. 4, 15.

Μή τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος.

Nemo vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut aliarum rerum curator.

Lutherus ita reddidit:

Niemand unter euch leyde/als ein Mörder/oder Dieb/oder Ubelthäter/oder der in ein frembd Ampt greiffet.

MULTIS enim nimis durum videtur, qvod Apostolus ἀλλοτριοεπισκοπίαν annumerat homicidiis, furtis, maleficis, sicut multi qveruntur, Cur Imperatores qvidam Mathematicos cum maleficis, & Poetas cum iisdem urbe pelli jusserint.

In Syriaca deest illud ἀλλοτριοεπισκοπεῖν; sed in Græcis codicibus omnibus extare videtur. Necesse igitur est, ut qværamus responsionem & explicationem solidam.

Hîc autem non opus est prolixâ operatione juxta *primam* regulam, cum verba omnia satis sint plana, unde mox ad praxin regulæ *secundæ*, hoc est, ad antecedentia & conseqventia, ad similes analogicos, & parallelos contextus est veniendum. Itaqve ad veram sententiam inveniendam, diligenter perleges utramqve Epistolam Petri Apostoli, ut contextum contempleris, & in epitomen contrahas facilius.

Scripsit qvidem illam Epistolam Apostolus non tantùm ad gentes, ut apparet ex c.2.10.c.4.3.sed etiam, ac cumprimis ad Judæos dispersos tum in toto Imperio Romano; & his utrisqve confirmat, *qvod* religio Christiana sit veritas cœlestis, *deinde* hortatur, ut non tantum norint hanc veritatem, sed etiam vitæ innocentia exprimere studeant: *inter alia* etiam monet conversos Ethnicos, qvod ad puram vitam attinet, ut cogitent, sat esse, qvod *anteacto vitæ tempore libidinem gentium nondum conversarum ipsi qvoq; tunc patraverint, qvum incederent in protervиis, cupiditatibus, vinolentiis, comessationibus, compotationibus & nefariis idolorum (simulacrorum cultibus.* Vult tamen, ut eisdem moribus conforment vitam suam non tantū Ethnici, sed etiā ipsi Judæi.

Cur Petrus Apostolus commendet honorem magistratibus habendum, cumprimis.

Deinde in utraq; qvidem Epistola aliqvoties inculcatur honor Magistratui habendus, 1.Pet.2,11. *Dilecti, tanqvam advenæ & peregrini, abstinete à carnis cupiditatibus, qvæ militant adversus animam,* v.12. *& conversationem vestram habete honestam inter gentes, ut in eo, qvod loqvantur adversum vos, velut maleficos, cum ex bonis operibus spectarint, glorificent Deum, in die in qvo visitabuntur.* v.13. *Proinde subjecti estote cuivis HUMANÆ ORDINATIONI propter Dominum, sive REGI,* v.14. *ut qvi præsit, sive PRÆSIDIBUS, ut qvi per eum mittantur; tum ad ultionem maleficorum, tum ad laudem rectè agentium;* v.15. *qvoniam ita est voluntas Dei, ut bene agendo capistretis amentium hominum ignorantiam,* v.16. *ut liberi, ac non velut velamen habentes malitiæ libertatem, sed servi Dei;* v.17. *omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, REGEM honorate, &c.*

Ibid.c.3. v.13. *Qvis est, qvi affligat vos, si bonitatis æmulatores fueritis,* v.14. *sed etsi perpetiamini, propter justitiam, beati tamen estis. Cæterùm timore illorum ne terreamini, neq; turbemini,* v.15. *sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris; Sitis autem parati semper AD RESPONDENDUM CUILIBET petenti rationem ejus spei, qvæ in vobis est, cum lenitate & REVERENTIA, conscientiam habentes bonam,* v.16. *ut in eo qvod loqvuntur adversum vos, tanqvam maleficos, pudefiant.*

Investigatio ex contextibus Petrinis, qvinam sint in illis ἀλλοτριοεπίσκοποι.

1.Pet.4.v.12. *Charissimi, ne tanqvam hospites exploratione illa per ignem, qvæ fit in vobis ad vestri experimentum, percellamini, ut si peregrinum aliqvid accideret,* v.13. *immò in hoc, qvod consortes estis afflictionum Christi, gaudete, ut & cum patefiet ejus gloria, gaudeatis exultantes,* v.14. *si probris afficiemini, in nomine Christi, Beati estis, qvoniā & gloria & Dei Spiritus super vos reqviescit, qvi, qvod ad illos qvidem attinet, blasphematur, qvod ad voè autē, glorificatur.* v.15. *Enimverò nemo vestrûm AFFLIGATUR* (ad pœnam à præsidibus vel Regibus trahatur) *ut fur, ut homicida, ut ἀλλοτριοεπίσκοπος,* v.16. *Sed sicut Christianus ne pudefiat, immò glorificet Deum hac in parte.* v.17. *Nam tempus est, qvo incipiat judicium à domo Dei, qvod si primum incipit à nobis, qvis erit*

erit finis eorum, qvi non parent Dei Evangelio. Itaq; qvi AFFLIGUNTUR (à magiſtratu incredulo) *ex voluntate Dei, tanqvam fideli conditori, commendent animas ſuas benefaciendo.*

2. Pet. 2. v. 9. *Novit Dominus pios è tentatione eripere, injuſtos autem in diem judicii puniendos ſervare,* v. 10. *maximè verò illos, qvi carnem ſeqventes in impura cupiditate, incedunt, & DOMINATUM deſpiciunt, audaces & ſibi placentes, non horrent DIGNITATES convitiis inceſſere,* v. 11. *qvum ipſi Angeli, qvi ſunt robore ac poteſtate majores, non ferant adverſus eos apud Dominum maledicum judicium :* v. 12. *at iſti, veluti bruta animantia, qvæ naturali impetu feruntur facta ad eũ finem, ut capta intereant, ea vituperantes qvæ ignorant, ſua ipſorum corruptela interibunt,* v. 13. *reportaturi mercedem injuſtitiæ, ut qvi pro voluptate ducunt qvotidianas delitias, labes ac maculæ, qvi fraudibus ſeſe oblectant, dum vobiſcum epulanter, execrandi homines,* v. 15. *qvi relicta recta via aberrarunt, ſecuti viam Baal, qvi mercedem iniqvitatis amant, libertatem aliis pollicendo, qvum ipſi ſint ſervi corruptionis &c.*

In his igitur omnibus qvilibet videt, taxari eos, qvi ſub ſpecie religionis Magiſtratui politico TUNC ETHNICO contranitebantur, hos vocat audaces, qvi absqve legitima vocatione novis rebus ſtudent, ſibi placentes, qvi aliorum conſilia reſpuunt, pertinaces in ſua ſententia, qvi obediunt carnis cupiditatibus, inde malefici audire cogantur, nolentes ſubjici humanæ ordinationi.

Ἀλλοτριο-επίσκοποι *in ſpecie, in Epiſtola Petrina.*

Etiamſi enim veritatis cauſſâ Chriſtiani ab incredula humana ordinatione, non ita ſingulariter divinitus inſtitutâ, ſicut fuerat Hebræa politia, afficiantur: dare tamen debebant operam, ut de veritate ad reſpondendum eſſent ſemper parati, ut confundantur, qvi ipſos vocant maleficos; minatur Petrus talibus pœnam, qvi carnem ſeqvuntur, qvi dominatum deſpiciunt, ſicut è veſtigio 2. Pet. 2. v. 9. 10. explicat.

Erant tunc magiſtratus paſſim locorum Ethnici, à qvibus Judæi qvàm maximè abhorrebant, ut pote qvi ſibi perpetuam ſuæ provinciæ & religionis libertatem & *αὐτονομίαν* pollicebantur, perpetuumq; politevma mundanum, id qvod ſubinde indicatur in ſermonibus Apoſtolorum in Novo Teſtamento, ob qvos à Servatore ſæpius objurgantur. Nihil igitur magis erat credulis judæis in voto, qvam ut tales magiſtratus poſſent reformari, & à verbo Domini, Dominiq; miniſteris Eccleſiaſticis certo modo regi, ſicut in Judæa tunc temporis obtinere plurimi connitebantur.

Judæi ſub tempus exaltati Chriſti qvàm maximè abhorruerunt à magiſtratibus Ethnicis.

Refert Joſephus lib. 13. cap. 23. ſub Alexandra Regina, Phariæſos populari agratiâ fretos nihil niſi nomen reliqviſſe reginæ, regnum totum adminiſtraſſe. Et fuerunt igitur ſine dubio inter converſos Judæos & Ethnicos, qvi hunc Magiſtratum inter tot vitia ſæpe ex impatientia privatim deteſtati

ſunt & abrogatum non obſcurè cupierunt, à qvo vitio cunctos abeſſe & alieniſſimos eſſe jubet Apoſtolus. Et hoc unum eſt in ſpecie dictum & explicatum, de illa *ἀλλοτριοεπισκοπία*: interim nihil prohibet, qvo minus à ſpecie ad genus interpres progreſſum faciat, idqve in hunc ſeqventem modum.

Superius in præfatione, & alicubi alias monui, ut lector obſervet, occurrere ſæpè in interpretationibus ſacrarum literarum caſus, qvos ex lege qvam proximè antecedentium, & illicò è veſtigio conſeqventium non poſſis interpretari illorum, qvæ in iſtius Epiſtolæ aut Evangelii aut Prophetæ capitibus deprehenduntur; ſed confugiendum eſſe præter primam interpretandi Scripturas regulam, qvæ eſt fontium inſpectio diligens, ad longè antecedentia & longè conſeqventia aliorum capitum, ſeu aliorum Scriptorum ſacrorum, in qvibus itidem repetitur eadem vox, & eadem res, qvi textus dici poſſunt alio nomine paralleli, vel ſimiles, vel cognati, vel alio nomine, qvocunqve volueris. Hoc ſtudium, lector amice, tibi nimis ſæpe in libro Proverbiorum Salomonis, Jobi, Eccleſiaſtæq; erit neceſſariò hac methodo tractandū. In his enim ſententioſis ſcriptis ſæpenumerò una ſententia uno aut etiã dimidio verſiculo abſolvitur. Ut igitur unius aut dimidii verſiculi veram interpretationem, verumq; aſſeqvaris ſenſum, hac tibi via erit utendum.

Antecedentia & conſeqventia duplicia.

Et qvod attinet ad loci propoſiti generalem accommodationem, & cumprimis ad luculentiorem ſpecialis ipſius jam recenſitæ ſententiæ elaborationem, tu vel ex Concordantiis Græcis parallelos locos qværas, vel etiam ad intentionem Concordantiarum cogites de parallelis & cognatis, ſimilibusq; vocabulis, qvæ qvoad ſignificationem cum voce *ἀλλοτριοεπισκοπίας* conveniunt. Poteris eadem qværere, ſi habes, ex lexicis plenioribus, qvæ etiam non niſi ex Concordantiis perfecta fieri aut compleri qveunt.

In genere qvinam ſint ἀλλοτριοεπίσκοποι.

Exempli gratia, pro incipientibus in loco propoſito, ſi evolveris Græcæ linguæ autores & lexica, videbis ex illis, qvod vox *ἀλλοτριοεπίσκοπος* non tam anguſta debeat interpretatione verti, pro eo, qvi in functionem alienam Eccleſiaſticam mittit manum ſuam; ſed qvod exponi debeat generaliter pro iis, qvi mittunt falcem ſuam in qvamvis alienam meſſem, ſive illa ſit Eccleſiaſtica, ſive Politica, ſive fabrilis, ſive ſartoria, ſive Scholaſtica, ſive navigatoria, ut ita loqvar. Habet autem lingva Græca qvædam *ὁμώνυμα*, ut *πολυπραγμοσύνης* & *περιεργίας* vocabula.

Atqve etſi qvoqve poteram dicere, hæc vocabula duo ex iſtorum eſſe claſſibus, qvæ à Grammaticis vocantur media, qvod pro varia atqve varia ſignificatione poſſint uſurpari in bonam & malam partem; tamen hoc certum eſt ex contextu, qvod poſita juxta alia vitia, omnino non niſi pro vitiis & ipſa accipienda veniant neceſſariò.

In uſu lingvæ Græcæ, & ita qvoqve Lexicis *πολυπράγμων* dicetur, qvi multa

multa laborat, qvi multa habet negotia ſeria, ſibi injuncta, quæ etiam pro ſua induſtria & ſolertia expedire, & cum magno publicæ utilitatis fructu complere poteſt, adeò, ut ipſi laus & gratia magna debeatur.

Sed cum *Johannes Funccius* (ſub cujus nomine extat Chronologia Studioſis Theologiæ apprimè utilis, cujus auctorem erudiri faciunt Andream Oſiandrum) ab aliqvibus in agone mortis perhibetur recitaſſe diſtichon:

Sub Johannis Funccii & Juſti Jonæ junioris cujusdã nomine, facti Verſus.

Diſce meo exemplo mandato munere fungi,

Et fuge ceu peſtem τὴν πολυπραγμοσύνην, Sicut Juſto Jonæ aſſcribitur illud:

Qvid juvat innumeros ſcire atq; evolvere caſus?
Si facienda fugis, ſi fugienda facis.

(qvæ tamen alii putantur ipſorum vice poſt mortem eorundem compoſuiſſe,) ibi ſtatim elucet, vocem πολυπραγμοσύνης pro crimine habendam.

Vox πολυπραγμοσύνη pro crimine habetur.

Similiter etſi altera vox per ſe in genere denotat omnem ſummam, & qvandoq; ſupra vires adhibitam, etiam in bonis rebus, diligentiam, bonoq; ſtudio præſtitam illam, tamen Apoſtolus vocem ipſam, nimirum περιεργίας, vitiis conjungens, in illo ipſo contextu, non niſi pro vitio exponi voluit. Hinc περιεργίαν Lexicographi reddunt utroq; modo curioſitatem, ſedulitatem, ſuperfluam anxietatem, & veluti diligentiæ redundantiam; περιεργάζεσθαι, elaborare, ornare, ſciſcitari, ſatagere, cum ſummis curis agere, curioſè agere, ſæpenumero inaniter laborare; περίεργον idem qvod περιττὸν, redundans: & iiſdem περίεργος eſt curioſius & laborioſius, qvi magnam, bonam, (ſæpe malam) nimiam & inuſitatam curam habet in rebus agendis, perverſus, item opiparus, qvando de menſa aut eduliis dicitur. Ergo, Hoc jam dicto pacto ἀλλοτριοεπίσκοπος & περίεργος & πολυπράγμων erunt unum & idem, denotabuntq; homines vitioſos, & in genere ſuorum negotiorum negligentes, in non neceſſariis, alienis, ſibi non commiſſis nec ad ſe ſpectantibus oculatos. De Polypragmone res omnibus ſatis eſt nota. De ἀλλοτριοεπισκόπῳ habetur in loco Petri, qvem adduxi, qvi conjungitur furi, maledico & homicidæ. De περιέργοις ſunt nota Apoſtoli teſtimonia, 2.Theſſ.3,11. *Audimus qvosdam verſantes inter vos inordinatè, nihil operis facientes*, ſed curioſè agentes, περιεργαζομένους, 1.Tim.5,13. *Simul autem & otioſæ* (ἀεργοι) *diſcunt circumire* περιερχόμεναι (non περιεργαζόμεναι) *domos, imò non ſolum otioſæ ſed etiam nugaces & curioſæ* (περίεργοι) *garrientes, qvæ non decent.* Act.19,19. *Multi qvi* curioſas *artes exercuerant, comportatos libros exuſſerunt coram omnibus, qvorum ſupputatis pretiis repererunt denariorum qvinqvaginta millia.*

Qvid ſignificet vox περιεργάζεσθαι.

ἀλλοτριοεπίσκοποι & πολυπράγμονες ſunt eadẽ vocabula.

De περιέργοις loci ſcripturæ.

Juxta hanc igitur generalem enodationem, & ſpecialioris ſenſus pleniorem enucleationem in loco Petri Apoſtoli præſente, Sententia Apoſtoli eſt, Chriſtianos debere omnem adhibere diligentiam, ne poſſint accuſari

tanqvam fures, tanqvam polypragmones, ſuarum rerum negligentes, in alienis improbè curioſi tanqvam malefici, tanqvam homicidæ.

Otioſi πολυπράγμονες ſunt puniti.

Neqve obſcurè ex hoc ipſo loco Apoſtolico colligitur, Patriarchales Eccleſias Politicasqve polypragmonas iſtos huc uſq; deſcriptos odio & pœnis proſeqvi ſolitas fuiſſe, præſertim cum apud Ethnicos ſapientes itidem in ignavos, ocioſos, curioſos ſupplicia certa decreta fuerint, qvem mortem Ethnici citra dubium ex vicinis rumoribus vicinarum Eccleſiarum Patriarchalium acceperunt. *Nemo*, inqvit Apoſtolus, *PATIATUR ut fur, ut homicida, ut maleficus, UT ἀλλοτριοεπίσκοπος.*

Etiam ἀλλοτριοεπίσκοποι.

Ergo animadvertebatur in allotrioepiſcopos & allotriepiſcopi cogebantur aliqvid pati idqve ab illis magiſtratibus, qvi habebant poteſtatem gladii. Cum autem illo tempore nondum omnes Chriſtiani novitii magiſtratibus credulis inſtructi eſſent, iccircò interim Eccleſia ſuas qvasdam in iſtos malos ſtringebat cenſuras. Et hoc eſt, ſicut Petrus carpit ἀλλοτριοεπισκόπους, qvod ita Apoſtolus Paulus qvoqve conſtrigat eosdem. Verba qvidem ſunt diverſa, ſed res parallela, & eodem recidere videbitur.

2. Theſſ. 3, 6. & ſeqq. *Denunciamus vobis fratres per nomen Domini noſtri JESU CHRISTI, ut ſubducatis vos ab omni fratre, qvi inordinate ſe gerit, & non ex tradita doctrina, qvam accepit à nobis.* v. 7. *Nam ipſi ſcitis, qvomodo oporteat imitari nos qvoniam non* inordinatè *geſſimus nos apud vos.* v. 8. *Neq;* gratias *panem edimus à qvoqvam*, ſed cum labore & ærumna, *nocte dieq; operantes ad hoc, ne qvem veſtrum graveremus.* v. 9. *Non qvod non habeamus hoc jus, ſed ut nosmetipſos pro exemplari exhibeamus vobis ad imitandum nos.* v. 10. *Et enim qvum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis*, ut ſi qvis nollet operari, nec ederet. v. 11. *Audimus enim qvosdam verſantes inter vos* inordinate, nihil operis facientes, ſed curioſè agentes. v. 12. *Iſtius modi autem qvi ſunt, denunciamus & obſecramus per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut cum qviete operantes panē ſuo veſcantur.*

Huc pertinet, qvod idem habet Apoſtolus 1. Theſſ. 4, v. 10. *Obſecramus vos fratres, magis excellatis*, v. 11. *& contendatis* qvieti eſſe & res veſtras agere ac operari propriis manibus veſtris, *ſicuti vobis denunciavimus*, v. 12. *ut vos geratis honeſtè erga* extraneos *& nulla re ſit opus vobis.* Porrò hanc ſuam ſententiam uterqve Apoſtolus non protuliſſet, niſi in Eccleſiis Patriarchalibus & Iſraeliticis rem illam & cenſuram approbatam perſpectū habuiſſet,

Prov. 20, 4. *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi*, vel *& non erit*, ſcilicet, qvi ei det panem. Pœna igitur curioſorū ſcrutantium aliena, ſibi non commiſſa, ſivè maximè ardua, ſive mediocria, ſive minora, & negligentium officii demandati opera, Pœna, inqvam, in Eccleſiis Patriarchalibus fuit, qvod pro vere pauperibus non agnoſci, nec juvari ex collectis publicis debuere, qvod nemo ipſis mutuò dare, aut mutuò

datum

datum diutius indulgere debuit, qvin potius ut fures deprehensi debuere vendi, ut à duris Dominis deinceps ad laborandum cogi, & à rerum alienarum curiositate abstrahi possent.

Ex Ecclesia manavit serveritas similis ad Ethnicos undiqve circumfusos: unde apud *Zvvingerum* in *theatro, volum 18. lib. 5.* §. vitiosorum qvorundam effectuum poena, leguntur *variæ & graves pœnæ otii apud Ægyptios, etiam capitales*; apud Lucanos privabatur summâ, si qvam pigro mutuò dedisset, apud Corinthios carnificis manibus tradebantur, testante Diphilo Menandri coætaneo, qvi vixit longè ante natum CHRISTUM.

Cæterum, qvod ex curiositate & ambitione, cum qvis, ut Hieronymus loqvitur, in aliis domibus & provinciis aliena scrutatur, inqvirit, & tentat, varia exoriantur scelera, & variæ gravesqve conseqvantur ordinariæ & extrordinariæ pœnæ, demonstratu, ut non est opus, ita nec difficile: nimis autem hoc in loco prolixum erat futurum.

ORACULUM XLII.
SACRUM.

INferam hoc in loco illud passim allegari solitum ex antiqva versione Latina, Prov. 25, 27. *Scrutator majestatis opprimetur à gloria.* Verum enim verò secundum hosce externos sonos harum externarum sillabarum & vocum nec in Hebræis fontibus, nec etiam in ipsa tersissima Lutheri nostri seu versione, seu paraphrasi illud ipsum lector invenire valebit. *Hæ voces & syllabæ dicti non reperiuntur in fontibus nec in Luthero.*

Hebræa verba Codicis sacri, cum interlineari interpretatione ex Bibliis Benedicti Ariæ Montani habent in hunc modum:

gloria illorum gloriæ Investigatio

חֵקֶר כְּבוֹדָם כָּבוֹד

Ad marginem in Bibilis Ariæ Montani adjectæ sunt Particulæ, per certas notas, textui ipsi jam indigitato applicandæ, *Sic nimia, non est*, ex qvibus tandem pro more infinitorum aliorum exemplorum Biblicorum usitato completur hæc sententia (*Sic*) investigatio (*nimia*) gloriæ illorum, (*non est*) gloria.

Integer autem versus ita sonabit:

(Sicut) comedere mel multiplicando (multum) non (est) bonum (sic) investigatio (nimia) gloria illorum (non est) gloria.

In Bibliis Pagninianis hoc pacto legitur ille ipse versus:

Ut commedere mel multum, non est bonum: Sic investigatio gloriæ eorum non est gloria.

Cum Hebræo textu qvàm optimè & qvàm proximè congruit versio Germania D. Lutheri;

Wer zu viel Honig isset/das ist nicht gut/Vnd wer schwere Ding forschet/dem wirds zu schwer.

Qvantum igitur discrepet texrus Latinæ antiqvæ versionis à fontibus Hebræis, ex hac collatione plus satis unusqvilibet ex lectoribus benevolis indicabit.

Praxis primæ regulæ.

primum enim in textu fontis Hebræi vocabulum OPPRIMETUR planè non habetur.

Scrutari hoc loco in genere sumitur.

Deinde non specialiter accomodatur vel intelligitur τὸ SCRUTATOR MAJESTATIS de curiositate inqvirendi arcana mysteria *essentiæ divinæ, aut etiam trium personarum in una essentia divina*, sed tantum in genere dicitur, qvod *Scrutatio gloriæ non sit gloria*, qvod *investigatio difficilium sit difficilis*, qvemadmodum appotissimè convertit D. Lutherus.

Qvid sit חקר *ex concordantiis scripturæ.*

Tertio vocabulum Hebræum Cheker חקר significat perscrutari remota, explorare abstrusa, inqvirere, Prov. 25. v. 3. *Cœlorum alititudinis & terræ profunditatis & cordis regum non est investigatio.* Thren. 3, 40. *Scrutemur vias nostras, ac inqviramus, & revertamur ad Jehovam.* Jerm. 17, 10. *Jehova scrutans corda.* Et c. 31, 37. *Si possunt investigari fundamenta terræ deorsum.* Et c, 46, 23. *Non potuerit investigari.* Es 40. 28. *Non est investigatio intelligentiæ ejus. (DEI.)* Vide etiam apud Ecclesiasten 12, 9. Prov. 28, 11, Psal. 44, 22. & 139, 23. & 145, 3. Job. 5, 9. & 8, 8. & 13, 9. & 29, 16. & 34, 24. & 36, 26, & 38, 16. 2. Paral. 4, 18. Huc item 1. Par. 19. 3. *Nonne ideo ut scrutentur, & rimentur, explorentq; terram, venerunt servi ejus ad te.* 2. Sam. 10, 3. *Nonne ut investigaret urbem, & exploraret eam, atq;* scrutaretur *eam, misit David servos suos ad te.* Vide etiam 1. Sam. 20, 12. *qvum pervestigavero à patre meo, &c.* Judic. 5, 16. *in divisionibus autem magnæ erant* investigationes *cordis* Et c. 18, 2. *Miserunt ut* explorarent *terram & diligenter inspicerent eam.* Deut. 13, 14. *Tunc inqvires &* investigabis *ac interrogabis diligenter.*

Qvid significet כבד

Qvartò qvod attinet ad thema Cavad כבד notum est, qvod significet gravem esse, tum qvoad pondus, tum qvoad dignitatem seu fortitudinem, seu potentiam, seu gloriam, seu honorem. Id qvod comprobabunt exempla examinata vel in Concordantiis, vel in lexico saltem aliqvo pleniore. Qvi aliud non habet, saltem Avenarii Dictionarium Hebræum videat: ubi de vocabulo כבוד Cavod allegata testimonia necessaria reperiet. Psal. 29, 2. *Date JEHOVÆ afferte JEHOVÆ gloriam & forditudinem, Date JEHOVÆ gloriam nominis ejus, &c.* Esa. 21, 15. *A facie gravitatis belli,* hoc est, à potenti & insigni impetu bellatorum, ubi sunt arcus & gladii, &c.

His

His præmissis jam tandem facillima erit indagatio veræ sententiæ hujus versiculi: *Sicut is, qvi avide plurimum mellis, comedit, cum dedecore sæpenumero evomit illud, ita qvoq;, qvi nimis gravia & magna, & supra vires suas gloriosa tentabit, itidem inde ignominiam reportabit.* *Praxis secundum regulam. Sensus verus dicti.*

Etsi verò à Physicis commemorari possunt forsan multæ incommoditates mellis nimis avarè & copiosè devorati, tamen hoc in loco non alia magis est conveniens, qvam illa, qvæ in eodem capite 25. Proverbiorum ponitur versu 16. inqve his verbis: *Mel invenisti, comede qvod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Vomitum autem verè, ut ignominiosum objici, liqvet ex Habacuc. 2, 16. *Bibe tu qvoq;, & consopire, circundabit te calix dexteræ Domini*, & vomitus ignominiæ *super gloriam tuam.*

Summatim, sensum ex fontibus Hebræis optime assecutus fuit & reddidit noster Lutherus: *Sicut nimius usus mellis est malus, ita nimia inqvisitio rerum magnarum arduarum & arcanarum est mala & non gloriosa.* *Cum quo convenit versio Lutheri.*

Rectè igitur *Lucas Osiander* in majore sua Paraphrasi ita veterem emendat versionem: *Scrutans gravia gravatur.* Nimirum Lutherus & hunc Præceptorem suum secutus Osiander exponit de omnibus gravibus rebus in genere. Cum vetus versio latina tantum in specie interpretari videatur. *Testimonium L. Osiandri.*

Etsi verò hæc ita se habent, tamen interim qvilibet interdum uti potest hoc proverbio in articulis mysteriorum, *Scrutator majestatis opprimetur à gloria*, modo fiat hoc salva ipsa declaratione & exceptione, ex fontibus fluente, sicuti jam dictum fuit. *Hic sensus ad alia applicari potest.*

ORACULUM XLIII
SACRUM.

Proverb. 25, 21. 22.

v. 21. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, da ei aqvam bibere.
v. 22. Prunas enim congregabis super caput ejus, & DOMINUS reddet tibi.

LUTHERUS:

Hungert deinen Feind / so speise ihn mit Brodt / Dürstet ihn / so träncke ihn mit Wasser.

Denn

Denn du wirst Kolen auf sein Häupt häuffen/ und der HERR wird dirs vergelten.

IN specie illa verba in Hebræo Codice, qvoad priorem partem versus posterioris, in Bibliis *Ariæ Montani* in hunc habent modum:

caput ejus super capiens tu prunas Qvia

כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ

Cumqve jam fecerim mentionem capitis 25. Proverbiorum, libet è vestigio monstrare alterius ibidem difficilioris ex primo aspectu visi loci genuinam explicationem. Sic enim versu 21. & 22. legitur: *Si esurierit odio habens te, ciba illum pane, & si sitiverit, propina ei aqvam, qvia prunas tu congeris super caput ejus, & Jehovah reddet tibi.*

Allegat hoc Oraculum Apostol. Roman. 12, 20. his verbis: *Si esurit inimicus tuus, ciba eum, si sitit, da ei potum. Hoc enim si feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus.*

Praxis juxta primam regulam, ex lingva. Ut igitur mentem DEI asseqvaris, lector, fontes ante omnia consulas, videasq; *primò* phraseologias similes in aliis locis Scripturarum sacrarum. Ingredere igitur qvascunqve habueris Concordantias cum vocabulo, *Pruna* & *Carbo*.

גַּחֶל sumitur

I. Propriè, I. Interdum istud utrumqve 1. propriè usurpatur Levit. 16, 12. *Assumtum thuribulum de prunis altaris implebit.* Proverb. 6, 28. *Nunqvid potest homo ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus.* Et c. 26, 21. *Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.*

II. Metaphoricè. 1, Pro stemmatis lucerna. 2. Pro ira Dei. 3. Pro ira animalis. 4. Pro calumnia. 5. Pro benevolentia.

II. Interdum Metaphoricè 1. pro stemmatis alicujus lucerna, 2. Sam. 14, 7. *Qværunt extingvere prunam meam, qvæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliqviæ super terram.* 2. Pro ira DEI, Psal. 18, 9. *Ascendit fumus in ira ejus, & ignis ex ore ejus consumsit, Carbones succensi sunt ab eo*, qvæ verba repetuntur 2. Sam. 22, 9, 13. 3. Pro ira animalis, Job. 41, 12. *Halitus ejus prunas accendit & flamma de ore ejus egreditur.* 4. Interdum pro calumnia Psal. 120, 4. *Lingva dolosa velut sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus juniperorum.* 5. Interdum pro benevolentia, Esa. 47, 17. *Ecce, facti sunt qvasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ, non sunt prunæ, qvibus calefiant, nec focus, ut sedeant ad eum.*

Qvo in loco Esajas Propheta loqvitur de superstitiosis vaticinatoribus, & dicit, qvod ita delebuntur, sicut qvando ignis stipulam penitus consumit, & qvod fata super eos ventura non debeant esse, sicut prunæ, à qvibus post lotionem capita vel alia membra hominis tum siccantur, tum

tum svaviter demulcentur, foventur, nec ut focus, ad qvem sedentes calefiunt & recreantur, post molestissima tolerata frigora in hyeme, vel pluviis. Et hactenus juxta *primam* regulam de vocabulorum variis acceptionibus: Seqvitur, ut juxta *secundam* regulam contextus ipsi expendantur.

Qva acceptio retinenda, Non propria.

Postqvam igitur Grammaticales varias significationes indagasti, necesse est, ut pro nativo reperiendo sensu legem antecedentium & conseqventium consulas, Num propria, an verò figurata significatio in hoc loco à te possit retineri.

Propria retineri neqvit, id qvod qvilibet judicabit, cùm carbones projicere super caput inimici, pugnet cum intentione Salomonis & Pauli, qvi vult uterq; ut inimico benefaciamus. Carbones calidos, pungentes, urentes, consumentes conjicere super caput inimici, nihil erit aliud, qvàm noxia & detrimentosa inimico adhibere.

Sed Metaphorica, ita ut denotetur vel ira Dei, vel nostra emollitio.

Ad Metaphoricam igitur confugiendum erit interpretationem, idq; vel *in eam partem*, 1. qvod hoc pacto inimicis possimus iram divinam, per carbones in scripturis sæpè indigitatam, tanqvam prunas qvasdam, super caput congregare; 2. vel qvod hoc pacto possimus adversarios nostros (ut in exemplo Esaiæ 47, 14. notatur) emolire, & benefaciendo vincere, ut à persecutionibus & odiis cessent.

Posterior recipitur & probatur.

Priorem retinet Beza; sed posterior est textui congrua & prosus necessaria nativaqve 1. *Qvia* Apostolus ibidem jubet, ut cum omnibus hominibus in pace vivamus, id qvod excludit, ut aliis malam pœnam Dei preceris, qvin potius ut etiam pro adversarii salute corporali & æternâ ores. 2. *Qvia* tandem expressè additur, Ne vincaris ab eo, qvod malum est, sed vince bonitate malitiam, sicut in Proverb. 25. etiam additur, DOMINUS retribuet. Neqvaqvam autem DEUS tibi compensaret benè, si carbonibus noceres inimico tuo, ut certissimum igitur relinqvatur, qvod posterior acceptio sit retinenda, idqve hoc sensu: *Si esurit inimicus tuus, ciba eum, si sitit, da ei potum. Hoc enim si feceris, tum perinde feceris, ac si congreges carbones ignitos seu prunas, qvibus velis ipsius caput humidum & frigidum tantum isto svavi & competente modo calefacere & fovere, hacq; ratione te præbere famulum, amicum ac benefactorem ipsius, ut cogatur adversarius in se descendere, hæc servitia, hanc benevolentiam agnoscere, & de sua iracundia remittere. Si esurit inimicus, ciba eum, & congregabis hac ratione prunas super, ad caput ipsius demulcendum.* 3. *Hebræa etiam* vocula optimè admittit interpertationem hanc AD CAPUT. Hujus interpretationis fundamentum sufficiens unicum, ut innui, præbent Concordantiæ, ex loco Esa. 47. vers. 14. *Ecce erunt tanqvam stipula, ignis comburet eos, non liberabunt animam suam de*

Sensus verus dicti.

manu flammæ, non erit pruna ad calefaciendum se, nec ignis ad sedendum coram eo. Ecce enim juxta historicam litteram hujus textus prunas & ignes habere solebant ad sedendum coram eo, & ad calefaciendum se. Ad hunc ignem, & ad has prunas calefacientes & foventes hominem hoc in loco alludit Salomon & Apostolus.

Textus paralleli, ad textum Prov. 25. v. 21. 22.

4. *Porrò*, qvod his verbis tropicè effert Salomon, & ex Salomone Paulus, id nimirum de inimico per benevolentiam sibi conciliando alibi in Scripturis clarius, litteraliter & sæpiùs indicatur, Exod 23, 5. *Si videris asinum odio habentis te decumbentem sub onere suo, & desines auxiliari ei? Auxiliando auxiliaberis ei cum illo.* Legantur hæc prolixiùs declarata, Deut. 22, v. 1. 2. 3. 4. *Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & prætcribis, sed reduces fratri tuo* v. 2. *Etiamsi non est propinqvus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te, qvamdiu qværat ea frater tuus, & recipiat.* v. 3. *Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, qvæ perierit, si invenies eam, negligas qvasi alienam.* v. 4. *Si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicies, sed sublevabis cum eo.*

Hîc locum habet illud Apostoli, 1. Cor. 9, 9. *In Mosis lege scriptum est: Non obligabis os bovi trituranti. Num boves curæ sunt DEO?* v. 10. *Annon hoc propter nos omniò dicit? Propter nos enim hoc scriptum est.* Hactenus verba Pauli. Ergo si ideò scriptum est, non obligandum esse os bovi trituranti, ne os homini trituranti obligemus, tum ideò qvoqve scriptum est, inimici asinum sublevandum esse, ut multò magis inimicum ipsum sublevare & nobis conciliare discamus & studeamus.

Hoc etiam est congregare prunas super caput inimici benevolentiâ nimirum ipsum demulcere.

Huc pertinet illud Levit. 19, 18. *Non ulcisceris teipsum* (adversus hostem) *neq; reservabis* (ultionem) *contra filios populi tui.* Item versu antecedente, v, 17. *Ne odio habeas fratrem tuum.* Idem Matth. 5, 44. *Diligite inimicos vestros, benedicite iis, qvi devovent vos, benefacite iis, qvi oderunt vos, & orate pro iis, qvi vos infestant, & perseqvuntur vos,* v. 45. *ut sitis filii Patris vestri, qvi est in cœlis; nam facit, ut sol suus oriatur super malos & bonos, & pluit super justos & injustos.* v. 46. *Nam si dilexeritis eos, qvi diligunt vos, qvam mercedem habebitis? nonne & publicani idem faciunt?* v. 47. *Et si complexi fueritis fratres vestros solùm, qvid ampliùs facitis, nonne & publicani ita faciunt?* v. 48. *Estote igitur perfecti vos, ut pater vester, qvi in cœlis est, perfectus est.*

Qvomodo iis, qvi pallium tollent, concedatur tunica.

Idem fusiùs continetur Luc. 6, 27. qvo in loco talem patientiam erga hostem reqvirit, ut tollenti pallium jubeat etiam concedere tunicam, *nimirum* ut levia damna feras propter pacem, & ut adversarium mitiorem tibi reddas. Neqve hæc existimanda saltem sunt consilia paradoxis Stoicis æqvalia; sed continent seriam voluntatem DEI, qvam nostris homini-

minibus sæpiùs severissimèq; inculcari decet, ut tali benevolentiâ allecti converti & salvari etiam hostes nostri tandem possint.

XLIV. ORACULUM SACRUM.

Proverb. 30, 18. 19. 20. ex antiqva latina versione.

v. 18. Tria sunt difficilia mihi, & qvartum penitus ignoro:
v. 19. Viam Aqvilæ in cœlo, Viam colubri super terram, Viam navis in medio maris, Viam viri in adolescentula.

LUTHERUS:

Drey Ding sind mir zu wunderlich/ und das vierdte weiß ich nicht:
Des Adlers Weg im Himmel/ der Schlangen Weg auff einem Felsen/ und des Schiffs Weg mitten im Meer/ und des Mannes Weg an einer Magd.

IN Capite 30. Proverbiorum aliud extat dictum, de qvo sæpè eruditos conferre memini, versu 18. 19. 20. juxta Pagnini versionem: v. 18. *Tria sunt abscondita à me, immò qvartum ignoro:* v. 19. *Vestigium aqvilæ in cælo, vestigium serpentis super petram, vestigium navis in corde maris, & vestigium viri in virgine.*

Rebecca est Haalma cũ appendice, qvæ non cognovit virum.

Ubi in Hebræo est vox Haalma; qvam virginem incorruptissimam denotare ajunt, qvamqvam Gen 24, 16. Rebecca ita describitur, *qvod sit Haalma, qvæ non cognovit virum*, ubi addita determinatio fortior rem illustrissimam reddit.

Hîc qvæstio est, qvid sit vestigium viri in virgine? Respondeo, rem fore expeditissimam, si consideres, qvid sit *vestigium aqvilæ in cælo.*

Vestigium aqvilæ in cælo, qvid sit.

Ingredere in Concordantias cum vocabulo Aqvila, & reperies Jobi 9. v. 25. *Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, nec viderunt bonum*, v. 26. *præteriunt cum navibus Ebeh, sicut aqvila, qvæ volat ad escam.* 2. Sam. 1. 23. *Saul & Jonathan aqvilis leviores fuerunt.* Vide etîam Deuter. 28. 49. *Adducet Deus adversus te gentem ab extremo terræ, qvemadmodum volat aqvila.* Ex his constat, esse ineffabilem volantium aqvilarum celeritatem, ita, ut vestigia volatus per cœlos, vel per aerem iudicare neqveas.

Vestigium serpentis in petra qvid sit.

Eadem est ratio vestigii serpentis in petra, vel super petram, de qvo Amos 9,3. *Si absconderint se in vertice Charmel, inde scrutabor, & tollã eos, & si abscondantur á conspectu oculorum meorum in pavimento maris, inde præcipiam serpenti, & mordebit eos.* His indicatur maxima serpentum mobilitas, qvæ ipsis etiam attribuitur Job. 26,13. neqve qvisqvam indicabit, qvam rectà & verè viam per petras ambulent, sicut nemo monstrabit vestigia defluxæ navis per aqvas maris.

Vestigium viri in Virgine qvid sit?

Ita nemo qvoqve satis æstimabit & olfaciet, cogitata & attenta juvenis super puella, vel propter puellam, vel ut versiones habent, in virgine qvam amat, ut indicetur maxima & ardentissima, simul tamen arcana, aliis ignota, & prorsus inæstimabilis, & varietatibus multiplicibus implicita cogitatio & tentatio & virtus amoris Juvenilis, Esa. 6.2,3. *Sicut gaudium est Sponso super Sponsam; sic gaudebit super te DEUS tuus.* Et David 2. Sam. 1,26. dicit de Jonatha mortuo: *Dulcis fuisti mihi valdè, mirabilis fuit amor tuus mihi amor mulierum.* Nimirum ait, se mulierē amore ineffabili proseqvi, attamen erga Jonathanum, socium sibi divinitus destinatum, fuisse prope majore dilectione affectum.

Mira μεταμόρφωσις stili in Cantico Canticorum Salomonis.

Potest amor iste utcunque colligi ex toto libello *Cantici Canticorum*, quod est mysticum canticum nuptiale, de amore Christi Sponsi erga Ecclesiam sponsam, ubi Salomon consultè voluit abstinere à nominibus DEI majestaticis, & uti amatoriis blandissimis, Sponsi, fratris, amici, dilecti, desiderabilis, saucii, fasciculi myrrhæ, botri, cyprii, hinnuli cervorum, electi ex millibus omnium pulcerrimi, desiderabilis: totius & amabilis: & Sponsus vocat Sponsam, non sicut aliàs filiam Sion vel Judæ; vel servam & ancillam Domini, sororem, amicam, columbam, dilectam, unicam, pulcerrimam qvæ arguunr animum desiderio mirifico æstuantem.

Vestigium hoc duo continet.

Vestigium igitur viri in virgine duo continet. 1. Qvod alius nesciat, in qvam mulierem vir alius æstuet 2. Qvod nesciat exprimere infinitatem æstus & tentamenta arcana in viro erga juvenculam.

Agur proverbior. 30, 8. 9. videtur esse Salomon.

Addit autem Salomon, vel Agur (qvanqvam 1. Reg. 3. ut propter illud Proverb. 30,8. 9. adscribenda omnia videantur ista Salomoni) qvintum & novum: *Nemo etiam potest adulteræ vias explorare,* (qvæ tàm mirabiliter potest occultare æstum erga alienum, ne à marito unqvam animadvertatur) *Commodit, & tergit os suũ, & dicit: Non sum operata iniqvitatem,* hoc est, admittit alienum, & clam excipit geniturum seu semen ipsius, qvasi vorando illud devoraret, & interim apud maritum laudat suam fidem & pudicitiam, deserit ducem adolescentiæ suæ & obliviscere pacti DEI sui, Proverb. 2, 17.

ORA-

XLV. ORACULUM SACRUM.

Prov. 9, 17.

dulces furtivæ Aqvæ.

מַיִם־גְּנוּבִים יִמְתָּקוּ

Græca Verſio:

Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε.

Verſio antiqva:

Aqvæ furtivæ dulciores ſunt, &c.

Pagninus:

Aqvæ furatæ dulces ſunt.

Lutherus:

Die verſtohlene Waſſer ſind ſüſſe.

LUbet autem hoc in loco propter mentionem hujus poſterioris appendicis ſimul lectori erudito monſtrare mentem genuinam iſtius Salomonici, Prov. 9, 17. *Aqvæ furtivæ dulciores ſunt*, ubi iterum qvoad *primæ* regulæ praxin nullo opus eſſe videbitur labore, qvin potiùs accedendum eſt ſtatim ad *ſecundæ* regulæ uſum.

Videantnr autem *primò* multa antecedentia conſeqventiaq; ſeu contextuum in eodem libro plurimorum ratio, & ita inſpiciatur, ut loqvi ſolent, nigrum cum rubro, ſeu cum rubrica, & iſta συνέπεια dabit gloſſam cum textu, & textum cum gloſſa: ut pateat, qvomodo in proverbiis ejusmodi declarandis ſit procendendum, & qvomodo unius capitis ſenſus ſæpenumerò planior fieri poſſit ex aliis capitibus.

Nominè SAPIENTIÆ Salomon ſæpè intelligit unum aliqvid novum præceptum.

Eſt autem hìc notandum, qvod Salomon ſæpè ſpeciale unum bonum præceptum, tamen in genere vocet *Sapientiam*, & talem unam ſapientiam aliqvot vicibus commendet. Apparet hoc ex capitis 5. verſ. 1. qvadam meditatione. *Fili*, inqvit, *mi, ſapientiæ meæ attende* (novo præcepto ſapienti de pietate auſculta) *& in telligentiæ meæ* (huic ipſi præcepto, qvod proponam) *inclina aurem tuam*, v. 2. *ut cuſtodias cogitata, & ſcientiam labia tua conſervent.* v. 30. *Qvia favum* (jam ſeqvitur iſta, qvam inuit, & qvam docere ibi voluit, ſapientia, ſeu hoc eſt iſtud ut loqvi nos ſolemus præceptum aliqvod ſingulare) *ſtillant LABIA EXTRANEÆ* (ecce lector, de qva re ſit locuturus Salomon, nimirum de amore mulierum malo vi-

lo vitando) *& lenius est oleo palatum ejus.* v. 4. *Novissimum autem ejus amarum ; sicut absynthium, acutum veluti gladius biceps*, v. 5. *pedes ejus descendunt ad mortem, infernum gressus ejus sustentant, semitam vitæ forsan* (ita vertit Pagnius & Arias Montanus & hic & alibi sæpe admiscentes vocabula *fortè profectò* &c. Sed hoc loco non decet verti hoc sensu, sed ita, ut nunc seqvitur) v. 6. *semitam vitæ ejus* extraneæ) *si ponderes, mobiles & inconstantes* (peccatis semper intentæ sunt) *viæ ejus, & non cognosces* vers. 7. *Nunc igitur filii,* (in plurali pro more Scripturæ subinde & in una & eadem re diversis numeris istis utentis) *parete mihi, & ne recedatis ab eloqviis oris mei*, (à dehortationibus de vitanda meritrice) v. 8. *longè fac ab ea* (extranea) *adultera viam tuam & ne appropinqves ostio domus ejus*, v 9. *ne fortè* (ita vertit Pagninus sæpius fortè, forsan exponens vocem פן qvam rectissimè Lutherus tantummodò convertit, ne vel si, omisso illo, forsan, sensum sonante vocabulo. Ergò & hic jam ita leges *ne qvando des alienis decorem tuum, & annos tuos crudeli* (adulteræ) v. 10. *ne saturentur alieni robore tuo, & labores* (sumtus) *tui sint in domo alieni.* v. 11. *& rugias in novissimis tuis qvèm consumseris carnem tuam & corpus tuum* (tandem te pœniteat commixtionis alienæ suppositionis fœtuum in alienam familiam, insumtorum bonorum apud alienam) v 12 *& dicas, qvomodo odi eruditionem, & increpationem sprevit cor meum*, v. 13 *& non obtemperavi voci instituentium me, & docentibus me non inclinavi aurem meam*, v. 14. *parum abfuit, qvin fuerim in omni malo in medio cœtus & congregationis* (parum afuit, qvin deprehensus publicè fuerim coram tota civitate confusus(v. 15. *Bibe aqvam de cisterna tua & fluenta de medio putei tui*, v. 16. *dispergent sese vel deriventur fontes tui foras, in plateis rivi aqvarum* (Bona tua pro te serva, & pro tuis, proq; juvandis aliis, nec cum adultera disperdas, ut tibi & aliis benefacere qveas) v. 17. *Sint tibi soli, & non alienis tecum* v. 18. *Sit scaturio tua benedicta. lætare de uxore adolescentiæ tuæ* (qvam duxisti in adolescentia, ne deseras, cui primum adolescentiæ ducem te præbuisti. nec obliviscaris pactis patris tui) v. 19. *cerva amorem & caprea gratiæ, ubera ejus inebrient te omni tempore, in amore ejus delecteris jugiter.*

Fortè, profectò hæc vocabula sæpè ponit in sua versione Pagninus, ea prætérit vel aliter exponit Lutherus, sicut in fontibus aliter se habere deprehenduntur.

Uxor adolescentiæ qvid sit?

Qvo in loco LUTHERUS ad marginem comprehendentia summam totius hujus negotii hæc habet verba: **Hinde/) Daß ist auff Sprichtworts weise geredet/also viel/ bleibe bey deinem Weibe/und halt dein Gut/ daß du es nicht umbbringest mit Huren/ sondern andern damit helffest. Denn kein lieblicher Wesen auf Erden ist/ wo sich Mann und weib freundlich zusammen halten.** Hactenus verba Lutheri.

Com.

Comparat Salomon uxorem adoleſcentiarum *Cervæ* & *Capreæ*, cujus uberibus, id eſt, amoribus inebriatur, h. e. ſatiatur maritus. Jam pergit in textu. *Uxor comparatur cervæ & capreæ.*

v. 20. *Et ut qvid delectaberis, fili mi, alienâ, & amplecteris ſinum extraneæ,* v. 21. *omninò coram oculis Jehovæ ſunt viæ viri, & omnes ſemitas ejus ponderat.* v. 22. *Iniqvitatis ſuæ* (adulteria, de qvibus hîc potiſſimum loqvitur) *capient ipſum impium, & funibus peccati ſui* (adulterii, hanc enim expoſitionem ſubjecta materia requirit, ut generale verbũ ad hanc ipſam ſpeciem conſtringatur) *tenebitur.* v. 23. *Ipſe morietur eò, qvod non audivit eruditionem, & propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ* (propter contemtum ſapientiæ, id eſt, propter contemtum hujus ſpecialis præcepti ſapientiæ cœleſtis) *errabit* (ita Pagninus convertens vocabulũ שגה, quod rectius vertet, peribit, ſicut 2. Sam. 2, 23. *defuerũt è ſervis Davidis novendecim viri, id eſt, perierunt deſiderati ſunt, qvia ceciderunt.*)

Et hactenus de uno contextu & capite Salomonis: capiatur adhuc unum, quod itidem de amore indigitato loqvetur, ex illis ipſis Proverbiis Salomonis, qvæ Proverbia Salomonis omninò majori cum divino fructu in Scholis perlegere deberent, & teneræ inſtillare juventuti Præceptores, præ iſtis vulgo ſic intitulatis Catonis diſtichis, qvæ & nominatione ſunt longiſſimis chiliadibus inferior habenda præ iſtis, & fructum præbent plus ſatis maximum. *Proverbia Salomonis commendatiſſima eſſe debent Scholis.*

Sic ergo capite ſexto Salomon à verſu viceſimo incipit novum ſapientiæ cœleſtis dare præceptum, qvod initio commendat, poſtea explicat his verbis: *Conſerva, fili mi, præceptum Patris tui, & ne relinqvas legem matris tuæ,* v. 21. *alliga ea in corde tuo ſemper, adnecte ea gutturi tuo,* v. 22. *cum deambulaveris, deducet te, cum dormieris, cuſtodiet te, & cum expergefactus fueris, ipſa colloqvetur tecum;* v. 23. *Qvia ut lucerna eſt mandatum, & lex ut lux, & via vitæ ſunt increpationes eruditionis* (etſi hæc generaliter dicuntur, & ab aliqvibus exiſtimari poterant eſſe commendatio generica pietatis, ſeu ſapientiæ cœleſtis, & ita qvoq; allegari qvandoq; ſeorſim ſolent, tamen qvi rectè cohærentiam æſtimabit, is ſponte fatebitur, hæc generalia verba eſſe tantùm commendationem ſpecialis præcepti ſeu ſapientiæ cœleſtis; qvæ nunc continuò his verbis ſeqvitur (v. 24. *ut cuſtodiant te à muliere mala, à blanditiis lingvæ extraneæ* (ſi qvis verò adulteram cavet, iſtum, ut habent verba commendationis qvùm deambulaverit, reducent, cum dormierit, cuſtodient verba illa, hoc eſt tutisſimum præſtabunt &c.) v. 25. *ne concupiſcas pulchritudinem ejus* (extraneæ adulteræ) *in corde tuo, neq; capiat te ſplendoribus ſuis,* v. 26. *qvia propter mulierem meretricem* (veniet homo) *usq; ad fruſtrum panis* hoc vulgò ſolet dici, in domo adulteri paupertas) *& mulier viri animam pretioſam venabitur* (talis meretrix bona & vitam viri periclitari faciet) v. 27. *nunqvid accipiet vir ignem in ſinum ſuum, & veſtimenta ejus nõ cõburentur?* v. 28. *An ambulabit vir ſuper prunas, & pedes ejus nõ comburentur?* v. 29. *Sic, qvi ingreditur ad uxorẽ proximi ſui,* *Parallelus locus alius.* *Hæc generalia verba ſunt tantùm ſpecialis præcepti.* *In domo adulteri paupertas.*

sui, non erit innoens (impunitus) *qvisqvis tetigerit eam.* (Innocentem esse significat, esse immunem à pœnâ Exod. 21, 19. *Si percusserit aliqvis proximum suum, & non mortuus fuerit, sed deciderit in lectum, si surrexerit ambulaverit foris super baculum suum, tum innocens* (impunitas vitæ mulctatione) *erit percussor, tantum cessationem ejus dabit, & medendo mederi faciet.* 1. Sam 26, 9. *Qvis extendet manum suam in unctum Jehovæ, & innocens erit?* (id est, & impune illud feret.)

Sed pergo in Salomone, qvi instituit collationem inter furem & adulterum, adulteriumq; probat majus esse crimen qvàm furtum, *qvia* fur ex extrema indigentia peccat, adulter verò habens uxorem: tamen ex indomito affectu furatur amorem alterius: *Deinde* qvia in lege divina gravior pœna constituta est adultero, quàm furi, & licet adulter non prodatur, tamen Deus ipsi non parcet, (juxta illud Hebr. 13, 4. *Scrotatores & adulteros judicabit DEUS,* sæpèq; eum tradit ἐπαυτοφώρῳ marito zelotæ, qvi adulteranti uxorem non parcit.

Verba Regis & Prophetæ Salomonis ita se habent v. 30. *Non despicient* (non diripient, sicut thema בזן Matth. 12, 29. in Syriaco usurpatur, indeqve significatio hæc optimo jure Hebraismis inservit, hoc est, non conculcabunt, non occident furem. Vide Lexicon Avenarii) *Non conculcabunt furem, si furatus fuerit, ut impleat animam suam, qvùm esurierit;* v. 13. *sed inventus reddet septuplum, immò etiam omnem substantiam domus suæ dabit.* v. 32. *Qvi vero adulterium committit cum muliere, caret corde,* hoc est, defuit cordi suo, peccat in vitam suam, *corrumpit enim animam suam,* id est, perdit animam suam. In Lexicis has varias significationes reperies lector, & si contuleris, videbis Pagninum Grammatico more vertentem molliori brachio tractare sensum) v. 33. *plagam & ignominiam inveniet, & opprobrium ejus non delebitur,* v. 34. *quia Zelus est furor mariti, & non parcet adultero, in die vindictæ.* v. 35 *Non acceptabit faciem ullius redemtionis neq; volet, etiamsi multiplicaveris munus.* Hactenus parænesin ex capite sexto: Nunc adhuc unum magis conformen subjicio ex toto capite septimo.

Qvi tantū Grammaticæ inhæret, is sæpenumerò errabit, propter contextus neglectos. Parallelus textus alius illustrior.

Capite igitur septimo in hunc modum incipit Salomon v. 1. *Fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde apud te.* vers. 2. *Custodi præcepta mea,* (scilicet qvæ in hoc capite tibi subjiciam, per genus enim speciem intelligit, & exprimit) *& vives, & legem meam tanqvam pupillam oculorum tuorum.* v. 3. *Alliga ea digitis tuis, scribe ea in tabula cordis tui;* v. 4. *dic sapientiæ* (huic præcepto meo, qvod tibi nunc specialiter subjiciam) *soror mea es* (diligam hoc præceptum tanqvam sororem meam) *& propinqvam intelligentiam* (hanc parænesin voca, v. 5. *ut custodiant te à MULIERE ALIENA, ab extranea, qvæ sermones suos lenit,* v. 6. *Cùm per fenestram* (refert jam

Salo-

Salomon actum, qvem observavit prospiciens de fenestra sua, qvæ est prosopopœia qvædam) *Cum* inqvit, *per fenestram domus me prospexi, tunc vidi inter simplices, consideravi inter filios juvenem carentem corde* (Sapientia) v. 9. *transeuntem plateam juxta angulum ejus, & viam domus ejus gradiebatur,* v. 10. *in crepusculo, in vespera diei, in tenebris noctis & caligine, ecce mulier in occursum ejus, ornatu meretricio.* Lege seqventia, lector, ipsemet usqve ad finem capitis, qvæ omnia de hac sola re agunt, ut discant omnes vitare amorem meretricium.

Jam capite nono tandem vide qvomodo ad eandem Sapientiam adhortetur, à primo versu usq; ad decimum tertiũ, commendans illud ipsum præceptum, postea sic continuans specialem doctrinam: v. 13. *mulier stulta tumultuatur, simplex juvenis est, & nescit qvicqvam,* v. 14. *& sedet ad ostium domus suæ super sedem in Excelsis civitatis:* v. 15. *ut vocet transeuntes per viam qvi dirigunt semitas suas dicens:* v. 16. *Qvisqvis est simplex,* (juvenis; פתה enim hanc significationem admittit, qvæ contextui valde arridet) *declinet huc; & carenti corde dixit.* v. 16. *Aqvæ furatæ dulces sunt* (amores furtivi suaves sunt qvia nitimur in vetitum semper cupimusq; negata, & adulteri non sunt alligari difficultatibus educandæ sobolis) *& Panibus absconditus bonus est.* v. 18. *Et nescit* (qvi utitur furtivis amoribus) *qvod mortui ibi, in profundis inferni sunt invitati sui.* Hactenus verba Salomonis.

Jam ad præsentem textum.

Aqvæ furtivæ, hoc est, clandestini amores adulterorum svaves sunt.

Jam igitur satis intelligitis lector, qvid sint aqvæ furtivæ. Hujus sententiæ mentem etiam annotavit Lucas Osiander in suis Paraphrasibus, ubi hæc habet seqventia: *Aqvæ furtivæ dulciores sunt, & panis furtim arreptus & absconditus est svavior.* Persvadet stultis, qvod furtiva & illicita Venus (qvalis est scortatorum adulterorum) sit svavior, qvam licita consvetudo conjugalis [Idem sentiunt omnes (partim id proloqvuntur) qvia à matrimonio dehortantur, & interim scortatione permittunt. Sed mentiuntur. Dulcior est enim cohabitatio conjugalis, qvia fit sine vulnere conscientiæ. Etenim pii conjuges sciunt, se in consvetudine conjugali nihilominus esse Deo acceptos] Stulti autem credunt blanditiis Meretricum. Ac insipiens aliqvis scortator aut adulter ingreditur ad scortum, svaviter, ut ipse putat, victurus. *Et ignoravit* (præteritum pro præsenti) *qvod sint ibi gigantes,* Hebr. mortui, *& qvod sint in profundis inferni convivæ ejus.* Non cogitat miser, qvod, qvi cum scortis & adulteris rem habent, corporales pœnas gravissimas sibi attrahant & in mortem ac infernum incidant. *Hactenus verba Lucæ Osiandri.*

Testimoniũ Luc. Osiandri.

His omnibus ita expeditis satis jam patebit, non esse intellectum Oraculi propositi illum, qvem aliqvi mali sibi somniant, qvi putant, panes, gramina, fœna, segetes furto subducta & subductas hominibus & pecoribus inter omnia alia saginandis revera plurimum prodesse. Sed meretrici Salmonicæ Salomon

Opinio qvorundam hominum mala.

non hæc verba aſcribit, & ſunt illa metaphorica. Vide Hieronymum & Druſium, qvi ſuper Ben Syran aqvam de foraminali mulieris juvenis rectè exponit, & *aqvam* in re amoris uſurpari docet, indeqve aliud affert proverbium: *ab aqva aliena abſtine.* Vide eundem centuria 1, 58. ubi huc accommodat *hortum* & *lilia*, Cantic. 2, 5. & 4, 12. & 6, 1. Et hæc eſt literalis & nativa expoſitio illorum dictorum.

Ab aqva aliena, ſeu ab amore alieno abſtine.

Poteſt qvidem uſurpari textus hujus alia propria & literalis allegatio, ſed cum emollitione, *in hunc modum:* Id qvod Salomon metaphoricè dicit de vitando amore, hoc etiam proprie & literaliter dici poteſt contra furta & fraudes, ne qvis opinetur aqvas furatas eſſe dulces. Sed ſatis de his.

ORACULUM XLVI
SACRUM.

Proverbiorum 24, 16.

Verba Hebræa:

ſurget & juſtus cadet ſepties Qvia

כִּי שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק וָקָם

Verba Græca:

Ἑπτάκις γὰρ πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται;

Latina verſio Pagnini:

Qvia ſepties cadit juſtus, & reſurgit.

Latina Verſio antiqva:

Septies enim, in die, cadet juſtus, & reſurget.

LUTHERUS:

Denn ein Gerechter fällt siebenmahl/ und stehet wieder auff.

Hoc Oraculum, ſepties in die cadet juſtus, ita nec in fontibus, nec in Lutheri Bibliis legitur.

Adjicio adhuc unum ex Proverbiis Salomonis, qvod extat Prov. 24, 16. ac in vulgata latina verſione his verbis exprimitur: *Septies in die cadit juſtus.* Et hoc ipſum dictum prima fronte habere judicatur hunc ſenſum: qvod etiam juſtus uno die peccet ſepties, hoc eſt, ſæpius.

Qvi primi hunc, de juſtis ſepties in die peccantibus, ſenſum huic Oraculo dederunt, illi ſine dubio permoti fuerunt cumprimis vocabulo *ſepties*, qvia hoc eodem vocabulo utitur Petrus, qvando Matth. 18, 21. qværit: qvoties

fratri

fratri adversum sese peccanti & prævaricanti ingnoscere & remittere debeat, utrum SEPTIES sufficiat? & Christus respondet, vers. 22. *Non dico tibi, usq; septies, sed usq; ad septuagies septies.*

In interpretatione Syriacæ versionis, Matth. 18. 21. legimus in hunc modum: *Domine, qvot temporibus, si peccaverit in me frater meus, remittam ei, usq; ad septem tempora?* v. 22 *Ait illi Jesus: non dico ego tibi, usq; ad septem, sed usq; ad septuaginta tempora septies.* Hæc ibi. *Occasio interpretationis antiqvæ orta est ex vocabulo septies.*

Verum non est eadem subjecta materia in utroqve loco. Nam Matth. 18, 15. agitur de *peccatis* fratri remittendis, id qvod (*primò*) clarus textus evincit à versu decimo qvinto: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum, inter te & ipsum solum: Si te audiverit, lucratus es fratrem tuum.* v. 16. *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* v. 17 *Qvod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* v. 18. *Amen dico vobis, qvæcunq; alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo; & qvæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Ergo inchoatur hîc à versu 15. materia illa de *peccatis*, mox etiam (*secundo*) de iisdem peccatis seqvitur Petri qvæstio: DOMINE, *qvoties peccabit in me frater, & qvoties remittam ei? Deniq;* his propositis additur Parabola de debitis vel peccatis cum conclusione: *Ita & Pater meus cælestis faciet vobis, nisi remiseritis suo qvisq; fratri ex cordibus vestris offensas eorum.* *Diversa materia continentur Matth. 18, 21. & Luc. 17, 3. Deinde Prov. 24, 16. Matth. 18, 16. seq. agi de peccatis fraternis probatur.* 1. 2.

Sed Prov. 24. in proximè antecedentibus, & in proximè conseqventibus nihil simile legere licet: qvin potius proximè antecedentia & proximè conseqventia facillime sensum alium specialiorem qvendam attentius legentibus in manum porrigent, qvem mox indicabo. 3. *Sed Prov. 24 nihil simile legere licet.*

Primò autem observandum est, in fontibus hebræis non contineri hæc QVINQVE verba omnia, *septies in die cadit justus*; sed tantum hæc tria, *septies cadit justus*, Illa duo reliqva vocabula (IN DIE;) unde in versionem Latinam vulgatam sese insinuaverint, asserere certò non possumus: & meritò mirabitur aliqvis, cum nec in Græca qvalicunqve septuaginta sic dictorum interpretum translatione verba DUO illa (IN DIE;) conspiciantur: Sicut etiam nec Lutherus in suis Bibliis Germanicis apposuit voculas Des Tages / sed tantum juxta fontes ita reddidit, & posuit, Der Gerechte fället siebenmahl, etsi interea juxta veterum latinam corruptam versionem inter Germanos pervenerit, & penè qvotidianum sit factum hoc ipsum hac ratione, Der Gerechte fället (Des Tages) siebenmahl. *IN DIE hæc duo vocabula in fontibus non habentur.*

Hoc tamen dissimulandum non est, sicut etiam cunctis est plus qvam notissimum, qvod Luc. 17, 3. CHRISTUS in hunc modum Christianos suos instruit. Verba sunt Christi hæc seqventia: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa* *Apud Luc. c. 17, 3. 4. SEPTIES IN DIE frater peccare potest.*

lum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et SI SEPTIES IN DIE peccaverit in te, & SEPTIES IN DIE conversus fuerit ad te, dicens, pœnitet me, dimitte illi. Hæc ibi.

In loco Lucæ respiciendum est ad duo.

Verùm enim verò ad duo diligenter est respiciendum. 1. De qvibusnam peccatis hoc in loco agatur. 2. De studio qvo etiā talia peccata sint cavenda.

Prius illud malo verbis Johannis Brentii fidelissimi parastatæ Lutheri qvàm meis exponere.

I. De qvibus peccatis h. l. agatur Resp. Brentii. Injuria qvoties cōdonanda.

Sic autem in optimo Commentario suo super Evangelium Lucæ scriptum reliqvit Brentius, *& qvidem super hunc ipsum textum:*

Qvoties autem hæc facienda? septies tantum? Non dico tibi, inqvit Christus septies, sed in uno die septuagies, septies hoc est, qvatuor centies, & nonagies, qvo significatur, toties condonandum esse injuriam, qvoties in nos peccatur. Ergo inqvies, ne exprobrare qvidem licet proximo suam injuriam, nec arguere eum? Hîc observanda erit regula, qvam præscribit Christus. Si peccaverit, inqviens frater tuus in te, vade & argue eum inter te & ipsum solum. Noli contumeliosa verba regerere, noli injuriam maledictis exprobrare, sed mone eum amanter, corripe etiam benevolenter, & roga, ut deinceps non peccet. Et si pœnituerit, remitte illi. Hæc ille.

Et paulo post: *Qvod si vero non solum pœnituerit, verum etiam plura & majora damna, atq; injurias inferre pergat, qvid tum faciendum putas? Num sic licebit ipsum publice traducere, aut de ipso ultionem sumere? nihil minus, sed ut Christus ait, adhibe tecum unū aut duos amicos, qvi una tecum admoneant ipsum de peccato & injuria ejus. Si autem ne sic qvidem resipiscat, num licebit tunc vindicare? Absit. Dic, inqvit Christus, Ecclesiæ.* Hæc ille iterum.

Iterū post pauca: *Christus non abrogat hac suâ regulâ publicas politiarum ordinationes, qvibus unicuiq; licet injuriam sibi illatam coram Magistratu legitime exponere, & petere, ut magistratus tueatur ipsum. Dei enim, inqvit Paulus, minister est, tibi bonum. Et Dei minister est ultor ad iram ei, qvi qvod malum est, fecerit. Nec abrogat personales uniuscujusq; vocationes, videlicet magistratus erga sceleratos aut patris familias erga familiam. Cū enim qvispiā subditorum commisit latrociniū non hoc vult Christus, ut magistratus primū omniū admoneat latronem inter se & ipsum solum. Deinde si commiserit alterum latrocinium, ut magistratus adibeat unum aut alterum amicum, qvi latronem ad monitione sua à latronicando deterrat. Qvid enim hoc aliud esset, qvam latroni gladium porrigere, ut pergat in qvos vis grassari? Aut si pater familias qvispiam habeat libros inobedientes non hoc vult Christus, ut pater post alterum librorum peccatum adhibeat amicos seu vicinos in testes, ac ne sic qvidem eos virgâ castiget. Qvid enim hoc aliud esset, qvam patrem officio suo prohibere? Et tamen qvantum qvidem ad religionem attinet, subditus frater est magistratus, & filius frater est parentis.* Hæc ibi.

Utrum textus Christi de remittendo IN DIE FRATRI septies pertinet ad latrocinia & similia delicta?

Et è

Et è vestigio ibidem: *Sed loqvitur CHRISTUS* ad discipulos suos, *inter qvos nullus erat civilis magistratus, sed omnes privati homines, nec in hoc congregati, ut in alia regione propriam inter se constituerent politiam, sed ut se invicem diligerent, qvemadmodum Christus diligebat eos. Hos igitur docet Christus, qvæ sit vera mutuæ charitatis ratio, & qvid vera charitas exigat. Charitas enim est, non solum proximo errata sua ex animo condonare, verùm etiam benefacere ipsi. Jam hoc non tantum est benefacere, esurienti, videlicet, panem dare, sed etiam peccantem in viam justitiæ reducere. Peccans autem non redit ad justitiam, nisi peccatum & erratum suum agnoscat. Peccatum verò agnoscitur increpatione & reprehensione. Qvare charitas exigit, ut fratrem in te peccantem, 1. primum omnium amicè increpes & modestè arguas, ut agnito peccato resipiscat: Deinde 2. si fortassis existimaverit, te tua increpatione non suam salutem qværere; sed carnali tuo affectui obseqvi, & peccatum ipsius plusqvam par sit exaggerare, adhibe tecum unum aut alterum amicum, ut vel horum testimonio convincatur peccati, & agnoscat peccatum, ac resipiscat. 3. Qvod si verò ne sic qvidem resipiscat, sed pergat in te peccare, qvid faciendum? non statim devitandus est? Minimè, sed dicito, inqvit, Ecclesiæ. Cui Ecclesiæ? Et qvid est Ecclesia? Non est hic locus pluribus de Ecclesia disserendi, & omnem ejus rationem explicandi. Sed qvantum ad propositum satis est, Ecclesia vocatur hominum congregatio, sive parva sive magna ab aliis hominibus aut gentibus, selecta & sevocata. 1. Unde Ecclesia Christi vocantur homines, qvi ex omnibus populis & nationibus ad fidem in Christum, & hæreditatem regni cœlestis, per Evangelion selecti & sevocati sunt, qvam vocant universalem Ecclesiam Christi. 2. Et inter hos unaqvævis hominum congregatio, qvæ convenit ad audiendum verbum Dei, & ad percipienda Sacramenta ejus, Ecclesia dicitur, qvam particularem vocant. 3. Sed & hæc Ecclesia aliam qvoq; habet Ecclesiam. Nam si ex hac Ecclesia, qvatuor aut qvinq;, aut decem, aut etiam viginti viri seligantur, qvibus administratio publici cujusdam negotii demandatur, hi dicuntur Ecclesia, qvos delectos vocare solemus. Cui ergo Ecclesiæ Christi, si frater pergat in nos peccare, dicendum est? num toti Ecclesiæ Christi, qvæ ex omnibus populis & nationibus segregata est? Sunt qvidem nonnulla ejus generis, qvæ publicis scriptis toti Ecclesiæ significanda sunt, sed* privata privatorum hominum inter se errata *huic universali Ecclesiæ significare, ut ineptum, ita etiam absurdum esset. Num autem peccatum fratris dicendum est privatæ, aut, ut vocant, particulari Ecclesiæ, in qvam frater ad audiendum verbum Dei convenire solet? hoc qvidem commodè fieri potuit, cum adhuc pauci discipuli Christum hinc inde obambulantem sectarentur, & qvi aut noluerunt, aut non potuerunt publici magistratus auxilium petere. Sed cum post divulgationem Evangelii in totum orbem terrarum, singuli non tam pagi, qvam freqventissimæ urbes, suas habeant Ecclesias, ad qvas sæpenumero*

Beneficium est, peccantem in viam reducere.

Processus cum fratre septies, in die, peccante.

1. Universalis Ecclesia.

2. Particularis Ecclesia.

3. Delecti aliqvi ex particulari Ecclesia.

NB. de qvibus peccatis Christus loqvatur, qvæ septies in die committit frater.

multa millia hominum, non virorum tantum, sed & mulierum & puerorum conveniunt, qvid confusius, qvid turbulentius erit, qvam si etiam in hac hominum Ecclesia unusqvisq; privatim adversus se erratum de proximo suo *publicè conqveratur? Relinqvitur ergo, ut dictum Christi de Ecclesia, intelligas hoc tempore de selectis qvibusdam arbitris & pacificatoribus, de qvibus inter te & fratrem convenit, videlicet ut, cum nec tu solus, nec unus aut alter amicus, possit controversiam inter te & fratrem componere, seligatis ambo honestos qvosdam in Ecclesia vestra viros, qvi tanqvam arbitri & pacificatores de causa vestra despiciant, & de ea pronuncient. Nam si hi adversus fratrem pronunciaverint, fortassis vel hoc modo frater peccatum suum agnoscet & resipiscet.* Hæc omnia Brentius.

NB. Iterũ de qvibus peccatis agat. Christus, qvæ frater in die septies committit.

Et ut omnia clariùs perspiciat benevolus lector, audiat *Lucam Osiandrum* in majore Paraphrasi sua, qvi ex *Brentio* declarationem suam mutuatus *in hunc scribit modum, idq; super Matthæi caput 18. versiculum 21: Non hic igitur de officio magistratus, parentum, aut præceptorum, qvi suæ curæ commissos certè in officio continere debent, adhibitis correptionibus, correctionibus, & pro rei magnitudine, etiam suppliciis: sed agit Christus de PRIVATIS offensionibus, IN QVIBUS A VINDICTA ALIENOS nos esse decet: ita tamen, ut qvisq; vocationem suam specialem in emendandis pravis hominibus non negligat, & hæc specialis vocatio generalem, (qva proximo condonare, & vindictæ cupiditatem reprimere jubemur,) uon impedit.* Hactenus verba Lucæ Osiandri.

Testimonium L. Osiandri de reconciliatione fraterna.

II. *Qvo studio hæc peccata sint cavenda.*

Et hactenus de PRIORE, POSTERIUS patet ex verbis CHRISTI per se facillimis: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & SI POENITENTIAM EGERIT, dimitte illi.* Item, *Si septies in die peccaverit in te, & SEPTIES IN DIE CONVERSUS FUERIT AD TE, DICENS, POENITET ME, dimitte illi.* His verbis rem utiqve seriam proponit CHRISTUS, ideoqve SERIO vult, ut, qvoties privatim fratrem minoribus delictis offendis, toties seriam pœnitentiam agas, & seriam deprecationem instituas apud fratrem tuum.

Qvisqvis igitur hanc admonitionem utramqve, tum illam Brentii verbis enumeratam, tum alteram ex CHRISTI apertis verbis profluentem expenderit, is satis agnoscet, inprimis à majoribus peccatis, nedum à maximis, qvolibet die abstinendum esse Christiano, cum etiam in *minoribus*, de qvibus in Matthæo & Luca tractari animadvertitur, censendis, sat severus sit Christus, adeoqve ad nulla peccata non respicere dictum Proverb. 24. qvasi promiscué peccet etiam JUSTUS, in die, & qvidem SEPTIES.

Ab Arrianis novis solet hæc allegatio, hujus præsertim Oraculi, nostris concionatoribus maximo vitio verti, qvasi talibus allegatis palpum

pum obducere satagant, & consolationem præbere gestiant peccatoribus, qvasi Salomon etiam de justo scripsisset, qvod septies in die caderet, (cum tamen, teste CHRISTO, aliqvi fratres SEPTIES in die errent, qvod Arriani amplius negare non audebunt.)

De qvanam re intelligendum sit illud SEPTIES CADIT JUSTUS.

His omnibus præmissis CONTEXTUS jam tandem juxta secundam regulam erit expendendus, & res fiet planissima, nimirum qvod hoc loco Salomon non agat de justis peccantibus. Sic autem habet cohærentia versuum 13.14.15.16. *Comede, fili mi, mel, qvia bonum est, & favum, qvia dulcis est palato tuo:* v.14. *Sic cognitio sapientiæ animæ tuæ, si inveneris, & erit merces, & expectatio tua non excidetur.* (Sensus est: Sicut mel dulcissimum est, ita hæc seqvens sapientia, seu, hoc seqvens, qvod dabo, præceptum, dulcissimos fructus pio homini, qvi illud observabit, præbebit.) Audiamus verò jam, qvodnam sit illud præceptum. v.15. *Non insidieris, ô IMPIE, habitaculo JUSTI, nec diripias accubitum ejus. Qvia septies cadit justus, impii autem corruunt in malum.*

Hic non agitur de justis peccantibus.

LUTHERUS *optimè:* Laure nicht als ein Gottloser auff das Hauß eines Gerechtē/verstöre seine Ruhe nicht/ Deñ ein Gerechter fället sieben mahl/und stehet wieder auff/ Aber die Gottlosen versincken im Unglück. Hic opponuntur JUSTI seu pii & impii: deinde dicitur, qvod pii cadant & resurgant; sed impii suffocentur *in calamitatibus*, nota benè, in calamitatibus seu malis. Pii ergo cadunt in calamitates & in mala atqve in ærumnas, & resurgunt ex calamitatibus sive ærumnis; impii intereunt & pereunt in calamitatibus & in ærumnis seu in malis.

Sed labentibus in ærumnas.

Itaqve ex his satis apparet, qvod hoc loco dicatur idem, ac si qvis *in hunc modum concionaretur*: Noli exprobrare pio homini in ipsa sua probitate sibi contingentem paupertatem, & similes calamitates; lætitiamqve tuam & lucrum tuum illas æstimare, pius enim homo septies ad paupertatem & œconomiæ decrementum potest incidere, & tamen vice inversa pius potest ex talibus malis eluctari, & rursus ad vires aliqvas in sua Oeconomia novas pervenire. IMPIUS verò, qvando in paupertatem & calamitatem, post longam patientiam DEI, per DEI vindictam & dispensationem tandem præcipitatur, ita in istas incidet clades, ut omnis resurgendi & eluctandi ex illis spes ipsi adimatur.

Justus, impius qvis sit.

Opponitur ergo justus injusto, pius impio, justus, inqvam, qvi omni vitæ macula non caret, sed tamen habitu, studio & familiari usu peccandi non præditus. Impius è contra, qvi habitum & libidinem peccandi retinet. Pius ex calamitatibus seu malis eripitur, impius non liberatur.

Qvæ

Qvæ mala, in qvæ incidit pius. Qvæ etiam sint *calamitates & ærumnæ*, in qvas sæpenumerò pii incidunt, describitur haud obscurè. Periclitatur nimirum qvandoqve piorum ipsorum domus, & ita periclitatur, qvod propter debita contracta domum & bona vendere jubeantur. Et tunc sunt multi impii, qvi clam urgent austeros creditores, ut instent apud illos miseros, ut cogant illos pios ad solutionem, & si aliter solvere neqveant, ut cogant eos vendere domum & bona. Hoc autem isti faciunt eo fine, si pius cogitur vendere domum, qvod isti impii clam, aliorum opera, urgentes pium, magna cum spe expectant, & talia bona ad se trahere cupiunt, & nituntur.

Ambitus seu reqvies justi. *Non diripias accubitum*, Verstöre nicht des Gerechtẽ Ruhe/ inqvit textus (vetus versio minus commodè habet: Ne qværas impietatem in domo justi) Sæpe creditor misericordiam justo, qvi multa ei debet, præstaret; sed alter, impius, inhians domo & bonis justi, clam urget creditorem, ut cogat istum solvere, qvo maturè cogatur justus bona sua divendere. Hos clandestinos urgentes alloqvitur Salomon, *ne insidieris domui justi, qvia septies* (sæpius) *justus cadit & resurgit*, id est, sæpe potest justus incidere in decrementa & calamitatem bonorum; sed DEI ope resurgit, & iterum ditescit: at impius per fas & nefas corradens & coemens bona, præcipitatur justo DEI judicio in decrementa bonorum, aut in alias ærumnas, ut in illis, sicut mus in pice aut aqva, & sicut musca in jure calidissimo, pereat penitus.

Hanc esse omnino nativam, expeditam, propriisimamqve & facilem loci istius Salomonici expositionem, eruditus lector & interpres plusqvam facillimè ex collatione qvatuor versuum contextus animadvertet. Vidit illud Lutherus, unde marginalibus suis eandem ita indigitat, ut seqvitur Proverb.24.v.16. **Laure nicht als ein Gottloser auff das Hauß des Gerechten/verstöre seine *g* Ruhe nicht.**

Optimè declarat Lutherus hoc Oraculum, SEPTIES CADIT JUSTUS.

g Ruhe) Als die der Armen Häuser und Güter zu sich reissen/oder sonst mit Tücken ausbeissen.

Denn ein Gerechter *h* fället siebenmahl/ und stehet wieder auff/ Aber die Gottlosen versincken in Unglück.

h Fället) GOtt hilfft immer wieder auff dem Gerechten / wie offt er verdirbt/ und vertrieben wird.

Non

Non igitur aliud hoc loco voluit Salomon agere, qvam consolationem præbere piis & justis, si incidant in paupertatem, per incendia, diluvia, per bella, & per similia mala, qvod debeant confidere DOMINO, qvi poterit eis pristinam restituere Oeconomiam, idq; vel septies, hoc est, multis vicibus. Simul etiam dehortari sategit impios, ne delectentur & tripudient in ærumnis piorum, ne inhient bonis ipsorum in tempore difficili, & in angustiis justorum. Et satis de hoc Oraculo.

ORACULUM XLVII.
SACRUM.

Jer.48,10.

Verba Hebræa:

fraudulenter Domini opus faciens Maledictus

אָרוּר עֹשֶׂה מְלֶאכֶת יְהוָה רְמִיָּה

Verba Græca:

Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα κυρίου ἀμελῶς.

Versio Latina:

Maledictus, qvi facit opus DOMINI fraudulenter, & maledictus, qvi prohibet gladium suum à sangvine.

Pagnini Versio:

Maledictus, qvi facit opus JEHOVÆ fraudulenter, & maledictus, qvi prohibet gladium suum à sangvine.

Lutheri Versio:

Verflucht sey/der des HErrn Werck lässig thut/ Verflucht sey/der sein Schwerdt auffhält/daß nicht Blut vergiesse.

ADjiciam ex dictis similibus similes qvasdam observationes. Ex Jerem. c. 48,10. solet subinde allegari in genere contra istos, qvi in officiis sibi demandatis sunt negligentes, *Maledictus, qvi opus Domini facit negligenter.*

Res ipsa, pro qva fit allegatio, (sicut & in aliis qvamplurimis exemplis) per se est plana & verissima, nimirum in oculis Domini esse peccatorem, qvi demandatis sibi muneribus in omni genere statuum non fungitur satis præclarè, & pro illo fervore, qvem Dominus in omnibus reqvirit. *Solertia in officio demandato commendatur.*

Monentur enim Christiani ab Apostolo Rom. 12. 11. ut sint *solitudine non pigri, Spiritu ferventes, Domino servientes.*

Qvin & collaudationem meriti fuerunt, qvotqvot solertes sese præbuerun, sicut Num 25. 7. *Cùm vidisset Pinehas filius Eleazari filli Aaron Sacerdotis surrexit de medio multitudinis & arrepto pugione, v. 8. ingressus est post virum Israëlitam in lupanar, & perfodit ambos simul.* De qvo ipso Psal. 106. v. 30. *Stetit Phinees, & placavit, & cessavit qvassatio.* v. 31. *Et reputatum est ei in justitia & generationem, usq; in sempiternum.*

Sic 2. Cor. 11, 2. *Æmulor, inqvit Apostolus, vos Dei æmulatione, despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.*

Sic Act. 18, 24. *Apollo vir eloqvens potens in scripturis, fervens Spiritu loqvebatur, & docebat diligenter ea, qvæ sunt Jesu.* Tantum autem hoc in loco qværitur, utrum præsens Oraculum, qvoad intimam cohærentiam, hoc ipsum sibi vellit. Id qvod hoc pacto explorabis.

Hîc juxta *primam* regulam non opus est laboriosâ investigatione Grammaticorum vocabulorum, qvia omnia per se sunt plana & facilia: unde statim accedendum est ad operationem & enodationem contextuum Justa *secundam* regulam.)

Lege autem, Lector, ab initio capitis 48. usq; ad versum undecimum, & deprehendes, qvòd Oraculum illud non generaliter à Propheta ad omnes in officiis omnibus negligentes introducatur, sed qvòd specialiter allegetur propter puniendos Moabitas. Moabitis enim in eo capite excidium & grandem πανολεθρίαν minatur Dominus, & aliam comminationem dictat hostibus Moabitarum, nisi in Moabitis extirpandis omnem adhibuerint, eamq; summam diligentiam.

Opus Domini est extirpatio Moabitarũ.

Vocat *opus Domini*, (qvod Propheta in Spiritu cernit) nimirum in Spiritu Propheta videt irruere hostes in Moabitas, & videt qvosdam hostes in Moabitis extirpandis segnes, videt simul in Spiritu hostes istos segnes Moabitis exterminandis à DEO maledici, & DEI maledictionem erga hostes segnes Moabitis idem prædicit & revelat Propheta, ut animadvertant, qvantum furorem adversus ipsos concepisset Dominus. *Maledictus*, inqvit, ô Moabitæ attendite, *maledictus* erit ex hostibus vestris, *qvi opus* (exterminationis vestræ) *faciet negligenter, & gladium* (hæc enim ἀδιαλύτως cohærent) *prohibuerit à sangvine.*

Cur Prophetæ seu Videntes futura prædicentes, loqvãtur IN PRÆ.

In visione, inqvam hæc omnia Deus ostendit Jermiæ, unde *in præterito* (more Prophetarum talia de visionibus concionantium) loqvitur: *Moab vastatus est &c.* Sic enim de omnibus Prophetis est sentiendum 1. qvod nimirum Deus ipsis plurima futura in visione aut somnio nocturno exhibeat, in competente forma, qvoad personas post ali-

qvot

qvot ſecula naſcendas, & qvoad ſtaturam earundem, & qvoad alias circumſtantias tàm accuratè, qvam verè poſtea ipſæ perſonæ hanc aut aliam ſortiuntur reipſa ſtaturam, & formam, 2. qvòd Deus tam potenti virtute iſtas viſiones prophetis imprimat, ut nec ampliùs qvieſcere nec ullius hominis auctoritatem ipſi vereri posſint, ſed circa omnem metum & citra omnem moram, ab æterno ipſis indito qvaſi ſingulari ſtimulo, agitati & rapti, feſtinent eloqvi, qvæ viderunt, 3. qvod tam firma impresſione res futuræ ipſis indantur, ut jurent, qvaſi non fuiſſent in viſione, ſed in rei veritate omnia ipſis præſentia, unde tandem fit, ut, cum eloqvuntur talem viſionem, non tempore futuro, Grammatico, ſed præterito utantur. *TERTIO, nimirum ob exactam repræſentationem perſonarum & circumſtantiarum in ſomniis vel viſionibus.*

Exempli gratia, Zacharias Propheta cap. 9, 9. aliqvod centum annis ante nativitatem Chriſti à DEO accepit viſionem divinam, & in illa viſione divina Deus ipſi exhibet perſonam & faciem Chriſti Jeſu, ſicut in ea perſona & facie tandem Chriſtus apparuit in Judæa, docuit & miracula fecit. Simul Deus exhibet Zachariæ in viſione Judæos, Caipham, Hannam & reliqvos, Chriſto admodum infenſos, & offenſos, externâ perſonâ Chriſti: Exhibet eidem in viſione divina tun temporis Chriſti factum illud nimirum qvod, ut tandem lucrari poſſet hoſtes, ſupra aſina ineqvitat in urbem, & accedit ad templum, & ibi ultima ſua maxima facit miracula. Exhibet DEUS eidem diſcipulos & alios, pueros &c. accinentes Hoſianna. Imò exhibet eidem invíſione perſonas, ſtaturas, formas, crucifigentium Mesſiam. *Demonſtrat hoc 1. exemplo Zachariæ futurū adventum Chriſti Mesſiæ prædicentis.*

Hæc omnia in Spiritu, in ſomninò divino accratisſimè & tàm accuratè Deus Zachariæ Porphetæ exhibuit, ut omninò ipſe juraret, tunc temporis ea ipſa in opere fuiſſe completa. *Potentia ſomniorum & viſionum divinarum.*

Noverunt enim lectores, qvòd ſæpè multi tam accurarè & profundè ſomnient, ſe reperire pecuniam, ut poſt evigilationem qværant eam in lecto. At multô fortiora ſunt ſomnia divina. Unde Nebucandnezar, cùm amiſiſſet ſomninm divinum, nec illlud à Magis reſciſcere poſſet, cepit eodem interficere & plurimos necaſſet, niſi Daniel obſtetiſſet. *Daniel. cap. 2. v. 12.*

Sic Deus Eſaiæ nativitatem Chriſti in tali viſione divina exhibuit; ſic crucifixionem Chriſti eidem ſpectandam in ipſa perſona & facie Chriſti obtulit. Unde in præterito dicit Eſa. 9, 6. *Puer* natus eſt *nobis*, *filius* datus *eſt nobis* Et cap. 53, 2. Aſpeximus *eum*, *& non erat* aſpectus *&c.* *2. Eſaia, c. 9 & 53. nativitatem & paſſionem Meſſiæ in viſione prævidentis.*

Sic nemo dubitet, Abrahamo oblatam & exhibitam in divina viſione fortisſima fuiſſe itidem perſonam & faciem Jeſu Chriſti, prout natus fuit ex virgine gentis Aarahamiticæ, crevit, miniſterio miraculorum *3. Abrahami Joh. 8, 57.*

rum defungi occepit, à passione exaltatus fuit ad dextram Patris, & in ultimo die omnes est excitaturus, & in altera vita coronaturus. Sed de his, si DEUS voluerit, alio in Scripto plura, & jam modò aliqva in libro meo de Sacrificiis.

Inimici hominum dicuntur à Deo sanctificati, i.e. ch. sancti ad Loc.

In visione igitur sua Jeremias vidit divinitùs puniri eos hostes Moabitarum, qvi qvidem à DEO erant sanctificati ad exterminandos Moabitas, & tamen gladios suos prohibebant à sangvine, & parcebant Moabitis. Qvando enim Deus, modis superiùs in hoc Scripto demonstratis, alicui nationi inimicos excitat, tunc dicuntur illi inimici à Deo *sanctificati* esse, hoc est, præparati & destinati ad hoc, ut efficiant exterminando & puniendo voluntatem Dei. Esa. 13, 3. *Ego mandavi* sanctificatis *meis*, ut habet vetus versio, seu, *ego præcepi præparatis meis* (Medis & Persis, qvi debebant Babylonios destruere.) Sic Deus sæpenumerò adversus Germaniam sanctificat Turcas, & vult, ut tunc opus illud non negligenter faciant, nec prohibeant gladios suos sangvine.

Qvomodo possit hoc Oraculum speciale, tamen generaliter usurpari.

Interim tamen nihil obstabit, qvò minùs speciale dictum istud generaliter usurpetur, modò illud fiat cum *tali annotatiuncula:* Qvod Jeremias dicit de illis, qvibus exterminatio Moabitarum erat divinitùs commissa, *Maledictus, qvi opus Domini negligenter facit;* Id ego concionator dico Magistratui, Maledictus, qvi opus Domini in defendendis piis, & puniendis impiis negligenter facit. *Item* illud ipsum ego concionator dico singulis patribusfamilias, qvibus DEUS commisit Oeconomiam, liberos educandos, & alia opera, *Maledictus, qvi hæc opera divinitus sibi commendata faciet negligenter.* Usus hujus annotationis est, ne suspectas habeat omnes tuas allegationes auditor, si videret te prorsus contextuum cohærentia non considerata, tam promiscuum esse in citandis Oraculis divinis. Et habet eandem consvetudinem Sacra Scriptura sibi ipsi familiarem, ut suprà alicubi annotavi.

ORACULUM XLVIII.
SACRUM.

Gen. 24. 57. 58.

Vis ire cum viro hoc? vadam.

LUTHERUS:

v. 57. Da sprachen sie: Lasset uns die Dirne ruffen / und fragen / was sie dazu saget.

v. 58. Da

v. 58. Da sprachen sie: Wiltu mit diesem Manne ziehen? Sie antwortet/ Ja/ ich wil mit ihm.

ADjicio exemplum aliud, qvod ſolent allegare, qvi probant, conjugia inter liberos contrahi non poſſe; nec firma eſſe ſponſalia, niſi liberi ipſi apertè conſenſum ſuum coram teſtibus præbeant. Id qvod etiam certiſſimum eſt, nec aliter ſervari debet. Probationis loco adducere ſolent iſtud Geneſ. 54, 57. 58. ubi interrogatur Rebecca: *Visne ire cum viro iſto? Et dixit, ibo,* Ich wil mit. *Matrimonia ſine conſenſu liberorum irrita.*

Qvidam Muſicus hanc hiſtoriæ, de conſenſu à Sponſa expetito, partem, cantu figurato expreſſit, & illa verba, Ich wil mit ihm / fermè centies in eadem cantilena repetit.

At probatio illa, an ſit ſufficiens & ſolida, ex contextu judicabit lector, & qvidem toto inſpecto capite 24. in hunc ſeqventem modum. Abraham ſenex, mittit ſervum, ex terra Chanaan, ad cognatos ſuos, qvi ex cognatis adducat Sponſam filio, & divino inſtinctu, hoc eſt, divina ſpecialiſſima promiſſione (qvalem nemo hodie habet) animatus pollicetur ei, non tantum comitem, ſed & conſiliarium Angelum, qvi ipſam Sponſam futuram filio Abrahami ſit ſingulariter extraordinarieq; demonſtraturus. *Breviſſima paraphraſis ſuper caput 24. Geneſeos Moſaicæ.*

Servus igitur, hoc eſt, præcipuus intra familiam Abrahæ, aggreditur iter, & hac ſpeciali pollicitatione commotus, & animatus in agro loci, ad qvem ire juſſus fuerat, orat, ut Deus hoc momento ſpecialem promiſſionem, qvalem nos hodie nullam habemus, compleat, & nunc faciat egredi puellam ex urbe ad fontem, qvam Deus ipſe velit eſſe Sponſam filii Abrahami. Et hoc fit: unde poſtea Deo gratias agit pro hac ſpeciali manifeſtatione Sponſæ, *qvalem, ut dixi, hodiè à Deo iisdem omnibus circumſtantiis nemo petere & expectare debet.* *Abrahami & Iſaaci exemplum in Rebecca eligenda extraordinarium & ſpeciale eſt.*

Hoſpitio etiam poſtea accipiunt ſervum, cognati Abrahami, cumprimis Sponſæ divinitus ita tunc monſtratæ præcipuus cognatus Laban. Ingreſſus ad iſtos cognatos ſervus tamen prius cibum capere non vult, niſi penitus expedito negotio. Qvapropter in hunc modum incipit ille ad cognatos Sponſæ: Abraham cognatus veſter factus eſt ditiſſimus, & vult dare uxorem filio, hujus gratia me huc miſit, Deum ipſe & ego rogavimus, ut per Angelum ſpeciali & ſingulari extraordinariaq; ratione Sponſam hodie mihi ſiſteret ad fontem, & poſt has preces venit hæc ipſa Rebecca. Cum ergò videatis ſpecialem divinam eſſe iſtam providentiam, vos qvoqve dicite, qvid facturi ſitis, ut nolueritis, abeam aliò, vel ad dextram, vel ad ſiniſtram. Hic breviſſimus eſt ſenſus à verſu 1. usqve ad verſum 50.

Sed jam attende lector, qvia hic aliqvid intellectu per se & additu facile, omissum est, qvod sæpius fit in scripturis. Qvod autem omissum sit, & qvod necessum sit subintelligendum & exprimendum, seqventia evincunt.

Necessariò qvædam circumstantiæ supplenda ex conseqventibus contextibus.

Postqvam enim servus seu Legatus Abrahæ hanc orationem seu petitionem absolvit; tum Laban & Bethuel, & mater & ipsa Rebecca in qvendam locum deliberationis concesserunt, petitionemq; ipsam expenderunt, Rebeccam de consensu rogarunt, qvem etiam in isto loco deliberationis, in absentia servi seu Legati Abrahami, coram Labano & Bethuele & matre verbis ipsa citra omne dubium protestata fuit.

Et ex eo loco deliberationis postea simul omnes isti reversi sunt cum matre, & cum Rebecca ad servum seu Legatum Abrahami, ipsiq; retulerunt, qvod negotium istud satis expenderint, Rebeccam ipsam consuluerint, & de consensu qvæsiverint; qvodq; Rebecca consenserit, & velit nubere Isaaco, filio Abraham. Et tunc simul contigit ipse CONSENSUS virginis Rebeccæ.

Hic simul involutus est, & præcessit CONSENSUS Rebeccæ Principalissimus. Enunciatio Labani, qva consensum Rebeccæ continet inclusum.

Qvod enim jam dicta hæc ita facta sunt, ex versu 53. qvam proximè conseqvente exactissimè, lector benevole & erudite, animadvertes,) jam enim revertuntur, & ut habet versiculus 50.) *Tunc responderunt Laban & Bethuel, & dixerunt: A Jehovah est egressa res ista,* (videmus, esse singularem specialem providentiam divinam) *non possumus loqvi tibi malum vel bonum,* (nos homines ex nobis, nec pro, nec contra dicemus, sed Dei dispensationi simpliciter subscribimus) v. 51. *en Rebecca coram te est, accipe, abi, sit uxor filio heri tui, qvemadmodum dixit Jehovah.* Ecce igitur, lector, jam modò stetit ibi Rebecca, audiit Abrahami petitionem, de consensu interrogata fuit, respondit, & tandem simul audiit, qvod debeat eam abducere ille ipse servus, ut sit uxor filio heri sui. Cum igitur *antea*, ut dixi, in loco deliberationis consensum promiserat, iccirco nunc tacet, & repetenti seu recitanti consensum suum Labano & Bethueli assentitur seu consentit.

Consecuta post consensum mutuum servi Abrahæ & Rebeccæ Labani.

Seqvitur autem in textu, qvod post illud colloqvium *Sponsalia de præsenti*, verbis expressa sese incurcaverit Servus & protulerit, dederitqve preciosa Sponsæ, ut etiam Labano & matri, qvodqve comederint & biberint *isto eodem die.* Et ita fuerunt Sponsalia illo die plane contracta firmissima.

Nova deliberatio de discessu, an puella antea consentiens & antea desponsata, NUNC statim velit cum hoc servo ad Sponsum proficisci.

Jam verò lector attende, qvia seqvetur omninò alius & novus actus, in qvo deliberatur de tempore discessus Rebeccæ ex ædibus maternis, ejus profectione in terram Canaan, ad Sponsum Isaacum degentem in tabernaculis Abrahami. Sic ergo habet textus: v. 54. *MANE* (altero die post hesterna Sponsalia, jam modo firmiter contracta) *cum surrexissent* (post noctem, cujus expressa præcedit mentio) *dixit Servus Abrahami* v. 55. *dimitte me* (cum Sponsa filii heri mei, cum qva heri Sponsalia celebravi nomine filii heri mei) *ad*

Do-

Dominum meum. Dixit autem cognatus ejus & mater: (Noli tam cito hinc eam abducere) *Maneat puella nobiscum dies saltem decem, postea abibis* (& eam simul abduces) v.56. *Ille verò dixit, ne retardetis me, cum Jehovah secundaverit viam meam, dimitte me, & vadam ad Dominum meum.* v.57. *Dixerunt autem, vocemus puellam, & interrogemus os ejus* (nimirum non de consensu ad contrahenda Sponsalia, qvæ præcedente die fuerunt firmiter absoluta; sed de consensu ad tam præmaturam profectionem, ex ædibus maternis, ad terram Canaan, ad tabernacula Sponsi filii Abrahami) v.58. *Vocaverunt ergò Rebeccam, & dixerunt ad eam: Visne ire cum viro isto?* (vis tam celeriter & præmaturè deserere ædes maternas, & ire ad Sponsum cum hoc ipso Legato, an verò vis diutiùs cum matre manere, & expectare novum Legatum?) *Et dixit: Ibo*, Ich wil mit. hoc est, respondit: cum ita urgeat Legatus, & velit, ut nunc unà abeam ad illum, cui heri nuptias meas promisi, ibo, non manebo diutius, sed maturè proficiscar. v.59. *Dimiserunt igitur Rebeccam.*

Hic est sensus usq; ad versum 60. Et ex his luce meridiana clarius apparet, illa verba Rebeccæ, *Vadam, ibo*, Ich wil mit/ pertinere ad consensum maturioris profectionis. Neq; possunt illa exponi de confirmatione Sponsaliorum, qvia hesterna præcedente die illud factum fuit per munera seu arrhas. Qvomodo autem necessitas consensus liberorum in contrahendis matrimoniis probetur, nunc non dicam, sed alio loco & tempore.

Verba ergo ista pertinent ad consensum profectionis, non conjugii futuri.

ORACULUM XLIX.
SACRUM.

Dum hæc ipsa meditor, ab amico admoneor, qvid sentiam de loco Philip.3. v.19.

Qvorum Deus venter est, & gloria cum confusione ipsorum, qvi terrestria curant.

In vulgata versione legitur hoc pacto:

Qvorum Deus venter est, gloria in confusione ipsorum, qvi terrena sapiunt.

Textus Græcus ita habet:

Ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.

Qvorum finis perditio, qvorum Deus venter, & gloriatio in turpitudine seu confusione ipsorum, qvi terrena sapiunt.

Sen.

Sensus est, qvorum Deus venter, qvorum gloria est in turpibus, qvibus delectantur.

LUTHERUS:

Welchen der Bauch ihr Gott ist/ und ihre Ehre zu schanden wird.

Qvorum gloriatio in TURPITUDINE.

Fuerunt sine dubio impudici Epicuræi, Venereiq; Doctores, qvorum Deus venter, qvorum gloriatio in usu obscœnorum. Contextus parumper æstimetur à versu 17. *Estote imitatores, mei fratres, & considerate eos, qvia ita incedunt, sicut habetis nos pro exemplari.* v. 18. *Nam complures incedunt, qvos sæpè dixi vobis, nunc autē & flens dico, hostes crucis Christi,* v. 19. *qvorū finis est exitium, qvorum Deus venter est, qvorum gloriatio in obscœnitatibus ipsorum, qvia terrena sapiunt.* v. 20. *Nos autem ut municipes cœlorum nos gerimus.*

Syrica versio in hunc habet modum: *illi qvorum finis est perditio, illi, qvorum DEUS venter eorum, & gloria eorum dedecus, illi qvorum cogitatio est in terra.*

Et ut collatio demonstrat, Græca & Syriaca, qvam tenuissima cohærentia conveniunt, & hoc volunt, non qvòd gloria istorum hominum debeat tandem confundi; sed qvòd glorientur isti homines de rebus spurcis & turpibus, id qvod Epicuræorum & Venerorum proprium est, & sub Ethnicismo longè grassatum est; qvodq; tandem sub Christianismo introducto tàm facilè extirpari non potuit.

Patet illud ex Actor. 15. v. 29. ubi gentibus inter alia ex Synodo Apostolico hoc scribendum censetur, *ut abstineant à scortationibus.* Sed qvàm variis, & ineffabiliter turpibus modis apud doctos & magnates alios qvantoperè istud vitium sub Ethnicismo sese extenderit, Apostolus cap. 1. ad Rom. non obscurè innuit. Versu 24. dicuntur *traditi fuisse cupidatibus cordium suorum in impuritatem, ut ignominia afficerent corpora sua inter se.* V. 26. dicuntur *traditi cupiditatibus ignominiosis, qvòd & fœminæ illorū mutarint naturalē usum eo, qvi est præter naturam.* v. 27. Similiter *& masculi relicto naturali usu fœminæ exarserunt per appetentiam sui alius in aliū, masculi in masculos, fœda perpetrantes, & compensationem erroris sui in sese recipientes.* Vers. 29. dicuntur *oppleti fuisse omni injustitia, scortatione, improbitate, avaritiá, malitiâ.*

Speciatim Corinthiis objicit Apostolus, *qvòd olim fuerint scortatores, idololatræ, mœchi, molles qviq; concubuerint cum masculis,* 1. Cor. 6, 9. Item præcedente capite qvinto v. 10. objurgat eos, qvod proter illum, qvi uxorem patris duxerat, *non doluerunt, sed inflati fuerunt.* Syrus habet *Superbientes,* nimirum gloriam, gloriationem duxerant in hoc facto de ducta noverca à privigno, qvasi illud à paucis aliis tentaretur. Atqve ita ad amussim convenit

nit hæc superbia Corinthiorum cum gloria impudica Philippensium, ut pluribus vix opus esset.

Videatur etiam 2. Cor. 12, 21. ubi iterum adhortatur ad piam vitam, & monet, dent operam, *ne iterum, ubi ad eos venerit, humilem faciat eum Deus apud ipsos, ut lugeret multos eorum, qvi ante peccarant, nec resipuerant super impuritate, & scortatione & protervia, qvam patraverant.* Galatis qvoqve cap. 5, 20. objicit *adulterium, scortationem, impuritatem, proterviam.* Ad Tit. 3. v. 3. nominat, *qvi olim servierant cupiditatibus ac voluptatibus variis.*

Materia Epistolarum Paulinarũ explicari debet ex moribus hominũ Ethnicorũ, qvos habuerunt illo ipso tempore qvando vixit & scripsit Apostolus, & ad qvos scripsit Apostolus.

Has Epistolarum Paulinarum particulas si qvis fundamentaliter voluerit explicare, illum oportet nosse historias vitæ, qvam tunc illi Ethnici, de qvibus tunc scribit, gesserunt: non vero convenit aut sufficit ex hodiernorum Turcarum, Ethnicorum, Judæorum, Christianorum malorum, Tartarorum vita explicationem petere horum textuum. Hi enim textus sunt scripti de Ethnicis veteribus: ergo glossam pro textu eodem explanando mutuari convenit ex scriptoribus sacris & profanis, qvicunqve istorum ipsorum veterum Ethnicorum malam istam vitam tunc temporis consignarunt, & posteritati literis mandarunt.

Eodem pacto procedendum est cum omnibus textibus Biblicis, præsertim Historicis & Propheticis, nimirum ut glossa petatur conveniens textui ex illorum locorum, temporum & hominum circumstantiis, qvibus itidẽ tunc sunt scripti. Pharisæorum vitia nemo hodie tantum explicet ex vita Jesuitarum, qvod aliqvi solent: Sed adeat Novum Testamentum, Josephum & alios, qvi de ipsis scripserunt & ex istis declaret textus Novi Testamenti de Pharisæis. Unus enim texus de Pharisæis loquens explicabit & illustrabit tertium textium & quartum loqventem etiam de Pharisæis. Ubi igitur textuum Scripturæ nativam intelligentiam assecutus est lector, tum demum, qvæ de Pharisæis habet, applicet ad hodiernos Jesuitas, Messificos.

Secundum mores hodiernos non sunt explicandi textꝰ sacri, sed textus sacri applicandi ad hodiernos passim locorum mores,

Sic qvoqve procedendum est in explicationibus omnium Epistolarum Apostolicarum, ut explicatio congruat circumstantiis locorum, temporum, personarum, quibus illæ sunt tunc temporis scriptæ. Deinde fiat applicatio ad nostra tempora, circumspiciatur, ubi similia, aut hisce saltem analoga qvædam committantur vitia.

Cædes Rom. 1, 29. qvales respexerit Apostolus.

Si qvis cædes, scortationes, impuritates, & reliqva Ethnicorum vitia voluerit in primo capite Epistolæ ad *Romanos* declarare tantummodo ex consideratione cædium, scortarionum, impuritatum, qvæ hoc nostro tempore passim grassantur, ille mentem Apostoli non sufficienter attinget. Mens Apostoli in eo loco est, ostendere, qvomodo istorum temporum improbi Ethnici, qvia Deum cognitum ut Deum non reverebantur, fuerint traditi in reprobum sensum, & Diabolicas cædes, scortationes & impuritates, & alias

iniqvitates exercuerint. Ergo necesse est, ut pro pleno sensu aucupando ingrediaris historias gentiles, ubi glossam accipies nimis veram & magnam.

Gladiatoria veterũ Ethnicorũ certamina intelligun tur potissimum per cædes Rom. 1, 29.

Utqve paucissimis rem tangam; cædes simplici verbo comprehensæ ab iratis olim & hodie deprehenduntur factæ multæ. At qvales circa Apostolorum tempora cædes viguerint, de illis legatur optimus liber *Lipsii*, cui *Saturnaliorum* titulum fecit. In eo recensentur cædes inter gladiatoria certamina olim patratæ. Solebant Romani conventus publicos celebraturi procurare homines certos, qvi invicem gladiis pugnarent, ad modum pugilum, tam diu, donec unus ab altero confossus periret in isto conventus spectaculo: qvæ utiq; cædes cum approbatione assidentium eveniebat, nec vindicabatur. Tandem in conviviis idem fiebat. Solebant autem interdum una vespera conduci tria, decem, centum paria gladiatorum. Unde uno die impune cum gratulatione spectatotorum occidebantur centum homines. Solebant qvandoq; in immensum augeri paria illa gladiatorum, ut miraturus sit maximopere, qvi librum integrum percurret. Gladiatorum etiam munere non tantum fungi gestiebant vulgati homines; sed& tandem nobilissimi & illustres viri, qvin & Imperatores, qvin & fœminæ, quin & impuberes. Lege aliqva etiam in Theatro Zwingeri, volum. 2. lib. 5. tit: *Gladiatores.*

Ut & bella non necessaria.

Ad has impias, sub Romano imperio tunc amplissimo & florentissimo, Romanorum & aliorum Ethnicorum cædes inprimis respexisse Apostolum, nemo dubitabit, sicut etiam ad non necessaria bella, in qvibus olim ah, ah, qvam multæ myriades perierunt, quam multi occiderunt, malorum Ducum & fervidorum Imperatorum adducti & inflammati jussu & mandatis.

Hæc ad nostrorum tẽporum bella accommodanda.

Hæc jam analogice accommodentur ad non necessaria bella nostrorum temporum, in qvibus qvicqvid sanguinis funditur, omne illud Duci & Principi seu Regi in extremo die ascribetur. Legatur optimus libellus Henrici Ranzovii, qvem de bello edidit, in quo de his jam dictis erudite & graviter monetur. Taceo de veterum certaminibus cum bestiis, de mactationibus victimarum humanarum, ubi itidem innumerabilia agmina hominum interierunt.

Impuritates veterum Ethnicorum,

Eodem pacto scortationes & impuritates Diabolicas ab Ethnicis, de quibus scribit Apostolus, olim commissas, lector & eruditus interpres ex suis genuinis fontibus hauriat & expendat, tandemqve applicet ad ea, qvibus hodie simillimæ aliqvæ erunt & eædem. In disputatione mea de Cœlibatu proxile demonstravi, qvomodo Romanis & aliis usitatum fuerit, ut maritata à proprio viro ad tempus cum concessione mariti duceret maritum alium, ut liberos isti gigneret, tandemque alteri restitueretur.

Apud

Apud Herodotum libro primo apud Babylonios consuetudo fuit, ut, cum rem domesticam consumsissent ob victus inopiam, filias suas adigerent ad qvæstum corpore faciendum, & ut mulieres semel in vita omnibus indigenis communes essent.

Apud Svetonium Tiberius Cæsar magna & turpi infamia flagravit, vix ut referri & audiri, nedum credi fas sit, quasi pueros primæ teneritudinis, qvos pisciculos vocabat, instituebat, ut natanti sibi inter feminas versarentur, ac luderent lingua, morsuq; sensim appetentes, etque etiam qvasi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulsos, inguini ceu papillæ admovebat.

Apud eundem & apud Dionem Nero aliis omnibus libidinibus infamis *Sporum puerum* exectis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus fuit, cum dote & flammeo per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit.

Apud Hieronymum in Esaiam, lib. 1. cap. 2. in tantum Græci & Romani concubitus cum masculis vitio laboraverunt, ut & clarissimi Philisophorum Græciæ (aliis, ut existimari potest, in scandalum horribile) haberent publice concubinas, & inter scorta in fornicibus spectaculorum pueri staterint, publicæ libidini expositi, donec sub Constantino Imperatore & infidelitas universarum gentium, & turpitudo delata est. Si autem talia libere qvasi concessa patrarunt magni Doctores, qvid putas, lector, tunc temporis à discipulis & à civibus atqve rusticis passim, clam & palam contigisse? Lege lector volumen novum libri 3. Zwingeri, ad magnam satietatem & indignationem turpia talia infinita reperies.

Qvorum Deus venter & gloria in confusione eorum.

De mulieribus in mulieres olim exardescentibus, seu de tribadibus & fricatricibus exemplum Sapphus vide in Epistola Ovidii, qvam Pharaoni scribit, cum notis Jacobi Micylli super eam.

Hæc accommoda ad recentes historias Lapezii in Africa, ubi Crafresii hostium mentulas pro torqve parant & donans suæ sponsæ; & nova qvævis Sponsa ab idolo primum devirginatur. Sed cesso talia narrare, quibus integrum volumen compleri poterat. Et hæ sunt cædes, hæ impuritates, quas taxat cumprimis Apostolus in primo capite Epistolæ ad Romanos, ubi Ethnicismum veterem graphice & simul breviter expendere docuit. Vide Tostatum super Judic. 19. qvæst. 15.

Hæc ubi in explicatione primi capitis ad Romanos fecerit primo lector & interpres eruditus, tum non injuria ad publica lupanaria istud omne accommodabit, qvæ adhuc hodie alicubi vigent; nec non ad impurum cœnobiorum cœlibatum, in qvibus plures qvam alibi reperiuntur impurissimi; Item ad Episcoporum & Principum qvorundam aulas respiciet, & materiæ tantum reperiet cumulum, ut nihil supra.

Et jam constabit etiam sententia Paulini dicti, *multorum ventrem esse Deum & gloriam turpitudinem.* Omnino extrema est turpitudo tum in reliqua turpitudine indigitata, tum in mascula venere, quam tamen clarissima Græciæ lumina magnifaciebant, quasi, raram, nec omnibus imitabilem & concedendam venerem.

Testimoniū Chrisostomi Legatur super hunc ipsum locum Philip.3,19. Græcus & optimus Theologus Chrisostomus, qui homilia 13. hæc habet verba in Latinum translata sermonem, & loci propositi nativam mentem comprehendentia: *Et gloria in confusione ipsorum: qvidam circumcisionem his verbis significari putant. Ego autem ita interpretor, ac si dictum esset, IN QVIBUS OPORTEBAT EOS PUDORE SUFFUNDI, seseq; occultare, IN HIS SE EFFERUNT. Hoc illud est, qvod alibi inqvit. Qvem ergo fructum habuistis tunc in illis, in qvibus nunc erubescitis. Hæc ille & alia plura ibidem.*

Verba autem alia, quæ allegat, extant Rom. 6,21. Suntque illa ibidem cohærentia: v.19. *Sicut exhibuistis membra vestra servire IMMUNDITIÆ & iniqvitati, ad iniqvitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.* v. 20. *cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.* v.21 *Qvem ergo fructum habuistis tunc in illis, in qvibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est.* Hæc ibi.

ORACULUM L.
SACRUM.

1. Reg. 14. vers. 24.

Hebræa verba:

in terra erat scortator Etiam

וְגַם־קָדֵשׁ הָיָה בָּאָרֶץ

Græca Versio:

Καὶ σύνδεσμος ἐγενήθη ἐν τῇ γῇ.

Latina versio antiqva:

Sed & effœminati fuerunt in terra.

Pagnini Versio:

Fuerunt scorta mascula in terra.

LUTHERUS:

Es waren auch Huren im Lande.

Faciam

FAciam etiam hoc loco mentionem scortorum masculorum, quæ in Juda fuerunt in populo DEI. Sic enim ex versione Pagnini extat 1. Reg. 14.v.24. *Fuerunt etiam scorta mascula in terra, fecerunt secundum omnes abominationes gentium, qvas ejecit Jehovah à facie filiorum Israelis.* Et 2.Reg.23. v.7. *Josias destruxit domos scortorum (masculorum) quæ erant in domo Jehovæ, in qvibus mulieres texebant cortinas luco.*

De mascula venere extant in Sacris clarissima loca, Gen. 19. v. 5. *Ubi nam sunt viri illi, qvi venerunt ad te nocte, educ illos ad nos, ut cognoscamus eos. v.6. Et egressus est Loth ad ostium, & fores clausit post se, v.7. & dixit: ne qvæso fratres mei male faciatis, v. 8. en nunc mihi duæ sunt filiæ, qvæ nondum cognoverunt virum. educam nunc eas ad vos, & facite eis, sicut bonum est in oculis vestris, tantum viris istis ne faciatis quicquam, quia iccirco venerunt ad umbram tigni mei.* *Mascula Venus.*

Simile extat Judic.19.v.21. *Cum ipsi exhilararent cor suum, ecce viri civitatis, viri impii gyraverunt juxta domum pulsantes ostium, dixeruntq; viro isti Domino domus seni illi, dicendo Educ virum, qvi ingressus est domum tuam,* ut cognoscamus eum v. 23. *Egressus est autem ad eos vir ille, Dominus domus, dixitq; eis: Ne fratres mei, ne malefaciatis obsecro, posteaquam vir iste ingressus est domum meam, ne faciatis nefas hoc; v.24. En filia mea virgo, & concubina ejus, educam nunc eas, & affligite illas, ac facite illis, quod bonum est in oculis vestris; viro autem huic ne faciatis rem ignominiosam istam.*

Hæc simpliciter intelligenda esse de impurissima mascula venere, ex nimis plano contextu nimis manifestum est. An vero scorta mascula, sicut vertit *Pagninus*, eadem ratione intelligenda veniant, inquirendum est tum juxta *primam*, tum juxta *secundam* regulam propositam.

Et primo igitur quod ad vocabula Grammatica attinet, in Hebræo tantum est קדש. Arias vertit scortatorem, prostitutum, Lutherus Hurer. Mox autem juxta *secundam* regulam contextus ipsi expendantur, & cumprimis quidem.

Itaque de his scortis masculis, ut vertit Pagninus, duo sunt observanda. 1.Quod conjungantur cum impiis sacris Ethnicis aliis. Sic enim habet textus 1.Reg.14,22.23. *Fecit Juda malum in oculis Jehovæ, & ad iracundiam provocaverunt eum magis, quam omnia, quæ fecerant patres eorum, peccatis suis, quæ peccaverant. v.23. Nam ædificaverunt etiam ipsi* sibi excelsa & statuas, & lucos *super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem viridem.* v. 24. *Fuerunt etiam* scorta mascula *in terra, fecerunt secundum omnes abominationes gentium, qvas ejecit Jehovah à facie filiorum Israel.*

Primum argumentum, qvod scorta mascula in Pagnini versione nō sint ἀρσενοκοῖται masculi cō cumbentes cum masculis, sed idola.

Deinde 1. Reg.15, 11. *Asa fecit, quod rectum erat in oculis Jehovæ, sicut David pater ejus: v.12. sustulit enim* scorta mascula *de terra; & abstulit universa*

1. Excelsa. 2. Statua.

 versa

3. Luci. 4. Scorta mascula. 1. Scorta mascula. 2. Idola. 3. Lucus. 4. Excelsa.

versa idola, *quæ fecerant patres ejus*. v. 13. *Et etiam matrem suam amovit, ne esset Princeps, quia fecerat* idolum *in loco, & succidit* idolum *ejus & combussit in torrente Cedron*, v. 14. *Excelsa autem non sustulerunt; attamen cor Asa erat perfectum cum Jehovah omnibus diebus.*

1. Baal. 2. Lucus. 3. Militia cœli. 4. Excelsa. 5. Sol. 6. Luna. 7. Domus scortarum masculorū.

Item 2. Reg. 23, 4. *Præcepit Josias Sacerdoti magno, & Sacerdotibus secundis, & custodibus liminis, ut educerent e templo Jehovæ omnia vasa, quæ facta fuerant* Baal, & luco & universæ militiæ cœli, *& combussit ea extra Jerusalem in campestribus Cedron, tulitq; pulverem in Bethel*, v. 5. *cessare quoq; fecit Sacerdotes, quos posuerant Reges Juda in Excelsis, in urbibus Juda & in circuitibus Jerusalem. simulq; eos, qui suffiebant ipsi Baal*, Soli & Lunæ, & signis & universæ militiæ cœli, v. 6. *eduxit quoq; lucum e domo* IEHOVÆ *extra Jerusalem in torrentem Cedron, comminuitq; in pulverem, ac projecit pulverem ejus super sepulchrum filiorum populi*, v. 7. *& destruxit domus* scortorum masculorum, *quæ erant in domo JEHOVÆ, in quibus mulieres texebant cortinas luco*, v. 8. *& venire fecit omnes Sacerdotes de urbibus Juda, & contaminavit Excelsa, in quibus suffiebant Sacerdotes a Gibea usq; ad Berseba, & destruxit Excelsa portarum, & quæ in introitu portæ Josuæ principis urbis, quæ erant ad*

8. Thophet.

sinistram viri (ingredientis) *portam urbis*. v. 9. *Veruntamen non ascendebant Sacerdotes ad altare Jehovæ in Jerusalem; sed comedebant infermentata in*

9. Equi Solis. 10. Currus Solis. 11. Aræ super cœnaculum Achas.

medio fratrum suorum. v. 10. *Contaminavit etiam Thophet, quod erat in valle filii Hinnom, ne transire faceret quisquam filium suum, aut filiam suam per ignem ipsi Molech*. v. 11. *Cessare deniq; fecit equos, quos posuerant Reges Judæ Soli ab introitu domus Jehovæ ad cubiculum Eunuchi, quod erat in suburbanis, & currus Solis combussit igni*. v. 12. *Sed & aras, quæ erant super tectum cœnaculi Achas, quas fecerant Reges Juda, & Altaria, quæ fecerat Manasse in duobus atriis domus Jehovæ, destruxit Rex, & cucurrit inde & projicere fecit pulverem eorum in torrentem Cedron*. v. 13. *Excelsa quoq;, quæ erant coram Jerusalem, quæ erant ad dextram montis Oliveti, quæ ædificaverat Salomon*

12. Statua.

abominationi Sidoniorum, Moab, & filiorum Ammon contaminavit. v. 14. *Contrivit insuper statuas, & succidit lucos, & replevit locum eorum ossibus hominum*, v. 15. *quin etiam altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod fecerat Jerobeam, destruxit & combussit, combussit & lucum*, v. 16. *tulit etiam ossa e sepulchris, & combussit super altare, & ita contaminavit illud*; v. 19. *omnes et-*

13. Domus Excelsorum in civitatibus Samariæ.

iam domos excelsorum, quæ erant in civitatibus Samariæ, abstulit, & fecit eis juxta omnia opera, quæ fecit in Bethel. v. 20. *Mactavit insuper cunctos Sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria, combussitq; ossa hominum super ea, & reversus est in Jerusalem.*

Hactenus verba Scripturæ, quæ cum magnum numerum idolorum cumulant, inter ea ponunt etiam קדש. Cum autem vox קדש turpitudi-

tudinem denotet, utique idola turpia & impudica illa fuerunt, & ita tunc inter Judæos viguerunt sine dubio Priapeja, turpissima idola ista, ubi mentula suspensa honorabatur, id quod agnoscit etiam, si quis quærat autoritatem humanam, Pererius in Genesin fol. 570. & G. Mylius in Augustana Confess. Articul. 15. partis prioris membro primo.

Si scortatores scortantes scortationem *carnalem* scriptura voluisset exprimere, omnino verbis alibi usitatis, & inter alios peccatores illos expressisset.

Hic accedit *secundo*, quod 2. Par. 34. ubi eadem historica de Josia ex 2. Reg. 22. & initio c. 23. repetuntur, nulla mentio minima extat Cynœdorum: sed tantum mera commemorantur idola, id quod non parum suadet, *scorta mascula* de Priapejis sacrorum gentilium omnino sumenda esse.

Secundum argumentū qvod scorta mascula juxta Pagnini versionem sint idola qvædā

Fuit autem & horum & aliorum sæpenumero tanta colluvies idolorum Ethnicorum illata sancto templo, ut illis exportandis vix una sufficeret septimana: cujus rei extat exemplum manifestum, 2. Par. 29. à versu 16. usque ad versum medium 19. verba sunt; *Ingressi sunt Sacerdotes in domum Jehovæ ad mundandum, & eduxerunt omnem immundiciem, quam invenerunt in templo Jehovæ. Susceperunt autem Levitæ, ut adducerent ad torrentem Cedron foras:* v. 17. *ceperunt autem in prima mensis primi sanctificare, & die octava mensis ingressi sunt porticum Jehovæ, sanctificaveruntq; domum Jehovæ, octo diebus, & die decimo perfecerunt.* Etsi igitur Lutherus vertit, Die Hurer/ tamen jam relinquit cuivis considerandum, utrum sit de spirituali, an vero de corporali scortatione & adulterio intelligendum. Vide etiam 1. Reg. 22. versu 47.

Colluvies idolorum sæpenumero Hierosolymas invecta

Nemini autem mirum accidat, quod tam turpia idola sanctæ urbi intulerint degeneres Israelitæ, quibus non meliores fuere posteri, 2. Macc. 6. 7. qui ad colendum solenne *Bachanaliorum*, cogebantur redimiti hedera, *Baccho* pompam ducere intra Jerusalem. Adeo nullum ferme reperiri potuit idolum Ethnicum, quod non etiam Hierosolymis conspectum fuerit.

Bachanalia Hierosolymis celebrata.

ORACULUM LI.
SACRUM.

1. Reg. 11, v. 3.

multas alienigenas mulieres amavit Salomo Rex Et

וְהַמֶּלֶךְ · שְׁלֹמֹה אָהַב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת רַבּוֹת

trecentæ pellices & septingentæ principes uxores ei fuerunt Et

וַיְהִי־לוֹ נָשִׁים שָׂרוֹת שְׁבַע מֵאוֹת וּפִלַגְשִׁים שְׁלֹשׁ

Græcu

Græca Versio:

Καί ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἦν φιλογύναιος.

Καὶ ἦσαν αὐτῷ γυναῖκες ἄρχουσαι ἑπτακόσιαι, καὶ παλλακαὶ τριακόσιαι.

Versio Pagnini:

v. 1. Rex Salomo adamavit mulieres alienigenas multas.

v. 3. Fuerunt ei præterea uxores reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ.

Vetus Versio:

v. 1. Rex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas.

v. 3. Fueruntq; ei uxores qvasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ.

Lutheri Versio:

Aber der König Salomo liebet viel ausländische Weiber.

Und er hatte sieben hundert Weiber zu Frauen/und dreyhundert Kebsweiber.

Integri versus 1, 2, 3. ita habent ex antiqva Versione:

v. 1. Rex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam qvoqve Pharaonis & Moabitidas & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas.

v. 2. De gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras, certissime enim avertent corda vestra, ut seqvamini Deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

v. 3. Fueruntq; ei uxores, qvasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ, & averterunt mulieres cor ejus.

HOc in loco non intempestive inseritur explanatio textuum de uxoribus Salomonis, & in specie horum verborum 1. Reg. 11, 3. ex versione Pagnini: *Fuerunt ei praterea uxores regina septingenta & concubina trecenta; & declinare fecerunt mulieres ejus cor ejus.*

Operatio juxta primam regulam de Grammaticalibus.

Initio autem notandum est juxta *primam* regulam, qvod Benedictus Arias Montanus non immerito mutaverit hanc Pagnini versionem hoc modo: *Et fuerunt ei uxores principes septingenta, & pellices vel concubina trecenta.* Nam istud à Pagnino additum PRÆTEREA importaret aliqvid in textum,

textum, quod tamen postea contextuum cognatio & cohærentia non admittet.

Nimirum hæc sola particula PRÆTEREA videtur hoc velle, quasi Salomon adamaverit mulieres alienigenas multas, filiam Pharao, Moabiticas, Ammoniticas, Edomiticas, Sidonias & Hitthæas, quibus adhæsit amore, & quod fuerint ei PRÆTEREA (supra jam nominatas & adamatas aliæ amatæ, nimirum) reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ. **PRÆTEREA.** *particula à Pagnino versioni inserta est incommoda.*

Deinde tria vocabula Grammatica observanda sunt, quibus MULIERES denotantur.

1. Quod vocabulum נָשִׁים Naschim, quod convertunt hoc loco *uxores*, habeat multas significationes, & applicetur *interdum* maritatæ, *interdum* viduæ, *interdum* prorsus virgini; cujus generis exempla sufficientia suppeditabunt lectori erudito Concordantiæ Hebrææ. *1. Naschim quid significet.*

Thema esse volunt נָשָׁה Naschah, quod significat aut oblitum esse, aut mutuo accepisse, aut petiisse, item, debere, quod proprium sit fœminæ, transire in aliam familiam, & oblivisci ac mutare nomen familiæ paternæ. *Thematis investigatio diversa.* 1.

2. Alii ponunt ad thema אָנַשׁ Anasch, *morbo desperato laborare*, unde derivant אֱנוֹשׁ Enosch, *Homo*, qui subjectus est variis morbis, & à masculino deducunt fœmininum נָשִׁים Naschim, *mulieres*, *uxores*, & disputant: primam literam istius vocabuli Hebræi, *Hominis*, in denominatione mulieris ademtam, videlicet א, ut innuatur, quod mulieres non sint homines. Sed hæc omnia citra rationem & citra fundamenta talia, qualia requiruntur ad rerum ejusmodi ἀκρίβειαν.

3. Aliud ipsi faciunt thema אִישׁ *sonuit*, unde deducunt אִישׁ Isch *Vir*, & ab hoc *vire* τὸ אִשָּׁה Isschah *Vira*, *fœmina*, *mulier*. Etsi vero de radicis talis incertitudine hoc loco non dissero, tamen hoc constat, quod vocabulum Isschah de virgine (Sponsa) usurpetur Deut. 22, 24. *eo quod humiliaverit uxorem proximi*, (Escheth) quam tunc virginem adhuc fuisse describit versu proxime præcedente 23. verbis hisce: *Cum fuerit puella virgo desponsata viro, & repererit eam vir in civitate & cubuerit cum ea, &c.* Vide etiam Genesin c. 24, 4. 38. *Ad cognationem meam perges, & capies uxorem filio meo Isaac* (Isschah) Hanc omnino virginem fuisse, liquidissimo constat ex versu ibidem 16. *Puella erat pulchra aspectu valde, virgo, & vir non cognoverat eam* De maritata cognita à viro usurpatur Gen. 4, 25. *Et cognovit Adam ADHUC uxorem* (Isschah) *suam & peperit filium, & vocavit nomen ejus Seth, quia posuit mihi Deus semen alterum pro Abel, quia occidit eum Cain.* Ecce post partum duplicem prægressum cognoscit Adam Isschah, uxorem suam. **אִשָּׁה** *de virgine (Sponsa) usurpatur.* *De maritata usurpatur.*

Nnn Homi-

Hominem Hebræi vocant Adam & Enoch, illum, à terra, hunc à mortalitate derivatum, & accommodant tum ad virum, tum ad fœminam.

אנוש dicitur de viro, De vio dicitur 1,Sam.2,33, *Virum* Isch *non excidam tibi ab altari meo*. & 1. Sam. 1, 11. ubi semen virile Anaschim petit uxor altera Elcanæ mariti his verbis: *Si Dominus dederit semen virile* Anaschim *famulæ suæ; dabo illud Jehovæ omnibus diebus vitæ ejus.*

de Fœmina & virgine & maritata. De fœmina dicitur, & quidem de virgine, & maritata simul Jos.8, 25. *a viro ad mulierem* omnes viri, Ansche Ai. *Et fuerunt omnes cadentes in die illa a viro* (Isch) *usqve ad mulierem* (Isschah) *durdecies mille, omnes viri Ansche Ai*, omnes homines Ai. Attendatur autem versus 26. & 27. qui habent in hunc modum, v. 26. *Josua non convertit manum suam, quam extenderat, donec interficeret omnes habitatores Ai*, v. 27. *Tantum animalia & spolia civitatis prædati sunt sibi Israel, juxta verbum Domini qvod præcepit Jehosua.*

Audi vero de illo præcepto Domini ex Josuæ 8, 1. ubi Jehova ita alloquitur Josuam, *Vide, dedi in manu tua regem Ai. ac populum ejus, & civitatem ejus & terram ejus*, v.2. *Faciesq; Ai & regi ejus, quemadmodum fecisti Jericho, & regi ejus &c.* Quomodo erga Jericho sese gesserit ex mandato divino, quod extat Deus.7,2.3.& c.20,16. cernere licet Josuæ 6,21. *Desolaverunt omnia quæ erant in urbe, a viro, Isch, usq; ad mulierem*, Isschah, *a puero usq; ad senem &c.* Si ergo Josua interfecit omnem virum & mulierem à puero ad senem, utique adolescentes & viros, virgines & maritas interfecit, & sic utique vox Isschah Jos. 8, 25. significat virginem & maritatam & viduam.

נשים *Naschim de virgine usurpatur.* Vocabulum Naschim usurpatur pro virgine Num. 31, 8. Ibi enim post Midianitas expugnatos reservaverunt omnes mulieres vivas. A versu igitur 15, usq; ad 48. agetur tantum de virginibus. Sic enim dicit Dominus v. 17. *Nunc occidite omnes mares in parvulis, & omnem mulierem, quæ cognoverit virum concubitu masculi, occidite;* v.18. *omnes autem parvulas inter mulieres*, Naschim, *quæ non cognoverint concubitum masculi, servate vivas vobis.* Et hoc præceptum fuerunt executi; unde sequitur versu 25. *Sic enim dixit Jehovah ad Mose dicendo:* v.26. *cape summam prædæ captivitatis, tam de hominibus* (Adam intelligit vivas servatas virgines) *quam de jumentis*, v.27. *& partieris in duas partes, inter bellatores qui egressi sunt ad pugnam & inter universam congregationem*, v.28. *tollesq; censum Jehovæ a viris bellatoribus, qui egressi sunt ad militiam, unam animam de quingentis ex hominibus* (Adam, qui non sunt nisi virgines jam vivæ servatæ.)

Virgines dicuntur Adam id est, homi-

Vide & expende non obiter in hoc loco, lector, quod virgines etiam dicun-

dicuntur Adam, id eſt, homines expreſſiſime. Vanitate igitur vanior eſt diſputatio quorundam, quaſi mulieres non dicantur homines in ſacris. *nes, in ſacris expreſſe. Naſchim de vidua & maritata dicitur.*

Item Naſchim uſurpatur de vidua, & de maritata pariter, Ruth 1,1. *Ipſe, & uxor ejus*, Iſſchah v.3. & 5. *Mortuus eſt maritus & remanſit mulier orbata duobus filiis & marito*, Iſſchah. De vidua ſola dicitur Naſchim, 2.Reg.4,1. Mulier, Iſchah, una de uxoribus filiorum Prophetarum clamavit ad Eliſæum dicendo, *Servus tuus vir meus mortuus eſt.*

II. שׂרוֹת Saroth quid ſignificet.

Præterea aliud thema eſt in textu שׂוּר Sor, principatum tenuit, dominatus eſt. Exod.18,21. *Pones ſuper illos principes* (Sare) *millenariorum, principes* (Sare) *quinquagenariorum, principes* (Sare) *centenariorum.* 1. Paral.28,1. *Et congregavit David omnes Principes* (Sare) *Iſrael, Principes* (Sare) *tribuum.* Judic.9,30. *Sebul Princeps* (Sor) *urbis.* In genere igitur Sarar ſignificat, eſſe ex præcipuis, eſſe ex cenſu dominantium, vel dominorum.

III. פִּלַגְשִׁים Pilaggeſchim quid notet.

Inſuper in textu eſt vocabulum Pilaggeſchim, quod derivare à themate nullo poſſunt. Interpretantur concubinas: Sed caput ſecundum Eſtheræ optime oſtendet, quod pilges ſint promiſcue quævis mulieres, virgines etiam.

Sic enim habet ſecundum caput Eſtheræ: v.2. *Poſt Vaſthi rejectam conſuluerunt Regi* (verſu 3.) *ut conſtitueret Præfectos omnibus Provinciis regni ſui*, v.3. *qui congregent omnem puellam virginem*, Naarah Bethula, junge Jungfern / *pulcram aſpectu in Suſan Regia, in domo mulierem*, Naſchim, Frauenzimmer / *in curam cuſtodis mulierum*, Naſchim, des Frauenzimmers / *ut det illis purificatoria, ut puella*, v.24. *quæ placuerit in oculis Regis, regnet pro Vaſthi.* Ecce, lector, debuerunt ex toto regno colligi adoleſcentes & juvenes puellas & deduci in Regiam, ut ex illis omnibus unam in locum Vaſthi eligeret Rex, non vero ut cum omnibus diverſis menſibus & annis rem amatoriem haberet.

Et hoc conſilium Regi datum executi ſunt Præfecti: propter hoc conſilium Mardochæus adduxit etiam pientiſſimam Eſtheram, quam ſciebat eſſe pulcerrimam, iſtud nequaquam facturus, ſi præſciviſſet in numerum pellicum, concubinarum & quaſi meretricum ipſam venturam.

Hiſtoria de electione Eſtheræ brevis paraphraſis.

Sublata igitur eſt, inquit textus verſ.8. *Eſthera quoq; in domum Regis, ad curam cuſtodis mulierum*, Naſchim. *Et* (verſu 9.) *placuit puella* (mature) *in oculis cuſtodis; unde acceleravit dare illi purificatoria, & portiones, & ſeptem puellas dignas e domo Regis, & mutavit eam, & puellas ejus in bonum domus mulierum*, Naſchim. Ecce, lector, videns cuſtos gynæcei hanc præ aliis mature placituram Regi, mature ornamenta & clinodia Regia & pediſſequas & conclave magnificum eidem attribuit.

Sed pergo in textu: verſ.12. *Cum igitur veniret tempus ſingularum puellarum* (eſt tempus inſpectionis & electionis, aliquoties iteratum, ut patet ex verſu 19.) *ut intrarent ad Regem* (Ahaſveros) *quicquid* (ornamentorum *dicebat, dabatur ei, ut veniret cum hoc e domo mulierum*, Naſchim, Frauenzimmer/ *usq; ad domum Regis. Veſpere ipſa intrabat, & mane revertebatur ad domum mulierum ſecundam* (à meridie, prima veſpera, intrabat ad propiorem domũ, & aſpectum Regis, & altero die revertebatur ad exteriorem domum gynæcei, non vero ad coitum excipiebatur, ſed ut ſpectaretur) *Veſpere igitur intrabat, mane ſeu in altera die revertebatur ad domum mulierum ſecundam, ad manum ſeu curam Saaſgaz eunuchi Regis, cuſtodis concubinarum*, Pilaggeſchim mulierum.

Quas enim antea vocavit mulieres Regis Naſchim, nunc vocat Pilaggeſchim, vulgo concubinas reddunt: Sed omnino intelligendæ ſunt ex præcedentibus verſibus mulieres Regis, Frauenzimmer/ quod conſtat ex maritatis, viduis, virginibus, ut notum eſt. Vulgo, ut dixi, reddunt concubinas; ſed omnino verſio eſt incommoda, quia neſciunt radicem vocis. Quomodo igitur poterit vera dari vocis interpretatio, ſi non habetur radix, ſeu mater ſignificationis. Altera igitur navigatione hic eſt utendum, & ex contextu qvaſi ariolanda ſignificatio, ſicut jam feci.

Iterum ad textum: v.14. *Non veniebat ultra ad Regem, niſi voluiſſet eam Rex & ipſa vocaretur nomine* (Nimirum, ſi quam ſemel ſpectatam iterum volebat ſpectare, vocanda erat, ſponte accedere non audebat. Spectari igitur ſolebant ſecundo & tertio, non ad coitum vocabantur; quia his verbis nihil, niſi electio novæ Reginæ deſcribitur, quæ ſubſtituebatur in locum Vaſthi.

Hactenus igitur aliæ virgines fuerunt intromiſſæ ad ſpectandum, non ad coitum: Nunc de ſpectatione Eſtheræ dicetur in textu verſu 15. *Cum itaq; veniſſet tempus Eſtheræ, ut intraret ad Regem, non quæſivit quicquam* (petivit ornamentorum nihil amplius) *niſi qvod dixiſſet Hegai eunuchus Regis, cuſtos mulierum* Naſchim, *& ipſa* (continuo & ſtatim) *retulit gratiam in oculis in omnium videntium eam*; v. 16. *& ſublata eſt ad Ahasveros in domum regni ejus*, v.17. *& dilexit Rex Eſther præ omnibus mulieribus*. Naſchim, *retulitq; gratiam coram eo præ omnibus virginibus*, Bethuloth, *& poſuit diadema regni in capite ejus, eamq; conſtituit Reginam pro Vaſthi*. v. 18. *Fecit etiam Rex convivium magnum omnibus Principibus ſuis & ſervis, convivium Eſther*, (nuptias) *atq; requiem* (privilegia quædam) *Provinciis fecit, dedit q; dona ſecundum potentiam regiam.*

Electa Eſther nubit Ahasvero.

Hactenus textuum delineatio, in quibus *duæ* nominantur *domus mulierum*, alterique Præfectus fuit Hege, alteri, ſecundæ nimirum, Saasgaz, verſu

versu 3. & 14. id qvod notandum est, ne cui scrupulum moveat, qvod Hege dicitur præfectus Naschim, Saasgaz vero præfectus Pilaggeschim, cum tamen uterq; præfuerit gynæceo, denen Frauenzimmern.

Qvod Naschim & Pilaggeschim proinde capiantur, illustre exemplum ex sacris,

Ut scrupulus omnis accuratius eximatur, dabo argumentum non ex Grammaticis aut Lexicis vulgatis, sed ex ipsis contextibus sacris, ut discat lector, in similibus exercitiis similem methodum sectari adeoq; Grammaticæ & Lexicorum tradita examinare, probare & confirmare, simul etiam corrigere ex sacris contextibus, adhibito usu Concordantiarum.

Exemplum sit illud ex historia Davidis, Regis, Prophetæ & Patriarchæ, & qvidem ex libris Regum & Paralipomenon. In hac enim historia Davidis Pilaggeschim seu concubinæ simul dicuntur Davidis Naschim seu uxores, seu mulieres. Eædem igitur personæ dicuntur & Pilaggeschim & Naschim, seu mulieres vel uxores.

Sic enim de iis Davidis mulieribus scriptum extat 2.Sam.12,11. *Sic dixit* (Davidi) *Jehova, tollam uxores*, Naschim, *tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, dormietq; cum* uxoribus Naschim, *tuis in oculis Solis hujus.*

Deinde 2.Sam.16,21. *Respondit Achitophel ad Absolon: Ingredere concubinas* patris tui, Pilaggeschim. v.22. *Tetenderuntq; igitur ipsi Absolon tabernaculum super tectum; & ingressus est Absolon ad concubinas*, Pilaggeschim, patris sui in oculis totius Israel.

His conjunguntur, ut indicetur propinqvitas. Amatores dicuntur tales.

Deniq; 2.Sam.20,3. *Venit David in domum suam in Jerusalem, & tulit decem mulieres*, (Naschim) *concubinas*, (Pilaggeschim) *qvas reliqverat &c.* ubi Naschim & Pilaggeschim conjunguntur, ut indicetur propinquitas.

Qvin etiam tantum amatores vocantur hoc nomine Pilaggeschim. Ezech.23,20. *adamavit amasios* (Servos reddidit Pagninus) *eorum.* Ita autem metaphorice vocantur Spurii Dei, & Ægyptiorum auxilia, qvæ Judæi ambibant præ auxilio divino. Sicut igitur Naschim significat qvasvis mulieres, & Saroth significat principes mulieres, ita Pilaggeschim significare necesse est cujusvis ordinis inferioris mulieres.

Principes mulieres opponuntur inferioribus.

Opponuntur enim hoc in loco principes mulieres & Pilaggeschim, id est, nobiles & ignobiles, principes & servæ. Talis etiam oppositio cernitur in libro Estheræ cap.1,3. *Ahasverus Rex fecit convivium principibus suis atq; servis suis, Sarim & Eved.* Qvin ibidem versu 18. nominantur *Dominæ seu primariæ* Saroth Medarum & Persicarum, qvæ sunt ad servas & famulas seu infimas mulieres dictæ PRIMARIÆ.

Saroth sunt principales mulieres, Pilaggeschim inferiores.

Summatim, mulieres Saroth sunt primæ & principales, qvarum liberis competebat successio bonorum, sed Pilaggeschim sunt inferiores, (vulgo concubinæ) qvarum liberis per Testamenta dabantur certi reditus, ut patet ex cap.25. Genesis sub initium. Mos ille ita inter Ethnicos inoleverat, qvem

seqvebantur etiam Patriarchæ inter Ethnicos degentes, sicut hodie passim locorum à Christianis servantur consvetudines similes aliqvæ.

IV. *Pluralis sæpenumero pro singulari usurpatur.*

Adhuc unum Grammaticale est prænotandum, vers.1.capitis 11. in primo Regum dicitur Salomon adamasse mulieres alienigenas, præter filiam Pharaonis (qvæ fuit uxor primaria) Moabitidas, Ammonitidas, Edomeas: Sidonias & Hitthæas (qvæ citra dubium fuere inferiores) Sæpenumero autem sacra Scriptura nominibus pluralibus utitur loco singularium. Jud. 12,7. *Jephtha sepultus est in civitatibus Gilead*, pro, in aliqva una civitate Gilead, Zach.9,9. *Rex tuus venit tibi super Asinum, & super pullum filium asinarum*, id est, super pullum unius alicujus asinæ, Matth.27,44. *Latrones exprobrabant Christo*, id est, unus ex latronibus, Matth.24,3. *In monte olearum discipuli interrogabāt Jesum*, id qvod Marci 13,1. unus tantū fecisse dicitur, Act.13,40. *Videte ergo, ne veniat super vos, qvod dictum est in Prophetis*: cum tamen ibi nihil allegetur, nisi ex uno Propheta Habacuc, qvemadmodum collatio evincet.

Operatio juxta secundam regulam pro genuino sensu de uxoribus Salomonis.

Postqvam de fontibus Grammaticæ & Lexicorum hæc ex Concordantiis Hebræis annotavi, nunc locum ipsum ex contextuum cohærentia de uxoribus Salomonis planum facere allaborabo. Et habet res in hunc sese modum, qvod Lectori diligentissime aliqvoties relegenda erunt hæc capita, 1.Reg.9. & 10. & 11. Si qvis voluerit laborem præstare diligentiorem, is omnia capita de Salomone scripta perlegat.

Reperiet igitur talem cohærentiam. Post templum cumprimis extructum in honorem Dei 1.Reg.9. describitur usq; ad caput 12. *Status Salomonis qvoad magnificentiam, & quoad exitum vitæ.*

Magnificentia Salomonis.

Et *magnificentia* Salomonis prolixe intimatur à capite 9.usq;, *qvod plurimas ædificaverit civitates*, qvod *plurimos* sibi novos fecerit tributarios, qvod habuerit *quingentos & qvinqvaginta* præfectos, qvi instabant laborantibus opera Salomonis; qvod obtulerit qvotannis *ter* sacrificia Domino; qvod classem fecerit in Ezeongeber, qvæ iret in Ophir, indeq; tulerit *qvandringenta & viginti talenta*.

Mox seqvitur c.10. qvod ad ipsum venerit Regina Sabæ, & viderit omnem Sapientiam Salomonis, & domum, qvam ædificaverat, ac cibos mensæ ejus, & sessionem servorum ejus, ac statum ministrorum ejus, & vestimenta ipsorum, & pincernas ejus, & holocaustum ejus; & qvod dederit ipsi centum & viginti talenta auri, & aromata *multa valde*, & lapides preciosos, qvod navis ex Ophir advexerit corallia *multa valde*, & lapides preciosos; qvod fecerit Rex ex coralliis fulcra domus Jehovæ & domus Regis, & citharas & lyras cantoribus; qvod fuerit pondus auri, quod eveniebat ipsi Salomoni per annos singulos, sexcentorum & saxaginta sex talentorum auri, præter viros mercatores & negotiationes aromatariorū, & omnes Reges Arabiæ & Duces terræ.

Ecce lector, incipe agnoscere, qvod Scriptura prolixa sit, & in hoc intendat

tendat omnes nervos suos, ut singularem Salomonis *magnificentiam* singulariter commendet & describat, sicuti supra c. 4. enumeravit omnes Principes & præfectos Salomonis per totam ditionem; enumeravit terminos imperii ipsius; enumeravit, qvantum singulis diebus oportuerit adesse pro cibis, numerum farinæ, boum, ovium, cervorum, caprearum gallinaceorum; enumeravit eos, qvi hordeum & paleas pro equis & mulis dederint; qvales libros scripserit Salomon, seu qvalia cantica; enumeravit in capitibus seqventibus omnia speciatim, qvæ reqvirebantur & dabantur ab ipso ad extructionē tēpli

Ita qvoq; in capite nono Scriptura divitias & magnificentiam Salomonis continuavit. In hac igitur enarranda ulterius pergit in hunc modum: *Dicit enim, quod fecerit scuta* ducenta ex auro tracto, & qvod insumserit sexcentos aureos in singula scuta; qvod fecerit trecentos clypeos ex auro tracto; qyod fecerit solium eburneum cum sex gradibus ex duodecim leonibus; quod omnia vasa potoria & domus saltus Libani fuerint ex auro; qvod classis ex Ophir tribus annis semel redierit, & tulerit aurum & argentum, dentes Elephantum, & simias & pavos.

Iterum ibidem: Qvod omnes habitatores terræ qvæsierint faciem Salomonis, & attulerint qvisq; munus, vasa aurea argenteaq;, arma, aromata, vestes, eqvos, mulos, idq; per singulos annos; qvod congregaverit Salomon mille & qvadringentos currus, duodecim millia eqvitum, qvos collocavit in urbibus curruum, & cum Rege in Jerusalem; qvod posuerit argentum in Jerusalem, tanqvam lapides, & cedros tanqvam sycomoros, qvæ nascuntur in campestribus præ multitudine; qvod eqvos acceperit ex Ægypto, permutatione mercatorum intercedente.

Et rursus: qvod qvadriga ex Ægypto venerit ei cum sexcentis argenteis, & equus cum centum & qvinqvaginta; qvod eqvos ipsi adduxerint omnes Reges Hitthæorum, & Reges Aram; qvod præter filiam Pharaonis habuerit uxores Moabiticam, Ammoniticam, Edomæam, Sidoniam, & Hitthæam, & qvidem has omnes alienigenas, & in falsa religione perseverantes, contra Dei mandatum; qvod habuerit primarias mulieres (gynæcei, sunt enim hæ prorsus distingvendæ à prioribus: *unde certo constat, numerari nunc magnificentiam* gynæcei) septingentas (in fontibus non sunt Reginæ; sed tantū principes & primariæ) & qvod habuerit inferioris conditionis mulieres (in gynæceo) trecentas.

Attende lector, qvod priores juxta filiam Pharaonis *amaverit*, has 1000. saltem *habuerit*. Jam ad uxores proprie dictas redibit. Dicit igitur Scriptura in fine versus tertii, *qvod declinare fecerint mulieres* (nimirum indigitatæ sex, qvibus sex etiam pro suis idolis videtur construxisse templa. Sic enim habet Scriptura vers. 3. *Declinare fecerunt mulieres* (proprie sic dictæ ipsius uxores) *Salomon qvasdā mulieres amavit, qvasdā saltem habuit.*

ALIE-

ALIENIGENÆ cor ejus, versu 4. *Et fuit tempore senectutis Salomonis, uxores ejus ALIENIGENÆ* (jam dictæ omnes, versu primo) *incliuare fecerunt cor ejus post Deos alienos*, versu 5. *Abiit ipse post Asthoreth Deum Sidoniorum* (Ecce hoc effecit Sidonia uxor) *& post Milchom abominationem Ammoniticorum* (Ecce hoc effecit apud Salomonem uxor ejus Ammonitica) versu 7. *ædificavit SALOMON excelsum ipsi Chamos abominationi Moab* (Ecce hoc effecit Moabitica uxor) *& Molech abominationi filiorum Ammon* (Ecce repetitur Ammonitica uxor.) versu 8. *Et sic fecit omnibus* (versu primo nominatis) *uxoribus suis alienigenis* (Tantum enim versu primo nominatæ sunt alienigenæ, reliqvæ non item in versu tertio) Qvæso lector attende, versu 1. & versu 4. & 5. fit mentio uxorum alienigenarum, & utrobiqve nominantur Ammonitæ, Moabitæ, Sidoniæ &c.

Istæ vero v. 3. *mille* non dicuntur alienigenæ, nec dicitur ipsis Rex ædificasse excelsa: unde iterum patet, *mille* has prorsus distinctas fuisse ab istis primis. Repetuntur fana idololatrica Sidonia, Moabitica, Ammonitica 2. Reg. 23, 13. & tria qvidem tantum repetuntur, ita tamen repetuntur, ut simul pro moro scripturarum subintelligantur reliqua tria, sicut qvandoq; duæ urbes dicuntur periisse per ignem cælitus demissum Deut. 29, 23. Esaiæ 13, 19. Sic enim habet textus Deut. 29, 23. *In subversione Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboæ, quas subvertit Jehovah.* Esa. 13, 19. *Erit Babel secundum subversionem Sodomæ & Gomorrhæ.* Genesis tamen 19. Deus minatur, qvod qvinq; velit subvertere; de qua re supra.

Si plura excelsa fuissent, *mille* præsertim à mille mulieribus etiam extructa, utiq; Scriptura non prætermisisset; qvin & hoc ipsum ad magnificentiam Salomonis plurimum fecisset.

Præterea, si pluraliter intelligendæ essent versu primo priores illæ sex mulieres, utiqve iterum eandem ob causam numerum multo magis addidisset Seriptura certum, qvam ad posteriores.

Sic enim alibi solet facere, 2. Paral. 11. 18. & seqq. de filio Salomonis Rehoboam, qvod *habuerit uxores octodecim, & concubinas sexaginta, & genuerit filios viginti octo, & filias sexaginta*, ille, inqvam, Rehoboam, qvi animosior erat Salomone, qvia dicebat petentibus mitigationem populis jugi gravissimi, *minimus digitus meus crassior est lumbis patris mei; pater meus corripuit vos flagellis, ego autem Scorpionibus*, 2. Paral. 10, 10. 11.

Alibi qvoqve, qvando mentio fit concubinarum, additur, qvod ex eis genuerint liberos & qvotnam, Genes. 25, 6. ubi enumerantur filii Cethuræ, & 35, 22. ubi Bilha dicitur concubina patris Jacobi, & simul sub finem recensentur omnium uxorum Jacobi liberi. Nec Salomonis tam multi, qvod ultimo anno tandem venit, utpote qvi tantum 58. annos vixit, recensentur filii,

qvam

qvam Davidis. 1. Paral. 3. usq; ad versum 11. Omnino igitur concludendum est, qvod Salomonis paucæ fuerint uxores versu 1. & qvod gynæceum mille complexum fuerit mulieres, nimirum præcipuas & nobiliores septingentas, sed trecentas ignobiliores, versu tertio. Abrahamo princeps erat Sara, ergo qvaliscunqve alia vira seu uxor erat Hagar, Gen. 16. v. 3. Jacobo erant primariæ Lea & Rachel, itidem qvalescunqve inferiores Zelpa & Bala, Genes. 30. v. 3. & 9. Sic qvoqve 2. Sam. 19, 5. in exemplo Davidis regis expressissime distingvuntur uxores à concubinis, hoc pacto, *Ingressus Joab ad regem in domum dixit, Confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum, qvi salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam uxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.* Similem distinctionem leges Judic. 8. v. 29. 30.

Judicium Lutheri de concubinis Salomonis, qvod istæ mulieres fuerint in ipsius Gynæceo.

Hæc de obscurissimo illo loco Salomonis dicere volui, ut præbeam ansam eruditioribus ista disqvirendi accuratius. Adscribo etiam judicium Lutheri, qvod extat in convivalibus Sermonibus: cap. 35. Von Haußhaltungen/ titulo vom Könige Salomone: Man muß darauf wol Achtung geben/ daß die heilige Schrifft hat wollen anzeigen/ wie viel Weibesbilder Salomon hat müssen täglich unterhalten und ernehren. Denn daß er drey hundert Königin gehabt/ das seynd seine arme Freundin gewesen/ von dem Geschlecht Davids/ die haben sich alle zu ihm gefunden/ und die hat er an seinem Hofe müssen ernehren / exceptis concubinis & reliqvis famulis, wie er dann sonst auch alle Tage vier und zwantzig tausend Mann speisen müssen/ darein seyn die Weiber nicht gezehlet gewesen. Gleich also möcht man auch sagen von dem Churfürsten zu Sachsen/ daß ein Churfürst viel Weiber hätte. Denn er hat erstlich sein Gemahl/ darnach etliche Fürstin und Frauenzimmer/ darnach viel edle Jungfrauen/ item eine Hoffmeisterin/ darnach andere Mägd und Netherin. Wenn man nun wolte sagen: Der Hertzog zu Sachsen hat also viel Weiber am Hoff/ da folget nicht drauß/ daß es alle seine Eheweiber seyn. Und wie könnes auch müglich seyn/ daß diese Weiber wären alle König Salomonis Eheweiber gewesen / dabey er hätte geschlaffen / die Vernunfft lehret es / daß es nicht seyn kan. Es hat Salomon erstlich ein Fräulein gehabt / die hat er gefreyet / da er achtzehen Jahr alt war/ denn er hat sehr jung gefreyet / denn sie sind sehr starcke Leute

gewesen / Ich gläube / er habe im achtzehenden Jahre schon eines Mannes im dreyßigsten Jahr Stärcke gehabt. Darnach freyet er des Königs Pharaonis in Egypten Tochter / die ist die Ander / Da er nun alt wird / nimmt er drey Ammoniterin: Sonst wenn er drey hundert Eheweiber solt haben gehabt / und alle Nacht eine neue Frau / so wäre das Jahr herumb / und hätte Salomon keinen Tag geruhet. Das kan nicht seyn / denn er hat zu regieren gehabt / das Regiment leydet nicht / viel mit Frauen umgehen. In Summa / wenn man sagt / Salomon hat viel Frauen gehabt / so wil man sagen / Salomon hat ein groß Frauenzimmer gehabt / Hactenus Lutherus.

Verba Josephi super h. l. Super eundem locum non indigna lectu sunt verba Josephi hæc lib. 8. c. 2. *Salomon Dei leges contemsit voluptate irrationabili victus, ductisq; uxoribus e principibus virisqve illustribus prognatis septingentis & trecentis concubinis.* Hæc ille.

Etsi vero dissentit in principali, tamen hoc gratum accidit, qvod septingentas mulieres describit natas illustribus locis. Inde colligitur potenter, trecentas obscuris & inferioribus parentibus exortas fuisse. Et recte annotavit Lutherus, factum illud fuisse impossibile, præsertim, si qvis considerat Salomonis annos regni paucos 40. 2. Paral. 9, 30.

An Salomō conversus fuerit. R. affirmative. Sed & illud non est silentio involvendum ac prætermittendum, qvod mulieribus alienigenis Salomon tamen non videtur indulsisse usqve ad finem vitæ. Constat id apertissime ex 1. & 2. capite Ecclesiastæ. Autor enim libelli istius nominatur primo versu in hunc modum: *Verba Ecclesiastæ filii David, Regis Jerusalem*, qvi utiqve alius, qvam Salomon, esse neqvit. Etsi enim David plures habuit filios, tamen nullus, nisi Salomon fuit Rex in Jerusalem.

Hæc conveniunt cum illis, qvæ de magnificentia Salomonis fuere superius dicta Capite secundo recenset Salomon suarum voluptatum historiam, & simul conversionem hisce verbis, ex versione Pagnini: v. 4. *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domus, plantavi mihi vineas*, v. 5. *feci mihi hortos, & paradisos, & plantavi in eis arbores omnium fructuum, feci mihi piscinas aquarum, ut irrigarem ex illis silvam germinantem arbores*: v. 7. *acqvisivi servos & ancillas, & filii domus mihi fuerunt, etiam possessio pecorum & boum multa mihi fuit præ omnibus, qvi fuerunt ante me in Jerusalem*: v. 8. *Coacervavi mihi argentū & aurum, & thesaurum desiderabilem Regum & Provinciarum; comparavi mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, electas mulieres ex præda.* Et hæc versu 11. vocat *vanitatem & afflictionem Spiritus*, qvorum nulla præcipua utilitas sub sole. Hæc, qvod dicitur habuisse Salomon

can-

cantatrices & electas mulieres ex præda, erudito Lectori iterum præbebunt argumentum, istas in numero mille mulierum esse potuisse, & istas iccirco mille non fuisse Principissas seu Reginas uxores vel maritas Salomonis, cum nec alibi multas uni Regi Reginas & Principissas titulet scriptura, utut revera eidem plures attribuat uxores.

Iterum autem huc adscribo judicium *Lutheri, qvod extat in convivalibus loco antea citato*: Darnach fraget einer Lutherum, wo man auch in der heiligen Schrifft lese etwas von Salomonis resipiscentia ? da antwortet er / Nein. Aber der Spruch stünde drinnen von ihm / qvod obdormierit cum patribus suis. Darum hielt ers dafür / daß er wäre selig worden / denn diß Wort bringe es mit sich. Denn von Absolon und Joab stünde nichts geschrieben. Der Scotus hat den Salomonem simpliciter damniret. *Hactenus verba Lutheri.* *Judicium Lutheri de obitu Salomonis.*

ORACULUM LII.
SACRUM.

Num. 30, 11.

PORro propter mentionem jam factam & excussam variam usurpationem vocis ISSCHAH, lubet etiam de varia significatione vocabuli ISCH ex solo contextu æstimanda illum Num. 30, 11. insignem & commemorabilem locum hic simul æstimare & expendere, idqve cumprimis hoc duplici fine 1. ut Lectori benevolo unum commemorabile præbeam exemplũ qvantam solertiam, quantam industriam, & qvantum judicium in Bibliis sacris in nostrum idioma Germanicum convertendis adhibuerit vir DEI LUTHERUS, 2. ut novum prolixius exemplum erudito monstrem interpreti ad imitandum hãc ipsam conferendi diversas translationes diligentiam, qvoties alia difficultatis alicujus necessitas urget. Brevissimis igitur conferam diversas versiones super caput Numerorum tricesimum, incipiendo a versu tertio usqve ad versum ejusdem capitis ultimum, moneboqve de unico saltem versu 11. qvi non satis potest declarari, nisi ex toto contextu capitis tricesimi Numerornm.

Hebræus textus cum interlineari Versione Benedicti Ariæ Montani.

1. *De Viro qui est sua potestatis.*

juramentum juraverit vel, Domino votum voverit cum Vir

3 אִישׁ כִּי־יִדֹּר נֶדֶר לַיהֹוָה אוֹ־הִשָּׁבַע שְׁבֻעָה

verbum suum polluet non. animam suam super ligamen ligando,

לֶאְסֹר אִסָּר עַל־נַפְשׁוֹ לֹא יַחֵל דְּבָרוֹ

faciet de ore suo egrediens omne secundum,

כְּכָל־הַיֹּצֵא מִפִּיו יַעֲשֶׂה׃

2. *De puellis sub potestate parentũ constitutis.*

ligamine & ligaverit se, Domino votum voverit cum, & mulier

4 וְאִשָּׁה כִּי־תִדֹּר נֶדֶר לַיהֹוָה וְאָסְרָה אִסָּר

pueritiis suis in patris sui in domo,

בְּבֵית אָבִיהָ בִּנְעֻרֶיהָ׃

se ligavit quo ejus ligamen &, votum ejus pater ejus audierit &,

5 וְשָׁמַע אָבִיהָ אֶת־נִדְרָהּ וֶאֱסָרָהּ אֲשֶׁר אָסְרָה

sua vota omnia stabunt &, pater ejus ei & obsurduerit, suam animam super

עַל־נַפְשָׁהּ וְהֶחֱרִישׁ לָהּ אָבִיהָ וְקָמוּ כָּל־נְדָרֶיהָ

stabit, suam animam super se ligavit quo ligamen omne &,

וְכָל־אִסָּר אֲשֶׁר אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ יָקוּם׃

omnia se audire die in, illud ejus pater annibilaverit Si &

6 וְאִם־הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ בְּיוֹם שָׁמְעוֹ כָּל־

non, suam animam super se ligavit quibus, ejus ligamina & ejus vota

נְדָרֶיהָ וֶאֱסָרֶיהָ אֲשֶׁר אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ לֹא

illud ejus pater annibilavit quia, ei parcet Dominus &, stabit

יָקוּם וַיהֹוָה יִסְלַח־לָהּ כִּי־הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ׃

3. *De uxoribus sub potestate Virorum constitutis.*

prolatio vel, eam super eos vota &, viro fuerit existendo Si &

7 וְאִם הָיוֹ תִהְיֶה לְאִישׁ וּנְדָרֶיהָ עָלֶיהָ אוֹ מִבְטָא

suam animam super se ligaverit quibus, suorum labiorum

שְׂפָתֶיהָ אֲשֶׁר אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ׃

8 וְשָׁמַע

LUTHERI Versio Germanica.

3. Wenn iemand dem HERRN ein Gelübd thut/ oder einen Eyd schweret/ daß er seine Seele verbindet/ der sol sein Wort nicht schwächen/ sondern alles thun/ wie es zu seinem Munde ist ausgegangen.

1. Vom Mannesbild/ so unter keines andern Gewalt ist

4. Wenn ein Weibsbilde dem HERRN ein Gelübte thut/ und sich verbindet/ weil sie in ihres Vaters Hause/ und im Magdthum ist:

2. Vom Weibesbild/ so noch unter der Eltern Gewalt ist

5. Und ihr Gelübde und Verbündniß/ das sie thut über ihre Seele/ kömmet für ihren Vater/ und er schweiget darzu/ so gilt alle ihr Gelübd und alle ihre Verbündniß/ des sie sich über ihre Seele verbunden hat.

6. Wo aber ihr Vater wehret des Tages wenn ers höret/ so gilt kein Gelübd noch Verbündniß/ des sie sich über ihre Seele verbunden hat/ und der HErr wird ihr gnädig seyn/ wenn ihr Vater ihr gewehret hat

7. Hat sie aber einen Mann/ und hat ein Gelübd auff ihr/ oder entfähret ihr aus ihren Lippē ein Verbündniß über ihre Seele:

3. Vom Weibesbild/ so unter der Gewalt ihres Mannes ist.

ſtabunt & , ei obſurduerit &. ſe audire die in, ejus vir audivit &

8. וְשָׁמַע אִישָׁהּ בְּיוֹם שָׁמְעוֹ וְהֶחֱרִישׁ לָהּ וְקָמוּ

ſtabunt, ſuam animam ſuper ſe ligavit qvibus, ejus ligamina &, ejus vota

נְדָרֶיהָ וֶאֱסָרֶהָ אֲשֶׁר אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ יָקֻמוּ׃

infregerit &, illud annihilaverit ejus virum audire die in Si &

9 וְאִם בְּיוֹם שְׁמֹעַ אִישָׁהּ יָנִיא אוֹתָהּ וְהֵפֵר

qvibus, ejus labiorum prolationem & eam ſuper qvod, ejus votum

אֶת־נִדְרָהּ אֲשֶׁר עָלֶיהָ וְאֵת מִבְטָא שְׂפָתֶיהָ אֲשֶׁר

ei parcet Dominus &, ſuam animam ſuper ſe ligavit

אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ וַיהוָה יִסְלַח לָהּ׃

ſuper ſe ligavit qvo omne, expulſæ & viduæ votum &

10 וְנֵדֶר אַלְמָנָה וּגְרוּשָׁה כֹּל־אֲשֶׁר אָסְרָה עַל־

eam ſuper ſtabit, ſuam animam

נַפְשָׁהּ יָקוּם עָלֶיהָ׃

4. De viduis & repudiatis.

ſuper ligamine ſe ligaverat vel, voverat ſui viri domi & Si

11. וְאִם בֵּית אִישָׁהּ נָדָרָה אוֹ־אָסְרָה אִסָּר עַל

juramento in, ſuam animam

נַפְשָׁהּ בִּשְׁבֻעָה׃

illud annihilaverat, ei obſurduerat & , ejus vir audierat &

12 וְשָׁמַע אִישָׁהּ וְהֶחֱרִשׁ לָהּ לֹא הֵנִיא אֹתָהּ

5. De voto alicujus, qvem Arias non recte interpretatur.

ſuper ſe ligavit qvo ligamen omne & , ejus vota omnia ſtabunt &

וְקָמוּ כָּל־נְדָרֶיהָ וְכָל־אִסָּר אֲשֶׁר־אָסְרָה עַל־

ſtabit, ſuam a vimam

נַפְשָׁהּ יָקוּם׃

ſe audire die in, ejus vir ea infregerit infringendo Si &

13 וְאִם הָפֵר יָפֵר יָתָם אִישָׁהּ בְּיוֹם שָׁמְעוֹ

non ejus animæ ligamine in &, ejus votis in ejus labiornm egreſſio omnis,

כָּל־מוֹצָא שְׂפָתֶיהָ לִנְדָרֶיהָ וּלְאִסַּר נַפְשָׁהּ לֹא

ei parcet Dominus & , ea infregit ejus Vir , ſtabilis erit

יָקוּם אִישָׁהּ הֲפֵרָם וַיהוָה יִסְלַח־לָהּ׃

animam affligendum ad ligaminis juramentum omne &, votum omne

14 כָּל־נֵדֶר וְכָל־שְׁבֻעַת אִסָּר לְעַנֹּת נָפֶשׁ

illud infringet ejus vir &, illud ſtabiliet ejus vir,

אִישָׁהּ יְקִימֶנּוּ וְאִישָׁהּ יְפֵרֶנּוּ׃

15. וְאִם

8. Und der Mann hörets/ und schweiget desselben Tages stille/ so gilt ihr Gelübd und Verbündniß/ des sie sich über ihre Seele verbunden hat.

9. Wo aber ihr Mann wehret des Tages/ wenn ers höret/ so ist ihr Gelübde loß/ das sie auff ihr hat/ und das Verbündniß/ das ihr aus ihrer Lippen entfahren ist über ihre Seele/ und der HERR wird ihr gnädig seyn.

10. Das Gelübd einer Wittben und Verstossenen/ alles was sie sich verbindet über ihre Seele/ das gilt auff ihr.

4. Von den Wittfrauen und gescheidenen Weibern.

11. Wenn iemands Gesinde gelobt/ oder sich mit einem Eyde verbindet über seine Seele.

5. Vom Gesinde/ nemlich von Knechten und Mägden/ so under der Gewalt eines Haussherrens sind.

12. Und der Haußherr hörets/ und schweiget still dazu/ u wehrets nicht/ so gilt alle dasselbe Gelübd/ und alles was sie sich verbunden hat über seine Seele.

13. Machts aber der Haußherr des Tages loß/ wenn ers höret/ so gilts nichts/ was aus seinen Lippen gegangen ist/ das es gelobt/ oder sich verbunden hat über seine Seele/ den der Haußherr hats loß gemacht/ und der HErr wird ihm gnädig seyn.

Hoc solus Lutherus recte vertit ex Hebraeo.

14. Und alle Gelübd und Eyde zu verbinden/ den Leib zu casteyen/ mag der Haußherr kräfftigen oder schwächen/ also:

15. Wenn

in die de, ejus vir ei obsurduerit obsurdescendo Si &
15. וְאִם הַחֲרֵשׁ יַחֲרִישׁ לָהּ אִישָׁהּ מִיּוֹם אֶל־
ejus ligamina omnia vel ejus vota omnia stabiliet &, diem
יוֹם וְהֵקִים אֶת כָּל־נְדָרֶיהָ אוֹ אֶת־כָּל־אֱסָרֶיהָ
die in ei obsurduit qvia, ea stabiliet eam super qva
אֲשֶׁר עָלֶיהָ הֵקִים אֹתָם כִּי־הֶחֱרִשׁ לָהּ בְּיוֹם
se audire
שָׁמְעוֹ׃

portabit &, se audire post, ea infregerit infringendo Si &
16 וְאִם הָפֵר יָפֵר אֹתָם אַחֲרֵי שָׁמְעוֹ וְנָשָׂא
suam perversitatem
אֶת־עֲוֹנָהּ׃

Versio LXX. interpretum sese habet in hunc modum:

1. *De voto viri qvi non est sub aliena potestate.*

3, Ἄνθρωπος, ὅς ἂν εὔξηται εὐχὴν κυρίῳ, ἢ ὀμόσῃ ὅρκον, ἢ ὁρίσηται ὁρισμὸν, περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, οὐ βεβηλώσῃ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ, πάντα, ὅσα ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ποιήσει.

2. *De voto puella qvæ est sub potestate parentum.*

4, Ἐὰν δὲ εὔξηται γυνὴ εὐχὴν κυρίῳ, ἢ ὁρίσηται ὁρησμὸν, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ἐν τῇ νεότητι αὐτῆς.

5. Καὶ ἀκούσῃ ὁ πατὴρ αὐτῆς τὰς εὐχὰς αὐτῆς, καὶ τοὺς ὁρισμοὺς αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο, κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, καὶ παρασιωπήσῃ αὐτῇ ὁ πατὴρ, καὶ στήσονται πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ ὁρισμοὶ, οὓς ὡρίσατο, κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, μενοῦσιν αὐτῇ.

6, Ἐὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ ὁ πατὴρ αὐτῆς, ἢ ἂν ἡμέρᾳ ἀκούσῃ πάσας τὰς εὐχὰς αὐτῆς, καὶ τοὺς ὁρισμοὺς, οὓς ὡρίσατο, κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐ στήσονται, καὶ κύριος καθαριεῖ αὐτὴν, ὅτι ἀνένευμεν ὁ πατὴρ αὐτῆς.

15. Wenn er dazu schweiget von einem Tage zum andern/ so bekräfftiget er alle seine Gelübd u. Verbündniß/ die es auf ihm hat / darum/ daß er geschwiegen hat/ des Tages/ da ers höret.

16. Wird ers aber schwächen/ nach dem ers gehöret hat/ so sol er die Missethat tragen. Lang hernach.

Versioni LXX. Interpretum è regione subjicere placuit Versionem Pagnini, ex qva Græca Verba LXX. Interpretum facilius intelligi possunt. Versio igitur Pagnini sese habet in hunc modum:

3, Qvicunq; voverit votum Jehovæ, aut juraverit juramentũ, astringendo obligatione animam suam, non polluet verbum suum, juxta omne, qvod egressum est ex ore suo, faciet. 1. De voto viri, qvi non est sub potestate aliena

4. At mulier qvum voverit votum Jehovæ, & astrinxerit se obligatione, in domo patris sui, in pueritia sua: 2. De voto puellæ, qvæ est sub potestate aliena.

5. Et audierit pater ejus votum ipsius, & obligationem, qva astrinxit animam suam, & tacuerit illi pater ejus; tum firma erunt omnia vota illius, omnisq; obligatio, qva obligaverit animam suam, stabilis erit.

6. Si autem irritum fecerit pater ejus illud, qva die ipse audierit omnia vota ejus, & obligationes ejus, qvibus obligaverit animam suam: non erunt stabilia, & Jehovah parcet ei, qvia irritum fecit pater ejus illud.

3. *De votis uxoris constitutæ sub potestate mariti.*

7. Ἐὰν δὲ γενομένη γένηται ἀνδρὶ, ϗ αἱ εὐχαὶ αὐτῆς ἐπ' αὐτῆς κατὰ τὴν διαστολὴν τῶν χειλέων αὐτῆς, ὅσα ὡρίσατε κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς.

8. Καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ϗ παρασιωπήσῃ αὐτῇ, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἀκούσῃ, ϗ οὕτω στήσονται πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, ϗ οἱ ὁρισμοὶ αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, στήσονται,

9. Ἐὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ᾗ ἐὰν ἡμέρᾳ ἀκούσῃ, πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, ϗ οἱ ὁρισμοὶ αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐ μενοῦσιν, ὅτι ὁ ἀνὴρ ἀνένευσεν ἐπ' αὐτῆς, ϗ κύριος ἐκκαθαριεῖ αὐτήν.

4. *De voto viduæ & repudiatæ.*

10. Καὶ εὐχὴ χήρας, ϗ ἐκβεβλημένης, ὅσα ἐὰν εὔξηται, κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, μενοῦσιν αὐτῇ.

5. *De voto alicujus, quod etiam non recte affecti & interpretati sunt LXX. dicti interpretes.*

11. Ἐὰν δὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἡ εὐχὴ αὐτῆς, ἢ ὁ ὁρισμὸς, ὁ κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, μεθ' ὅρκου.

12. Καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ϗ παρασιωπήσῃ αὐτῇ ϗ μὴ ἀνανεύσῃ αὐτῇ, ϗ στήσονται πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, ϗ πάντες οἱ ὁρισμοὶ, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, στήσονται κατ' αὐτῆς.

13. Ἐὰν δὲ περιαιρῶν περιέλῃ αὐτὰ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἀκούσῃ, πάντα, ὅσα ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τῶν χειλέων αὐτῆς, κατὰ τὰς εὐχὰς αὐτῆς, ϗ κατὰ τοὺς ὁρισμοὺς αὐτῆς, τοὺς κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐ μενεῖ αὐτῇ, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς περιεῖλε, ϗ κύριος καθαριεῖ αὐτήν.

14. Πᾶσα εὐχὴ, ϗ πᾶς ὅρκος δεσμοῦ κακῶσαι ψυχὴν, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς στήσει αὐτῇ, ϗ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς περιελεῖ.

15. Ἐὰν δὲ παρασιωπῶν παρασιωπήσῃ αὐτῇ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, ϗ στήσει αὐτῇ πάσας τὰς εὐχὰς αὐτῆς, ϗ τοὺς ὁρισμοὺς τοὺς ἐπ' αὐτῆς στήσει αὐτῇ, ὅτι ἐσιώπησεν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἤκουσεν.

16. Ἐὰν δὲ περιαιρῶν περιέλῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς μετὰ τὴν ἡμέραν, ἣν ἤκουσε, ϗ λήψεται τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ.

7. Qvod si nupserit viro, & vota voverit, aut protulerit labiis suis aliqvid, qvo obligaverit animam suam:

3. De votis uxoris sub potestate viri existentis.

8. Et audiverit vir ejus, & die qva audierit, tacuerit ei: stabilia erunt vota ejus, & obligatio ejus, qva obstrinxerit animam suam, stabilis erit.

9. Si vero die, qva audivit vir ejus, irritum fecerit illud, tunc irritum reddetur votum illius, qvod vovit, & quod protulit labiis suis, qvo obstrinxerat animam suam, & Jehovah parcet ei.

10. Omne autem votum viduæ & repudiatæ, qvo obligavit animam suam, firmam erit.

4. De voto viduæ & repudiatæ.

11. Si autem in domo viri sui voverit, aut obstrinxerit obligatione aliqva animam suam cum juramento:

5. De voto alicujus, qvod etiam non recte assecuti & interpretati sunt LXX. dicti Interpretes

12. Si audierat vir ejus, & tacuerat ei, nec irritum fecerit illud, tum stabilia erunt omnia vota ejus, & omnis obligatio, qva obstrinxerit animam suam, stabilis erit.

13. Qvod si irritum faciendo irrita fecerat ea vir ejus, die qva audiverat, omnis egressio labiorum ejus in votis ejus, & in obligatione animæ ejus, non erit stabilis: vir ejus irrita fecit ea, & Jehovah parcet illi.

14. Omne votum & omne juramentum obligationis, ut affligat animam, vir ejus stabiliet illud, & vir ejus irritum faciet illud.

15. Qvop si tacendo tacuerit illi vir ejus, à die in diem, tunc stabiliet omnia vota ejus, vel omnes obligationes ejus, qvæ sunt super eam: stabiliet ea, qvia tacuit illi in die, qva audivit.

16. Et si irrita faciendo irrita fecerit ea, postqvam audivit, tunc portabit iniqvitatem illius.

Versio Latina vetus.

1. De voto viri, qui est sui juris.

3. Si qvis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne, qvod promisit, implebit.

2. De voto puellæ sub potestate parentum.

4. Mulier si qvippiam voverit, & se constrinxerit juramento, qvæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari:

5. Si cognoverit pater votum, qvod pollicita est, & juramentum, qvo obligavit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: qvicqvid pollicita est & juravit, opere complebit.

6. Sin autem statim, ut audierit, contradixerit pater: & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo, qvod contradixerit pater.

3. De voto uxoris sub potestate viri.

7. Si maritum habuerit, & voverit aliqvid, & semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento.

8. Qvo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetqve, qvodcunqve promiserat.

9. Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaqve, qvibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus.

4. De voto viduæ & expulsæ.

10. Vidua & repudiata qvicqvid voverint, reddent.

5. De voto alicujus, qvem vetus Latina versio non asseqvitur.

11. Uxores in domo viri cum se voto constrinxerit & juramēto.

12. Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet, qvodcunqve promiserat.

13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: qvia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit.

14. Si voverit, & juramento se constrinxerit, ut per jejunium vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit, sive faciat, sive non faciat.

15. Qvod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: qvicqvid voverat atqve promiserat, reddet, qvia statim, ut audivit, tacuit.

16. Sin

16. Sin autem contradixerit, postquam rescivit, portabit ipse iniqvitatem ejus.

Tigurinorum primæ editiones,

nimirum, Christophorus Pellicanus in editione 1532.

3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne, qvod promisit, implebit.
4. Mulier si qvippiam voverit, & se constrinxerit juramento, qvæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari:
5. Si audierit pater votum, qvod pollicita est, & juramentum, qvo obligavit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: qvicqvid pollicita est & juravit, opere complebit.
6. Sin autem eadem die, ut audierit, contradixerit pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo, qvod contradixerit pater.
7. Si maritum habuerit, & voverit aliqvid, & semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento:
8. Qvo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetqve, qvodcunqve Promiserat.
9. Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaqve, qvibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus.
10. Vidua & repudiata, qvicqvid noverint, reddent.
11. Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit & juramento.
12. Si audierit vir & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet, qvodcunqve promiserat, omne, pro qvo constrinxerit animam suam, stabit.
13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: qvia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit.

1. De voto viri, qvi est sui juris.

2. De voto puellæ sub potestate parentum.

3. De voto uxoris sub potestate mariti.

De voto vidua & expulsa.

5. De voto alicujus, qvem nec interpres asseqvitur.

14. Si voverit & juramento ſe conſtrinxerit, ut per jejunium vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam: in arbitrio viri erit ſive faciat, ſive non faciat.

15. Qvod ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam, qvicqvid voverat atqve promiſerat, reddet: qvia ſtatim, ut audivit, tacuit.

16. Sin autem contradixeirt, poſtqvam reſcivit, portabit ipſe iniqvitatem ejus.

Immanuel Tremellius.

1. De viro, qvi ſuæ eſt poteſtatis.

2. Vir cum voverit votum Jehovæ, aut juraverit juramento, obligatione obligando ſeipſum, ne profanato verbum ſuum; ſecundum omne verbum, qvod prodierit ex ore ſuo, facito:

2. De puella ſub poteſtate parentũ.

3. Fœmina vero, qvum vovit votum Jehovæ; aut obligavit ſe obligatione domi patris ſui, in adoleſcentia ſua.

4. Si, qvum audit pater ejus votum ejus, aut obligationem, qva obligavit ſe ipſam, tacebit apud eam pater ejus, tunc ſtata erũt omnia vota ejus, & omnis obligatio, qva obligavit ſe ipſam, ſtata erit.

5. Sin autem efficiet pater ejus, ut ea infringat, illud, qvo die audiverit; nullum ex votis ejus, aut obligationibus, qvibus obligaverit ſe ipſam, ſtatum eſto: & Jehova condonabit ei, qvia pater ejus effecit, ut ea infringeret illud.

3. De voto uxoris ſub poteſtate mariti.

6. Sed ſi omnino nubet viro, votis ei incumbentibus: aut pronunciato labiorum ſuorum, qvo obligavit ſe ipſam:

7. Aueiensq; maritus ejus, qvo die audiverit illud, tacebit apud eam: tum ſtata erũt vota ejus, & obligationes ejus, qvibus obligavit ſe ipſam, ſtatæ futuræ ſunt.

8. Sin, qvo die audivit maritus ejus, effecit, ut ea infringeret; irritumq; fecit votum ejus, qvod incumbebat ei, aut pronunciatum labiorum ejus, qvo obligaverat ſe ipſam: ſimiliter Jehova condonabit ei.

4. De voto viduæ & repudiatæ.

9. Qvod autem ad votum viduæ, aut repudiatæ, qvicqvid erit, qvo obligaverit ſe ipſam; ſtatum incumbet ei.

10. Sed

10. Sed si in domo viri sui vovit, aut obligavit obligatione se ipsam per juramentum.
11. Audiensq; maritus ejus tacuerit apud eam, nec fecerit, ut ea infrigeret illud: tum stata erunt omnia vota ejus, omnisq; obligatio, qva obligavit se ipsam, stata futura est.
12. Sin vero omnino irrita fecerit illa vir ejus, qvo die audiverit; nihil prolatum labiis ejus, ex votis ejus, aut ex obligatione sui ipsius, statum esto: vir ejus irrita fecit illa, qvopropter Jehova condonabit ei.
13. Omne votum, & omnem obligationem juramento confirmatam de se ipsa affligenda; vir ejus stabilito illam, aut vir ejus irritam facito illam.
14. Qvod si omnino taceat apud eam vir ejus, de die in diem, tunc stabilierit omnia vota ejus, aut omnes obligationes ejus, quæ incumbunt ei: stabilierit, inquam, ea, cum tacuerit apud eam, quo die audivit illud.
15. Sin omnino irrita fecit illa, postquam audiverit; tunc ipse sustulerit iniquitatem ejus.
16. Hæc sunt statuta, quæ præcepit Jehova Mosi inter virum & uxorem ejus servanda, inter patrem & filiam ejus in adolescentia ipsius, dum est in domo patris sui.

5. De voto alicujus, qvem nec asseqvitur hic interpres.

JAm igitur rogo Lectorem, ut hæc capita à diversis conversa conferat, & in hac diversarum interpretationum collatione accuratissime animadvertat initio, qvod Lutheri versio secessionem faciat 1. à versione Græca, 2. à versione Latina antiqua, 3. a versione Pagnini, 4. a versione Pellicani, 5. a versione Tremellii.

Deinde, quod recte Lutherus fecerit secessionem a versione Græca & Latina antiqua, atq; Pagnino, quem suo tempore in manibus habuit.

Quod autem hac in parte rectissime fecerit ipsi Lutherus, ostendent hæ sequentes rationes:

1. *Ratio*, quia in Hebræo textu est vocabulum בית *Beth*, quod non significat uxorem, sed *proprie* domum, & *methaphorice* omnes in genere inhabitatores domus, quicunq; sint, in *specie* vero servos & ancillas, hoc est, specialiter sic dictam familiam, id quod lector quilibet vel saltem ex vulgatis Lexicis videbit, aut plenius ex Concordantiis.

Probatur, Lutheram recte Num. 30, 11. aliam afferre præ aliis interpretibus antiqvis versionem. בית Beth metaphorice significat familiam.

Exemplum pro specialissima methaphorica significatione libet aliquod ascri-

איש *Iſch qvandoqve ſignificat patrē-familias.*

aſcribere, Gen.50,4.& ſeq. *Cum tranſiſſent dies luctus, locutus eſt Joſeph* cum familia (ubi eſt Beth) Pharaonis *dicendo, ſi nunc inveni gratiam in oculis veſtris, loqvimini qvæſo in auribus Pharaonis his verbis: Pater meus adjuravit me dicendo: Ecce ego morior, in ſepulchro meo, qvod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Nunc igitur aſcendam obſecro, & ſepeliam patrē meum, & revertar. Et dixit Pharao, aſcende. Aſcendit itaq; 1. Joſeph, ut ſepeliret patrem ſuum, & aſcenderunt cum eo 2 omnes ſervi Pharao, Seniores DOMUS* (ubi iterum Beth) *ejus, atq; univerſi Seniores* terræ Ægypti, 3. Univerſa quoq; *DOMUS* (Beth) *Joſeph, & 4. fratres ejus, atq; 5. DOMUS* (Beth *patris ejus, tantummodo parvulos ſuos, & greges ſuos, & armenta ſua reliqverunt in terra Goſen.*

Ecce Joſeph loquitur cum *domo* Pharaonis, quæ nihil aliud potuit eſſe, quam aulici ſervi regis, deinde ad ſepeliendum aſcenderunt Joſeph, & univerſa *domus* Joſeph, ex qua excipiuntur parvuli, hoc eſt, filii, ſicut etiam filii Joſephi vocantur pueri, Gen.48,16. & *domus* patris ejus &c. Et recte Lutherus in tribus his locis vertit Geſinde.

2. *Ratio*, quia contextus integri & omnes in toto hoc capite triceſimo Numerorum æſtimati, expenſi, & inter ſe judicati, per diligentiſſimam collationem, non admittunt, ut verſus undecimus exponatur de uxore mariti.

Et ut rectiſſime rem omnem aſſequaris Lector, incipe à verſu quarto & deſine in verſu decimo. Animadvertes igitur in verſibus quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono agi de muliere ſeu fœmina, & quidem duplici, qvarum una eſt ſine viro, altera vero habet virum ſeu maritum.

De fœmina non habente virum ſeu maritum duæ dantur leges, 1. ut votum fœminæ ejusmodi non aliter ſit ratum, quam ſi patris aſſenſus accedat verſu quarto & quinto, 2. ut votum fœminæ illius ipſius non aliter ſit irritum, quem ſi patris diſſenſus illico interveniat.

De fœmina habente maritum (vom Weibsbilde/ quod vocabulum in verſu ſeptimo ex verſu quarto eſt aſſumendum, ſic jubente rerum natura, & nemine unquam contradicere valente) etiam dantur duæ leges, 1. ut votum fœminæ maritatæ non aliter ſit ratum, quam ſi mariti aſſenſus accedat, verſu ſeptimo & octavo, 2. ut votum fœminæ maritatæ non aliter ſit irritum, quam ſi mariti diſſenſus illico intervenerit.

Hæc tam ſunt clara, quam quæ poſſunt eſſe longe clariſſima.

Jam vero verſus poſtremos iſtos, undecimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, decimum quintum, decimum ſextum neceſſe eſt exponi vel de virgine, adhuc in domo patris exiſtente, aut de vidua in domum patris reverſa, aut de maritata in domo mariti degente, aut de familia viri, qvi propter familiam, quam habet, dicitur paterfamilias.

Non de *primo*, quia longe clarius in verſu quarto, quinto, ſexto eidem lex præſcribitur.

Non

Non de *secunda*, quia versu 10. eidem satis clare lex sua promulgatur.

Non de *tertia*, quia & huic versibus 7. 8. 6. lex datur.

Ergo in versu 11. oportebit aut esse barbarismum, ubi verbum activum staret sine aliquo Nominativo, id quod à stilo hujus capitis est alienum, aut necessario Beth pro familia exponi, in Nominativo, quod est convenientissimum pro more hujus capitis agentis de fœminis diversis, non vero, ut facit Sanctes Pagninus, in Ablativo, propter qvem etiam vocem In inserit, qvæ in textu non est. Necessario, inqvam, capiendum pro familia specialiter dicta, quæ tum erat in potestate patrisfamilias, ut liquet Exodi 21. Levit: 15.

Non anguste, sed late inqvirendū, cum agitur de difficili loco.

Quæ cum omnia ita sese habeant, jam tandem satis etiam patet *illud*, quod innui, nimirum quod τὸ Isch in hoc ipso capite quandoq; denotet maritum, quandoq; patrem familias, illum respectu maritæ, hunc respectu familiæ, & quod tum hoc, tum alia vocabula pro diversa connexione cum aliis varias significationes admittere possint, quæ nulla alia ratione melius inquiruntur, accuratius captantur, & certius qvoq; retinentur, quam, si non in angustiis aliquot paucissimorum versuū alicujus capitis sese contineat lector, & interpres eruditus & sagax, verum si ex angustiis egressus in amplitudinē exierit spaciosam, & integrum caput, immo sæpe aliqvot integra capita, immo interdum totum aliquod scriptum sacrum, &, quod sciendum, qvandoq; cognata, & parallela aliquot scripta sacra, circumlustrabit, perspiciet, & undique expendet. Inveniet utiq; in talem egressus Lector amplitudinem contextuum prolixam certissimo aliquid, unde possit æstimare sensum difficilioris versiculi aut vocabuli. Iccirco etiam volui nunc integra capita cum integris diversorum auctorum interpretationibus prolixius apponere, ut methodum istam oculariter cunctis rectius inculcarem, deinceps vero brevioribus Oracula sacra alia expediam.

Tigurini in postremis editionibus mutationē loci præsentis instituerunt.

Sensisse autem hanc ipsam versionem versus undecimi in cepite tricesimo Numerorum convenientiorem, immo unice verissimam, ipsos supra indigitatos Tigurinos, eamq; approbasse, hinc elucet, quia in editionibus cujusdam Latinæ versionis Bibliorum anno 1544. eandem retinuerunt. Sic enim habent verba jam dictæ interpretationis uersu 10. &c.

10. Votum vero viduæ aut repudiatæ, qvodcunq; tandem illud fuerit, qvo animam suam obstringit, ratum sit super eam.

11. Qvod si *familia* alicujus voverit, aut omnino animam suam juramento obstrinxerit.

12. Illeq; audiens tacuerit, nec illud prohibuerit, rata erunt omnia vota ejus, deinde & obligationes ejus, quibus animam suam obstrinxerit, firmabuntur.

13. Si vero *paterfamilias* plane (vota) ista resciderit, eo scilicet die, quo audierit omne illud, qvod incautius labiis *familiæ* suæ exciderit, & vota ejus, & obligationem animæ ejus, haudquaquam firma erunt, *paterfamilias* irrita ea fecit, & Dominus propitius erit *familiæ*.

14. (Breviter,) omne votum atque omne juramentum, quod obligat, ut affligatur anima, hoc potest *paterfamilias* vel confirmare, vel irritum facere.

15. (Sic videlicet) si omnino tacendo dissimularit diebus aliquot *paterfamilias*, rata habet omnia vota *familiæ*: deinde & omnes obligationes ejus, quas habet super se, quum scilicet tacuerit eodem die, quo audivit illud.

16. Sin, posteaquam audierit, omnino irrita ista facit, feret ipse culpam *familiæ*.

Sed satis de hoc ipso loco Num. 30, 11.

ORACULUM LIII.

SACRUM.

2. Reg. 25, 8.

Hebræus textus cum interlineari versione Pagnini & Ariæ Montani.

laniorum magister Nebuzar Adan Venit

בָּא נְבוּזַרְאֲדָן רַב טַבָּחִים

Versio Græca LXX. Interpretum sic dicta:

Ἦλθε Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον κυρίου.

Hoc est:

Venit Nabuzardan, magister coquorum, & accendit domum DOMINI

LUTHERUS:

Kam Nabusar Adan der Hoffmeister/ u. verbrandt das Haus des HERRN.

Subjiciam e vestigio exemplum aliud, quod monstrabit, quomodo versiones ex fontibus sint dijudicandæ & confirmandæ.

2 Reg. ult. 8. & seqq. versibus juxta interpretationem Pagnini & Benedicti

dicti Ariæ Montani (in opere regio, seu magnis Bibliis, quæ vulgo 100. florenis constare Bibliopolæ profitentur) narratur historia: *Qvod NebucadNezaris Præfectus Nebuzar Adan, Magister laniorum venerit in Jerusalem.* v. 12. *& incenderit domum Jehovæ, & domum regiam, & omnes domos Jerusalem, omnem deniq; domum magnam combusserit igne*; v. 13. *qvod item muros Jerusalem per circuitum destruxerit universus exercitus Chaldæorum seu Chasdim, qvi erat cum* Magistro *laniorum*, v. 14. *& qvod reliqvum populum ad Regem Babel transtulerit Magister ille laniorum*; v. 15. *qvod is pauperibus terræ reliqverit Magister laniorum, vinitores & agricolas*; v. 21. *& qvod tulerit qvoq; Magister laniorum Sacerdotem primum & secundum, & alios, & deduxerit eos ad Regem Babel &c.* *Magister laniorum mittitur in bellum.*

Eadem interpretatio extat in Gen. 40,2. *Qvod iratus Pharao principem pistorum & pincernarum*, v. 3. *posuerit per annum in custodiam in domo principis laniorum in domo carceris, in qvo vinctus erat Joseph*; v. 4. *& qvod Princeps laniorum proposuerit eis Josephum. & qvod Joseph ministraverit eis.*

In Hebræo est Tabbachim, à themate Tabach, quod significat mactare, Exod. 22,1. *Cum furatus qvis fuerit bovem, & mactaverit eum, aut vendiderit illum, qvinq; boves reddet prr illo bove.* 1. Sam. 25,11. *Qvis est David, ut tollā panem meum, & aqvam meam*, & mactationem meam, *qvam occidi tonsoribus meis, & dem viris, qvos non novi, unde sint.* *טבח significat mactare.*

Obiter, in hoc loco Pagninus convertit: *Victimam meam, qvam occidi tonsoribus meis*, sed perperam, ut dicetur. Victimam enim domi mactare, & privatis quidem, nequaquam licebat. Levit. 17. v. 3. 4. Exempla mactationis pecorum multa in prioribus capitibus Levit. extant, ubi est Schachat, quod cum Tabach cognationem habere videtur.

Miratus autem fui doctissimorum interpretum in convertendis locis istis istam rationem. Nemini n. aliquis persuadebit, potentissimo Regi moris fuisse lanios aulicos, & Principem laniorū aulicorum mittere ad expugnandā tam fortem & bellicosam civitatem Jerusalem. Non studio detrahendi tantis viris, & de posteritate Ecclesiastica tam præclare meritis, quicquā scribo; sed ut gloriæ Dei asseram majestatē, & ut methodi interpretandi Scripturas hactenus indigitatæ firmissimam comprobem certitudinem: illud ideo factum, & ab ipsis commissum fuisse testor, quia fontium hebræorom sola grammaticali consideratione optimam versionem produci posse, confisi fuere. *An recte facta sit conversio, MAGISTER LANIORUM.*

Thema igitur, quod in fonte Hebræo extat, *mactationem & jugulationem* indicare non concedo: Sed jam juxta methodum in hoc tractatu piis & eruditis lectoribus communicatam & commonstratam considerentur antecedentia & consequentia, & patebit, aliter vertenda & intelligenda fuisse loca ista. Contextuum igitur in 2. Reg. 24. cohærentia ostendit, agi de bellica

Hac hujus loci mactatio & jugulatio est urbium & hominum, quorum lanii sunt MILITES. De hominum eade verbum mactandi usurpatur.

urbis Jerusalem obsidione, in qua destruuntur domus, incenduntur palatia, abducuntur captivi, occiduntur plurimi, idq; omne perficitur opera *militum* exercitatorum, qvibus Dux aliquis generalis præfici solet.

Tabach igitur significat mactare, & inde deducitur mactator, qui potest vel pecora, vel etiam homines mactare & jugulare. Lanii sunt mactatores pecorum: Milites vero sunt mactatores hominum. Et usurpavit Scriptura expressius hanc radicem de hominibus, 2. Reg.23, 20. Mactavit *Josias cunctos Sacerdotes Excelsorum, qvi erant ibi super altaria.* Verti igitur debet Gen.40,3.4. *Qood iratus Pharao posuerit pincernam & pistorem in carcere domus principis* militum, *& qvod princeps* militum *præposuerit eis Josephum.* Item 2.Reg.25,8. *Qvod Nebuzaradan* Princeps militum *Nebucadnezarenorum venerit in Jerusalem, v.9. & incenderit domum Jehovæ, & omnes domus Jerusalem, & omnem domum magnam combusserit igne; v.10. qvod* Magister seu Princeps militum *destruxerit omnes muros Jerusalem per circuitum, &c.* Militum enim est, asservare captivos, destruere oppida, incendere in bello domos. Act. 12. v.1.2.3.4. *Herodes comprehendit Petrum, qvem posuit in carcerem, traditum qvater qvaternis* militibus, *ut eum servarent, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus servabatur in custodia. Cum vero futurum esset, ut produceret eum Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos* milites *vinctus catenis duobus, & custodes ante ostium observabant eum.* In græcis fontibus est vox στρατιωτῶν, *militum* proprie sic dictorum. Et (obiter) videtur Petrus allegatus fuisse catenis ad milites duos simul vinctos, ut firmius custodiretur, & minus elaberetur. Simile quid de militibus captivum Paulum per duplicem catenam asservantibus extat Actor.21,33. Videantur etiam *Actor.* 23, 10.

Ibidem c. 23. Tribunus jubet parari *milites* ducentos & equites septuaginta, & stipatores ducentos, qui captivum Paulum ducant ad Præsidem Felicem. Sic Act.27,31. *In navi captivus Paulus servatur a Centurione* & militibus, & v.42. *In naufragio* militum *consilium erat, ut vinctos trucidarent, ne qvis, qvum enatasset, effugeret.* Act.28,16. *Cum venissent Romam, Centurio tradidit vinctos præfecto* exercituum: *Sed indultum est Paulo, ut maneret solus cum milite, qvi ipsum custodiret.* Hactenus verba Scripturæ.

Pagninus in eadem materia male duplicem habet versionem.

Cæterum historiam 2.Reg. 25. de Nebuzaradan repetit Jeremias c.39. ubi ex collatione facile animadvertit Pagninus, aliter convertendum esse, & aliter convertit etiam versu 9.& 10.&11.& 13. *Magistrum seu principem militum*; & in opere regio, quod utiq; miror, Arias Montanus tamen retinuit eandem priorem alienam interpretationem, *Principem seu Magistrum laniorum* interpretans ipsum Nabuzaradan; qua in parte rectius vidit & convertit tum in libris Regũ tum in Jeremia, vetus vulgatæ interpretationis autor latinus, qvi *Principem militum & militiæ* exposuit.

Potu-

Potuisset ipsi Ariæ Montano autem veliere locus cognatus per Concordantiarum Habraicarum indicium & vestigium demonstratus Dan. 2. v. 14. Ubi Magi, cum amissum Regis somnium invenire & indicare non possent, interfici incipiebant. Tunc enim v. 14. *Daniel respondet ad Arion principem* (laniorem iterum fuisset convertendum: Sed hic recte convertit Pagninus, ut sequitur (*occidentium vel carnificum* (sicut vertit etiam Pagninus) *qvi egressus fuerat, ut interficeret sapientes Babel.* Hactenus conversa verba istius Scripturæ. Facile nimirum æstimare hic potuit, tale opus non potuisse à Rege demandari *la niis aulicis*, ex qvorum manibus tandem Rex cibum excipere debet. *Unde & qvo modo Arias versionem meliorem pro loco 2. Reg. 25. asse qvi potuisset*

Tantum igitur refert in explicatione dictorum Scripturæ, ut interpretes & interpretationum quarumcunque examinatores & æstimatores in Concordantiis quærant voces primo intuitu obscuras visas, & loca ubique capitum allegata, uon ex uno versu, sed ex contextibus omnibus mature & accurate pensitent. Sic enim omnino tandem ut facillime ita necessaria ad verum fundamentum & inierpretamentum deducentur, neque ipsos quicquam effugere poterit, utut prima fronte difficillimum apparebit. Labore, studio, & industria, temporeque opus quidem est; sed tamen res illa conjuncta est cum necessaria & mirifica certitudine, & cum amplissimis plurimisque fructibus. *Usus Concordantiarum maximus.*

Eadem methodo disputantes inquirere & examinare debent loca & dicta Scripturæ in thesibus allegata cuncta & singula, ut videant, num disputantes satis firmas assertionum suarum conquisiverint columnas. Reipsa autem deprehendetur, sæpenumero dicta ex antiqua latina versione, ut de aliis Latinis versionibut nunc temporis nihil tangam, citari, quæ fontibus prorsus sint contraria & affingi sententias, qnæ contextibus per omnia repugnent. *Ad Theologicas futuras disputationes quo modo sese rectissime præparare possint aliqvid OPPOSITURI.*

Eadem methodo ipse PRÆSES disputationis ante omnia in conscribendis thesibus uti debet, & in illis confirmandis RESPONDENS sese eodem pacto exercere. Sic enim adversus omnes insultus quorumvis opponentium sufficienter instruentur. Meque potest hoc ipso modo alius dari vel excogitari perfectior & plenior, in quo nihil ipsum effugiet Præsidem vel Respondentem, & inde collatio mutua exorierur tantum ex ipsis claris oraculis DEI, de articulis fidei; qua mentes omnium hominum mirifice confirmabuntur & tranquillabuntur. *Præses Disputationis qvo pacto theses Theol conscribere debeat.*

Lutherum in hoc studio pro viribus hnmanis in translatione Germanica multum operæ, immo primas, secundas & tertias virium partes posuisse, uno exemplo docebo, quod extat Ezech. 34,16. admodum illustri & commemorabili, quod sequitur

ORACULUM LIV.

SACRUM.

Ex versione Benedicti Ariæ Montani:

Ezech. 34, 16.

confractam &, reducam abjectam &, reqviram Perditam
אֶת־הָאֹבֶדֶת אֲבַקֵּשׁ וְאֶת־הַנִּדַּחַת אָשִׁיב וְלַנִּשְׁבֶּרֶת
fortem & , pingvem & : roborabo langvidam & , alligabo
אֶחֱבֹשׁ וְאֶת־הַחוֹלָה אֲחַזֵּק וְאֶת־הַשְּׁמֵנָה וְאֶת־הַחֲזָקָה
DISPERDAM
אַשְׁמִיר׃

Versio sic dicta Græca Interpretum LXX.

Τὸ ἀπολωλὸς ζητήσω, ϗ τὸ πλανώμενον ἐπιστρέψω, ϗ τὸ συντετριμμένον καταδήσω, ϗ τὸ ἐκλεῖπον ἐνισχύσω, ϗ τὸ ἰσχυρὸν φυλάξω, ϗ βοσκήσω αὐτὰ μετὰ κρίματος.

Pagnini Versio:

Perditam ovem reqviram, & abjectam reducam, & confractam obligabo, & ægrotam consolidabo, pingvem vero & fortem DISPERDAM, & pascam illas in judicio.

Versio Latina vetus:

Qvod perierat, reqviram, & qvod abjectum erat, reducam, & qvod confractum fuerat, alligabo, & qvod infirmum fuerat, consolidabo, & qvod pingve & forte, CUSTODIAM; & pascam illas in judicio. φυλάξω

Lutherus hæc non eodem modo, ut Arias & Pagninus, reddidit:

Jch wil das verlohrne wiedersuchen/ u. das verirrete wiederbringẽ/ u. das verwundete verbindẽ/ und das schwache wartẽ/ und was fett u. starck ist/ wil ich behüten/ und wil ihr pflegen/ was recht ist.

Discrepat hæc versio Pagnini & Benedicti Ariæ Montani à latina vulgata, & à Germanica versione Lutheri. Isti habent: fortem DISPERDAM: Hæc cum Germanica Lutheri versione habet: fortem CUSTODIAM, **Was fett und starck ist/ wil ich behüten.**

In exemplaribus Hebræis omnibus, quotqvot mihi inspicere licitum fuit, extat vocabulum SCHAMAD, quod citra omnem controversiam significat PERDERE. Versio Græca septuaginta interpretum, sic vulgo dictorum; facit cum latina vulgata, & cum Luthero, & reddit φυλάξω. SCHAMAD *perdidit.*

Ergo Lutherus in sua Garmanica versione reddidit verba, ac si in Hebræis textibus contineretur Hebræum vocabulum SCHAMAR, cum tamen hodie neq; inter Judæos neq; inter Christianos ullum exemplar Hebræum aliter habuerit, qûam SCHAMAD.

Non autem dubito, aut Lutherum habuisse exemplar quoddam, in quo fuerit vox SCHAMAR, quæ significat CUSTODIAM: aut plus contextũ, quã illud vocabulum consideravit ipse. Notumq; est, quam magna sit cognatio figurarum Daleth ד & Resch ר, ita, ut nescias in pluribus non satis pure descriptis codicibus, an SCHAMAD, an SCHAMAR tibi sit legendum. SCHAMAR *custodivit.*

Qvid igitur, inquies, in re tam magni ponderis erit agendum? Sic procede Lector, nimirum in hoc Scripturæ fontium ipsorum casu, lector erudite, utere Regula Methodi à me tibi in hoc tractatu communicata altera, id quod sine dubio fecit etiam Lutherus, & expeditum tibi dabit illa negotium.

Legatur igitur totum caput 34. Ezechielis continuo contextu, & statim reperies, quod Deus impiis Doctoribus ac ignavis populi sui pastoribus objiciat; Hocce nimirum v. 2. *Væ pastoribus Israel, qvi paverunt semetipsos, annon gregem pascunt pastores.* (Jam attende, & vitia numera, lector, in specie) 1. v. 3. *Adipem comedis, & lana induistis vos, crassum jugulastis, oves non pavistis.* 2. v. 4. *Infirmas non consolidastis, & ægrotam non sanastis. 3. Confractam non obligastis. 4. Abjectam non reduxistis, & 5. perditam non quæsivistis, 6. sed dure dominati estis eis & tyrannice.*

Hinc mox versu 5. & sequentibus. invehitur in pastores inquiens: v. 5. *Dispersæ sunt, quod sint absq; pastore, & fuerunt in devotionem omni bestiæ agri, & erraverunt in omni colle: v. 7. Propterea audite pastores: v. 8. Ego veniam ad pastores, & requiram oves meas de manu eorum, sic dixit Dominus: Quemadmodum inquirit pastor gregem: sic requiram oves meas: Ego pascam* (vers. 15 & seq.) *oves meas ego accubare eas familiam, dixit Dominus Jehovah.* (Jam attende lector, & numera iterum virtutes, quas in ovibus pascendis velit exercere. Sicut enim supra v. 4. &c. vitia pastorum recensuit malorum; ita nunc versu 17. vitiis opponit suas virtutes, tanquam pastoris boni) 1. *perditam requiram, 2. abjectam reducam. 3. confractam obligabo, 4. ægrotam consolidabo,* (sub qua infirmam sanandam comprehendi, spero quemlibet videre posse) *5. pingvem & fortem CUSTODIAM.*

Ecce,

Ecce, lector, conferendo versus postremos decimum quintum & decimum sextum cum versibus prioribus tertio & quarto, invenies, quod versu decimo sexto non sit in Hebræo legendũ SCHAMAD, perdidit, sed SCHAMAR, custodivit, sicut etiam recte Luther. expressit non τὸ SCHAMAD, qvod nunc in omnibus Hebræis codicibus legitur, sed τὸ SCHAMAR. Ecce, inqvã lector, summam & ineffabilem propemodum utilitatem regulæ illius de expendendis inter sese ANTECEDENTIBUS & CONSEQVENTIBUS, Ecce, iterũ inquam, lector, in hoc proposito exemplo pulcerrimam oppositionem malorũ pastorum, & Messiæ tanquam boni pastoris. 1. Mali pastores perditam non requirebant; Deus & Messias vult requirere perditam. 2. Abjectam non reducebant mali; Deus reducere satagit abjectam. 3. Confractam mali non consolidabant: Deus confractam obligabit. 4. Ægrotam non consolidabant, nec infirmam sanabant isti: hic vero ægrotam consolidabit, & infirmam sanabit. 5. cujusvis pinguis adipem comedebant, & crassum seu pingue jugulabant (à radice בָּרָא Bara, sicut etiam versu tertio recte reddidit Lutherus) mali pastores; sed bonus pastor pingvem & fortem (nequaquam disperdet, ut habet Pagninus & benedictus Arias Montanus, sed servabit, non deglubet, sed) custodiet. 6. Mali pastores dure & tyrannice dominabantur ovibus: At bonus pastor Deus pascet illos in judicio, in judicio nimirum & justitia sicut de Messia dicitur, Jerem. 23, 5.

SCHAMAR retinerunt LXX. & Latinus interpres

Hanc igitur ipsissimam esse mentem Spiritus Sancti, & invictam Prophetæ sententiam, &, per consequens, recte fecisse Lutherum, quod in vertendo non respexit illos codices, quotquot tunc & nunc habent SCHAMAD in Hebræo (PERDIDIT) sed illos, quales sine dubio aliquis fuit ipsi visus, qui habuit in Hebræo SCHAMAR (custodivit) quos codices (SCHAMAR retinentes) etiam à LXX. Interpretibus & ab antiquo Latino interprete fuisse servatos animadvertit ex expensis antecedentibus & consequentibus ipsemet, & jam tandam spero omnes pios & eruditos lectores ex iis, quæ dicta sunt, agnoscere. Unde etiam sine omni ulteriori dubio mecum profitebuntur, pro שָׁמַר *Schamad* cum *Daleth* etiam hodie legendum esse שָׁמַר *Schamar* cum *Resch*, &, qvod repeto, absque dubio Lutherum exemplaria, aut saltem unũ exemplar habuisse, ubi scriptum fuit שָׁמַר *Schamar*. Cum autem magna sit cognatio inter duas figuras Dalerh ד & ר, & insuper magna Bibliopolarum in faciendis sumtibus sufficientibus pro correctoribus, & pene qvoad Biblia, inexcusabilis tenacitas; idcirco facile evenire potuit, quod evenit.

Pagninus ideo retinuit sensum

Deinde, *qvod ad sensum illum, nimirum ad oves impias perdendas* attinet, non opus fuit, ut Sanctes Pagninus, atque Benedictus Arias Montanus

nus illam ipſam rem & ſententiam in anguſtiſſimo illo vocabulo *Schamad* quærerent, cum pro more Scripturæ Propheticæ illud ipſum ſatis innuatur clarè & prolixè in mox conſequentibus.

τῦ SCHAMAD *perdidit, ut diceret, malas ſeu nimis pingves oves perdendas.*

Sic enim habent quàm proximè conſequentia verſu 17. & ſeqq. *Vos autem oves meæ; Sic dixit Dominus Jehovah: Ecce ego judico inter pecudem & pecudem, inter arietes & hircos.* v.18. *An parum vobis eſt, qvod paſcua bona paſcimini, niſi etiam reſiduum paſcuorum veſtrorum conculcetis pedibus veſtris,* v. 19. *& pedibus veſtris profundas aqvas conculcetis, & oves meæ couculcationem pedum veſtrorum edunt & bibunt.* v.20. *Propterea ſic dixit Jehovah: Ecce Ego, Ego judicabo inter pecudem pingvem & pecudem macilentam,* v.21. *eò qvod cornibus veſtris pet iſtis omnes infirmas, donec diſpergeretis eas,* v.22. *ſervabo pecudes meas, & non erunt ultra in rapinam, & judicabo inter pecudem & pecudem.* v.23. *Et ſuscitabo ipſis paſtorem unum, ſervum meum David, &c.* (id eſt, Meſſiam ex ſangvine Davidis, quia tempore Prophetiæ hujus diu mortuus fuerat David, forſan circiter annis 400. & amplius. Hæc longè clariora & firmiora ſunt, quam quod Benedictus Arias Montanus ad illam particulam verſus 16. FORTEM DISPERDAM confugit, & marginale hoc gloſſatum annectit: *qvæ alios opprimit.* Fortis enim ovis hoc loco non ſignificat malã ovem, ſed obedientem & proficientem.

Fortis ovis h.l. qvæ ſit?

Omninò igitur illa nunquam ſatis prædicanda antecedentium & conſequentium obſervata collatio etiam judicabit, num, & ubi litera cognata pro litera cognata, ubi punctum pro puncto ponatur.

Sunt in ea ſententia Judæi, Biblia conſcripta initio fuiſſe Hebræa ſine omnibus punctis. Etſi autem neque pro affirmativa, neque pro negativa hoc in loco aliquid dicere placet; tamen hoc certiſſimum eſſe novi, & deprehendent alii, quod ex genuino antecedentium & conſequentium textuum exercitio & intellectu, utplurimum facile ſit cuivis judicare, quænam puncta cuilibet vocabulo absque punctis ſcripto & excuſo debeant ſubſterni. Eadem enim vox habet ſæpe diverſas ſignificationes, & pro diverſis ſignificationibus requirit alia atque alia puncta.

Collatio antecedentium & conſeqventium oſtendit facilè, qvæ puncta cuiq; vocabulo ſint ſubſternenda.

ORACULUM LV.

SACRUM.

Gen. 47, 21.

Hebræus Textus, cum interlineari verſione Benedicti Ariæ Montani &c. ita habet:

termini extremitate ab urbes ad eum fecit transire populum Et

וְאֶת־הָעָם הֶעֱבִיר אֹתוֹ לֶעָרִים מִקְצֵה גְבוּל־

extremitatem ejus & usq; ad Ægypti

מִצְרַיִם וְעַד קָצֵהוּ׃

Versio Græca Interpretum vulgò dictorum LXX.

Καὶ ἐγένετο ἡ γῆ τῷ Φαραῷ, καὶ τὸν λαὸν κατεδουλώσατο αὐτῷ εἰς παῖδας, ἀπ' ἄκρων ὁρίων Αἰγύπτου ἕως τῶν ἄκρων.

Versio Latina vetus.

Subjecit etiam (*terram Ægypti*) Pharaoni, & cunctos populos ejus à novissimis terminis Ægypti, usqve ad extremos fines ejus.

Versio Pagnini.

Populum transire fecit ad urbes, ab *una* extremitate termini Misraim, usqve ad extremitatem ejus.

PRoducam exemplum aliud cognatum ex Gen. 47. v. 21. ubi Pagninus & Arias Montanus converterunt de Josepho, *populum transire fecit ad urbes, ab extremitate termini Misraim* (Sic enim Ægyptus vocatur in fontibus) *usq; ad extremitatem ejus.* Intelligunt istud à Pagnino expositum pleriqve, de populo unius civitatis qvasi ejecto & traducto in oppidum aliud longiùs distans, ne possit seditionem & practicam aliqvando qvisqvam in vetere patria movere de agris (Regi modo venditis & traditis) unqvam recuperandis. Qvantam verò confusionem paritura fuisset traductio illa, qvilibet intelligit. Et citra dubium hoc pacto totius regni seditionem Josephus non modò non potuisset declinare, sed nimium qvantum auxisset.

Ut hanc difficultatem evitaret Lutherus, in ipsa statim Versione, nihil aliud indigitari putavit, qvam qvod populus fuerit divisus in oppida, hoc est, qvod constitutæ fuerint præfecturæ in oppidis, & qvod agricolæ, præsertim rurales, certis fuerint subjecti præfecturis, qvarum præpositis & cives & rurales censum pro agris suis, jam venditis quidem, attamen in usumfructum concessis, solverent.

Verba LUTHERI sunt in Germanica ipsius paraphrasi: **Er theilet das Volck aus in die Städte/ von einem Ort Egypti/ biß an das andere.**

Pro hoc autem dicto, optime Lector, institue operationem simul & semel

semel juxta utramqve regulam meam, hoc est, inspice fontes,& expende contextus. Principio autem scias, esse duo cognata themata Hebræa, nimirum עָבַר *Abar* vel *Avar*, ita ut in fine sit Resch, qvod significat *transire*: deinde עָבַד *Abad* vel *Avad*, ita ut finalis litera sit Daleth, qvod significat *servire*.

In Exemplaribus Hebraicorum Bibliorum, quæ in manibus nostris sunt, est versu primo vocabulum *Vijaevir*, à themate *Abar*, vel *Avar*, עָבַר qvod, ut dixi, significat *transire*.

Econtra illud Abad vel Avad, qvod significat *servire*, in eodem textu bis exprimitur: & annon etiam versu 21. scriptum extiterit olim, cogita. Sic enim habet textus versu 18.19.& seqq. *Exacto illo anno venerunt ad Josephum anno secundo,& dixerunt ei: Non abscondemus à Domino meo, qvod verè consumtum est argentum, grex jumentorum est apud Dominum meum, non remansit coram Domino meo, præterqvam corpus nostrum,& terra nostra:* v.19. *Qvare moriemur ante oculos tuos etiam nos, etiam terra nostra? Eme nos & terram nostram pro pane, erimusq; nos & terra nostra SERVI* (Avadim ab Avad עָבַד per Daleth,servio) *Pharaonis, & da semen, ut vivamus & non moriamur, & terra non desoletur.* v.20. *Emit ergo Joseph omnem terram Misraim ipsi Pharaoni, vendiderunt enim Ægyptii qvisq; agrum suum, eò, qvod invaluisset super eos fames, factaq; est terra Pharaoni* v. 21. *populum verò SERVIRE FECIT* (Avad, ita jam ex hypothesi lege lector, licet hic extet illud thema עָבַר transire fecit, ut ex hoc exercitio hypothetico mox tandem possis judicare illa, qvæ postea monebuntur) *ad urbes ab una extremitate ad extremitatem usq; ejus* (Sie haben für den verkaufften und ausgethanen Acker müssen dienen und Pacht geben) v.22. *tantummodò terram Sacerdotum non emit; qvoniam portio Sacerdotibus erat à Pharaone, & comedebant portionem suam, qvam dabat eis Pharao, idcircò non vendiderunt terram suam.*

Potiùs עבד abad, qvā עבר abar legendū est.

Pergit jam versu 23.&c. Moses: v. 23. *Et dixit Joseph populo: ecce emi vos hodie, & terram vestram ipsi Pharaoni, en vobis semen, seminate ergo illam* (Auff Pacht) v.24. *Et erit, è frugibus dabitis qvintam partem Pharaoni, qvatuor autem partes erunt vobis, pro semente agri & pro cibo vestro, eorumq; qvi sunt in domibus vestris, & ut comedant parvuli vestri.* v.25. *Tunc dixerunt: vivificasti nos, inveniamus gratiam in oculis Domini mei, & erimus SERVI* (Abadim ab Avad per Daleth) *Pharaonis.* v.26. *Et posuit ipsum Joseph in statutum usq; ad diem hanc super terram Misraim ipsi Pharaoni, ad qvintam* (partem) *duntaxat, terra Sacerdotum solummodò non fuit Pharaoni.* Hactenus verba Scripturæ, si non Avar, sed Avad thema legeris: qui sensus valde est obvius & commodus præ altero illo, ubi vertitur, qvod Joseph fecerit transire Ægyptios de civitate in aliam civitatem post venditos agros.

Porrò sententiam illam, de traductis populis, non videtur admittere velle 23. versus, *Ecce enim vos & terram vestram, en! seminate illam.* Jubet unumquemque *suam terram* seminare. Remanserunt igitur singuli in suis civitatibus, & citra dubium nihil aliud contigit, nisi quod tantum tributarii & censuitici, ut ita loquar, facti sunt.

Animadvertit hoc ipsum *Lyra* super hunc locum, quod ex cognatione duarum literarum ר & ד scrupulus talis oboriatur, qui tamen, modo jam prædicto, facilè eximitur.

Si quis autem hæc literarum commercia in hoc loco non admittenda censuerit, is tamen τῷ FECIT TRANSIRE eundem sensum dare cogetur, qvem jam vidit dari in τῷ SERVIRE FECIT.

Postquam hæc duo exempla, in exercitiis privatis observata, absolvi, inspexi Biblia Hebræa juxta versionem & ultimam manum Benedicti Ariæ Montani in opere regio, & deprendi in fine tomi magni catalogum, in quo annotantur puncta pro punctis, literæ pro literis positæ. In illo tamen catalogo neutrum exemplum deprehendi, quod jam recensui. *Cætera* in illo catalogo posita exempla hîc non excutiam; sed erudito *lectori* æstimanda committo, præsertim istud 2. Reg. 16, 6. collatum cum 2. Paral. 28, 17. Aromim pro Adomim, vel Edomim.

Masoretharum catalogus utilis.

ORACULUM LVI.

SACRUM.

Esaiæ 1, 6.

Vetus Latina Versio:

A planta pedis ad verticem, non est in eo sanitas.

Pagnini Versio.

A planta pedis ad verticem usqve, non est in eo perfectio.

Lutheri Versio:

Von der Fußsolen biß auffs Häupt ist nichts gesundes an ihm.

FAciam in hoc loco mentionem aliorum Scripturæ Oraculorum, quibus veteres usi sunt pro peccato originis stabiliendo. Exempli gratiâ: Esa. 1, 6. *A planta pedis ad verticem usq;, non est in eo perfectio.*

Pro nativo sensu hujus Oraculi non opus est prolixâ operatione juxta *primam* regulam, statim igitur accede ad praxin *secundæ* regulæ. Lege igitur totum caput aliquoties, & cohærentia contextuum ostendet, verba jam allegata loqui non de peccato originis aut actuali, sed de pœnis,

nis, ut Lutherus rectè monet, qvibus infimæ, mediæ & summæ conditionis homines Deus tunc temporis affecerat. Perspicuum valde hoc erit, si perlegeris à versu 5. usq; ad 10. v.5. *Qvid percutiamini adhuc* (si) *addetis pravitatem, omne caput infirmum est, & omne cor infirmum,* v.6. *A planta pedis usq; ad verticem, non est in eo perfectio,* (sed) *vulnus, & livor, & plaga recens: non sunt constricta, neq; obligata, nec emollita oleo,* v.7. *Terra vestra desolatio, civitates vestræ succensæ igni, terram vestram coram vobis alieni comedunt, desolatio sicut subversio alienorum.* v.8. *Et derelinqvetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea* (Ein Weinbergshütten/ qvod post vindemiam removetur, ut nullibi appareat ejus vestigium, auch wie ein Rübenhütten/ aut) *velut turgurium in cucumerario, ut civitas desolata.* v.9. *Nisi Jehova exercituum reliqvisset nobis superstites paucos, sicut Sodoma fuissemus, ipsi Amorab* (id est Gomorrhæ) *similes fuissemus.* Hactenus de pœnis.

De peccatis autem loqvitur principium Prophetæ Esaiæ in hunc modum: v.2. *Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem prævaricati sunt contra me.* v.3. *Cognovit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui; Israel non cognovit, populus meus non intellexit.* v.4. *Væ genti peccatrici, populo gravi iniqvitate, semini malorum, filiis corruptoribus, dereliqverunt Jehovam, irasci fecerunt sanctum Israel, abalienaverunt se retrorsum.* Hæc ergò verba, non verò illa priora verba Esaiæ, de peccatis propriè loqvuntur.

Anteqvam ad alia progrediar, hîc obiter admonebo de styli sacri & lingvæ divinæ singulari more qvodam. Omninò enim tota Scriptura rem, qvam propositura est, non tam eloqvitur, quam certis adhibitis gestibus & affectibus agit, & qvasi in Comœdia viva repræsentat.

De stylo divina lingva notatio necessaria qvadam.

In jam allegato textu Esaiæ, versu 8. verba nuda ita habent: *Super qvid percutiemini adhuc, addetis pravitatem.* Item, v.6. *A planta pedis usq; ad verticem non in eo perfectio, vulnus, & livor & plaga recens.*

Nostri, ut hæc plana & intellectu facilia reddant, supplent particulas in hunc modum: *Qvid percutiemini adhuc,* (si) *addetis pravitatem.* Et, *A planta pedis usq; ad verticem non* (est) *in eo perfectio,* (sed) *vulnus, & livor & plaga recens.*

Jam vero, Lector, assvefacias te ad morem Spiritus Sancti, qvi Scripturam suam non scribit aut nude recitat, sicut tu eandem nudè scribes & recitabis; sed ita eam tibi vult propositam, qvasi ex ore ejus eandem coram audires. Exempli gratiâ, ista verba: *Super qvid percutiemini adhuc?* Ista, inqvam, verba profert in forma & affectu interrogantis, & interrogantis cum vehementi affectu, & post eam interrogationem prolatam qviescentis & tacentis. Dehinc, qvasi capite concusso, ut solent irati, & manus ambas projiciendo vehe-

DEUS scripturam Propheticam non tam scribi, qvam agi fecit, adhibitâ qvasi actione.

vehementibus affectibus addit: *Addetis pravitatem*, **Ihr werdet doch durch neue Straffe nicht besser werden.**

Simili modo, cum actione externorum gestuum & organorum, recitanda sunt & æstimanda illa verba; *A planta pedis usq; ad verticem, non est in eo perfectio:* qvam sententiam cum exclamatione & vehementi condolentia protulit, & post eam prolatam, quiescit. Inde cum novo gestu, capite iterum vel inclinato ad singulas particulas incipit: *Vulnus est, livor est, plaga recens est.*

Similis locus est, ubi Deus & Propheta plus est intentus in affectus rerum, qvam in Syntaxin verborum Ezech. 18, v. 30. *Unumqvemq; juxta vias suas* (Sic enim incipit, quasi uno inspecto ex toto cœtu: mox verò faciem qvasi circumfert in circulo astantium, quasi digito monstrat, non unum amplius, sed omnes, dicens) *judicabo vos, Domus Israel, dixit Dominus Jehovah.* Exempla plusquam infinita occurrent passim, præsertim in Prophetis, imò & in aliis locis, ubi Deus loquens introducitur à sanctis viris Prophetis.

Studiosi assvefaciant sese ad stylum Scripturæ.

Qvi hanc annotationem non observat, is Biblia nec satis augustè, nec satis attentè, nec cum fructu leget. Solent Advocati sese assvefacere ad convenientiam styli aulici, & ad istius styli omnes formas. Cur nos idem studium non collocabimus ad stylum divinum penitius cognoscendum & æstimandum. Omninò divina augustaq; est majestas styli divini, hoc pacto aspecti, considerati & expensi, istaq; majestate nihil extat in orbe inter omnia Scripta aulica politicaq; augustius, nihil magis ferit mentem, nihil magis penetrat mentem, quàm ista ipsa styli divina forma.

Stylus divinus Propheticus superat omnem eloqventiam humanam longissimè. Politianus sectam qvovis tempore habet amplissimã.

An igitur commiseratione, an deploratione, an verò acerrima objurgatione excipiendi sunt quidam, qui, cùm Demosthenéam, vel Ciceronianam formam in Biblico stylo non animadvertant, qvasi pertæsi, Biblicam lectionem stultissimè, protervè, & diabolicâ malitiâ abjiciunt, aut Versionem requirunt eam, quæ ad copiam styli profani sese attemperet?

Utut enim videantur ex simplici ignoratione isti peccare: tamen qvi nec æstimare satagunt, nec judicium mutare petulantes volunt, impii hoc nomine audire debent, qvod malo exemplo nocent & alios seducunt. Impia igitur vox est, sive ex simplicitate & ignorantia, sive ex malitia prodierit, ista *Politiani*, qvi dicere solitus fuit: *se legere Biblia cum tædiis.*

Non exaggerabo hoc crimen, nisi qvod hoc unicum addo, tales homines talia committere scelera, qvæ apud Deum nunquam satis excusare possunt.

In stylo divino divina brevitas veritatem planissimè ob oculos ponit ad salutem æternam omnium hominum, & utitur ornatu omnino divino, penetrante ad medullam usq; ossium. Studiosè autem voluit *agendo, agendo*, inqvam, inculcare lectoribus suam mentem, sicut Exod. 29, 38. 41. etiam extat exemplum.

Qvin

Qvin & eodem modo ab aliis hominibus nimirum prolato, retinet, Exod. 5, 17. *Vacatis, vacatis, idcircò dicitis: Eamus, sacrificemus Jehovæ.* Nimirum præfecti filiorum Israel vociferantur ad Pharaonem: v. 16. *Qvare non das paleam servis tuis, & tamen vis à nobis pristinum laterum numerum fieri, & nisi fiat, cædi nos jubes.* Respondet ipsis Pharao cum tali clamoroso affectu, & cum gestu iracundo, manibus projectis, contumeliso habitu corporis: *Vacatis* (hic aliqvantulum interqviescens, mox continuans) *Vacatis* (& iterum post levem interpositam pausam) *idcircò dicitis: Eamus, sacrficemus Jehovæ,* qvasi diceret: Si plus laboris vobis non fuerit impositum, tum non desinetis petere veniam abeundi, sub prætextu, qvod velitis sacrificare Deo vestro.

Rem declaro exemplo crasso. Autoritate gravis Dominus aliqvis calvam servorum excusationem, de laboribus aliqvibus non plenè absolutis in ipsius absentia, & multitudinem ac gravitatem istorum laborum non absolutorum exaggerantibus, eodem gravitatis titulo & affectu responderet: Gesoffen habt ihr (mox altiori voce utens & clamorsiore) Gesoffen habt ihr/ das ist/als wenn ich euch zu viel hätte aufgeleget. *Simile.*

Sic igitur Deus non levi voce, sed gravi autoritate nos alloqvitur in Scripturis; & verè beatus erit iste lector, qvi istum morem Dei observarit. Huic enim lectio Bibliorum sapit, & placebit supra omnes delicias verborum & phrasium, qvæ in ullo libro humanitus scripto deprehendi poterunt.

Utq; illud adhuc magis cognoscat pius & eruditus lector, animadvertat & expendat modum similem, qvo Deus verbum suum Prophetis revelat. Supra jam modo ostendit, qvod in visionibus Deus Prophetæ alicui rem, qvam annunciare debet, tam perfectè offerat, at juret se eam ipsam jam completam cernere & vidisse. Et hæc est causa, cur Prophetæ præteritis utantur pro futuris. *Qvanta sit potentia in revelatione visionum Propheticarum.*

Deinde facit Deus in Prophetis & aliis hominibus illud cum tanta virtute, imprimendo offerendoq; rerum futurarum imagines Propheticas, ut putent, aliquid corporeum labi intra sangvinem & Spiritum ipsorum, seqve qvasi augeri & auctos esse novâ substantiali spirituali, ut ita loqvar, essentiâ.

Qvædam sunt tam fortia somnia physica, exempli gratiâ, cùm qvis noctu somniat, se invenisse pecuniam, eamqve recondidisse, ut mane evigilantes jurent, se omnino invenisse, eamqve infra cervicalia reposuisse, & ut eandem reipsa sub cervicali qværant.

Longè, longè, longè fortioribus virtutibus imprimuntur divina somnia, & divinæ visiones. Propter tale divinum tam forte somnium Gen. 41, 8. *manè facto consternatus est Spiritus Pharaonis, & convocavit omnes sapientes Ægypti*; propter tale tam forte somniũ divinum, sed iterum divinitus ablatũ, Dan. 2, 2.

Nebu-

Nebucadnezar jussit convocari Genethliacos, Astrologos, Magos, & nisi indicarent, in frusta conscindi mandavit; imò jam modò passim Magi interficiebantur, scilicet adeò eum urgebat vis divina intus, nec permittebat, ut qviesceret. Non satis panthasiæ physicæ, non satis imaginationi gravidarum, non sat similibus rebus comparari possunt Prophetiæ, & visiones divinæ, sed sunt ipsæ visiones divinæ qviddam longè potentius omnibus illis communis casibus & symptomatibus.

Prophetiæ & visiones divinæ potentius qvid reliqvis casibus.

Commemorabile est aliud exemplum Jerem. 36.4. ubi Jeremias captivus, CAPTIVUS, inqvam, dictat suam visionem sibi divinitus factam, & ab adversariis combustam, denuò ad pennam suo scribæ Barucho, prorsus tantâ convenientiâ, ut nec verbo aut vocabulo ullo addendo vel omittendo ipse erraret.

Jeremias visionem divinam, sibi factam & descriptam, & ab adversariis combustã, iterum dictat, QVOMODO.

Ex hoc igitur Barucho qværunt postea aulici his verbis: *Nuncia nunc nobis, qvomodo scripseris verba ista omnia ex ore ejus.* Et respoudit ipsis Jeremiæ Scriba, Baruchus ibid. versu 18. *Ore suo legebat mihi omnia verba ista, & ego scribebam in libro atramento.* Perpende lector hæc verba: ORE SUO LEGEBAT Jeremias Propheta, qvi tamen librum tunc non habebat, ex qvo legere potuisset, siqvidem librum suarum Prophetiarum combusserant adversarii ipsius.

Ecce iterum, inqvam, lector, liberum vel chartam secum non habuit Jeremias, ex qvâ, tanqvam ex Scripto perlegisset Prophetiam Barucho, ex qvo scripto dictasset ipsi visionem: sed coram se habuit intus spiritualem qvasi maximè REALEM chartam, plenam visionibus & picturis Spiritu Dei forti tã fortiter impressis, qvam solus Jeremias in Spiritu forti vidit, Baruch non item; & ex hoc spirituali fortissimo scripto mentem Domini, antea combustam, Jeremias Barucho denuò citra omnem aberrationem dictavit. Dicit igitur Baruchus: *Ore suo legebat mihi, & ego scribebam atramento.*

Qvæ omnia cùm ita sese habeant, admonitos cupio stylorum humanorum admiratores, ut stylum divinum omnibus aliis præponendam meminerint.

Si qvi stilum divinum etiam æstimabant juxta artis Rhetoricæ præscripta, in divinis Prophetiis & Scriptis tropos & figuras reperiẽt infinities, illustriores tropis & figuris humanorum scriptorum. Et qvî sic? An non qui Poëtis & Oratoribus veteribus aliqvam micam eloqventiæ contulit, ipse ipsissimus thesaurus eloqventiæ sese evacuasset eloqventiæ flosculis. Eò tamẽ dementiæ permulti prolapsi sunt, ut putent, Biblicos tropos esse exiguos: imò ex Poëtis solis petenda adminicula, pro inveniendis tropis excellentissimis. Molestum mihi est, impia ista recensere, qvæ singuli p i statim agnoscent, deplorabunt, & corrigere satagent. Vis Poetam agere eximium & orato-

Elegantia & eloqventia divina longissimè superat omnem elegantiam & eloqventiã omnium Rhetorum, qvi unqvã fuerunt.

oratorem, quæso tropos, figuras & alia ne negligas in Bibliis, supra modum te & tua scripta locupletabunt omnia ista.

Sed ad rem, lubet propter hanc datam explicationem etiam adjicere ipsam Lutheri enarrationem super hæc eadem Esaiæ verba. *Habent autem illa in hunc modum*: *Explicatio Lutheri capit. 1. Esaiæ*

Omne Caput.

Non potest aliqvid ad pœnas addi amplius, & tamen non emendamini. Placet tamen mihi Allegoria, ut significet, se *caput*, id est, principes, *cor*, id est, sapientes, & *reliqvam corporis partem, usq; ad plantas*, id est, plebem, graviter adflixisse, & tamen nihilo eos meliores reddi. Vides autem quam non possint homines disciplina & legibus corrigi, siqvidem ne plagis qvidem emendantur. Sic illa qvoqve Allegorica sunt, qvod dicit: *Nullus est medicum*, qvi affectum variis vulneribus corpus curet, hoc est, qvod nulli sint pii Doctores, qvi, sicut in Hieremia est, populum peccati admoneant & arguant. Deinde consolentur territas mentes promissionibus, ne desperent tantis malis oppressi. *Caput. Cor. Planta.*

Terra vestra devastata.

Jam qvasi per distributionem pœnas enumerat.

Hactenus omnia verba B. Lutheri.

ORACULUM LVII.

SACRUM.

Textus Hebræus cum interlineari versione Benedicti Ariæ:

omnes inqvinatum vestimentum ut & nos omnes immundus ut fuimus Et

וַנְּהִי כַטָּמֵא כֻּלָּנוּ וּכְבֶגֶד עִדִּים כָּל־

nostra judicia

צִדְקֹתֵינוּ׃

Græca Versio:

Καὶ ἐγενήθημεν ὡς ἀκάθαρτοι πάντες ἡμεῖς, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν.

Versio Latina vulgata:

Et facti sumus ut immundi omnes nos, & qvasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ.

LUTHERUS:

Aber nun sind wir alle wie die Unreinen/ und alle unser Gerechtigkeit ist wie ein unflätig Kleid.

FAciam etiam mentionem loci Esai. 64, 4. *Tanqvam pannus immundus omnes justitiæ nostra.* Nam & isto solent uti ad probandum peccatum originis, & ad demonstrandum, qvod justitiæ carnalis opera sint in oculis DEi nihil aliud, qvam impurus pannus, à menstruata aliqva commaculatus.

Verum contextus monstrabit & evincet, agere & loqui Prophetam in isto neqvaqvam de peccato originis, sed de peccatis actualibus. Ab omnibus enim haud ægre concedetur, à cap. 63. & quidem ab istius capitis versu 7. usqve ad finem capitis 64, ab Esaia describi ardentissimis querelis plenam deprecationem, qva Judæi postmodum, adhuc in captivitate sua constituti, erant usuri.

Deinde qvilibet agnoscet, in capite 64. loqvi Prophetam de peccatis, propter qvæ super Judæos postea ventura sit captivitas seu servitus v. 5. *Iratus es, qvia peccavimus, in eis persistet seculum, & salvi facti sumus, v. 6. Eramus ut immundus omnes nos, & tanqvam vestimentum inqvinatum omnes justitiæ nostra. Decidimus veluti folium, Et iniqvitates nostræ, tanqvam ventus, abstulerunt nos. v. 11. Et nemo est qvi invocet nomen tuum, qvi excitet sese, ut apprehendat te, abscondisti enim faciem tuam a nobis, & dissolvisti nos in manu iniqvitatum nostrarum. v. 12. Nunc igitur Jehovh pater noster es, lutum nos, tu fictor noster, opusq; manus tuæ omnes nos; v. 13. Ne irascaris Jehova usq; valde, & ne in seculum memineris iniqvitatis, en respice qvæso populus tuus omnis nos. v. 14. Civitates sanctitatis tuæ fuerunt, ut resectum, Sion ut desertum fuit, Jerusalem desolata. v. 15. Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, in qva laudaverunt te patres nostri, fuit in exustionem ignis, & omne desiderabile nostrum fuit in desolationem, v. 16. Nunqvid super his continebis te Jehevah, tacebis & affliges nos usq; valde.* Hactenus verba Scripturæ: ex qvibus qvilibet sponte facile colliget, agi hic de peccatis actualibus, tam in antecedentibus, qvam in conseqventibus.

In *antecedentibus*, qvia dicit, Deum iratum ipsis esse, nimirum immissa captivitate, qvam propter peccata actualia immittendam prævidit & prædixit Esaias, tum alibi, tum cap. 9. ut taceam de reliqvis Prophetis.

Lutherus de hoc dicto mutavit sententiam

In *conseqventibus*, qvia dicit ipsos ablatos à terra propter iniqvitates, Sionem desertam, templum exustum &c. At propter peccatum originis solum tales pœnas Deum inferre velle, nuspiam alibi legimus.

Etsi vero Lutherus aliqvando usus fuit ipse hoc oraculo divino ad peccatum originis docendum, tamen tandem agnito negotio ex contextuum cohæren-

hærentia, quæ ipsum in continua Bibliorum interpretatione vehementer exacuit (nihil enim tam eruditum faciet lectorem, atq; continua continuorum & cohærentium contextuum consideratio) mutavit sententiam. Id qvod ab omnibus aliis diligenter notari optarim.

Augustinum etiam non puduit in libri retractationum multa olim minus considerate scripta emendare. Eundem imitatus est, tum in aliis, tum in hoc ipso loco solidius declarando Lutherus. Idem ab Heshusio in insigni qvodam exemplo pie factitatum fuisse, demonstravi in tertia & ultima parte thesium in Augustanam Confessionem.

Lutheri verba de hoc ipso oraculo divino ascribere placet ipsa, qvæ habent in hunc modum: Hoc loco aliquando sumus usi contra justitiam humanam. Bona quidem sententia est, sed non proprie hujus loci. Propheta enim cum videt multos bonos viros in captivitatem abductos, ut fuere Nehemias, Esras & alii, dolet, quod ob malorum impietatem justi homines diutius in captivitate detineantur. Qvasi dicat, Abrahamo propter quinq; justos Sodomam condonasses: hic plures boni sunt, & tamen tu perinde cum eis agis, ac si ipsi quoq; peccassent. Hunc affectum captivi populi hic exprimit Propheta. Sunt autem alii loci Scripturæ, qui justitiam humanam damnant. Sicut ille: Domine ne intres cum servo tuo in judicium. In conspectu tuo non justificatur omnis vivens. Cum omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus. *Hactenus verba Lutheri.*

Sæpe allegatio alicujus oraculi est pulchra, sed non est textui congrua

ORACULUM. LIIX.
SACRUM.

Exodi 22, 1. 2. 3. 4. cum versione Pagnini.

1. Si qvis furatus fuerit bovem aut ovem, & occiderit, vel vendiderit: qvinq; boves pro uno bove restituet, & qvatuor oves pro una ove.
2. Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percursor non erit reus sangvinis.
3. Qvod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit, qvod pro furto reddat, ipse venundabitur.
4. Si inventum fuerit apud eum, qvod furatus est, vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis: duplum restituet.

Lutheri Versio Germanica.

1. Wenn iemand einen Ochsen oder Schaff stilet/ und schlachts/ oder verkauffts/ der sol fünff Ochsen für einen Ochsen wieder geben/ und vier Schaff für ein Schaff.

2. Wen̄ ein Dieb ergriffen wird/daß er einbricht/und wird drob geschlagen/ daß er stirbt/ so sol man kein Blutgericht über jenen lassen gehen.

3. Ist aber die Sonne über ihn auffgangē/so sol man das Blutgericht gehen lassen.

4. Es sol aber ein Dieb wiederstattē/ hat er nichts/ so verkauffe man ihn um seinen Diebstal. Findet man aber bey ihm den Diebstal lebendig/es sey Ochs/Esel oder Schaff/so sol ers zweyfältig wieder geben.

DUm vix hæc ex Luthero super Esaiam absolvi, petunt à me studiosi qvidam Juris, id quod ante hac etiam plurimi alii fecerunt, ut ipsis monstrem, qvomodo plus roborari qveant illa, quæ ab aliquibus Theologis ex Sacris afferuntur pro obtinendis furum suppliciis capitalibus.

Qvibus ego responsi do illud, qvod ex nullo loco sacræ Scripturæ totius Veteris & Novi Testamenti possint criminalia supplicia furum demonstrari.

Exhibuere vero prædicti Studiosi verba insignis & veterani cujusdam Theologi, qvæ sic habent: *Ipse Deus in Politia Mosaica ostendit, pœnas furti, pro circumstantia rei ablatæ; posse vel mitigari, vel asperari: qvidam qvadruplum, qvidam qvintuplum reddant, qvidam venundentur, qvidam morte mulctentur. Item constituit, furem, in qvo animus grassandi præsumitur, recte posse etiam extra judicium occidi. Et notabile est, qvod Salomon Proverb. 6.31. indicat, progressu temporis etiam in Politia Mosaica furta non potuisse pœna Mosaica coherceri, sed Magistratum constituisse, ut qvidam septuplum redderent, qvidam confiscatione omnium bonorum plecterentur.* Hactenus ille.

Cœterum ego furum non suscipiam patrocinium; Hoc tantum nunc temporis citra ullius contemtum breviter expendam, num illa jam indigitata oracula divina & addita explicamenta rite & legitime pro furum capitalibus suppliciis allegentur.

 Primo

I. *An Deus in vetere Testamento pœnam furum unqvam arbitrariam esse voluerit. 1. Primus casus furtorum a Deo expressus. Ex bovis exemplo & casu judicatum fuit etiam de majoribus furtis vestium, pecuniarum &c. ex ovis exemplo de minoribus aliis furtis.*

Primo qvidem nunqvam Deus in arbitrio judicum reliqvit hoc, ut possent à qvibusdam exigere pro furto qvadruplum, ab aliqvibus qvintuplum. Hoc autem Catholicum in sua Rep. & perpetuum esse voluit, Exod. 22. *ut si qvis furatus esset & mactasset bovem, qvinq; boves; si pecudem* id est, minorem aliqvam bestiam) *quatuor ejusmodi redderet bestias.* Non voluit, ut in hoc casu, furatus bovem, interdum cogeretur reddere qvatuor, interdum vero qvinq; boves.

Similiter neqvaqvam voluit, ut ovem furatus interdum qvatuor, interdum qvinq; oves redderet: Sed voluit in hoc casu, ut bovem (ita simile animal magnum, qvia exemplo & casu docet Scriptura magis, qvam regulis) furatus *semper* redderet boves qvinqve; & ut ovem furatus *semper* redderet oves qvatuor. De ratione legis diversæ pro diversis animalibus furto subductis in Exodo egi.

Verba enim Scripturæ sunt planissima: *Cum furatus fuerit qvis bovem aut pecudem, & jugulaverit eum, aut vendiderit illum, qvinq; boves reddet pro bove illo, & qvatuor pecudes pro pecude illa.* Hanc ipsam voluit in sua sacra Rep. Deus servari strictissimam legem IN HOC CASU EXPRESSO, nimirum, si qvis furatus esset bovem aut pecudem, &, *NB.* mactasset seu vendidisset.

Jam *vero attendatur alius casus*, nimirum si qvis furatus esset, & ab inqvisitoribus adhuc apud ipsum inveniretur furtum, voluit, ut duo cogeretur reddere. Planissimus enim est textus in eodem capite, v. 4. *Si deprehendatur in manu ejus furtum, a bove usq; ad asinum, usq; ad pecus, viva duo reddet.*

II. *Secundus casus furtorum a Deo expressus.*

Istud adhuc omne juxta casus suos præcise observavit David 2. Sam. 12. Sic enim ibidem Nathan casum, ut loqvuntur, format Davidi: v. 1. *Duo viri erunt in civitate una, unus dives & alter pauper.* v. 2. *Diviti erant oves & boves multi valde,* v. 3. *pauperi vero non erat qvicqvam, præter agnam unam parvam, qvam emerat, qvamq; nutrierat, creveratq; cum eo, & cum liberis suis pariter, de buccella ejus comedebat, & de calice ejus bibebat, & in sinu ejus dormiebat, eratq; illi tanqvam filia.* v. 4. *Cum autem venisset viator ad virum divitem, pepercit accipere de ovibus & bobus suis, sed tulit agnam viri pauperis & PARAVIT (MACTAVIT) eam viro, qui venerat ad se:* v. *Tunc iratus est furor Davidis in virum valde, dixitq; ad Nathan: Vivit Jehovah, qvod filius mortis est vir, qvi fecit hoc.* v. 6. *Et agnam restituet* (bis) *qvadruplicatam eo, qvod fecerit hoc, & non pepercerit ei. Hactenus verba Scripturæ,* ubi qvilibet videt, qvatuor agnas pro una restituendas censuisse Davidem, non bis qvadruplicatam, ut vertit Pagninus, Nam agnam furatus erat, & mactaverat dives. Deinde qvoad verba, (Erit Filius mortis) qvilibet animadvertit, tantam vim à Davide fuisse, si non latrocinio, tamen rapinæ violentæ æqviparatam, & morte, id est, gravi supplicio dignam judicatam.

 Mors

M. etiam significat graves plagas.

Mors enim non semper significat ipsum interitum, sed graves plagas, Baruch. 3, 4: *Audi preces mortuorum tuorum*, hoc est, valde afflictorum tuorum. Vide etiam Baruch. 2, 17. Ezech. 37, 11. Similiter & eodem styli sacrati genere 2. Cor. 11, 23. Paulus dicit, *se fuisse SÆPIUS in mortibus.*

Judicum 16, 16. *Cum coarctaret eum* (Simsonem) *verbis suis singulis diebus, & molestaret eum, angustiis affecta est anima ejus, it a, ut moreretur.* Rectissime *Lutherus*: War seine Seele matt biß an den Todt.

Recte igitur Lyra; qvem audi: *Filius mortis* (*ut vir, qvi hoc fecerit, id est, dignus morte propter horrorem facti*) *ovem reddet qvadruplam. Hoc sententiavit secundum legem, qvæ habetur Exod. 22. sc. qvod pro furto ovis reddatur qvadruplum.* Hactenus Lyra.

Violentiæ igitur, vel rapinæ casus pependit ex arbitrio Judicum, & poterat vel arbitraria flagellatione puniri, ut Deut. 25. v. 2. fiebat in aliis, vel alio modo, idqve juxta legem DEI, Deut. 17. v. 8. *Si latuerit te aliquid in judicio, inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, inter plagam & plagam in rebus rixarum, intra portas tuas; tunc surges & ascendes ad locum quem elegerit Jehovah Deus.* v. 9. *Et venies ad Sacerdotes Levitas, & ad Judicem, qui fuerit in diebus illis, & quæres, & indicabunt tibi verbum judicii; & facies juxta verbum, quod judicaverint tibi e loco illo, &c.* Ergo solebant crimina majora vel minora in eodem genere; graviore vel mitiore plaga juxta varietatem circumstantiarum puniri. Deus autem tantum paucos casus seu paucas leges proposuit, ut inserviret omnium memoriæ, & ne qvis ignorantiæ exceptionem opponere posset, interim tamen ex uno casu varios & multiplices dijudicari volebat, sicut lex de non furando simul omnis generis alias fraudes sub prætextu juris factas prohibet, ut omnes fatentur.

Ex hac igitur DEI ordinatione David considerans illam crudelitatem divitis pronunciat: 1. qvia dives furatus est pauperi violenter, esse eum dignum morte, seu magna afflictione & qui nihilominus teneatur restituere quatuor agnos. Furtum autem agnæ raptæ & occisæ seu mactatæ penitus juxta legem Mosaicam condemnat in restitutionem qvadrupli.

Aliqvi solent hoc ipso exemplo historico etiam abuti, voluntq; inde probare, quod David furem agnæ tamen morti, hoc est extremo supplicio deputaverit suo tempore. At qvis hodie furem agnæ criminali & capitali qvidem pœna afficiendum existimaret? Morte omnino dignam censet non nisi istam tyrannicam crudelitatem.

II. An Deus in Mose capitalem furibus statuerit pœnam.

Deinde addit DEus novas duas leges de fure, si deprehendatur. 1. v. 2. *Si in effossione fuerit deprehensus fur* (noctu nimirum, quia mox aget de diurno deprehenso post ortum scil. Solis) *& percussus fuerit, & mortuus fuerit, non erit percussor morti obnoxius;* 2. v. 3. *Sin autem ortus fuerit Sol super eum* (si depre-

deprehenditur fur diurnus) *erit morti obnoxius* (percussor) Ergo vult hoc DEus, non ut fur nocturnus producatur in publicum, ut in publico capitale luat crimen; sed SI EX CALORE IRÆ, ut fur nocturnus suffodiens, OCCIDATUR, ut impune habeat talis occisor, in diurno non item. Hic enim vicini acclamari possunt, illic non item.

Divina concessione & consuetudine licet & accommodationem facere ad alia scelera. Noctu sceleratissime turbantem & violentissime expugnantem ædes honesti hominis, si aliter prorsus non inqviri posset, impune occidere licere. Id quod tamen ita accipi velim, ut prius omnia alia tententur, & sæpius repetantur remedia; quia nimis festinata sanguinis humani effusio, si non alia ratione peccat, peccat tamen, quod ex impræmeditatione & iracundiæ calore suscipitur.

Turbatores nocturni etiam impune occidendi prius tamen omnibus tentatis remediis.

Adeoq; nemo propositum sibi sumet talem cædem patrandi, sed si ex improviso contra omnem intentionem & præter omnem diligentiam cavendi talia adhibitam nihilominus cædes fortuita, ut loqvuntur, contingeret, tum ex hac lege judices habeant manuductionem tales casus decidendi. Fortuitam cædem nihilominus sua pœna plectendam, apparet Num. 35. v. 23. seq.

Hoc discrimen diurni & nocturni furis manavit ex Ecclesia ad gentes, & servatur à Solone in legibus, item in L. 12. tabul. Postea tamen *posteri* fecerunt inversionem lib. 9. ff. ad l. Cornel. de sicar. non aliter, quam leges humanæ disjunctivam fecerunt: *Aut ducat aut dotet*, cum lex divinæ majestatis fecerit copulativam, *Et ducat, & dotet*, Deut. 22, 28. 29.

Lex humana invertit legem divinam.

Hanc etiam secundam legem Deus non permisit arbitrio judicum contra fures; sed hoc modo servari simpliciter voluit in omni casu furis cujusque nocturni occisi ex festinatione, & in omni casu furis cujusq; diurni occisi contra DEI indulgentiam.

III.

Tertio addit DEUS iterum novum casum, *si non habet fur, unde solvat, vendatur propter furtum suum.* Hoc est, pauper conjiciatur in servitutem, ut lucretur, unde Domino pro furto satisfieri queat. Hujusmodi æmulatores sunt hodie, qui fures damnant ad metalla, ad triremes, ad pistrina, & similes publicos labores, quos vincti sub tenui alimento perferre coguntur. Referuntq; plurimi, etiam hodiernis exemplis aliquas Resp. edoctas, quod contumelia ista diurna, & diuturniore emaceratione per labores publicos a furtis deterreri plures, quam per suspendia deterreri queant.

Qvid Deus voluerit fieri, cum fur non erat solvendo.

Multi enim obfirmant frontem & pudorem de una mortis mala semihorula potius toleranda, & de finiendis cum ea & in ea miseriis hujus vitæ, quam ut velint perferre aliqvot mensium & annorum sudores, & reportare publicam infamiam.

Fures magis deterrentur diuturniore labore, qvam suspendio.

Dura-

Fures vendeti sub vetere Testamento, usq; ad Christum

Duravit apud Judæos hæc qvoqve lex divina de vendendis PROPTER FURTUM, donec scilicet lucrarentur tantum, qvantum sufficeret ad furti compensationem, duravit, *inquā*, inter Judæos hæc lex usq; ad Christi tempora, sicut licet colligere ex Josepho lib. 16. Ibi enim Herodes mutat hanc legem, sed non potuit eam mutare, nisi, ut autor est Josephus, cum summa indignatione Judæorum, qvi hactenus literam Mosaicarum istarum legum stricte servaverant a Mose, ad tempora Christi.

Qvomodo Herodes leges divinas de furti mutare ausus fuerit.

Statuit autem tunc Herodes, ne fures vel duplum vel quadruplum reddere cogerentur, sed ut venderentur, & qvidem ut Judæi venderentur non Judæis, qvibus ad summum usq; ad annum jubilæum seu remissionis servire necessum habuissent, juxta divinam expressissimam mentem, qvæ extat Levit. 25, 39.40. Sed ut Judæus fur venderetur, sicut fur Ethnicus, ipsis Ethnicis, apud qvos servire cogebatur in perpetuum.

Atqvi ex his simul clarissime liqvet, neq; temporibus ultimis ante nativitatem Christi terras Judaicas a tenore legum de furum pœnis divinitus constitutis vel tantillum discessisse.

Post destructionem politiæ sacræ, ubi dispersi fuere inter varias gentes, & gentium jurisdictionibus implicati, sicut in hunc usq; diem nullibi ullam αὐτονομίαν politicam conseqvi possunt, ibi Judæi etiam gentilium variis, non uniformibus legibus in furto judicantur.

Hodie in Nov. Test. fures Judæi puniuntur legibus regum, sub qvibus degunt.

Ubi igitur fures, ut fures, divinitus jubeantur occidi, præter nocturnos turbatores pacis & quietis publicæ in effossione deprehensos, de qvibus supra ex claro verbo Dei dictum fuit, ego nuspiam reperire possum in omni verbo divino.

Qvod autem Deus constituerit, ut nocturni deprehensi debeant incarcerari, & postea autoritate magistratus *occidi*. id nuspiam extat. Id qvod ideo repeto, ne quis in alium sensum verba Dei de occisione furis nocturni rapiat. Sicut, enim qvi hominem ex errore occidit, non afficitur ordinaria pœna homicidii per magistratum juxta claram literam divinam, Exod. 21, 12.13. Num. 35, v. 22.23. seq. Deut. 19, 2. seq. ita si qvis suffodienti noctu parietem furi vitam in tumultu ademerit, etiam ordinaria pœna homicidii eximetur, homo nimirum privatus, qui in privatis suis ædibus suffossis hoc factum perpetravit.

Adhuc igitur, qvod Deus constituerit vel nocturnum, vel diurnum etiam furem supplicio capitis mulctare, etiamsi in ipso fuerit habitus & animus in furtis quibuscunque pergendi, hoc ex Sacris demonstrari neqvit.

Aliud est de animo crudeliter grassaturo erga istum, cui vis aliqvid rapere in itinere, sævienteque in istius non permittentis tibi res

suas,

suas, animam, cui David assimilavit virum divitem, qvi pauperi agnam eripuit unam. DEus igitur non constituit, ut fur habitualis etiam extra judicium occidatur; sed hoc constituit, ut fur habitualis nocturnus in effossione per Patremfamilias in fuga percussus fuit (ut altero die cognosci possit, sed tamen modum percussionis excessit) & mortuus fuit, talis homicida non puniatur capite. Esse autem inter illa duo plusqvam magnum discrimen, qvilibet etiam simplex statim animadvertet. *Cur Filius mortis statuatur, qvi Uriæ agnã erat furatus.*

Qvarto allegatur Salomonis ex Proverbiis locus, c, 6, 31. cujus verba ita habent: *Fur inventus reddet septuplum, omnem substantiam domus suæ dabit.* *IV. An Salomonis tempore pœnæ furũ divinitus olim constituta mutari cœperit.*

Legantur primo omnia cohærentia in hunc modum: v. 30. *Non spernunt vel oderunt furem, si furatus fuerit, ut impleat animam suam cum esurierit,* v. 31. *qui inventus reddet septuplum, omnem substantiam domus suæ dabit.* v. 32. *Qui adulterium committit cum muliere, caret corde, corrumpit animam suam, qui fecerit illud,* v. 33. *plagam & ignominiam inveniet, & opprobrium ejus non delebitur,* v. 34 *quia zelus furor viri, & non parcet in die vindictæ.* v. 35. *Non acceptabit faciem ullius redemtionis, nec volet, etiamsi multiplicaveris munus.* Hactenus verba Scripturæ: qvorum sensus ex oppositione furis & mœchi erit facilis.

Dicit, furem non tanto odio haberi, non tanto plecti supplicio, qvanto afficitur & plectitur mœchus. Rationes hujus assertionis sunt: 1. qvia fur ex necessitate furatur; sed adulter ex malitia furatur proximo uxorem. 2. Qvia furi aliud genus pœnæ non est destinatum, qvam restitutio seu redditio: Sed adultero & plaga & ignominia & vindicta, non parcendo, utut nummis velit redimere pœnam. *Discrimen mœchi & furis.*

Qvod ad illud attinet *reddet septuplum*, utiqve vox hebræa pro septuplo exponi nulla ratione potest. Obstat enim, qvod e vestigio additur, *omnem substantiam domus suæ dabit.* Exempli gratia: Furatus ovem 1. juxta mentem citantium pro se hæc Salomonica, deberet reddere septem oves. 2. Imo, juxta qvosdam deberet reddere qvatuordecim oves, bis septuplum. Vox enim hebræa habet terminationem dualis numeri, sicut 2. Sam. 12, 6. vocem dualis numeri terminatione gaudentem Pagninus male reddidit: *Reddet agnam bis quadruplicatam*, cum optimis Grammaticis observantibus non sola terminatio faciat dualem? *Jeruschalaim*, & *Mahanaim*, *Elohim*, Gen. 31, 2. etiam essent dualiter intelligenda, id qvod tamen nemo persuadebit. Etsi igitur Pagninus solam terminationem dualis secutus, 2. Sam. 12. 6. vertit, *bis quadruplicatam*, tamen Lutherus recte convertit tantummodo qvadruplicatam. Et qvi fit, qvod Pagninus vocabulum similiter dualem terminationem ostentans in hoc loco Proverbiorum non reddidit etiam, *bis septuplum?* *Reddet SEPTUPLUM.* *Terminatio sola non facit dualem numerum.*

3. Imo juxta clarissimum annexum contextum, furatus unam ovem pro una ove debebat reddere totam domum, & omnem substantiam domus suæ.

Qvamnam igitur ex hisce eligent pœnam: omnes enim stare simul & semel neqveunt, qvia tam sunt contrariæ, qvam qvæ possunt maximopere contrariæ esse.

Poterat forsan ita disputari, Salomonem indicasse, à Senioribus mutatam fuisse qvadrupli & qvintupli pœnam in restitutionem septupli.

Sed missis istis, ostendam nativam mentem Spiritus Sancti. Ostendere igitur voluit Spiritus Sanctus, majus esse periculum mœchi, qvam furis: *mœcho non parcet vir in die vindictæ, nec patietur se muneribus, qvanquam multiplicatis, commoveri ad lenitatem,* sicut furi sæpius contingere potest *Furatus* enim *septies, reddet SEPTIES,* (vox enim hebræa & septies & septuplum significat) *furatus sæpius, sæpius pro diversitate furti commissi* aut qvatuor oves, capras, gallinas; aut qvinqve boves, asinos, camelos reddet. Qvoties enim furatur ovem, capram, gallinam, toties qvatuor oves, qvatuor capras, qvatuor gallinas, qvatuor pisces (& sic de vestibus majori vel minori pretio taxatis) reddet. Si igitur fur sæpissime coactus & adactus fuerit ad restitutionem magnorum furtorum, tunc fieri poterit, ut cogatur domum & omnem tandem substantiam domus vendere, ut sufficiat reddendis toties pro furto aliqvo nimis sæpe iterato. Tandemqve si nihil amplius suppetat, ipse in duriores & durissimos compingetur carceres, & in servitutem ac laborem (etiam in senectute) graviorem & gravissimam redigetur, ubi tam tractabitur misere, ut decies optarit, se posse interfici & mori, quam ut diutius talem vitam mille qvotidianis mortibus asperiorem vivere cogatur.

Furatus apud Salomonem Prov. 6,31. reddet septuplum, & omnem substantiã domus, successive si perrexerit furari.

Id qvod sine dubio debuit etiam fieri cum illis, qvorum culpa incendium aliis nocuit, Exodi 22. v. 6. Semper enim lex divina ex uno casu docet æstimare plurimos alios. Sic fortuitus homicida in aliqvo asylo captivitatem diuturnam usqve ad mortem summi Sacerdotis tolerare necessum habuit Numer. 35. v 25: unde multorum canities cum mœrore ingenti ad sepulcrum deducta fuit, ut de Simei ex parte loqvitur Scriptura 1. Reg. 2. v. 9. Sic rex leprosus factus qvasi includitur ad diem usqve mortis, 2. Reg. 15, 5. 2. Paral. 26, 21. cur magno furi hoc non contigisset?

Porro

Porro illam jam paulo ante indigitatam mentem Salomonis nativam esse, quilibet facillime agnoscet. Neque enim aliter expediri possunt contraria; *si debet septuplum restituere*, innanis est additio; *& omnem substantiam domus sue.* Si omnem substantiam domus suæ dare debet, quid sibi vult illud antecedens, *reddet septuplum.* Septies igitur nihil aliud est, quam sæpius, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, nonies, decies.

Septies significat sæpius.

Septies cadit justus, id est, bis, ter, quater, quinquies, decies pereunt ipsius bona œconomica, & tamen resurgit & recuperat, DEO benedicente, pristinas rei familiaris opes, sicuti Job duplum à DEO accepit omnium amissorum bonorum, *exceptis liberis.* Id quod patet conferentibus caput primum Jobi, versu 2. 3. cum capite ultimo seu quadragesimo secundo, versibus 12. 13. Etsi enim liberi erant mortui, tamen in DEO vivebant, nec ita perierant, sicut oves & cameli, sicut loquitur CHRISTUS Luc. 20. v 38. de Abraham, Isaaco & Jacobo, *DEUS non est mortuorum, sed vivorum, OMNES* enim *VIVUNT EI. Ei*, inquit, *DEO*, *vivunt* Abraham, Isaac & Jacobus.

Jobo omnia duplo redduntur præter liberos.

Ut pace igitur magni & docti illius viri dicam, nequaquam hoc pacto constitutum esse dicitur, quosdam puniendos esse restitutione septupli, quosdam vero confiscatione omnium bonorum suorum. Si hæc mens fuisset Spiritus Sancti, utique mentem suam longe illustrioribus & clarioribus verbis fuisset patefacturus & enunciaturus, quemadmodum in pœnis dictandis facit in Exodo, Levitico & Deuteronomio passim.

Hanc mentem harum legum divinarum inculcat etiam Lutherus in Epistola ad Spalatinum 2. Maji 1524. his verbis: *Pœnam furibus nemo statuit æquius, quam is qui creavit omnia DEUS; qui populo suo inter cæteras leges civiles hanc sanxit quoqve Exodi 22. ut duplum, quadruplum, quintuplum redderetur a fure PRO QUALITATE furti, moreretur autem, qui hominem esset furatus? quod si non haberet, ipse venderetur. Quam legem & Salomo in Proverbiis probat, ubi dicit, furem posse substantia vendita sese redimere, adulteram vero animam perdere, utinam hæc lex reciperetur!* Hæc Lutherus, in cujus Epistolæ argumento ita Georgius Cœlestinus Theologus Lutheranus: *Pœnam quam statuit furibus Deus, in Mose approbat, & a nobis servari eam legem optat.*

Hanc mentem Lutherus qvoqve inculcat.

V. An ex plagio fuerit pœna furũ Mosaica ve tus æstimanda? Resp.

Qvinto allegatur illud Exod. 21, 16. *Qui furatus fuerit aliquem, vendideritq; illum, & inventus fuerit in manu ejus, moriendo morietur.* Sed facilis responsio. Etenim hoc ex DEi ore prolatum oraculum firmissimum stabit suo: inde vero ad furta boum si quis argumentari præsumserit, is aut DEUM incogitantiæ cujusdam coarguet, aut ex Scriptura facit chaos poeticum. Simul & semel in eodem monte Sinai constituit Deus utrumque 1. ut furta boum quintuplo compensarenter, ovium quadruplo; 2. ut plagia, seu furta hominum essent capitalia; non voluit, ut pœnam furti boum æstimarent & mutarent ad plagii pœnam. Rationem severitatis in plagio vindicando habuit Deus maximam. Qui furabatur hominem inter Israelitas, citra dubium ad peregrinos Ethnicos eum detulit, adeoque corpus & animam ipsius vendidit & perdidit in æternum.

Ratio pœnæ capitalis in plagio vindicando

VI. An ex qvibusdam miraculosis pœnis prævaricatorũ fuerit pœna furum Mosaica æstimanda? Resp.

Sexto allegari videntur exempla pœnarum, ut *Achan*, Jos. 7, 25. *Gieze*, 2. Reg. 5. v. 27. *Sacrilegi*, 2. Maccab. 1, 16. rectius 2. Maccab 3, Sed hi extraordinarie divinitus fuere puniti, & sunt hæc singularia exempla, quæ regulam divinitus datam non tollunt. Si omnia singularia exempla imitari vellemus, contra quot præcepta divina eramus prævaricaturi? Abraham jubetur mactare filium, Gen. 22. v. 2. Israelitæ jubentur mutuo sumere & aufferre ab Ægyptiis Exodi 11, 2. Vide autem Deut. 13, 16. etiam spolia urbium Chananæorum jubentur comburi, & Josuæ 7, 15. adversus hanc legem singularem prævaricantes singulariter comburi mandantur, id quod accidit Achano, non tanquam furi, sed tanquam prævaricatori legis specialis, Deut. 13. Lapidatus & combustus fuit Achan, cum filiis, filiabus, bobus, asinis, pecoribus, tabernaculo, &c. Giezi per avaritiam reddit suspectum Elisæum Prophetam, unde mitiore pœna, lepra nimirum, corripitur 2. Reg. 5, 27. sub finem: denique miraculosa omnia fuisse 2. Maccab. 3. lectio unumquemvis convincet.

VII. Instantia nova.

Septimo dari poterat *instantia*, nimirum capitalia Veteris Testamenti quædam in novo non puniri capitaliter; sed civiliter, *unde inferatur*, civiliter punita in Veteri Testamento per consequentiam istam posse in Novo Testamento puniri capitaliter.

Exempli loco posset esse illud Deut. 21, 18. & seqq. Exod. 21, 15. *ubi lege divina cautum erat*, ut filius inobediens & parentum omnia monita procaciter & proterve spernens morte mulctaretur publice. *Item*, ut filius maledicens patri vel matri occideretur, quæ tamen pœnæ in Novo Testamento non amplius infligantur, sed penitus sint sublatæ,

nec

nec exerceantur hodie à Magiſtratibus. Ergo concludi poterat, ſi licitum fuit capitalem pœnam contumacibus liberis, & qvi parentibus maledicunt, dictam, convertere in non capitalem; tum etiam licitum fuit non capitalem pœnam veterem furum convertere in capitalem pœnam. Sed de legibus Dei alia ferre decet judicia.

Reſponſio.

Tres promulgavit Deus leges in educatione liberorum bonorum immenſos fructus parituras.

Tres leges divinæ adverſus liberos inobedientes.

Prima extat Exodi 21,21,15. *Qvi percuſſit patrem ſuum, aut matrem ſuam, moriendo moriatur.*

Secunda ibidem v.17. *Qvi maledixerit patri ſuo, vel matri ſuæ, moriendo moriatur. Hæc ſecunda repetitur* Levit. 20, 9. *Qvicunq; maledixerit patri ſuo, aut matri ſuæ, moriendo morietur; qvi patri ſuo aut matri ſuæ maledixit ſangvis ejus in eum erit.*

Tertia eſt iſta, Deut.21,18. *Cum qvis habuerit filium declinantem & rebellem, non obedientem voci patris ſui, aut voci matris ſuæ, & correxerint eum, nec paruerit illis*, v. *19. tum apprehendent eum pater ejus, & mater ejus, educentq; illum ad Seniores urbis ſuæ, & ad portam loci ſui*, v. *20. dicentq; Senioribus urbis illius; Filius iſte noſter declinans & rebellis eſt, non eſt obediens voci noſtræ, epulo & potator eſt.* v. *21. Tunc lapidabunt eum omnes homines urbis ſuæ lapidibus, & morietur, atq; ita auferes malum e medio tui, univerſusq; Iſrael audient & timebunt.*

Pii, eruditis, & intelligentes Deumq; ſincero corde honorantes profiteri neceſſum habebunt, his legibus divinis nihil jucundius, nihil auguſtius, nihil ſacroſanctius dari poſſe. Parentum enim autoritatem iſtæ cuſtodiunt ſartam tectam & divinam. Exuſcitant in parentibus ſummam induſtriam in educandis filiis ad ad pietatem erga Deum, & ad honeſtos labores, ad extirpandum omne vitium mature liberorum. Hæ leges Rempubl. replent civibus optimis. Unde enim boni cives in Repub. erunt, niſi liberi pientiſſimi à parentibus privatim fuerint inſtructi & educati?

Summatim, fons privatæ & publicæ honeſtatis ſitus eſt in iſtis legibus divinis. Nec vinculum diſciplinæ privatæ & publicæ arctius & firmius ullus Monarcha ſapientiſſimus qvivis excogitare valebit aliud. Hæc omnia, inqvam, veriſſima & diviniſſima pronunciabunt, qvi ſunt vere pii, ſumme Deum amantes, qvi bona exoptant communibus Eccleſiis & Rebuspub.

Nec vero iſtas eſſe judiciales leges Moſaicas, hoc eſt, tales forenſes, qvæ ſaltem à Judæis in veteri Teſtamento obſervari potuerint, debuerint, inde qvilibet colliget, qvia rationes iſtarum legum indicatæ militant in omni loco, omni tempore. Et qvid opus eſt multis, ſicut Salomon Prov. 30, 17. repetit legum iſtarū ſententiam divinarum, & dicit, *a corvis devorari oculos interfectorū filie-*

filiorum inobedientium, *& ab aqvilis*, ut fit nunc in iis, qvi rota percussi pereunt; *Oculum* (inquiens) *qvi subsannat patrem, & contemnit obedientiam matris, effodiant corvi torrentis, & devorent eum filii aqvilæ*: ita Christus in Novo Testamento sua divina autoritate earundem legum præscriptarum perpetuum vigorem constare debere, illasq; leges pro moralibus & perpetuis habendas & semper usurpandas confirmavit.

Nota, Christus repetit leges veteres in novo Testamento

Sic enim Matth.15.v.3. *legitur: Respondens Christus dixit Scribis & Pharisæis; Qvare & vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram?* v.4. *Nam Deus mandavit dicens: Honora patrem tuum & matrem. Et qui maledixerit patri & matri, morte moriatur.* v.5. *Vos autem dicitis: Qvicunq; dixerit patri vel matri, dono, qvodcunq; a me erit, juvaberis, etiamsi nequaquam honoraverit patrem suum, aut matrem suam.* v.6. *Et irritum fecistis mandatū Dei per traditionem vestram.* v. 7. *Hypocritæ, bene de vobis prophetavit Esaias dicens; appropinquat hic populus mihi ore suo, & labiis me honorat, cor autem eorum procul abest a me.* v. 8. *Frustra vero colunt me docentes doctrinas, mandata hominū. Hactenus verba Sacræ Scripturæ*, qvæ istas leges divinas nequaquam vult esse sublatas, nequaquam inter mere judiciales leges recenset; sed quarto præcepto moraliter considerato indivulse connexas esse docet.

Testimonia & autoritates Theologorum de pœnis liberorum contumacium: I. SNEPFII

An non eodem pacto hæc omnia consideraverint olim duo præclarissimi Theologi, Theodoricus Snepfius, & Doct. Ægidius Hunnius, ex his sequentibus lector benevolus cogitabit. Anno enim supra sesquimillesimum septuagesimo quarto ad diem Martii vicesimum sextum, in Academia Tubingensi, sub Præsidio Doctoris Theodorici Snepfii disputationem de abrogatione legis divinæ instituit, & in ea Respondentis munere functus fuit tunc M. Ægidius Hunnius, cujus disputationis thesis decima septima in hunc habet modum, verbis his sequentibus: *Ex quarum ordine tamen eximuntur ea, quæ ad Decalogum perpetuam illam Domini legem pertinent, ut quæ de honore parentibus exhibendo, colendisq; magistratibus etiam forensibus illis habentur.* Hactenus verba thesis &c.

Sed & præterea quam optime notandum venit, nequaquam sublatas esse istas leges divinas veteres hodie apud omnes Ecclesias: Neque enim Ecclesiæ Imperii Romani constituunt solæ totam & omnem Ecclesiam JESU Christi & Novi Testamenti, cum extra imperium Romanum, imo cum extra Europam plurimæ & augustissimæ sint Christi Ecclesiæ.

2. CHYTRAEI.

Sed & de propinquis audiatur CHYTRÆUS cum Theodorico Snepfio, & cum Ægidio Hunnio in jam allegatis satis convenient, qui hæc consequentia scripsit super Deut.21. *Lex de capitali pœna filii contumacis & protervi munimentum quarti præcepti est, & pietatis honorem & amorem debitum parentibus tribuentis, quam fundamentum esse virtutum omniū Cicero pro Plancio ait.*

Et

Et paulo post: *Admonet etiam magnitudo pœnæ capitalis, qua inobedientiam liberorum Deus vindicari jubet, placere Deo severitatem in puniendis delictis, quæ sine dubio omnia merentur mortem judicio Dei. Ac exemplum hujus severitatis in decollando filio inobediente, qui matri mala imprecatus, & verbera minatus erat, nostra etiam ætate Tiguri anno 1550. mense Decembri, ipse conspexi. Hucusq; verba Davidis Chytræi,* cui justissima & usu perpetuo eadem usurpanda visa fuit. *Nota exemplum unum*

Octavo, quod quæritur, cur in Novo Testamento non retineatur lex Deut.13,12.13. de Pseudoprophetis occidendis? *IIX. Quæstio de lege Mosaica Deut.13,12,13.*

Verum responsio in textu est, quod illa tantummodo sit lata solis Judæis sicut ex contextu patet: v.12, *Si audieris de una urbium, quam Jehova Deus tuus DAT tibi, ut habites ibi, aliquem dicentem*: v.13. *Eamus, colamus Deos alienos, percuties habitatores urbis illius acie gladii*

Ecce loquitur de civitatibus, quas post exitum ex Ægypto DEus DABAT Israelitis, non de aliis urbibus promiscue. Sicut ergo non licebat Judæo bellũ inferre QVIBUSVIS passim locorum versantibus Ethnicis & ad idololatriam sæpenumero Judæum alium trahentibus, quia non pertinebant QVIVIS Ethnici ad numerum istarum urbium, de quibus specialiter hic loquitur Deus: Ita quoque lex eadem de interficiendis idololatris non extendi debet nisi ad solos Judæos, quibus eadem specialiter lata fuit, non ad Christianos in novo Testamento, quibus Deus hoc pacto urbes nunquam dedit.

Nono, quod quæritur, cur hodie non servetur lex Deut.22,26. de ducenda stuprata? *respondeo*, præstantissimorum Theologorum esse illam querelam, quod eadem utilissima, æquissima & necessaria lex in judiciis negligatur. Nulla alia ratione scortationibus & adulteriis magistratus ponet impedimenta, & obicem majorem, quam si coget stupratorem, ut, etiamsi fidem matrimonii non dedit, tamen sibi uxorem retineat eam, quam ipse petulanter, fraudulenter, alias per se piam & honestam, stupravit, & ut adulteria non patiatur redimi muneribus & compensationibus. Sapientissimi Dei sapientissima lex est illa. Quid contra eam vulgo opponi soleat, nec ignotum, nec solutu difficile est illa. Sufficere debebat unicuiq; disputanti contrarium, hanc esse voluntatem sapientissimi DEi. Audiantur in hanc similem sententiam autorum etiam aliqua, si non per omnia, tamen saltem digitum quasi huc tendentia judicia. *IX. Quæstio alia nova de ducenda stuprata. Resp. Essent observanda adhuc.* *Judicia.*

Lutherus in libello de docendo Mose: Reliqua mandata de honorando Deo, de furtis, de adulteriis, & homicidiis cavendis, non sunt nova & Mosis propria mandata, sed omnium hominum cordibus inscripta, quæ observo, non qui Moses ea iterum protulit, sed quia a natura mihi sunt indita, & hic Moses cum natura consentit. *Hæc Lutherus.* *I. LUTHERI Tom. 2. epist. 204.*

Phi-

II. PHILIPPI. *Philippus in Examine in loco de Conjugio sub §. secunda Admonitio*: Fortassis ideo ab antiqua consuetudine discessit recentior ætas, quæ cogit retinere compressam ab alio, quia, si liceret accusare novam nuptam, sæpe propter suspiciones aut offensiones qualescunq; in periculum venirent innocentes. Sæpe etiam patefierent arcana delicta, quæ tegi multo honestius & utilius est, juxta illud: Omnia delicta tegit dilectio. Itaq; gubernatores prohibere accusationes voluerunt. Nec vituperandum est hoc consilium.

Etsi autem non fero novas leges, tamen modeste dicere licet, quid videatur prodesse. Primum tentanda est reconciliatio, ut is, qui errore duxit compressam ab alio, retineat eam, præsertim si est modesta. Quia divortia sæpe magnæ calamitates sequuntur, quarum habenda ratio à Judice, & ab actore. Sin autem reconciliatio perfici non potest, sapiens Judex, cujus ea est autoritas, ne postea mutetur sententia, imitari potest exemplum legis Mosaicæ, eo usq;, ut de divortio pronunciet. "*Notum est enim, leges forenses Mosi* " *non pertinere ad nostras politias, sed ibi conspicitur, quid Deus approbet.*

Possunt igitur legum conditores suo loco hanc legem ferre, ut in tali casu, si reconciliatio non procedat, fiat divortium. Et multo intolerabilior est error in hoc casu, quam si quis ignorans duxisset ancillam. Et possunt addi aliæ rationes honestæ. *Sed exemplum legis Mosaicæ plus munit conscientias, quam alia argumenta. Quia ex testimonio legis divinæ certi sunt legislatores & judices, se non facere contra voluntatem Dei. Hæc Philippus.*

III. SHNEIDEWINI. *Schneidewinus Jurisconsultus admodum pius & conscientiosus in Institutionibus, in titulo de nuptiis in fine*: Quamvis lex Mosaica Judicialis ad nos non pertineat, tamen exemplum legis Mosaicæ MUNIT CONSCIENTIAS, quia ex testimonio legis divinæ certi sunt judices, se non facere contra voluntatem Dei, ut admonet Philippus in dicto loco de conjugio. *Hæc ille ibi.*

IV. BEUSTII. *Joachimus Beustius eadem ex Philippo repetit in tractatu suo de Matrimoniis parte secunda. cap. 34. his verbis*: Moventur autem Theologi & Consistoriales principaliter lege divina Deut. 22. quæ jubet lapidibus obrui compressam ab alio, quæ postea tanquam virgo nupsit alteri, si sit ejus nomine accusata, & vir petat divortium, gl. in Satis, in verb. lapidaretur. 33. q. 5. Et quanquam lex Mosaica judicialis ad nos non pertineat, tamen exemplum legis Mosaicæ munit conscientias, quia ex testimonio legis divinæ certi sunt judices, se non facere contra voluntatem Dei, ut admonet Philip. in all. loc. de conjug. *Hæc Beustius.*

V. ERASMI MARBACHII. *Erasmus Marbachius Professor Argentoratensis, super Exodi 21.* Sicut cæremoniales leges ad populum Israeliticum spectabant, quem Deus observare illas voluit, in generationibus suis, hoc est, dum generationes eorum usq; ad Chri-

Chriſtum durarent, ita qvoqve judiciales leges ad eosdem pertinent, qvas Deus illis ut ſub externa diſciplina usq; ad Chriſtum continere ſtatuit, itaq; nos illis obligati & obſtricti non ſumus, *poſſumus autem ut alias a lege morali non diſſentaneas conſtituere, ita ex his qvasdam retinere. Et eſſet ſane utile, ſervare nonnullas in uſu, qvod ſunt honeſtiſſimæ & juſtiſſimæ, ut eſt lex de STUPRO, de adulterio, de perjurio & de aliis*. Hoc enim ſi fieret, non eſſet tanta ſcelerum & flagitiorum licentia & impuritas. *Hactenus ille.*

Haſenrefferus Theologus Tübingenſis clariſſimus in Locis de Lege, ubi de forenſibus legibus ita loqvitur, poſtqvam probavit eſſe abrogatas : Si qvis tamē Magiſtratꝯ aliqvas forenſes leges, utpote de furto, adulterio, STUPRO &c. revocare vellet, id non tantum liberum, ſed MAXIMO cum APPLAUSU bonæ conſcientiæ, qvæ iſta divina ordinatione jucundiſſime acqvieſcit, conjunctum eſſet. *Hæc ille.* *VI. HAFENREFFERI*

Decimo, qvod qværitur, *cur* Exod. 22. *uſuras non a fratribus, ſed ab Ethnicis licite potuerint exigere Judæi*? reſpondi alibi ex contextibus longis, hoc pacto, Deum ſtimulaſſe Ethnicos, ut ipſi qvoqve amicitiā & religionem Judæorum avidius adpeterent, & maturius ſectarentur, ut tum eandem magnam promptitudinem ab Iſraeliticis experiri poſſent. *X. Qvæſtio de uſuris. Reſp.*

D. LUTHERUS & ÆGIDIUS HUNNIUS paulo ſpecialius rem illam expendunt, iſte ſuper caput Deut. 15. hic ſuper 2. Cor. 8.

Verba Lutheri in allegato loco habent in hunc modum: Populus Judæorum amplius & excellentius habuit jus non modo repetendi mutui, ſed ut hic dicit, & fœnerandi gentibus, & uſuras capiendi, nempe auctoritate divina, qvæ hoc ipſum ſtatuit & concedit. Ipſe enim Deus & DOMINUS eſt omnium, qvi non modo pecuniam & res, ſed & regna & imperia auffert cuicunq; vult, qvocunq; modo vult, & dat cuicunq; vult. Si ergo in vindictam gentium Deus voluerit eas per uſuram & fœnus punire, & id Judæis mandet, ut faciant, bene faciunt Judæi, qvod obedientes ſeſe Deo inſtrumentum præbent, & iram ejus cum fœnore & uſura in gentibus implent, non aliter. qvam dum eis præcepit, ut Amorrhæos & Charanæos expellerent. Sic ſi maritus DEo dignus viſus ſit, cui aufferatur uxor aut filii, & id mihi mandatur verbo ejus, non ſum adulter aut plagiariusi, rapiendo uxorem & filios ejus, ſed obediens virga Dei ſuper maritum impium. *Verba Lutheri de uſuris ab Ethnicis exigendis licite.*

Hinc ſolvitur illa qvæſtio : *qvomodo Judæis licuerit fœnerari? Reſpondetur* enim, non eis licuiſſe neq; licere ſuis meritis aut lege communi, ſed per iram Dei ſuper gentes, qvam per Judæos, velut iræ ſuæ organa, vult implere, nec tamen hac ipſa licentia eis uti licuiſſet, niſi certo & aperto verbo Dei juſſi, & ad organa talia allecti fuiſſent. Neq; enim ipſi meliores erant ullis gentibus, niſi qvod Deus eos ſola miſericordia elegit, & aſſumſit, ita ut ſi rem recte *Qvæſtio : an liceat Judæis fœnerari. Reſp.*

consideres, non Judæi ipsi sunt, qvi fœnerantur, sed Deus est, qvi fœnure Judæorum gentes perseqvitur. Qvod satis probatum est, dum Judæos sibi inobedientes & peccantes rursus tradidit gentibus, non solum fœnore gravandos, sed omni contumeliarum genere vexandos, non parum etiam sævius, qvam ipsas gentes unqvam Judæis tradidit, sicut & capitulo 29. prædicit, & hoc capitulo annectit, fore, ut fœnerentur gentibus, si tamen audierint vocem DOMINI, qvasi dicat, si non audierint, non modo non fœnerabuntur, sed pares aut miseriores erunt gentibus, qvod & contigit.

Hæc verba magis sunt promissionis, qvā legis.

Hodie tamen, cum Judæi desierint esse populus Dei, lex sublata est & ipsi impietate & blasphemia sua meriti sunt iram Dei, non est eis permittenda usura, sed cogendi sunt sub leges gentium, inter qvas vivunt. QUAMVIS si textum bene inspicias, non præcipit fœnerari, nec sunt verba legis, sed potius verbo promissionis, dum dicit, si audieris vocem Domini, fœnerabis gentibus multis. Verba autem promissionis non est hominum implere, sicut verba legis, sed solius Dei, qvi ea promittit, ut sensum oporteat esse talem: Ubi tu audieris vocem Domini, fiet, ut agente Deo, gentes in eam miseriam redigantur, ut etiam te neqve cogitante nec qværente, fœnus persolvant, & tibi per omnia subjiciantur, & tu illorum cum omnibus bonis eorum domineris, ut rapias, exigas, fœneres, sicut placuerit, Dominus est, qvi gentes sic subjiciet tibi, & eas per te humiliabit. *Hactenus verba omnia Lutheri.*

Qvomodo juxta Lutherū licuerit Judæis exercere usuras erga Chananæos.

Ergo secundum mentem Lutheri ideo Judæis licitum fuit usuras exercere erga alienigenas Chananæos, qvia horum bona, domos, urbes, vitam donavit & tradidit Deus Judæis: debuerunt igitur pecuniam eorū hoc pacto Judæi ad se transferre. Jam vero sicuti Gibeonitis Chananæis pœnitentibus parcebant & vitam donabant Judæi, qvia Gibeonitæ non permanebant in impietate Ethnica, sed accipiebant fidem Israeliticam: ita an non colligendum veniat, si alienigenæ Chananæi & alii, etiam dimitterent Ethnicam religionem, qvod potuerint & debuerint eosdem amare Judæi, nec amplius ab ipsis petere vel expectare usuras, benevolus lector judicabit. Finis & scopus hujus praxeos tunc spectaret ad illud, & Ethnici cuncti ad religionem Israeliticam amandam & amplectendam facilius & citius allicerentur.

Sententia Hunnii.

Lutheri specialem sententiam retinet etiam D. Ægidius Hunnius, cujus hæc sunt verba loco paululum antea indicato & allegato: Qvod autem concessa fuit olim usura Israelitis ad extraneos, Deut. 23, 20. non indifferenter id Indultum de qvibusvis extraneis populis est accipiendum, sed de iis, in qvorū medio habitabant Israelitæ, qvales fuerunt gentes Chananææ, qvæ cum alioqvi fuerint judicio Domini destinatæ ad exitium, propter abominationes, qvas fecerant in terra, & earum facultates una cum tota illa regione, vi juramenti divini, spectarint ad populum Dei: Et vero Chananæi non simul & semel

mel expelli vel exterminari qviverant: Ideo Dominus inter reliqva media, hoc etiam concessit Israelitis, ut possessiones eas, qvæ alioqvin ipsis decretæ fuerant, hoc interveniente medio, à Chananæis tanqvam injustis possessoribus ad se traducerent. Qvæ res in exemplum hodie trahi nec potest, nec adeo propter rationis diversitatem debet. *Hactenus verba D. Ægidii Hunnii.*

Undecimo qværitur, annon omnia illa sint moralia præcepta, qvæ in Novo Testamento repetuntur: *respondeo*, hanc esse insufficientem æstimationem, Constat piis & eruditis Theologis, in Novo Testamento non repeti omnia Theologica capita ex Veteri Testamento, sed principaliter doceri, qvod completum sit de exhibendo Christo, qvidqvid erat in veteri promissum de venturo Christo. Ubinam repetita lex est de non assumendo nomine Domini in vanum?

XI. An omnia sint moralia qvæ in N. T. repetuntur. Resp.

Duodecimo qværitur, cur non servetur in Novo Testamento lex de occidendis profanatoribus Sabbathi? *idem respondeo*, qvod ad nonum qvæsitum respondi, cum nec sanguineis lacrymis hodie satis deplorari possit ineffabilis abusus diei dominicæ in omnibus statibus, per casus infinitos, immodica convivia, nuptias, venditiones, peregrinationes, compotationes, lusus, armorum lustrationes, balistarum artes. Vide Lutherum Tom. I. Latino Wittebergensi, in tertio præcepto, qvæstione, An Wittebergenses sint excusati, qvod in die festo exercent balistarum artem, &c.

XII. Cur non servetur præceptum de occidendis profanatoribus Sabb.

Ultimo qværitur, an non crescentibus delictis crescere debeant pœnæ? Et ad hoc *respondent aliqvi*, qvod crescentibus delictis crescere debeant executiones pœnarum. *Aliqvi vero respondent*, qvod crescentibus delictis crescere debeant pœnæ, in eodem tamen genere, nimirum, qvod crescere debeant capitales pœnæ in illis delictis, qvibus lex divina constituit capitales pœnas, & qvod crescere debeant civiles pœnæ in illis delictis, qvibus lex divina constituit ipsamet civiles pœnas.

XII. & Ultima qvæst. An crescentibus delictis crescere pœnæ qvoqve debeant.

Ergone, *inqvies*, per omnia damnas executiones hactenus furibus illatas capitales? Sed hic ante omnia in mentem revoco lectoribus, mei instituti huc usqve alium scopum nullum fuisse, nisi hunc, qvod volui monstrare, à Theologo summo, qvem supra utcunqve indigitavi, cujus scripta jam ultra qvinqvaginta annos Ecclesiæ Lutheranæ maximo cum fructu legunt, perperam judicatum esse, qvasi in Vetere Testamento pœna furibus semel divinitus constituta, seqventibus seculis immutari cœperit, & qvod necessario Lex illa divina olim lata de furum pœnis fuerit immutanda.

Conclusio hujus particulæ de pœnis furum.

Qvod ad nostra tempora attinet, etsi cum Theologis supra allegatis, Luthero, Hafenreffero, & aliis non possum & non debeo non optare, qvæ aptant ipsi; tamen interim laudo, qvod in ordinatione criminali Imperii Romani magnā præscribi circumspectionē in pœnis furū decernendis animadverto,

Decisio ultima.

&quod ab ipsis piis Jureconsultis inculcari video *discrimen inter habituales, desperatos, & ad latronum naturam qvam proxime accedentes furtorum artifices & inter alios.* Et qvando hæc omnia conscientiose observata fuerunt, quod tunc à nemine executiones receptarum diversarum pœnarum accusari poterunt. Qui enim sua armenta, suos eqvos furantur pauperrimis rusticis, qvi ex usu eorundem vivere solebant, illi animam eorundem furantur. Sic enim Scriptura loquitur Deut. 24, 6. *Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam, qvia ANIMAM suam apposuit tibi,* & cap. ejusdem v. 14, 15. de mercede in ipso die reddenda pauperi mercenario, *qvoniam,* inqvit, *pauper est, & cum ea sustentas ANIMAM suam.* Quia igitur animam pauperis fur furatus fuit & perdidit, merito suo in modum acerbum fuit punitus. Sed de his hactenus.

ORACULUM LIX.
SACRUM.

Psalm. 37. v. 25.

Junior fui, & senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus qværens panem.

Versio Lutheri:

Ich bin jung gewesen/ und alt worden/ und habe noch nie gesehen den Gerechten verlassen/ oder seinẽ Samen nach Brodt gehen.

Admodum notum est illud Psalmi 37, 25. *Junior fui & senui, nec vidi justum derelictum, nec semen ejus qværens panem.*

Excipiunt & quærunt multi, quod viderint probissimos sæpe egere, imo prætendunt contrarium huic oraculo illud, qvod supra explicavi, Prov. 24, 16. *Justus septies cadit,* hoc est, sæpius ad extremam inopiam, & in maximas rei Oeconomicæ difficultates pervenit.

Justus describitur Psal. 37, 1. In genere.

Procedat igitur pius lector juxta ordinem duarum regularum hoc tractatu unice inculcatarum. Et qvia juxta *primam* regulam quoad voces & phrases nihil occurrit difficultatis, iccirco juxta *secundam* regulã urgeantur ipsi contextus. Legatur integri Psalmi integer contextus, & reperietur, describi *justum* 1. *in genere,* qvi non facit iniqvitatem; qvi sperat in Jehovah; facit bonum; inhabitat terram; delectatur in Jehovah; volvit super Jehovam viã suã; qvi tacet Jehovæ, nec commovetur propter felicitatem impiorum; nec consentit impiis, qui studet humilitati; qui res suas œconomicas justis modis auget.

Quæ

Qvæ omnia colligentur ex oppositione pii & impii à primo versu Psalmi 37. usqve ad 21.

2. *In specie*, qvi mutuum accipit & reddit; qvi donat; qvi dat; qvi omni die donat & mutuo dat. De tali autem justo, seu probo, seu pio viro, qvi præter reliqvam sanctam vitam *imprimis* commiserationis erga proximum affectione conspicuus est & libenter dat mutuo, libenter pauperibus succurrit, Spiritus S. pronunciat, qvod non derelinqvatur, & qvod semen ejus non qværat panem, qvod ejus semen sit futurum in benedictione, qvod hæreditate accipiet terram, & habitabit in seculum super eam. *II. In specie*

Referunt aliqvi nostratium, Hieronymum diligenti meditationi harum rerum incubuisse, idcirco etiam omnes historias evolvisse, nec reperisse ullum exemplum, qvod subita & mala morte perierit ullus misericors & beneficus. Atqve huc pertinent sacrarum literarum monumentis insperfæ promissiones divinæ, supra modum divinæ, benedictionis multiplicis plenissimæ, Psal. 41, 1. *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, v. 2. *Jehovah custodiet eum, & vivificabit eum, beatus in terra, neq; tradet eum in manus inimicorum ejus*. v. 3. *Jehovah fulciet eum super lectũ doloris, omne cubile ejus vertisti in infirmitate ejus*. LUTHERUS reddidit hoc pacto: **Der HERR wird ihn erquicken auff seinem Siechbette / Du hilffst ihm von aller seiner Kranckheit.** *Hieronimus dicitur ex historiis evolutis omnibus non reperisse exemplum male mortus benefici.*

Hac promissione beneficis & liberalibus proposita quid poterit dari dulcius, qvod DEUS velit cruciatum morbi levare, & morbum prorsus delere beneficis propter misericordiam, qvam egenis præstiterunt. Ubi per oppositionem accurate argumentari licebit, DEUM non levaturum molestias morborum, nec morbo deleturum istis, qui sunt inhumani, immisericordes & difficiles erga miseros. Et facit huc expressum illud Proverb. 21. vers. 13. *qvi obturat aurem suam ad clamorem pauperis, etiam ipse clamabit, & non exaudietur*. Similis pulcherrima oppositio est in his duobus, Matth. 5, 7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam conseqventur*. Et Jacobi 2, 13. *Judicium absque misericordia erit ei, qui non præstiterit misericordiam, & gloriatur misericordia adversus damnationem.*

ORACULUM. LX.
SACRUM.

Dan. 4, 24.

Textus Sanctus cum Versione Benedicti
Ariæ Montani:

pauperum misericordia in tuas iniqvitates & redime justitia in tua peccata Et

וחטיך בצדקה פרק ועויתך במחן ענין ׃

Versio LXX Interpretum sic dicta:

Διὰ τοῦτο βασιλεῦ ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου ὁ Θεός.

Vulgata Versio antiqva:

Qvamobrem rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniqvitates tuas misericordiis pauperum, forsitan ignoscet DEus delictis tuis.

Versio D. Lutheri Germanica:

Darum Herr König laß dir meinen Rath gefallen/ und mache dich loß von deinen Sünden durch Gerechtigkeit/ u. ledig von deiner Missethat durch Wolthat an den Armen/ so wird er Gedult haben mit deinen Sünden.

Placet hoc in loco expendere etiam illud admodum tritum, Dan. 4, 24. Redime peccata tua eleemosynis, &c. Simul etiam unius operæ pretium est, ex eodem considerare & æstimare illa reliqva, qvæ subjicio.

Proverb. 16, 6.

iniqvitas expiabitur veritate & misericordia In

בחסד ואמת יכפר עון׃

Versio vulgata Latina seu antiqva:

Misericordia & veritate redimitur iniqvitas, & in timore Domini declinatur a malo.

Versio

Versio D. Lutheri Germanica:

Durch Güte und Treue wird Missethat versühnet/ und durch die Furcht des HERRN meidet man das Böse.

Ipsa Versio LXX. Interpretum sic dicta, non habet hanc sententiam in hoc decimo sexto capite, sed in præcedente decimo qvinto hæc habet verba:

Ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι, τῷ δὲ φόβῳ κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ.

Luc. 11, 41.

Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ, πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.

Versio vulgata antiqva Latina:

Veruntamen qvod super est, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Versio D. Lutheri Germanica:

Gebt Allmosen von dem/ das da ist/ sihe/ so ist euch alles rein.

In libro Sapientiæ ipsius Jesu, qui fuit filius Sirachi, cap. 3, 30.

Πῦρ φλογιζόμενον ἀποσβέσει ὕδωρ καὶ ἐλεημοσύνη ἐξιλάσεται ἁμαρτίας,

Vetus Latina Versio:

Ignem ardentem extinguit aqva, & eleemosyna resistit peccatis.

Versio D. Lutheri Germanica extat cap. 4. mox sub initium:

Wie das Wasser ein brennend Feuer löscht/ also tilget das Allmosen die Sünde.

QVod attinet ad *primam* regulam, probe observandum est, qvasnam significationes habeant tria vocabula aqud Danielem. Nimirum à חטא & עוה derivata vocabula & peccati & expiationis, adeoque luitionis significationem habent, id est, tam sunt culpæ, qvam pœnæ. Id qvod concordantiæ, & ex Concordantiis lexica aliqvo numero exemplorum confirmatum reddere valebunt. Et *de primo* quidem capimus illa,

1. Vox חטא chatta significat pœnam.

illa, Levit. 20. 20. Peccatum suum portabunt, Ezech. 23. v. 49. Peccatum idolorum portabitis, Exodi 5, 16. Ecce servi tui vapulant, & peccatum populo tuo. In qvibus omnibus est Chatta thema, & accipienda sunt pro luitione

II. vox. עוה *avah.* seu pœna. *De altero* brevitatis gratia remitto lectorem ad lexicon Avenarii, & ad notationem marginalem Lutheri super Levit. 26, qvæ habet in hunc modum:

Gefallen) Das ist/ gleich wie sie Lust an ihren Sünden/ u. Eckel an meinen Rechten hatten/ also werden sie wiederum Lust u. Gefallen haben an der Straffe/ und sagen/ ach wie recht ist uns geschehen/ danck hab unser verfluchte Sünde/ das haben wir nun davon/ O recht/ lieber Gott/ O recht. Und das sind Gedancken und Wort einer ernsten Reue und Busse/ die sich selbst aus Hertzen Grund hassen und anspeyen lehret/ Pfuy dich/ was hab ich gethan. Das gefält denn Gott/ daß er wieder gnädig wird. Darum habē wir das Wort (**Missethat**) verdeutscht/ die Straffe der Missethat/ solchen Verstand zu geben. Sonst lautets/ als solten sie Gefallen an der Missethat haben. Eben so ists auch zu verstehen/ dem Lande gefället seine Feyre/ das ist/ es spricht/ Gott habe Recht in der Straffe/ daß es wüste liegen muß/ um des Volcks willen/ nach dem er sich sehnet Solcher Weise redet auch Jes. 40, 2. Dimissa est iniquitas, id est, placita & accepta pœna pro iniquitate ejus, id est, per CHRISTUM est satisfactum pro ea. *Hactenus verba D. Lutheri.*

III. vox. פרק *parah.* *Tertium* est à themate פרק de quo ex Concordantiarum exemplis iterum recte annotat Avenarius in lexico, *qvod significet* fricare, fricando abrumpere, defricare, quemadmodum pecora affricantes suas cutes arbori seu parieti hoc pacto sordes detergunt, sicut simili ratione ferrugo & quæcunque immundities non nisi acri & diligenti defricatione abstergitur, & sensim abrumpitur, ut aut prorsus evanescat, aut non tantam exhibeat amplius indecoram maculam. Exempla huc facientia duo addam: 1. Reg. 19, 11. Ventus potens fricabit montes, Exodi 32, 2. 3. 24. Defricarunt vel abruperunt inaures aurium.

His præmissis, jam juxta *secundam* regulam contextus sunt urgendi, & circumspiciendum est in prioribus quatuor capitibus Danielis ante omnia de iniquitatibus Nabuchdonosori, propter quas à DEO graviter puniri debuit. Ac ut brevitati studeam, citra dubium de Nabuchdonosoro secundo seu magno intelligenda sunt Danielis capita 1. 2. 3. & 4. In

Peccata Nabuchdonosori. his igitur capitibus Nabuchdonosoro attribuuntur hæc sequentia peccata.

1. injusta homicidia. 1. *Qvod* multos curavit interfici sapientes (in suo quidem genere malos, sed tamen) ultra possibile obligatos, & interfecisset reliquos

omnes

omnes, nisi Daniel intervenisset. Stultus enim postulabat talia à Sapientibus, qvæ non nisi à vero DEo miraculose revelabantur Danieli.

2. *Qvod* oblitus tanti somnii divini, & explicationis ac institutionis Danielis, redit ad priorem vomitum, erigit Colossum, eiq; jubet divinos deferre honores ab omnibus suis provincialibus, & detrectantem qvemvis jubet conjici in fornacem ignis ardentem, cum hoc addito corollario, qvod nec Deus Danielis possit socios Danielis eruere de manibus suis, Dan. 3, 15. *2. incrustatio idololatrica.*

3. *Qvod* exactionibus, tributis & servitiis suos subditos nimium, nimium aggravavit & oppressit. Colligitur illud expresse ex Daniel. 4, 26. hisce verbis: *In fine mensium duodecim Nabuchdonosor in palatio regni Babel deambulat.* v. 27. *Et locutus est Rex & ait: Nonne hæc est Babel magna, qvam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, in gloria decoris mei?* *3. nimiæ exactiones.*

In his verbis latebit aliqvid singulare, nimirum, qvod Rex iste plurimis novis ædificiis urbem Babylonem auxerit, & augustissimam reddiderit, non sine subditorum suorum, aggravationionibus infinitis, non sine suspiriis, non sine lachrymis, sudoribus & sanguinibus suorum subditorum.

Paulatim audiantur historici de Nabuchdonosore magno, & qvidem qvod *ædificationes* attinet, qvarum Danielis Scriptura meminit. Omittam enim bella maxima ab illo gesta, in qvibus ex utraqve parte qvantas fecerit myriades viduarum & orphanorum, sapientes & eruditi dispiciant. Sic igitur de hoc Nabuchdonosoro seu Secundo, seu magno scribit ex vetere alio, & qvidem vetustissimorum qvodam Historico Beroso Josephus historicus lib. 10. c. 11.

Verba Josephi: Meminit ejus & Berosus in tertio rerum Chaldaicarum libro his verbis: Pater autem Nabuchodonosorus, audito, qvod Satrapa, qvem Ægypto & cavæ Syriæ Phœniciæqve præfecerat, à se defecisset, cum non posset amplius ferre labores militiæ, tradita juniori Nabuchdonosoro copiarum parte, jussit hunc contra illum proficisci, qvi collatis signis cum defectore congressus & ipsum devicit, & regiones ejus ad suum imperium retraxit. Interea pater Nabuchdonosorus apud Babylonem morbo absumtus est, cum regnasset annos 12. Nabuchodonosorus vero non multo post patris morte cognita, & constitutis Ægypti & reliqvarum regionum negotiis, demandataqve amicis cura captivorum Judæorum, Syrorum, Phœnicum, & Ægyptiorum traducendorum in Babyloniam cum exercitu & impedimentis, ipse cum paucis per desertum Babylonem properavit. Et cum assumsisset regni administrationem, qvæ interim penes Chaldæos fuerat, & ab eorum primo servata

1. *Insania ædificandi in Nabuchodonosoro. Nota, hic opus fuit multis gravibus laboribus pauperum subditorum.*

erat in ejus reditum, factus est totius paterni imperii Dominus, ac primo omnium captivos recens adductos, per opportuna Babyloniæ loca INCOLONIAS DISTRIBUIT, deinde spoliis bello partis Beli templum, & alia qvædam magnifice exornavit. *Auxit etiam & reparavit* antiqva urbis ædificia, munito & fluminis alveo, ita, ne hostes eo possent uti ad civitatis incommodum. *Tres quoque* murorum ambitus intra urbem extruxit, & totidem foris circumdedit, omnes & coctilibus laterculis. Cumqve *memorabilibus* operibus civitatem munisset, & portas in templorum modum ornasset, paternæ Regiæ contiguam *extruxit aliam Regiam*, cujus substructiones & reliqvam magnificentiam forte supervacaneum esset dicere. Unum silere non possum, qvod tam amplum & superbum ædificium INTER QVINDECIM DIES absolutum est. In hac Regia moles saxeas fornicibus suspendit, *montium* speciem referentes, superne consitas variis arborum generibus, atqve ita celebratos illos HORTOS PENSILES absolvit; eo qvod uxor educata in Media concupisset qvandam patriæ suæ similitudinem. Horum hortorum etiam Megasthenes in qvarto rerum Indicarum volumine meminit, ubi ostendere conatur, qvod hic Rex virtute, & rerum gestarum magnitudine Herculem longe à tergo reliqverit. Subjugasse enim eum & urbem Africæ primariam, & bonam partem Hispaniæ. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro ejus Regis mentionem fecit. *Hactenus verba Josephi historici.*

HORTI PENSILES in aere forsan ad miliare Italicum unum, hoc est ad qvadrantem milliaris unius Germanici exaltari.

2. *Bella Nabuchodonosori.*

Qvanto fervore, qvanto furore omnibus hominibus in terra bellum inferre mandaverit, lege, optime lector, in 1. & 2. & 3. capite historiæ Judith, tanqvam in libro licet non canonico, tamen qvali qvali historico, & inde utcunqve æstimare annitaris, qvantis exactionibus subditos & cunctos homines presserit iste Rax.

Capite secundo sic alloqvitur suum Holofernem: v. 5. *Hæc dicit magnus ille Rex, totius terræ Dominus: Ecce tu a conspectu meo profectus assumes tibi viros viribus suis confidentes peditum ad centum viginti millia, eqvorum v. duodecim millia, una cum eqvitibus, expeditioneq; suscepta invades omnes populos Occidentales, qvod imperio non paruerint meo* (vide istos c. 1.) *illis denunciabis, ut aqvas & terras præparent mihi, qvi in furore meo sim eos invasurus, omneq; solum terræ pedibus copiarum mearũ operturus, qvibus ipsos daturus sim diripiendos; ita ut saucii valles ac torrentes impleant, effusaq; redundent præ cadaveribus ipsorum flumina, tum a. me captivos ex ipsis ad ultimas qvasq; terras abducturum. Tu autem pregressus mihi præoccupabis omnes eorum fines; eosq; tibi deditos mihi in diem redargutionis asservabis.* v. 6. *Qvi vero rebelles erunt, eis non parcet oculus tuus, qvo minus eos in tota terra ad cædem*

direptio-

direptionemq́ exponas. Nam ita vivam ego, & potentia regni mei, ut ea, quæ sum locutus, manu mea perficiam: tu vero cave vel unum mandatorum Domini tui prætereas; sed summa cura conficias, neq́ moram in iis exeqvendis ullam interponas. v. 7. 8. 9. *Egressus est igitur Holofernes cum copiis, & camelorum asinorumq́ ad gestandas sarcinas maximum numerum accepit, ad eamq́ expeditionem oves ac boves, caprasq́ innumerabiles. Ita egressus in viam se dedit, ut Regem Nabuchodonosorum* v. 11. *prægressus omne solum terrarum Occidentalium curribus, eqvitibus, delectisq́ peditibus suis operiret. Profectum est autem una promiscuum vulgus freqventissimum, instar locustarum & arenæ, quæ est in mari; neq́ enim erat multitudo ejus numerabilis.*

Et cap. 3. v. 10. (etsi sese dedunt Holoferni passim, tamen) *ipse devastare omnes fines eorum, lucosq́ succidere.* v. 11. *Erat enim decretum exterminare omnes terræ Deos, ut omnes gentes ipsum Nabuchodonosorum solum colerent, omnesq́ lingvæ ac nationes Deum ipsum invocarent.* Hactenus verba historiæ Judithæ, qvæ, optime lector, altiori indagine à te debent expendi.

PRIMO imaginare tibi talem hostem (à qvo Germaniam nostram custodiat in æternum DEus) irruere, & grassari per Germaniam. Qvantas tum ærumnas subditi miseri passim pati necessum haberent: Nec cogitationibus satis assequi, nec verbis satis eloqui ista aliqvis valebit.

DEINDE, qvanta insania ædificandi in ipso fuerit, audi ex Diodoro lib. 1. c. 4. *Verba ipsius ita habent.* Babylone erat hortus pensilis, juxta arcem, non a Semiramide, sed à qvodam Syro Rege (nihil error iste te moveat) in gratiam pellicis factus. Qvæ cum Persa esset genere, cupiens in montibus videre, juxta morem Persarum, prata, viro persuasit, ut artificio excitaret hortum, qvi arboribus pratisqve patriam repræsentaret. Hujus horti singula latera JUGERIBUS QVATUOR extendebantur. Aditus veluti in monte erat, ædificiis altero in alterum constructis, ut ex eo conspectus longe lateqve pateret. Testudines in solo positæ erant, qvæ totius horti pondus sustinerent: inde aliæ super alias, excrescente semper magnitudine, ædificatæ. Nam superiores, in qvibus horti murorum superficies continebatur, altitudine qvinqvaginta cubitorum eminebant, earum latitudo pedum erat duodecim. Muri magna impensa constructi spissitudine erant pedum viginti duorum, solum hoc modo constabat. Erant positæ lapideæ trabes, longitudine pedum sedecim, sex latitudine, super has pro pavimento stratæ arundines asphalto compactæ. Desuper cocti lateres duplici ordine gypso structi, tertio regulæ plumbeæ, ne qva humiditas ad testudines manaret. Aqvarum insuper receptacula, qvibus humor efflueret. In hoc pavimento congesta humus profunda, ut

Hortus pensilis insigne qvidem sed stultum opus.

Wie manch Mensch muß sich zu todt haben schlagen lassen und zu todt gearbeitet haben.

da, ut magnarum arborum radicibus satis esset, hortum efficiebat. In eo proceræ omnis generis arbores aspectum jucundum reddebant. Lumen quoque adeo testudines invicem præbebant, ut in eis Regia diversoria haberentur. Præterea aquæ ductus occulte fabricatus rigabat hortum. *Hæc ille.*

Ut hac rectius assequaris lector, confer de ejusmodi ædificiis cum perito artifice, & omnia tibi magis ipsemet inculcabit.

Lector, confer cum aliquo peritissimo Patrefamilias, Senatore, Præfecto aulico, & computa, quot sumtus, quot operarii requirantur ad tot monumenta paranda, qualia jam ex Josepho audivisti parata fuisse ab hoc Rege ad tres ambitus murorum intra, & ad tres muros parandos extra urbem in ambitum.

Zwingerus in theatro, Vol. 23. lib. 1. *ex Cœlio, Justino, Plinio, Diodoro aliqua de amplitudine Babylonis in hunc modum adducit*: Babylon muri ambitum habet 300, & 85. studiorum, ejus crassitudinem pedum 32. altitudinem inter turres cubitorum quinquagenum, turrium ipsarum sexagenum, viam super mœnibus tam latam, ut quadrigæ concurrentes facile pertransire possint. Item horti pensiles in figura quadrata, quorum latus quodlibet quaternum est jugerum. Supremum tabulatum ascensus scalares habet, & cochleas ipsis adjacentes, per quos continue aqua ex Euphrate in hortos afferebatur ab hominibus ad hoc ipsum constitutis. Nam flumen mediam urbem interluit, ejus latitudo stadium occupat. Horti super flumine sunt, ubi etiam Beli sepultura est eruta, quam Xerxes eruis, ut fertur. Ea Pyramis quædam erat quadrata ex latere coctili structa, stadii altitudine, cujusque latus stadium obtinebat. Hanc Alexander reparare voluit: sed cum multi laboris esset, & multi temporis (nam solum ad expurgandam terram DECEM millibus hominum duobus mensibus opus erat) quod inceperat, perficere non valuit, Illico enim morbus & mors est consecuta.

Cogita lector.

Item ex Plinio: Babylon LXM. passuum amplexa muris (essent magna milliaria Germanica duodecim, mediocria quindecim) ducenos pedes altis, quinquagenos latis, &c. *Hactenus ex Historicis.*

Ergo, lector, confer cum peritis, utique audies ad tam insana opera, ad hortos in aeris altitudine splendidissimos & amplissimos parandos reqviri sumtos omnino immensos, labores perpetuos & gravissimos. Sicut igitur olim Pharao in ædificandis munitionibus Ægyptiis Judæos aggravavit & exhausit: Ita hic Nabuchodonosor & Judæos captivos & subditos alios in immensum pressit, collegit thesauros regios, ex bellis, spoliis & prædis, ex nimiis tributis, vectigalibus, rapinis, & exactionibus & exossationibus hominum, ædificavit talia ædificia suspiriis, & sangvineis lacrymis subditorum.

Quam

Quam gravia fuerint illa peccata, & quam damnata in oculis Domini, ex ſuo Daniele diſcere potuiſſet, ſicuti nos nunc eadem æſtimamus ex Prophetis,& ex Chriſto. Eſaias 3, 14. dicit de nimiis exactionibus ſui temporis: *Rapina pauperis eſt in domibus veſtris*, ſicuti cap 5. v. 8. & 23. loquitur de falſis judiciis, in qvibus bona ſub prætextu juris eripiuntur juſtis per iniquas ſententias.

Exactiones ſubditorum magna ſunt peccata.

Cap. 1, 23. tales judices vocat *ſocios furum*. Prov. 28, 15. *leonis & urſis* comparantur tales Reges nimia tributa imponentes. Lege etiam & expende totum caput ſecundum Nahumi; Ezechielis 22, 27. *Principes ejus in medio ejus tanquam lupi rapientes rapinam.* Vide Soph. 3. v. 3. Amos 8, 6. Mich. 3, 2. ducibus Iſrael exprobrat, quod *rapiant pellem ſubditorum, & carnem ipſorum ab oſſibus ipſorum*, v. 3. *qvod comedant carnem populi, oſſa quoque illorum confringant, & concidant in lebetem, & velut carnes intra ollam.* Sunt illa horribilia.

Deſcriptio nimiarum exactionũ, qvas ſcriptura vocat RAPINAS.

Sed & Chriſtus eo reſpicit, Matth. 23, 25. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qvia purgatis exteriorem populi patinæq; partem, intus autem plena ſunt rapina & intemperantia.* Fiat jam accommodatio ad magnum illum Nabuchodonoſorum. Is tantis exactionibus, tantis ſervitiis, tantis bellis ſubditos onerans eſt *Leo, urſus & lupus*, qui non tondent pecus, ſicut Tiberius ſuadebat ſuis Præfectis, ſed primo *pellem detrahit, carnem rapit, & devorat, oſſa frangit, ut etiam medullis veſci & frui queat*, hoc eſt, qui ſupra modum tributa exigit, ut nihil relinqvatur ſubditis, niſi perpetua ſuſpiria contra ipſum ad Deum. Eſt is fur, eſt raptor, qui non tantum furatur; ſed vi rapit, exigit, extorquet, ut cogantur plus conferre, quam poſſint & habeant.

Intus omnia plena rapinis.

Prophetæ acerrime invehuntur in rapinas ſeu nimias exactiones.

Si ergo quæras ex Eſaia & ex Chriſto: *Quid eſt in poculo Nabuchodonoſori?* Reſpondet Eſaias & Chriſtus: Eſt rapina pauperis, vinum ſcilicet bibit, quod emit pro pecunia vi erepta pauperibus. Quid pendet ex collo Nabuchodonoſori? Reſpondet Eſaias & Chriſtus: Rapina pauperis, id eſt, aurum quod geſtat, collegit furto & rapinis per nimias exactiones. Horribile eſſe debuiſſet Regi, ſi talia audiviſſet, ſicut omnino audiit, nec tamen curavit. Quid gerit Nabuchodonoſori uxor circa corpus? Rapinas pauperis. Quid ſunt muri circa Babylonem? Rapinæ pauperis. Quid ſunt horti penſiles? Rapinæ pauperis, ſuſpiria pauperis, ſudores pauperum, lachrymæ pauperum, quibus noctes diesq; fuit apud Deum accuſatus Nabuchodonoſorus.

Unde etiam Deus commovetur, ut ſeſe accingat ad puniendum Nabuchodonoſorum. Minatur etiam calamitatem primo Deus ipſe, quod *velit ei mentem adimere* per ſeptem annos, ut inter beſtias vivat, & minatur ideo, ut poſſit interim uti conſilio Danielis, & petere à Deo, ab eoqve impetrare vel omni-

Pœna adverſus Nabuchodonoſorum.

Pertinax impœnitentia Nabuchdonosori, omnimodam pœnarum relaxationem, vel certe magnam mitigationem, id quod tamen Nabuchdonosor non fecit.

Post annum enim integrum ab ista comminatione divina elapsum obambulat in sua Regia, in illis hortis pensilibus, quos *Berosus* novam Regiam vocat, unde totam Babylonem & longe lateque prospicere poterat, superbe exclamat : *Nonne hæc st Babel magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei.* Sed & eadem hora impœnitentem & immisericordem istum Leonem, lupum, ursum, raptorem percussit manus Domini.

Qvomodo potuit Nabuchdonosor pœnam indictam avertere, aut mitigare, Potuisset, inquam, hujus, pœnæ aut omnimodam & plenam relaxationem, aut certe magnam impetrare mitigationem, si consilio paruisset Danielis, cui exactiones, injustitiæ & rapinæ Nabuchodonosori erant notissimæ, quique consilium suum adversus illas ipsas iniquitates dirigebat pie, & prudenter,

Sic enim inquit Daniel: *Rex consilium meum placeat tibi, peccata tua justitia redime, & iniquitates tuas miseratione pauperum, & ecce erit medela delicti tui.* Voces Hebrææ (ut antea dixi) descendunt a radicibus Chatta & Ava

חטא & עוה significat actum peccandi & pœnam. חטא & עוה, & significant tum ipsum actum peccandi, tum pœnam debitã peccatis commissis. Et alicubi dictum est, quod Oseæ 4,8. *Sacerdotes* dicantur *comedere peccata populi*, id est, sacrificia, quæ simul erant quædam & luitiones & expiationes pro peccatis. Item Esa. 53. v. 5. *Christus portavit omnes iniqvitates nostras*, id ex, non ipsa peccata, sed pœnas pro peccatis. In priore loco prius, in posteriore posterius illud ipsum usurpatur vocabulum. Sicut

Justus significat misericordem. Justitia. autem Ps. 37. v. 25. *Non vidi justum derelictum*, justus significat misericordem : Ita quoque hoc in loco :. *Redime peccatorum pœnas* divina comminatinoe tibi indictas *justitia*, quidnam sit, sequenti membro per ἐπεξήγησιν Scripturis valde usitatam declaratur, *Redime peccatorum pœnas tibi indictas gratia*, miseratione, beneficentia erga paupere, nimirum, quos hactenus nimium quantum afflixisti, eorum odium tibi concitasti, unde adversus te suspirarunt.

Redimere peccata qvid sit, Thema item tertium significat liberare, redire, rumpere, ambrumpere. Luc. 1. v. 74. Ut liberemur de manu inimicorum nostrorum Sensus igitur est: Libera, rumpe, dissolve, defrica, absterge pœnas peccatis tuis indictas commiseratione erga pauperes, ut nimirum, si statim benefeceris, & plurimis benefeceris, pro te suspirent ad DEum, sicque deleant suspiria, quæ antea ad Deum contra te emiserunt, Vide, quid lacrymæ oppressorum efficiant, Exod. 22, 22. 23. 24.

Si igitur hoc feceris, nimirum ex metu & reverentia erga Deum illum verum, qui tua peccata novit, qui tibi minatus est has pœnas, qui etiam solus

inferre novit & solet pœnas, tum erit medela delicti tui, ut vertit *Pagninus* erit prolongatio paci tuæ, ut habet *Benedictus Arias Montanus* in opere regio, & rectissime, sic prolongabitur pax tua, pax regni tui, pax vitæ tuæ, pax & salus valetudinis tuæ, manebis in regni administratione & manebis in eodem statu valetudinis, non amittes mentem (qvia in pecus nunquam fuit corporaliter mutatus, ut falso citant, qui defendunt illam lycanthropiam, qvasi statis temporibus mutentur homines in lupos.)

Eleemosyna non justificat, sed prodit veram interiorem fidem, & qvia ex fide proficiscitur sæpe a Deo impetrat relaxationem pœnarum.

Rectissime etiam LUTHERUS reddit: **Laß dir meinen Rath gefallen/ und mache dich loß von deinē Sündē durch Gerechtigkeit/ und ledig von deiner Missethat/ durch Wolthat an den Armen/ so wird Er Gedult haben mit deinen Sünden.**

Præsupponitur vera fides.

Qvod autem præsupposuerit Daniel notitiam, timorem Dei & veram fidem erga misericordiam Dei, ex toto capite qvarto lucidissime patet. Ipse enim Nabuchdonosor recitans somnium suum dicit: qvod *Spiritus Deorum Sanctorum* sit in Daniele, *quod audiverit vigilem sanctum clamore, hoc conclusum esse, ut cognoscant viventes, qvod dominetur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit, det illud, & humilem inter homines constituat super illud.* Item Daniel sufficienter Regem instruxit, Decretum Altissimi esse, quod pervenit ad ipsum de ipso ejiciendo, *donec sciat, qvod dominetur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud, quodq; dixerint, ut dimitterent stirpem radicum ejus, qvia regnum mansurum Regi, donec cognoverit, qvod Domini sint cœli,*

Utique Daniel prolixe Regi inculcavit Dei Altissimi veram notitiam, & beneficia divinitus ipsi antea exhibita, ut in ipso veram fidem redintegraret, conjunctam cum timore erga prædictas pœnas, simulq; docuit esse Deum magnæ misericordiæ, longanimem & patientem, modo præventurus sit multis precibus, seria conversione, & in specie, si veræ fidei, timoris, conversionis sit præbiturus indicium externum, & qvidem tale, unde omnes agnoscant, quod deposuerit illud peccatum, propter qvod hactenus cumprimis per suspiria fuit accusatus apud Deum.

Qvi contra conscientiā aliena retinet, is non agit veram pœnitentiā.

Respexit utiqve Daniel ad morem & statutum Dei, qvi Levit. 6. præcipit, v. 4. *ut qui fefellerunt in deposito, qui rapuerunt, qvi vi extorserunt, reddant illud in solidum cum quinta superaddita parte in die conversionis & oblationis pro delicto isto.* Recte enim alicubi *Augustinus* ex illo loco, *qui alienum retinet, cum reddere possit, is non agit, sed simulat pœnitentiam.*

Huc ad Levitici legem & voluntatem divinam respicit *Zachæus* Luc. 19. qui in sua conversione consilium Danielis plene est secutus. Sic enim dicit Zachæus ad Dominum: v. 8. *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & si qvid cuipiam per calumniam eripui, reddo qvadruplum. Et dixit Jesus ad eum: Hodie salus domui huic contigit eo, quod ipse quoque est filius Abraham.*

Nimirum Zachæus hactens in maximis peccatis versatus fuerat: fuerat Princeps Publicanorum, longe plus ab hominibus exegerat & rapuerat, quam constitutum fuerat, quod publicanis objicit Johannes Baptista, Luc. 3, 13. Hæc vitia exaggerari audiverat à Johannes, & à Christo, audiverat promitti pœnitentibus remissionem peccatorum; unde agnoscit Deum, Deique Messiam, desinit à peccatis, convertitur, metuit pœnas divinas, prævertit iram Dei, & in qvo peccavit, in eodem jam hominibus placere Deoqve satagit, hacqve ratione tanqvam EXTERNO indicio monstrat, serio se intus credere in DEum & Messiam, qvia dimidium bonorum suorum dat pauperibus.

Purgandū prius qvod intra poculum, qvam qvod extra

Qvin Christus ipse simillimum idem consilium communicat Pharisæis, qui injustis modis cumulabant & rapinis suas divitas, Matth. 23, 24. 25. Sic enim ipsos hortatur Matth. 23. v. 26. *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia purgatis exteriorem poculi patinæq; partem intus autem plena sunt rapina & intemperantia. v. 26. Pharisæe, cæce, purga primum qvod est intra poculum & patinam, ut id qvoq; qvod extra est, purum fiat.*

Fulmina sacra adversus injustos pauperum oppressores.

Iterum qvoqve exhorrescere discant iniqvi, injusti & avari Judices, qvi muneribus se patiuntur corrumpi, qvos Esaias vocat *socios furum, raptores rapientes rapinas*, Esai. 1. v. 23. (Vide Lutherum Tom. 2. Germ. Jenensi fol. 490. von Kauffhändeln/) & alii, similibus peccatis inqvinati.

CHRISTUS hoc loco *cibos & potus*, tu adde pro more Scripturis usitato. *pocula aurea, argentea, vestes*, & quæcunque habent alia omnia injuste & violenter parta, vocat *rapinas*, de quibus Esaias cap. 33. v. 1. dicit, qvod *prædantes & rapientes vicissim debeant diripi*, quemadmodum experientia ocularis testatur de ejusmodi maledictis hominibus politicam prætendentibus sapientiam, qva filiis suis nihil thesaurizant, nisi iram Dei.

Deinde consulit ejusmodi raptoribus Christus, ut convertantur, quod non potest fieri nisi per veram fidem, amplectentem meritum Christi, & cum eo æternam vitam, & ut conversionis seriæ signum externum evidentissimum præbeant, *nimirum*, quia rapinis peccarunt, ut contraria virtute beneficentiæ aliorum favorem, precesque & amicitiam contrahant, qvod misericordibus Deus misericordiam etiam (quoad *externas* promeritas pœnas, & qvoad *corporalia bona* concedenda) præstare soleat.

Purga inquit, *quod intus est*, hoc est, si vis edere, bibere, pares tibi cibum & potum justis modis, per labores &modos legitimos, in honorem mandatorum Dei furta & rapinas prohibentium, aut si rapuisti, redde rapta, aut si non potes veris possessoribus reddere, da pauperibus qvibusvis eleemosynas, signa tuæ fidei & veræ conversionis, qvæ omnia alibi locorum in sacris docentur, sic fiet, qvod extra est, purum; sic demum salva conscientia poteritis pocula sæpius lavare. Si vero tantum patinas, & non animam lavabitis, estis immundissimi.

Clarius dicit idem Luc. 11, 39. *Vos qvidem Pharisæi exteriorem poculi patinæq; partem purgatis, sed pars interior plena est rapina vestra & scelere.* v. 40. *Amentes, nonne, qui fecit quod foris est, etiam id, quod intus est, fecit?* v. 41. *Date igitur EA, quæ intus sunt, in eleemosynam, & ecce omnia munda erunt vobis. Quasi diceret:* Metuite Deum vindicem; convertimini, ut vestri misereatur in æternum. Præbete autem externa conversionis signa, contraria peccatis, qvibus hactenus commaculati fuistis. Vos rapuistis; date eleemosynam, & munda erunt vobis pocula, ut iis bona & salva illæsaq; conscientia uti qveatis, sic n. aufferuntur corporales & temporales pœnæ, non a. æternæ.

Neqvaqvam autem in ullis istis oraculis divinis dicitur, qvod opus beneficentiæ hominem absolvat à culpis, liberet à gehenna, justum coram tribunali Christi in æternum faciat, sicut in Veteri Testamento typi mortis & sanguinis Christi, sacrificio, suo modo, realiter expiabant hominem peccatorem Deo qvoad culpam & remissionem æternæ gehennæ, qvod in Levitico clare demonstratur; & sicut sangvis JESU CHRISTI sacrificialium pecorũ sanguinibus olim adumbratus, emundat nos ab omnibus peccatis & æterna salute beat: Sed qvod comparent favorem Dei ad corporalia beneficia nobis indulgenda, & qvod mitigent iram Dei pro corporalibus pœnis non inferendis, aut saltem mitigandis; qvodq; de hominis ipsi beneficentiæ studentis vera interna fide & conversione, ut externa symbola, hoc pacto & homini prudenti & aliis testimonium perhibeant,

Qvomodo eleemosynæ liberent a peccato, qvomodo expient vel tegant peccata, nimirum qvoad pœnas corporales saltem.

Illud Psalm. 37. v. 25. *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem*, utiq; de corporalibus renumerationibus loqvitur, sicut & istud Psal. 41. ut monstrat contextus. v. 2 *In die mala liberabit eum Dominus, vivificabit eum, beatus erit in terra, nec trades eum in manus inimicorum, fulcies eum super lectum doloris &c.* Liberari in periculis, bene esse in terra, sanari, sunt corporalia beneficia.

Sic de Danielis sententia jam prolixe dictum est, qvod ea etiam non nisi a corporales pœnas sese extendat, qvas Deus post conversionem in hac adhuc vita sæpenumero piis infligit, qvanqvam ab aliis pœnæ impropriæ vocari disputentur. Cum igitur Deus Nabuchdonosoro grandia mala externa cor-

poralia, ſeu temporalia minatus eſſet, imprimis furorem per annos multos propter grandia ab eo commiſſa peccata, iccirco Daniel dat conſilium, ut fide ad Deũ convertatur, poſtea a. fidem intrinſecam extrinſecis bonis operibus & ſignis teſtatam faciat, pro qvibus Deus poſſet mitigare aut mutare pœnas corporales, qvas ipſi minatus fuerat. Abrumpe, defrica, inqvit, illas maculas tuas a facie tua eleemoſynis, ut paulatim in conſpectu Dei evaneſcant, ſicut homo ſolet ſputa faciei indurata paulatim defricare. Et ſic prorogabitur tua felicitas temporalis, qva hactenus es uſus. Nihil igitur omnino pro æterna ſalute & juſtificatione impetranda facit eleemoſyna, ſed pro corporali & temporali felicitate obtinenda, & pro avertendis hujus vitæ malis plurimum prodeſt, & ſicut aqva ignem, ita ipſa tales calamitates delet, non in ſe, & ex ſe, ſed ex Dei promiſſione.

Utq; ex apocryphis aſſumam cognata, & explicem illud Tobiæ 4,11. *Beneneficentia eripit a morte, neq; in tenebras venire ſinit,* congruit qvoad expoſitionem per omnia cum Pſal. 41. nimirum benefico Deus corporalem vitam prolongat, ne cito moriatur, id qvod nihil faciat ad æternam vitam.

Qvomodo peccatum tegatur vel abſcondatur ab eleemoſyna.

Sir. 3,30.31. *Sicut aqva ignem ardentẽ extinguit, ita peccatũ expiat miſericors benignitas* (in Græco eſt, propitiat, tegit peccatum, ne corporaliter puniatur.) Imo ſeqvens verſus confirmat hanc explicationẽ; DOMINUS, *qvi gratiam reddit, memor erit in poſterum, ut autor in tempore CASUS SUI* (calamitatis, Prov. 24. *Septies caput juſtus,* in calamitates incidit) *firmamentum inveniat.*

Sirac 29,15. *In cellas tuas conclude beneficentiam, & ea te ex omni afflictione liberabit.* Audi ſeqventem verſum 16. *Magis qvam ſcutum validum, robuſtaq; lancea adverſus HOSTEM pro te pugnabit.*

Haſce ſententias Sirachi filius ex Salomone, ut & alias plurimas expreſſit, & qvidem ex illo Prov. 16,6. *Miſericordia & veritate redimetur iniqvitas.* In fonte eſt Caphar, qſ. diceret: Miſericordia & veritas teget iniqvitatem, ne Deus ejus conſpecta indignitate commotus, prorũpat ad puniendũ pœnis corporalibus

Qvod beneficentia terrenas promiſſiones habeat, alia exempla.

Audi Similia ex Salomone Prov. 22, 19. *Benignus* (liberalis) *oculus ipſe benedicetur, quia dedit de pane ſuo pauperibus.* Et 27,28 *Ei, qui dat pauperi, non erit inopia, & avertenti oculos erit multitudo maledictionum,* Prov. 21,13. *Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, clamabit & ipſe, nec exaudietur.* Confer. lector verſum 5,6,7. c. 16. videbis eos cohærere, & melius intelliges, qvomodo peccata expientur eleemoſynis ſ. beneficentia. v. 5. *Abominatio Jehovæ eſt omnis elatus corde,* qvi deſpicit & opprimit alios) *manus ad manum non erit innocens* (etiamſi confœderentur) v. 6. *Miſericordia & veritate tegetur iniqvitas, & in timore* (iſto) *Jehovæ receditur a malo.* v. 7. *Qvum placuerint viæ viri* (iſtæ) *Jehovæ, etiam inimicos ejus pacatos reddet.* Ecce Lector pulcerrimam declarationem Salomonici ſæpe citati oraculi, ubi omnes promiſſiones extendunt ſeſe ad temporalia, & corporalia beneficia, non vero ad remiſſionem damnationis æternæ, id qvod Pontificii innuere volunt. Aſſu-

Assumam pulcerrimum aliud ex Esaiæ 58, 66. & seqq. *Solve quos impie ligasti, solve, qvos jugo detines, dimitte contritos liberos, disrumpas omne onus.* v. 7. *Frãge esurienti panẽ tuũ, egenos & vagos introduc in domũ tuã, cum videris nudum, operi eum & a carne tua ne abscondas te,* v. 8. *Tunc erumpet qs. aurora lumen tuũ, & sanitas tua cito germinabit, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te;* v. 9. *Tunc invocabis & Jehova exaudiet te, clamabis & dicet, ecce adsum? Si abstuleris e medio tui jugũ desierisq; intendere digitum, & loqvi iniqvitatem.* v. 10. *Cũ effuderis esurienti animã tuã, & animam afflictã saturaveris, orietur in tenebris tuis lux tua, & tenebræ tuæ sicut meridies erunt.* v. 11. *Deducet te Jehovah semper, & saturabit in siccitatibus animã tuã, ossaq; tua impinguabit, & erit veluti hortus irriguus, ac veluti scaturigo aqvarũ, cujus aqvæ non deficient.* v. 12. *Et erũt ex te, qvi ædificent deserta longi temporis, fundamenta generationis & generationis suscitabis, vocaberisq;, sepiẽs rupturam, reductor semitarũ ad habitandũ.* Hactenus verba Esaiæ, qvibus nihil dulcius, verius & sanctius, atq; pro hisce declarandis clarius dici potest, non tantũ cunctis auditoribus, sed & Regibus, ac eorum Præfectis sæpissime & intime inculcanda.

Commiseratio qvasnã habeat corporales & terrenas recompensationes.

Saturari in siccitatibus

Ædificare deserta.

Sensum eundem habet Ps. 112. qvem habet 37. ubi in genere pium, & in specie beneficũ cõmendat. v. 5. *Bonus vir miseretur & commodat, mederatur res suas in judicio.* v. 6. *In seculũ non movebitur, in memoria æterna erit justus,* v. 7. *ab auditione mala non timebit paratũ cor ejus fidens Jehovæ:* v. 8. *confirmatũ cor ejus, non timebit, donec videat in hostibus suis* (qvod optat) v. 9. *Dispergit & dat pauperibus, justitia ejus manet in seculũ, cornu ejus exaltabitur in gloria.*

Non timere a malo rumore.

Verum enim vero sæpenumero externa vocabula sonum hunc videntur referre, qs. beneficentia etiam debeat habere recompensationes cœli vel alterius vitæ. Ubi, si qvam diligentissime attenderis, nihil aliud invenies, qvam 1. *qvod* commiseratione in altera vita coram omnibus electis sit deprædicaturus, qvemadmodum prolixe proclamabit, Matth. 25, 35. seq. sub finem, Esurivi & dedistis mihi &c. 2. *Qvod* eam ibidem aliqvo munere sit beaturus, non tn. qvod propter eam sit gehennam relaxaturus, sed alio ornaturus dono, nobis nunc incognito, 3. *quod* apud Deum nunc illam recompensationem tam certo pii habeant, ac si jam in cœlis essent. Ergo sicuti pietas *in genere* habet promissionem præsentis & æternæ vitæ, 1. Tim. 4, 6. *ita in specie* commiserationem erga pauperes Deus non tantum in hac vita, sed & in credentibus compensabit in altera vita modis, qvi nobis nunc sunt ignoti.

Huc igitur pertinent illa: Matth. 19, 21. *Si vis perfectus esse, vade, vende qvæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Matth. 25, 34. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione Mundi;* v. 35. *Esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere, hospes eram & collegistis me.* Luc. 12, 33. *Vendite, quæ possidetis & date eleemosynam: Facite vobis sacculos, qvi non putrescũt, thesaurũ non deficientẽ in cælis,* & 14, 13. *Cum*

Thesaurum in cælis habet beneficus.

facies convivium, convoca pauperes, debiles, claudos, cæcos: v. 14. *Et beatus eris, qvia non habent retribuere; retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.* Et c. 16,9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

Qvid sit habere thesaurum in cœlo

Qvid autem illud sit *thesaurum habere in cœlo*, tibi satius explicatur Matth. 19. Cum enim versu 21. illa eadem verba usurpasset ad invitandum adolescentem, & vero Petrus responderet, v. 27. *se omnia bona sua reliquisse, & secutum esse Christum*, versu 38. subjicit Christus *vos qui secuti estis me, quum sederit Filius hominis in throno gloriæ suæ sedebitis & vos super thronos duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*; v. 29. *& qvi reliquit omnia, centuplicia accipiet, & vitam æternam hæreditatis jure possidebit.* Nimirum *sicuti* Apostoli propter tam fideles operas fama in hac vita præ aliis augustissima, & simul in altera vita in lustratione Ecclesiæ post Christum proximi & secundarii qvasi judices seu potius testes conspicientur, tunc terribiles qvoad aspectum futuri hostibus; sed cum magna congratulatione excipientur à credulis & obedientibus: *ita* in altera vita sæpissime à Christo & Sanctis publica voce deprædicabuntur beneficia præstita per bonos pauperibus.

Judicare duodecim tribus est compensatio, non autem est justificatio, aut remissio culpæ æternæq; gehennæ.

Qvanqvam simpliciter poterat dici, *habere eos thesaurum in cœlo*, hoc est, apud Deum, sicut Matth. 23,22. Christus in alio negotio explicat, *qui jurat per cœlum, jurat per thronum Dei. & per eum, qui sedet super ipsum.* Hæc est illa receptio in æterna tabernacula, qvam adhuc appositissimo qvodã exemplo illustrabo. Act. 9,36. *Joppe fuit discipula* qvædam Tabitha, dives operum bonorum & eleemosynarum, qvas præstabat. v. 37. *Factum autem est, ut morbo correpta moreretur, qvam laverunt, & posuerunt in cœnaculo* (ut sepelirent. Sed interim opportunum aliqvid contigit) v. 38. *Cum autem Lydda esset prope Joppen, discipuli audientes, qvod Petrus esset in ea* (ibi faciens miraculũ in paralytico) *duos viros miserunt ad eum precantes, ne cunctaretur venire ad se* (volebant enim unanimiter rogare, ut hanc mortuam excitaret, voluerunt eam per Petrum vivificare seu reducere in vitam. Id qvod etiam factum fuit) v. 39. *Exurgens autem Petrus venit cum eis, quem, ubi affuit, duxerunt in cœnaculum, ubi estiterunt ei viduæ flentes & ostendẽtes tunicas & pallia, qvæ faciebat, qvum esset cum ipsis Tabitha.* v. 40. *Ejectis vero omnibus foras, Petrus positis genibus oravit, & conversus ad corpus dixit: Tabitha surge. Illaq; aperuit oculos suos, visoq; Petro resedit.* v. 41. *Data autem ei manu erexit eam, & vocatis sanctis ac viduis sistit eam vivam. Qvemadmodum* igitur sensu optimo sancti & viduæ istæ perhiberi possunt excitasse seu vivificasse Tabitham, dum eleemosynarum ipsius collaudatione commoverunt Petrum ad excitandam eam: *Ita* qvoq; in extremo die pauperes deprædicando aliorũ innumera beneficia, dicuntur recipere eos in æterna tabernacula, qvos tamen Christus recipit commotus vera fide illorum, qvam illi tum aliis bonis operibus, tum beneficentia in hoc mundo erga omnes spectandam exposuerunt.

Historia de Tabitha benefica.

Beneficentia Tabithæ

Jacet

Jacet adhuc scrupulus Proverb.13,8. *Redemtio animæ viri divitiæ ejus, pauper autem non audit increpationem.* Sed audi & conjunge simul antecedentem versum: *Est, qui se divitem ostentat, & non est ei qvicqvam*, hoc est, multi jactant divitias falso) *est qui pauperem se ostentat, & divitiæ multa ei* (hoc est, quidam se pauperrimos simulant.)

Jam reassumet utrumqve illum hactenus indigitatum. *Redemtio animæ viri divitiæ* (qvi jactavit divitias, etsi non habet, tamen sæpe redimit animam suam, exempli gratia pollicitus latronibus mille florenos, cum nec mille habeat nummos) *pauper autem non audit increpationem* (dives simulans paupertatem non potest corripi, non flectitur minis vel precibus, qvia clandestinis suis satis fidit divitiis.)

Eodem modo procede, Lector, in aliis oraculis Salomonicis enucleandis, qvæ per se magnam spirant difficultatem, & magnum interpreti facessunt negotium; sicus & liber Ecclesiastes dictus, Cantica Canticorum, Psalmi, liber Jobi, id qvod nemo æstimat, nisi istarum rerum experientiam tentaverit multiplicem. Erudito & sapienti interpreti sat dictum. Hoc enim verbum non capiunt omnes. *Libri Scripturarum sacrarum difficiles.*

ORACULUM LXI.
SACRUM.

Luc. 7, 47.

Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ.

Remittuntur ei peccata multa, qvia multum dilexit.

Ihr sind viel Sünde vergeben/ denn sie hat viel geliebet.

OCcurrit hoc in loco explicandum etiam istud Luc. 7. v. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Et qvia juxta *primam* regulam non opus est prolixiore declaratione, cum omnia verba sint clarissima, idcirco properandum est ad operationem juxta regulam *secundam.*

Aspiciantur autem iterum antecedentia à versu 36. usqve ad finem: qvia hæc omnia uno individuo connexu cohærere, qvilibet etiam laicus deprehendet & judicabit.

Ergo rogaverat qvidam e Pharisæis, ut vesceretur JESUS cum eo, & JESUS ingressus domum discubuit. v. 37. *Et ecce mulier, qvæ fuerat in urbe peccatrix* (non autem amplius erat, sed nacta remissionem peccatorum, adeoqve jam antea per fidem justificata, ex sola gratia DEI) *qvum cogno-*

Parabala ostendit manuductionem pro vero intellectu oraculi propositi.

visset, qvod accubuisset in domo Pharisæi, gratitudinem externo facto declaratura, *allato alabastro ungventi, v. 38. & stans ad pedes ejus retro, flens cepit lacrymis rigare pedes ejus, & capillis suis extergebat & deosculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. v. 39.* Cum igitur illud vidisset Pharisæus, qvi vocaverat eum, ait apud se, dicens: *Hic si esset Prophcta, nosset, quæ & qualis sit ea mulier, quæ tangit ipsum, nam est peccatrix* (imo non amplius erat) v. 40. *Tunc respondens Jesus dixit ad eum: Simon, habeo quiddam, quod tibi dicam*: v. 41. *Duo debitores* (hæc mulier, & Simon ambo fuerunt peccatores, ambo non amplius sunt peccatores) *erant cuidam creditori*; CHRISTO & DEO) *unus* (mulier maxima peccatrix & infamis) *debebat denarios quingentos, alter vero* (Simon justior, sibi visus præ muliere peccatrice & infami meretrice) *qrinquaginta* v. 42. *Cum autem illi* (ambo gratuitam expectantes laxationem) *non essent solvendo, gratificatus est utrisq;* (Nota Lector, dicit CHRISTUS, qvod jam modo mulieri & Simoni sint gratis remissa peccata, utiqve propter meritum CHRISTI, fide apprehensum: & jam oritur nova qvæstio de gratitudine CHRISTO exhibita ab utroqve isto debitore, his verbis) *Horum igitur dic, uter tum plus diligit?* v. 43. *Respondens autem Simon dixit* (nondum olfaciens qvod contra seipsum sit pronunciaturus sententiam) *existimo, qvod is* (meretricia mulier, intellige lector) *cui plus gratificatus est. At ille ait: recte judicasti.* v. 44. *Et conversus ad mulierem* (qvæ plus debebat, cui plus etiam jam jam modo fuit remissum, facta enodatione & applicatione) *ait Simoni: Vides hanc mulierem, ingressus sum in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti* (qvia putas te non tam magna habuisse peccata, nec tibi tam multa à me esse remissa peccata) *hæc autem* (plurima agnoscens sua peccata, & confessa sibi à me majora remissa, qvam tibi, plus gratitudinis mihi voluit exhibere) *lacrymis rigavit pedes meos* (externo facto magno testata internam animi gratitudinem erga plurimorum peccatorum ipsi a me jam antea gratis datam remissionem. Eandem sententiam duabus aliis dissimilibus indiciis judicandam profert) v. 45. *Osculum mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intravi, non intermisit osculari pedes meos*, v. 46. *oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos.* v. 47. *Qvapropter dico tibi, Remissa sunt ei peccata multa* (non adhuc est peccatrix, sicut tu judicas; jam enim modo ego ipsi remisi omnia peccata. Et qvia Ego ei remisi multa peccata, iccirco voluit majorem mihi gratitudinem exhibere, qvam tu fecisti, qvi tibi videris minus habere peccatorum præ illa) *ὅτι ἠγάπησε πολύ: iccircò multum dilexit* (iccircò plura mihi externa signa grati animi exhibuit præ te) *cui autem paululum remittitur* (sicut tibi factum esse judicasti) *paululum diligit* (sicut tu mihi minora & pauciora præ muliere exhibuisti.)

Ex

Ex his ad oculum patet, qvod ſenſus Chriſti ſit ille, Mulierem JAM multum diligere Chriſtum, qvia Chriſtus mulieri ANTEA plurima remiſit delicta, & Phariſæum jam minus diligere, qvod ſibi putet antea minus peccatorum eſſe remiſſum: Non vero ille eſt ſenſus, Antea multum dilectionis habuiſſe mulierem, & jam Chriſtum iccirco ei remittere peccata & æternam gehennam.

Denuo autem repetit Chriſtus antea factam remiſſionem, *remiſſa*, inquiens, *ſunt tibi peccata*, qvaſi diceret; Simon non recte judicat te eſſe adhuc peccatricem.

Τὸ ὅτι dictionem Græcam qvod attinet, illa varias habet ſignificationes, ſcilicet pro variis circumſtantiis, variisq; contextibus. Tota autem συνάπτεια non patitur aliam interpretationem, ſive hanc ſive aliam applices τȣ̃ vocabuli ὅτι ſignificationem. Notum enim eſt, remiſſionem gehennæ eſſe gratuitam, & dilectionem DEI & proximi eſſe effecta veræ fidei. *Τὸ ὅτι qvid ſignificet.*

Si enim retinueritis hunc ſenſum: *Remiſſa ſunt ipſi peccata multa, qvia dilexit multum*, vel, *qvoniam dilexit multum*, ſeqvitur præceſſiſſe dilectionem, & nunc ſeqvi remiſſionem, id qvod eſt contra intentionem & ſcopum Chriſti. Qvamprimum enim Simon intra ſe ſuſpicatur, hanc adhuc eſſe peccatricem, Chriſtus illico eam defendere ſatagit, & contrarium probat, quod non amplius ſit peccatrix, ſed qvod remiſſionem peccatorum ſit nacta, idq; facit ex effectu magnæ fidei, qva antea datam magnam remiſſionem peccatorum eſt amplexa. Seqveretur item Simonem tunc nondum accepiſſe remiſſionem peccatorum, cum tamen omnino acceperit, ſicut Chriſtus exprimit, *Creditorem utriq; gratificatum eſſe debita.*

ORACXLUM LXII. SACRUM.

1. Johann. 3, 14.

Οἴδαμεν, ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τȣ̃ θανάτȣ εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς.

Nos ſcimus, qvoniam translati ſumus de morte in vitam, qvoniam diligimus fratres.

Wir wiſſen/ daß wir aus dem Todt in das Leben kommen ſind/ Denn wir lieben die Brüder.

EOdem pacto explicandus eſt ſenſus iſtius, 1. Johan. 3. v. 14. *Scimus, qvod translati ſumus ex morte in vitam, qvia diligimus fratres*, Pro vero autem

ſenſu

ſenſu obtinendo clariſſime inſpiciendo, tantummodo legantur anteceden-tia & conſeqventia.

Poteram contextum inchoare à primo ſtatim capite, aut etiam à verſu ſeptimo capitis ſecundi: Sed brevitati ſtudebo, exorſurus à 27. verſu capitis ſecundi.

Nota lector, qvam alte lectionem antecedentium & conſeqventium exordiri debeas.

Qvo enim altius exordieris, optime lector, æſtimationem antecedentium, & qvo plura adjunxeris conſeqventia, eo majorem lucem videbis ex utrisqve ſplendere ad agnoſcendam loci cujuscunqve intermedii & tibi propoſiti veram intelligentiam. Qvo vero exordieris propius, & citius deſines, eo minus aſſeqveris genuinum intellectum. Viel heben in explicationibus gar zu niedrig an.

Sic ergo Apoſtolus habet: v. 27. *Sicut docui vos, manebitis in eo,* v. 29. *ſi ſcitis, qvod juſtus, noſtis, quod quisquis exercet juſtitiam, ex ipſo natus eſt.* Et cap. 3. v. 7. *Filioli, nemo vos ſeducat, qui exercet juſtitiam juſtus eſt, ſicut ille juſtus eſt.* v. 8. *Qvi committit peccatum ex Diabolo eſt.* v. 9. *qvisqvis natus eſt ex Deo,, peccatum non committit* (nimirum indeſinenter contra conſcientiam, qvod vult contextus) *qvoniam ſemen ipſius manet, nec poteſt peccare, eo, quod ex Deo natus eſt:* v. 10. *per hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii Diaboli, quisquis non exercet juſtitiam, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum.* (Hic jam ſatis habes lector, qvi non diligit fratrem, is non eſt ex Deo, non habet ſemen DEI, nondum ſcilicet habet fidem, nondum eſt converſus. Ergo fides in converſo eſt cauſa, cujus effectum eſt dilectio fratrum. Sed perge) v. 11. *Qvoniam hoc eſt nuncium, qvod audiſtis a principio, ut diligamus alii alios.* v. 12. *Non ſicut Cain, qvi ex malo erat, & occidit fratrem ſuum, qvia opera ejus mala erant, fratris a. juſta; nos ſcimus, qvod translati ſumus ex morte in vitam, quia diligimus fratres, qui non diligit fratrem, manet in morte, &c.*

Plusqvam perſpicuum ex his poſterioribus verbis evadit, (nimirum, *ſcimus, quod translati ſumus ex morte in vitam, qvia diligimus fratres,* & vice inverſa, *qui non diligit fratrem, manet in morte*) qvod dilectio fratrum ſit ſignum fidei & converſionis veræ ad DEum; & qvod odium fratris ſit certiſſimum τεκμήριον hominis nondum vere converſi. Non igitur ex morte in vitam transferimur propter dilectionem: Sed dilectio teſtatur, qvod ſimus translati antea ex morte in vitam.

Chriſtiani debent animas ponere pro fratribus.

Addit: *Sicut ille animam ſuam pro nobis poſuit, ita nos debemus animas ponere pro fratribus,* (non qvod poſſumus λύτρα ſolvere pro fratribus; ſed, ſicut Chriſtus nec vitæ ſuæ propter nos pepercit, ita neqve nos in ſuo gradu qvicqvam odiorum, ſumtuum, ſudorum parcere debemus, qvo minus propter fratres audacter compellemus injuſtum Regem, aut alium potentem fratri damna inferentem.

Seqvi-

Sequitur: *Filioli mei, ne diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Et per hoc cognoscimus, qvod ex veritate sumus, & coram ipso secura reddentur corda nostra* (diligite ex corde non simulanter, sic cor vestrum habet bonam conscientiam, & certi eritis, qvod vere translatis sitis de morte in vitam) *Nam si contemnet nos cor nostrum, potentior est Deus corde nostro, & novit omnia. Si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam praecepta ipsius custodimus.* Sensus est: Si simulanter fratrem verbis diligimus, & adeo in corde nostro damnamur a corde nostro simulationis, qvanqvam putamus nos fallere posse, tamen DEus potentior est, & novit illam simulationem, & nos petentes non exaudiet; sed si cor & conscientiam habemus puram, poterimus cum fiducia accedere ad DEum, & quæ petimus, impetrare, &c.

Fidem internam prodit externa, sed tamen sincera & ex corde profecta dilectio

Verba, Si cor nostrũ nõ condẽnet nos &c. explicanda sunt de simulationis condemnatione, non conscientia de peccatis.

Aliqui illud, *Si cor nostrum condemnet nos, DEus est potentior, & novit omnia,* exponunt hoc sensu: Si cor nostrum testatur de nostris peccatis, & metuit damnationem, tum Deus est potentior, & potest & vult nos ab omnibus peccatis liberare, is novit & potest omnia. Sed præter specialem mentem Apostoli hoc faciunt & interpretantur.

ORACULUM LXIII.
SACRUM.

Matth. 5, 46.

Græcus Textus:

Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε:

Versio Latina:

Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?

Versio Lutheri:

So ihr euch nur zu euren Brüdern freundlich thut / was thut ihr sonderlichs?

DENIQVE recompensationes beneficentiæ, ut & aliorum piorum operum in sacris scripturis solent vocari MERCES. Id qvod ideo diligentius observari debet; qvod aliqvi ex adversariis conentur evincere velle, quasi ipsa vita æterna proprie loquendo dicatur Merces.

De Vocabulo MERCEDIS.

Matth. 5, 46. Luc. 6. a versu 27. ad 36. inculcatur dilectio etiam inimicorum; & de hac virtute dicitur: *Si dilexeritis eos, qvi diligunt vos, qvam*

MERCEDEM habebitis, nonne & publicani idem faciunt? Estote vos perfecti (magis addicti præceptis divinis æmulandis) *sicut pater vester, qui in cælis est, perfectus est, & facit, ut Sol oriatur super justos & injustos, & ita erit merces* (compensatio pro hac dilectione inimicorum) *multa*, idque DEus compensat beneficentia, & in altera vita, juxta modum paulo ante monstratum.

Merces pro compensatione dilectionis inimicorum, non fidei.

Vide etiam Proverb. 25, 21.22. *Si esurierit inimicus, ciba illum pane, prunas congeres super caput, & Jehova reddet tibi vel compensabit tibi.* Boni ipsi vel reddunt vel reprecantur bonum: quod malis fit bene, DEus singulariter hic & in altera vita restituet, vel tanquam mercedem seu recompensationem seu gratiam retribuet. Maxima est charitas, quæ exercetur erga hostes, Rom.5,6. & seqq. eo etiam majore compensatione digna. Cæterum Deus ex magna gratia, non ex debito congruo beneficentiæ & eleemosynis miserationiq; pauperum tanta promittit & reddit præmia, seu compensationes, unde nec propriissime MERCES dici possunt.

In Parabola Matth. 20. MERCES accommodatur compensationi, qvæ speratur ab Apostolis pro laboribus docendi & Apostolatus, non pro fide in meritum JESU CHRISTI. Percurre omnia, benevole lector, a 16. versu capitis 19. apud Matthæum usque ad 17. versum capitis 20. Ex occasione quadam quærit PETRUS, v.27. *quid accepturi sint pro eo, qvod omnia dereliquerunt, & secuti sunt Christum, facti q; Apostoli*, uno verbo, quid accepturi sint pro munere Apostolatus exantlato, non quid accepturi sint pro fide in meritum CHRISTI? *Respondet CHRISTUS: centuplicia accipient*, modo in officio ad finem sint diligentes & constantes; nec sicut qvidam murmuratores operarii (intelligebat Petrum) qvibus merces ista centuplicium recompensationum supra explicatarum iccirco displicebat, quod omnibus ex æquo conferretur. Compensatio igitur pro labore Apostolico, non pro fide in meritum Christi dicitur Merces. Etsi vero in textu additur, post illa centuplicia, *Et vitam æternam*, tamen illico etiam subjicitur, *hæreditatis jure possidebit*, nimirum sicut Apostolus nos facit vitæ æternæ hæredes, Rom. 8, 17. ubi hæreditatem non ex mercede propria sic dicta, sed ex gratia & dono a parentibus in obsequentes liberos conferri notum est. Quin etiam, quia, ut jam dictum est, Deus nemini debet mercedem proprie sic dictam, iccirco, apud Lucam modo merces, modo gratia vocatur compensatio tum pro illis ipsis laboribus Apostolatus, tum pro patientia in negotio confessionis ab Apostolis & aliis præstita, non vero pro fide ipsa in Christum, & meritum ejus. Immo ut planius constet, quod in hoc negocio MERCES non sit stricti debiti, sed arbitrarii promis-

Merces pro compensatione laborum Apostolicorum, nō fidei.

Mercedem non esse stricti debiti, sed arbitrarii promissi, probatur.

promiſſi compenſatio, ecce Apoc. 22, 12. *Ecce venio cito & merces mea mecum eſt, ut reddam unicuique, prout opus ipſius erit.* Et in Epiſtola Judæ verſu 11. *Viam Cain ingreſſi ſunt, & deceptione mercedis, qva deceptus fuit Balaam, effuſi ſunt.* Quod in his ſit merces, tum ex Deut. 28. tum ex Num. 22. erit vivendum. Ibi enim legem non prævaricantibus promittuntur multiplices & variæ benedictiones, id quod convenit cum eo, quod paulo ante mercedem & gratiam pro uno ſumi, patuit. Hic vero quid merces Bileami ſit, illud ex Num 22, liquidum evadit. Etenim Num. 22, 17. legati Balaac regis hoc pacto exuscitant Bileamum, verbis regis ſui: *Honorando honorabo te valde, & qvicqvid dixeris mihi, faciam,* atque continuo reſpondet Balaac, v. 28. *Etiamſi daturus mihi ſit Balaac plenam domum ſuam argento & auro, non poſſum transgredi ſermonem DOMINI.* Ecce merces eſt honor, eſt recompenſatio, eſt præmium arbitrarium, non vero ſtrictum & conſtitutum definitumque debitum. Hinc 2. Pet. 2, 15. Bileam ſcribitur *amaſſe mercedem iniqvitatis*, hoc eſt, compenſationem, comminationem, præmium, pœnam, maledictionem, ſic merces pietatis erit compenſatio, promiſſio, benedictio, præmium pietatis. Vide etiam 1. Cor. 3, 14. 15. *Si cujus opus manebit, mercedem accipiet, ſi cujus opus exuſtum fuerit, damnum faciet,* hoc eſt, illi compenſabitur, hic vero carebit præmio, ſummatim, quia gratia & merces pro uno & eodem accipi conſtat in allegatis locis, iccirco tandem manet illud Rom. 4, 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, ſed ex debito.* At piis præmia pro pietate imputantur ex gratia, qvæ interdum merces vocatur; ergo tum imputantur ex debito. Et quod caput rei eſt, etiamſi diceretur ipſa vita æterna MERCES, tamen alio ſenſu dici non poſſet, quam ſenſu DOMINI, promiſſi præmii, ſeu compenſationis promiſſæ, quemadmodum ex capite 4. Roman. plus quam ſatis ocularitet demonſtratur: Lutherus Matth. 5, 46. ut ſæpe alias, ita hoc loco ſenſum reddit, Was thut er ſonderlichs/ nimirum, das zu belohnen iſt/ ex verſu 45 præcedente. Et tantum de illis.

Qvo ſenſu vita æterna Merces ſit.

ORACULUM LXIV.
SACRUM.

Rom. 13, 8. 10

v. 8. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλυς, γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

v. 10. Ἡ ἀγάπη τῦ πλησίον κακὸν ἐ κατεργάζεται, πλήρωμα ὖν νόμυ ἡ ἀγάπη.

Latina Versio:

v. 8. Nemini qvicqvam debeatis, nisi ut invicem diligatis, qvi enim diligit proximum, legem implevit.

v. 10. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis est dilectio.

Versio Lutheri:

v. 8. Seyd niemand nichts schuldig/ denn daß ihr euch unter einander liebet/ denn wer den andern liebet/ der hat das Gesetz erfüllet.

v. 10 Die Liebe thut dem Nächsten nichts böses/ So ist nun die Liebe des Gesetzes Erfüllung.

HUc referam illud Rom. 13. v. 8. 10. *Qui diliget proximum, legem implevit, Et impletio legis est dilectio.*

Lege iterum antecedentia & consequentia, quia totum 12. & 13. capita ad Romanos maximo glutine cohærent. Sed, ut brevitati studeam, incipiam contextum a cap. 13.

Ante omnia vero notetur, Apostolum jam non versari in eo, ut doceat, quod per fidem apprehendi debeat meritum Christi, qua sola justificamur, sed quod versetur in inculcandis bonis operibus, quæ sunt signa, & in suo sano sensu effecta veræ fidei. Hæc a nobis vult præstari & necessario præstanda statuit, non quod necessaria sint ad salutem, sed propter voluntatem ac mandatum Domini. De fide justificante docuit gravissime capitibus prioribus hujus Epistolæ ad Romanos. *Deinde* notandum, quod bona opera in nullo homine possint esse perfecta, & quod tamen DEUS ea ipsa accipiat pro perfectis, quia persona merito Christi confisa placet DEO, & quando persona pia non tantum externo colore, uti Pharisæi, superbit, sed interna quoque curat, juxta interpretationem Christi, Decalogum aliter explicantis, quam Pharisæi faciunt. Sed & rem: *Nemini quicquam debeatis* (Vos fide justificati, & jam modo gratiam DEi & remissionem peccatorum adepti,) *Nemini quicquam debeatis, nisi ut alii alios diligatis* (quemadmodum toto 12. capite & initio 13. species recenset, ut inter nos versemur; sicut diversa membra in corpore sibimet mutuo prosunt; ita cupit, ut simus boni erga lætos, erga tristes, erga amicos, erga hostes, erga magistratum, honore & opere, & jam concludit) *nemini quicquam debeatis, nisi ut alii alios* (singulos in suis gradib9

juxta

juxta species jam dictas) *diligatis.* *Nam qui diligit alterum* (sincere & ex corde in suo qvovis gradu, in speciebus jam singulis breviter indigitatis) *legem implevit* (observavit legem juxta declarationem Christi Matth. 5. non tantum in externis, ut Pharisæi solebant legem aspicere, sed etiam ex corde.

Etsi vero nemo potest intima singula legis mandata perfectissime intelligere, & perfectissime servare: tamen sicut in veteri Scriptura *perfecti toto corde* fuisse dicuntur, qvi facienda pro virili fecerunt, & Deo vero alium Deum non prætulerunt, & qvi post pœnitentiam grandia peccata sedulo vitarunt, ita eosdem in nova hac Scriptura similes pios Apostolus vocat *expletores legis.* *Expletores legis.*

Vide lector, Reg. 15. v. 3. ubi initium dicitur, qvod *Abiam non fuerit cor perfectum cum Jehova Deo suo, sicut cor Davidis patris sui*, v. 4. *& qvod tamen ipsius regnum Deus stabiliverit, quod fecisset David, quod rectum erat in oculis Jehovæ neq; declinasset ab ullo eorum, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, præterquam in re Uriæ Hetthæi.* *Perfecti toto corde qvomodo dicantur.*

Et 2. Regum 23, 25. *De Josia, quod similis illi non fuerit ante ipsum Rex, qui reversus sit ad Jehovam, toto corde suo, & tota anima sua, & totis viribus suis, juxta universam legem Mose, nec post eum exsurrexerit similis illi.* Eodem pacto dicuntur legem implere Apostolo, qvi vivunt juxta admonitiones suas paternas de omnibus propositis mandatis, nec scandalosis, clandestinis, vel publicis molitionibus majoribus contra conscientiam alteri nocent contra secundæ tabulæ (de qva ibi proprie agit) præcepta. Si enim primæ tabulæ legem implevisse scribuntur veteres paulo ante allegati, qui Deum pro virili dilexerunt; qvanto magis secundam tabulam implevisse ab Apostolo censebuntur, qvi pro virili præcepta secundæ tabulæ juxta Christi expositionem à Pharisæorum perfunctoria declaratiuncula maximopere discrepantem observare studuerunt. *Apostolus de secunda tabula loqvitur, qvando dilectionem proximi vocat impletionẽ legis.*

Loqvitur autem, ut dixi, Apostolus de secunda tabula. *Sic enim statim subjungit: Siquidem illud: non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniũ dices, non concupisces, & si qvod aliud mandatum in hoc sermone summatim comprehenditur, nempe diliges proximum tuum sicut teipsum, charitas proximum non afficit malo; expletio itaq; legis est charitas.* Hactenus verba Apostoli. qvibus monet, ut proximum damno non afficiamus, Diabolicis repetitis contra conscientiam grandibus peccatis etsi interim nemo sit, qvi non levibus nævis semper sit obnoxius. Hoc a. studium reqviri ab illis, qvi jam modo fidem habent, & qvibus perspecta est opportunitas, qvod tempestivum sit à somno nos jam expergisci (à vitiis desistere, & in honorẽ Christi justificantis cavere) *nunc enim propius nos est salus, qvam cum* (in spe) *credimus* (nunc edocti de vita Christiana cavendum, ne mala vita elonge-

mur a salute, quam initio audivimus & credidimus) *Nox*(errorum & malæ vitæ ethnicæ)*præteriit, dies autem advenit. Abjiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur habitu, qui luci conveniat.*

ORACULUM LXV.
SACRUM.

Matth. 19, 17.

Εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.

Versio Latina:

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.

Versio Lutheri:

Wiltu zum Leben eingehen / so halt die Gebot.

SEd ut concludam hanc syllogen, addo declatationem oraculi cognati: Matth. 19, 17. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.*

Optime lector, evolve integros conrextus à 16. versu ad 25. apud Matthæum, à 17. ad 28. apud Marcum c. 10. à 18. ad 28. apud Lucam c. 18. Animadvertas autem duo.

1. Quod tunc de Deo & de Messia homines Judæi satis erant edocti, nisi quod Regnum Messiæ sperabant carnale. 2. Qvod hic homo quem Christus alloquitur, fuerit alioquin homo bonus, qui à juventute juxta declarationem Pharisaicam legis sincere studuerit vivere. Quanquam enim tunc Matth. 5. præcepta divina valde mutilabant; tamen sicut hodie inter Pontificios extant plurimi boni, ita tunc inter Pharisæos erant aliqui Deum serio colentes. Iccirco apud Marcum 10, 20. 21. postquam dixerat; *hæc omnia custodivi à juventute, Jesus intuitus eum, dilexit eum,* & voluit eum constituere Apostolum, *Veni*, inquit, *sequere me &c.* Addit Christus: *Uno defeceris*; (ut ad Apostolatum fias aptior) *qvæcunq; habes, vende & da pauperibus*; & in hoc tandem revera deficiebat, nolens divitias deserere, & sic nolens fieri Apostolus.

Sensus Verborū Christi 1. Falsus. 2. Incongruus.

Cæterum quod attinet ad verba proposita, *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, nequaquam* Christi mens est, quasi voluerit docere, homines coram Deo non justificari, nisi bonis operibus.

Deinde nequaquam etiam Christi mens fuit, quasi quærenti, quid FACIAM? omissa Evangelica fide respondere voluerit de FACERE, & ita tantum FACIENDA & SERVANDA monstrare, & hoc ipso simul impossibilitatem operum allegare Christus. Serio & sancte hæc admonuit Christus.

non

non simulate, non ambigue aut perplexe respondit, *sed* talem dedit respon- *3. Verm.*
sationem, quæ & in sese est verissima, & quam omnes concionatores hodie suis inculcare debent auditoribus, *quod servanda & facienda sint mandata, si volunt ad vitam ingredi, ut hoc pacto distinguantur vere credentes a non vere credentibus.* Vere credentes sciunt se justificari sola fide, sed tamen norunt simul, justificatos fide, non debere vivere suis arbitriis juxta suum beneplacitum, in impuritatibus. Hoc enim pacto testificantur, se veram intus habere fidem, qui fides per charitatem est efficax Galat. 5, 6. Fidem habebat hic adolescens, alias a Christo nihil serio amplius edoceri petiisset.

Prorsus similis est ratio Luc. 3. v. 7. ubi omnis turba baptizatur, sed post baptismum susceptum veniunt ordine, & quærunt ibidem ex Johannes 1. turba, 2. publicani, 3. milites, quid jam post baptismũ facere debeant, quibus singulis sua bona opera præscribit, non ad justificationem conducentia, sed justificatorum signa externa infallibilia, ne quis dicat, se credere, & tamen pessime vivat. Quo uno nomine male audiunt nostræ Ecclesiæ apud amicos & inimicos extra & intra Germaniam.

Unum igitur & eundem finem propositum sibi habent, 1. admonitio Christi ista, 2. admonitio Johannis jam dicta. Congruit cum iisdem Jacobus Apostolus cap. 2.

Sed transeo ad alia, & breviora quædam proponam, nec semper prolixe operationem duarum regularum urgebo, cum jam satis iisdem lectorem assuetum esse sperem.

ORACULUM. LXVI.
SACRUM

Psal. 119, 37.

Averte oculos, ne videant vanitatem.

Illud Psal. 119, 37. *Averte oculos, ne videant vanitatem.* vulgo tantum ad conspectum & intuitum fœminarum plerique accommodant. *Non loquitur de solo intuitu fœminarum;*

LUTHERUS vocabulum Hebræum per se generale ad falsam applicavit doctrinam.

Non præter rem propter proxime antecedentia ad avaritiæ objecta etiam referetur. Sic enim præcedit: *Inclina cor meum ad testimonia tua, & non ad avaritiam. Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua vivifica me.*

Qui

Sed doctrinæ & avaritiæ objecto. Applicari qvomodo possit?

Qui ad alia, quam ad falsæ doctrinæ & avaritiæ objecta voluerit traducere, utatur emollitione in hunc modum: Quod de avaritia dixit Psalmus, hoc ego de aspectu & intuitu mulierum non male usurpabo: *Averte oculos, ne videant vanitatem.*

ORACULUM LXVII. SACRUM.

Matth. 5, 28.

Omnis qvi aspicit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo.

Non de concupiscentiæ affectu, sed de adulterio cogitato & concupito.

Illud Matth. 5,28. *Omnis qvi aspicit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo,* intelligendum est de tali aspectu adulteri, certam voluntatem habentis adulterandi, si posset, aliqvam; non de concupiscentiæ affectu, qvantumvis inani, & per phantasian gaudente. Ratio patet ex contextu, quia Matth. 5, 27. 28. sententia jam allegata statim conjungitur cum præcepto de non mœchando, adeoqve necessario exponitur de adulterio cogitato & concupito, & nisi qvid obstiterit, realiter complendo, cui nihil deest, nisi realis completio. Aliud & longe aliud est phantastica imaginatio adulterandi, de qva re non male scribit Lutherus super Matth. 5. Verba Lutheri sese habent in hunc seqventem modum: *Dixeris forsan, hoc*

Lutheri testimonium.

cum ita sit, quod solo aspectu committi possit adulterium, qvid ergo faciendum suadet? Siquidem viris & mulieribus mutua consuetudo inter se exercenda est, & quotidie una vivendum & conversandum? Aut fortasse e mundo est nobis excurrendum, aut aures atque oculi exculpendi & eruendi, & cor e corpore evellendum? Respondeo, Christus nequaquam probibet, quod una inter nos societate convivamus, edamus, bibamus, imo etiam rideamus & gaudeamus. Nam hæc omnia sine periculo fieri possunt, illo saltem excluso & omisso, quod dicitur illam concupiscere. Et paulo post. *Proinde significanter,* inqvit, *Si mulierem inspexeris ad concupiscendum eam, jam mœchatus es in corde tuo. Ut mulierem inspicias non prohibet, nam ad eos verba facit, quibus in mundo eum hominibus vivendum est.*

Et paulo post. *Ecce ad hunc modum omnes mulieros intueri, & cum illis colloqui, ridere & gaudere possim, remota libidine & concupiscentia. Nec ullius formæ nitore aut illecebris ita me capiendum præbeo, ut propterea contra Dei verbum & præceptum delinqvere velim. Et qvanqvam a carne & sanguine impugnatus fuero, tamen non conscientiam, nec me vinci sinam, sed invicta animi magnitudine contra carnis concupiscentiam pugnarem, ac divini verbi auxilio vincerem.*

Et

Et Paulo post. *Qvod autem nonnulli disputaverint & omnia qvasi ad vivum (qvod ajunt) resecarint, num qvoq; peccatum sit, si qvis mulierem in matrimonium concupiverit, aut contra, si qva virum. Perabsurda hæc fuit qvæstio, & contra Scripturam & naturam proposita. Quando enim homines inter se matrimonium contraherent, si nulla concupiscentia mutuo afficerentur, aut neuter neutricordi esset? Imo hanc ipsam ob causam Deus Sponso & Sponsæ eas cupiditatis flammas immisit, sine qvarum ardore alioqvi nemo non matrimonium fugeret & aversarentur.* Præterea inScriptura præcepit conjugibus, ut ament se mutuo, indicans sibi summe placere, qvoties amanter & concorditer inter se vixerint. Hæc omnia Lutherus. Unde patet, aliud esse concupiscentiam cupientem actu ipso, nisi qvid obstiterit, compleri; aliud concupiscentiam in theoria phantastica sese cum alia oblectantem. Interim tamen nec talis phantastica est extra omnem peccati rationem. *Affectus ipse non est bonus.*

Istud Mich. 7,5. *Ab ea qvæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui*, nimis generaliter in præjudicium conjugum propriarum à qvibusdam allegatur.

Hic, lector optime, totum Micheam Prophetam ab initio usqve ad finem legere, & ex integro contextu veram oraculi propositi mentem excerpere, tibiqve demonstrare debebam. Sed qvia in aliis exemplis huc usqve satis methodum istam tibi inculcavi, & nunc brevitati studere satago; iccirco, ut tu ipse hoc facias, moneo.

Rem igitur, breviter loqvendo, ita deprehendes sese habere: Prædixit Micheas captivitatem Israelis & Judæ, ita tamen, ut promittat restitutionem, ut ex ipsis & inter ipsos nasci qveat Messias. Tandem capite septimo conqveritur, neminem curare istas prædictiones, & tamen addit, omnino venturam diem speculatorum (seu Prophetarum) venturam visitationem, venturam desolationem eorum.

Etsi enim (sicut alii Prophæte habent) dicturi & proclamaturi sint, Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini, & speraturi, DEUM parsurū templo suo, etsi, inqvam, tunc multi talem promissuri sint mitigationem aut relaxationem omnium pœnarum, & dicturi, falsa & nimis severa prædicasse Prophetas; tamen *ne credas* (tunc temporis) amico, & ne confidatis Principibus: imo etiam ab ea, qvæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui. Filius enim vituperat patrem, filia insurgit in matrem suam, nurus in socrum suam, inimici hominis domestici ejus. Sensus est, qvia certo futura est calamitas, nihil qværas ex conjuge, nihil patiaris contrarii tibi persuaderi ab intima socia tua, nihil à patre, nihil à matre, nihil à socero, nihil a socro, nihil à domesticis tuis. Ergo de istorum temporum uxoribus, in illo negotio, jam indicato, caute audiendis, immo cavendis loqvitur Propheta. *Sensus veus dicti Mich.7,5.*

Qvod ad omnium ſeculorum & locorum uxores attinet, fateor, interdum talem eſſe conjugem, ut nihil ſecuri ipſi concredere debeas. At iſtud generale in hoc textu non continetur, etſi ex ſpecie poteris concludere generaliter, certa tamen præmiſſa imitatiuncula. Si nimirum hodie de effutiente conjuge uſurpare hoc dictum ſeu oraculum divinum volueris, facias illud cum præmunitione qvadam in hunc modum: Qvod ſe ſeculi ſui certis qvibusdam moribus dixit Micheas, hoc ego paululum immutatum & deflexum nunc de qvibusdam qvorundam uxoribus effari potero: Ab ea, qvæ cubat in ſinu tuo, cuſtodi oſtia oris tui.

Qvomodo applicandus.

ORACULUM. LXIIX.
SACRUM.
Zach. 8, 19.
Veritatem & pacem diligite.

IStud Zachar. 8, 19. *Veritatem & pacem diligite*, in genere ad omnem juſtitiam in omnibus contractibus ſervandam, & ad omnem concordiam & recte à Propheta adducitur. Audi enim, ſic habet Zacharias: a verſu 14: *ſic dixit JEHOVAH: Quemadmodum cogitavi male facere vobis, cum me ad iracundiam provocarent patres veſtri, neq; me pœnituit*; v. 15. *ſic converſus cogitavi in diebus iſtis benefacere ipſi Jeruſalem & domui Jehuda, nec timeatis.* v. 16. *Hæc autem ſunt, qvæ facietis; Loqvimini veritatem qvisq; cum proximo ſuo, veritatem ac judicium pacis judicate in portis veſtris*; v. 17. *Et qvisq; malum proximi ſui ne cogitetis in cordibus veſtris, atq; juramentum mendax ne diligatis: omnia enim iſta ſunt, qvæ odi, ait Jehova.* v. 18. *Et fuit verbum Jehova ad me dicendo*; v. 19. *ſic dicit Jehova exercituum, jejunium qvarti, & jejunium qvinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Jehuda in gaudium & lætitiam, & inſolennitates præclaras. Veritatem igitur & pacem diligite.* Huc usqve textus ſacer, de qvo vide etiam Oſiandrum. *Sic enim Oſiander: Loqvimini veritatem, unusqvisq; cum proximo ſuo*, id eſt, ſit inter vos candor & integritas, in omnibus actionibus veſtris, fugite falſitatem, dolos, impoſturam, verſutiam, neqvitiam. Omnia qvæ vultis, ut faciant vobis homines, eadem facite illis. *Veritatem & judicium pacis judicate in portis veſtris*, id eſt, Vos qvi in curia jus dicitis, recte judicate, ſententias æqvas pronunciate, & controverſias ita decidite, ut paci & tranqvillitati conſulatur. *Veritatem & pacem diligite*, id eſt, Candide inter vos invicem agite, integritati ſtudete, pacem mutuo colite, officiis comitatis inter vos certate. *Hæc ille.*

Verus ſenſus.

Inte-

Interim si qvis hoc ipso oraculo uti velit pro pace & veritate in religione conjungenda, non male fecerit, præsertim si præmunitione aliqva utatur, nimirum, in hunc modum; Qvod in genere Zacharias dixit, hoc in specie de religione non male usurpari posse; Veritatem & pacem diligite. Nihil enim est pax, sine religionis veritate. *Applicatio.*

ORACULUM. LXIX.

SACRUM.

ISTud 1 Sam. 25, 29. nimirum *Fasciculum viventium* multi, de æterna vita scribentes, ajunt, esse appellationem talem vitæ æternæ, sicut eadem alias appellatur *Paradisus*, Luc. 23, 43. & *sinus Abrahæ*, Luc. 16, 22.

At si perlegeris, Lector, totum caput istud, deprehendes hanc esse mentem Abigaëlis, cujus stultum maritum interficere sub juramento affirmaverat David: *Nunc* (inqvit à versu 26.) *Domine mi, vivit Jehova, & vivit anima tua, qvi prohibuit te Jehovah, ne venires in sanguines, nunc autem sint, sicut Nabal, inimici tui, & qvi qværunt Domino meo malum.* v. 27. *Nunc igitur benedictio hæc, qvam attulit ancilla tua Domino meo, detur pueris, qvi ambulant ad pedes Domini mei.* v. 28. *Parce, obsecro, prævaricationi ancillæ tuæ, quia certo facturus est Jehovah Domino meo DOMUM STABILEM, qvia prælia Jehovæ Dominus meus præliatus est, & malitia non invento fuit in te à diebus tuis.* v. 29. *Et tamen surrexit homo ad perseqvendum te, & ad qværendum ANIMAM TUAM* (ut te interficiat Saul) *sed erit anima* (vita temporalis) *Domini mei ligata in FASCICULO VITÆ cum Jehova Deo tuo, & animam* (vitam temporalem) *inimicorum tuorum funda jaculabitur Deus in medio sedis fundæ.* Hactenus contextus iste. Vide etiam Osiandrum qui hæc addit, DEus te in periculis conservabit, tanqvam fasciculo involutum, inter eos, qvos DEus vivos, non mortuos vult. *Hæc ille.* *Fasciculus vitæ temporalis intelligitur.*

ORACULUM. LXX.

SACRUM.

ILLUD obiter aspergo, à multis doceri, & caussam allegari, *cur* in Exodo 12. cap. v. 11. *stantes comederint agnum Paschalem.*

At in toto textu ne verbulum reperietur de eo, qvod jussi fuerint stando manducare agnum Paschalem, Hoc qvidem continetur, qvod festinanter & gerendo baculos in manibus debeant comedere. Sed tenendo gladium manu aut humero, & festinanter nostri qvandoq; comedunt abituri a nobis hospites, licet sedeant. Et CHRISTUS, qvi Mosaicas leges toto ministerii tépore

 fide-

fideliter servavit, nec violare voluit, sedendo, hoc est, discumbendo agnum paschalem comedit, Matth. 26,20. Marc. 14,17.18. Luc.22,14. Joh.13,1.2.3.4. Non tantum agnum divites, sed etiam hædum pauperes pro Paschali isto epulo mactare poterant, Exod.12, 5. Neqve erat illi sacrificium, licet sæpenumero verbum Hebræum ita vertant Interpretes, cum *mactare* debeant vertere. Sic etiam in Novo Testamento, 1.Cor.5,7. *Pascha nostrum pro nobis immolatum* (alii sacrificatum) est Christus; vertendum; *Pascha nostrum mactatum est*. Sed de his alibi σὺν Θεῷ plenius.

Verbum Hebræum mactare est vertendum.

ORACULUM. LXXI.
SACRUM.

DE FILIA JEPHTHÆ.

DUm hæc absolvi, qværit ex me amicus, num Jephtha omnino mactarit & sacrificaverit filiam suam, Jud.11. Jubeo ipsum legere textuum cohærentiam à versu 30. usqve ad finem capitis istius. Verba igitur ita se habent: v.32. *Vobis Jephta votum Jehovæ, & ait, si tradendo tradideris filios Ammon in manum meam* v.33. *egrediens, quod egressum fuerit è foribus domus meæ in occursum meum, cum revertar in pace à filiis Ammon, erit Jehovæ, AUT offeram illud in holocaustum.*

Benedictus Arias Montanus vertit: *Et erit Jehova, & offeram illud in holocaustum.* Sed vertendum esse, AUT, ex iis, qvæ mox seqventur, patebit.

Primo tamen simile subjicio exemplum, Exod. 1, 10. *Agite sapientiores simus illo, ne multiplicetur, aut* (&) *accidat, ut cum evenerit nobis bellum, addatur etiam ipse inimicis nostris, atq; oppugnet nos, & ascendat è terra*

Jephtha filiã ex lege sacrificare non poterat

Deinde videatur Levitici 1.v. 1. qvod in holocaustum offerre jussi fuerunt *tantummodo* 1. aut bovem, 2.aut ovem, 3.aut capram, 4. aut turtures, 5. aut columbas. Neqve unqvam licite Deo potuit offerri in holocaustum aliud, qvam qvod jam dixi. Homo igitur nunqvam fieri potuit materia sacrificationis, salvis legibus sacris.

Jephtha filiam Jehovæ vovere poterat.

Tertio, videatur Levit.27,28. qvod potuerit Deo *voveri homo*, sive ipse, sive filius, sive filia, ad perpetuum cultus divini ministerium, aut ad redimẽdum, ita tamen, ut ad cœlibatum obstricti non essent, qvemadmodum patet ex exemplo Samuelis Domino oblati, qvi servivit à pueritia in templo, & tamen postea duxit uxorem, unde filios procreavit, 1.Sam. 8, 1.2

Ratio cur filia Jephthæ non videatur dicenda OBLATA seu SACRIFICATA.

Sed hoc loco Jephtha nec filiam mactavit, nec redemit, ut nubere permitteretur redemta, sed perpetua in virginitate vivere voluit, ad qvam (seu plangendam, ut habet Græca & vetus versio, seu, qvod voci Hebrææ respondet

in Con.

in Concordantiis examinatæ) ſolum alloqvendam, ſeu remunerandam in memoriale inſignis divinitus tunc datæ victoriæ, qvotannis conveniebant filiæ Iſraël.

Nec enim in textu dicitur, vel qvod mactarit, vel qvod redemerit. Nec etiam ad ſacrificatas, & ita ad mortuas qvotannis deflendas accedere ſolitos fuiſſe Iſraelitarum populos, ullo uno exemplo convinci poteſt. Reſtare igitur videtur, exempli gatia, Brentio & aliis ſacrificarionem filiæ Jephthæ negantibus, qvod in vivis përmanſerit, & qvod contra legem Moſaicam virgo permanſerit, cum prius petierit tempus deflendi virginitatem ſuam, quod in populo illo ſingulæ mallent matres audire, quam virgines vivere. In Hebræo vocabulum ſignificat qvæſtum, mercedem, præmium facere, nuſpiam jumentum. Si cui tamen altera ſententia de mactata filia magis placet, ut ſuo abundet ſeuſu, facile permitto.

Ut autem lector anſam profundius de his cogitandi habeat ampliorem, lubet verba ipſa Brentii adjicere, Ea ſeſe habent in hunc modum: Sed qvid illud eſt, qvod Jephthah vovit votum Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quodcunque primum fuerit egreſſum de foribus domus meæ, &c? Hic obſervantnm eſt, qvod pro ea, qvod nos habemus, id offeram holocauſtum DOMINO, apud Hebræos ita habetur, adſcribam enim verba Hebræa? יְהָיָה עיהוה והליתיהו עולכם hoc eſt, & erit Domini, & offeram ipſum holocauſtum. Hoc votum pleriqve omnes Eccleſiaſtici ſcriptores ita intelligunt, quod Jephthah ſine diſcrimine voverit, ſe, ſi victoriam ac hoſtibus reporter, qvicqvid primum occurrerit è domo ſua, id in holocauſtum oblaturum. Unde ſentiunt, filiam ejus poſtea jugulatam, & Domino immolatam fuiſſe. Sed cum nuper Onoltzbachii eſſem, admonuit me D. Bernardus Ziglerus, Hebraicarum literarum Profeſſor doctiſſimus, amicus meus in Chriſto obſervandus, qvod Rabbini hoc votum multo aliter intelligant & exponant, quam noſtri Scriptores. Nam quod in voto dicitur וְהָיָה לַיהוָה Erit Domini, hoc Rabbini ſic interpretantur יהיה ליהוה לעולה ראוי איבו אם לבר לבר לשי לעבודת ויהיהמיוהר hoc eſt, ſi non ipſum fuerit aptum in ſacrificium, domini erit. Et unitum, (ſeu mancipabitur) ſervituti DEI benedicti, tantum. Et ſequitur in verbis Jephthah, תיהו עולת והעלי hoc eſt, aut offeram iliud in holocauſtum. Nimirum ſi ejusmodi fuerit, qvod offerri liceat. Sentiunt enim Rabbini, vau conjunctionem hoc loco non eſſe copulativam, ſed disjunctivam, ut Exodi 21. v. 15. מכר אבין ואמן percutiens patrem ſuum, aut

BRENTIUS.

aut matrem suam. Et mox v. 17. מקלל אביו ואמו maledicens patri suo, aut matri suæ. Ubi similiter vau disjunctiva conjunctio est. Qvod autem Jephthah occurrente filia discidit vestimenta sua, & dixit, heu me filia mea, mœrore afficis me & perturbas me, non sic clamat, qvod necesse habuerit eam ex voto interficere, & in holocaustum offerre, sed qvia non esset ex illa suscepturus nepotes ac hæredes. Præmittitur enim הִיא יְחִידָה אֵין־לוֹ מִמֶּנּוּ בֵּן אוֹ־בַת ipsa erat unica, & non erat ei ex illa filius vel filia. Virgines autem, quæ vovebantur servitio DEi, non tradebantur nuptum, sed recludebantur. Unde seqvitur: Et dixit ad patrem suum: Fiat mihi verbum hoc. Remitte à me duobus mensibus, ut vadam & defleam, (non inqvit mortem meam) sed virginitatem meam. Et postea: Reversa est ad patrem suum, & fecit ei votum suum, qvod vovit, hoc est, mancipavit eam Domino, & reclusit eam. Seqvitur: Et ipsa non cognovit virum, hoc est, virgo permansit, & fuit mos in Israel de anno in annum, ibant filii Israel לְתַנּוֹת filiam Jephthah, hoc nostri exponunt, ad plangendum, sed David Kimchi exponit ולנחמה להשיחה hoc est, ad loquendum cum ea, & ad consolandum eam. Item verbum proloqui & sermocinari habes Jud. 5. v. 11. יְתַנּוּ צִדְקוֹת יְהוָה Loquentur justitias Domini. Et Deut. cap. 6. v. 7. pro eo quod hebraice legitur וְשִׁנַּנְתָּם לְבָנֶיךָ Chaldæus paraphrastes reposuit ותתנינון לבנך Narrabis ea filiis tuis. Hæc sententia voti Jephthah mihi arridet, & judico eam scripturæ valde consentaneam esse. Ab hac qvoqve sententia non dissentit Lyranus, qvi etsi parvæ authoritatis scriptor apud eruditos habeatur, tamen non fuit hebrææ linguæ & phraseos ejus ignarus, & sæpenumero, ruditer qvidem, attamen haud sinistre scripturam interpretatur. Habes sensum voti Jephthah, reliqvum est, ut etiam inqviramus genus, aut rationem ejus voti, videlicet, num fuerit votum licitum, & num licite observari potuerit, aut debuerit. Ac profecto, si sentias juxta Ecclesiasticorum scriptorum opinionem, Jephthah indiscriminatim vovisse holocaustum, & postea sacrificasse filiam, certe perspicuum est, qvod & votum fuerit impium, & impletio voti fuerit tam impia, qvam crudelis. Non enim licet qvicqvam adversus legem DEI vovere, aut votum implere. Hominem autem in morem bovis immolare, est contra legem DOMINI. Quare id neqve vovere, neqve votum implere licet. Qvanqvam enim Jephthah alioqvi pius fuerit, tamen fieri solet, ut etiam pii, zelo DEI, qvi non est secundum scientiam, turpiter errent. Qvod si vero, id qvod plus probo, hoc votum disjunctive intelligas, & sentias, Jephthah vovisse, se, qvod primum ex ædibus suis occurrerit, aut immolaturum in holocaustum, si tale fuerit, qvod per legem immolare li-

re li-

re licet, aut DOMINO consecraturum, si non licuerit immolare. Et vovisse hoc, non tanqvam opus pro peccatis satisfactorium & meritum, propter qvod victoriam adipiscatur, sed ad testandam gratitudinem suam erga clementiam DEI, & ad commendandam gloriam nominis DEI, ut & alii afflicti in adversus suis, non dico, voveant, sed confident DEUM, & nomen ejus invocent. Si hoc inquam, modo & hac opinione sentias Jephthah vovisse, certe votum ejus imprudens qvidem est, sed tamen non est impium. Hujus enim generis vota per legem licebant, qvemadmodum scriptum est Numer. 30. Et huc pertinent etiam exempla votorum non valde dissimilium. Gen. 28, 20. habes votum Jacob. Num. 21. v, 2. habes votum Israelitarum. Et in Psalmis meminit sæpenumero David votorum, videlicet, qvod velit post accepta beneficia prædicare clementiam DEI, & nomen Domini glorificare. Hoc genus voti DEO gratissimum est. Sed imprudenter vovit Jephthah, eo qvod unicam tantum filiam haberet, qvam non cogitabat primam omnium obviam venturam. Qvid ergo? num filia ejus necesse habuit voto patris obedire, juxta legem: Honora Parentes? Parentibus obediendum qvidem est, sed qvantum mihi est judicii, qvod sane exiguum est, sentio hanc filiam non necesse habuisse voto patris sui obedire. Quid enim ad ipsam, qvod pater imprudenter voverit? voveat quod in sua potestate situm est, non voveat qvod alienæ est potestatis. Jam nubere aut non nubere, ac Domino sanctificari perpetuo cœlibatu, non est tantum in potestate patris situm, sed reqviritur etiam consensus filiæ. Cum igitur Jephthah absqve consensu filiæ suæ votum suum voverit, non necesse habuit filia voto patris obedire. Attamen cum postea in votum patris consentit dicens: Si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mecum qvod pollicitus es, mox fit & ipsa rea voti, & necesse habet juxta publicum suum consensum voto obedire, qvandoquidem perpetuum cœlibatum servare per se minime impium est. Ad hoc autem votum haud qvaqvam conferenda sunt vota monastica, quia illud vovit Jephthah ad gratiarum actionem, hæc autem voventur ad satisfaciendum operibus & meritis votorum pro peccatis, qvod est blasphemum in sanguinem JESU Christi. Illud votum potuit filia Jephthah juxta legem observare, hæc autem, prout est status rerum monasticarum sub Papatu, non possunt pie observari, vel qvia hi, qui susceperunt ea, imbecilliores sunt, qvam ut qveant ipsa servare, vel qvia coguntur abusus Missarum, impios cultus sanctorum, & alia contra sacram Scripturam approbare & sectari. Quare hoc votum Jephthah non probat vota monastica licita esse, *Hactenus Brentii verba fuere omnia.*

Non necessario debuisset obedire filia Jephtha patri suo

ORA-

ORACULUM. LXXII.
SACRUM.

Exodi 4, 25.

Hebræus sacer Textus:

sui filii præputium circumcidit & petram Sipporah tulit, Et

וַתִּקַּח צִפֹּרָה צֹר וַתִּכְרֹת אֶת־עָרְלַת בְּנָהּ

Græca LXX. sic dicta Interpretum Versio:

Calculum

Καὶ λαβοῦσα Σεπφώρα ψῆφον περιέτεμε τὴν ἀκροβυστίαν τοῦ υἱοῦ αὐτῆς.

Versio Latina vulgata:

Tulit Sepphora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui.

Pagnini Versio:

Tulit Sipporah acutum gladium, & circumcidit præputium Filii sui.

LUTHERUS:

Da nahm Zipora einen Stein/ und beschneidt ihrem Sohn die Vorhaut.

QVÆRIT idem amicus, utrum Exod. 4, 25. *Sephora filium circumciderit petrino, vel ferreo cultello?* Et respondi ex Exodo mea, Zor significare acutum & petram, & qui Jos. 5. v, 2. cultri petrarum dicuntur, illi Psal. 89. v. 44. dicuntur petræ cultrorum: ex qva permutatione satis cognoscitur, petram sumi pro acuto. Petrino igitur, hoc est, acutissimo cultello filium circumcidit Sephora.

ORACULUM. LXXII.
SACRUM.

Psal. 139, 1.

Versio Pagnini:

JEHOVA, probasti me, & cognovisti, Tu cognoscis sessionem meam & surrectionem meam, intelligis cogitationem meam à longo.

Lutheri

Lutheri Versio:

HErr du erforschest mich/ und kennest mich/ Ich sitze oder stehe auf/ so weistu es/ Du verstehest meine Gedancken von fernen.

QVÆRIT idem, unde sumtus sit textus cantionis figuralis diebus Paschalibus ferialibus, qvas magno spiritu & qvadrato tactu ad præscriptum Cantores proclamat: *Domine probasti me, & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam?*

Respondi, ex Psalmo 139, v. 1. qvo tamen in loco David nihil in specie docet de Resurrectione CHRISTI; sed in genere agit de cujusvis hominis vita, qvam DEI providentia à juventute usqve ad mortem singulariter dirigit. Verba sunt (retinebo veterem versionem, qvam cantilenæ autor secutus est) *Domine probasti me & cognovisti me, sessionem meam & resurrectionem meam: Intellexisti cogitationes meas de longè*, v. 2. *semitam meam, & funiculum meum investigasti, & omnes vias meas prævidisti*, v. 3. *non est sermo in lingva mea. Ecce Domine, tu cognovisti omnia* v. 5. *novissima & antiqva, formasti me, & posuisti super me manum tuam.* v. 6. *Mirabilis facta est scientia tua, ex me confortata est, & non potero ad eam. Quò ibo à Spiritu tuo?* Hactenus verba Psalmi.

Textus generalissimus cantatur in Paschate pro textu prorsus specifico.

Sed qvis non agnoscit, nihil aliud, qvàm hoc dicere Davidem, nimirum, qvod Deus ipsum crearit, qvod conservet, qvod norit omnes ejus cogitationes, omnes sermones, anteqvam fiant, omnes gressus, omnes sessiones, omnes resurrectiones post sessiones &c.

Simile extat 2. Reg. 19, 27. ubi Propheta sub nomine Dei sic de Sennacheribo dicit: *Habitaculum tuum & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præscivi, & furorem tuum contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas &c.*

Nolo prætermittere, qvæ super hunc Psalmum scripsit Johannes Bugenhagius Pomeranus Lutheri Collega, *Summam igitur istius Psalmi hanc facit:* Psalmus nobis describit divinam providentiam erga nos ab utero matris nostræ qvod nos & nostra sunt in manu DEI, & qvod sanctos mirabiliter glorificat & multiplicat, præterea, qvod impii pereunt, qvia hanc fidem DEI erga nos providentiæ non habent. Et postea ad versum 3: Accubitum meum circumdedisti, id est, sive ambulabam, sive qviescebam, sive peregrinabar, sive domi eram in possessione mea, tu aderas circumqvaqve, omnia mea ut videns & dirigens. *Hæc ille.*

Et tandem ad versum 18. *qvi secundum veterem versionem habet in hunc modum*, Exurrexi *& adhuc tecum sum, ita scriptum reliqvit idem Pomeranus:*

De CHRISTO exponunt, id qvod nos utraqve amplectimur manu, MODO NON DE SOLO exponant. In CHRISTO enim maximè hæc DEI providentia nobis ostensa est, de qva omnia erant prædicta, anteqvam nasceretur, & in qvo nos DEUS elegit, etiam ante mundi constitutionem, ut dicitur Ephes. 1. *Hæc omnia Pomeranus ille.*

ORACULUM LXXIV.
SACRUM.

Psal. 110, 8.

Textus Hebræus sanctus cum interlineari Ariæ:

sanctitatis in decoribus tuæ fortitudinis die in spontaneus tuus Populus

עַמְּךָ נְדָבֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ

tuæ nativitatis ros tibi aurora ab utero ex

מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶךָ׃

Versio LXX. sic dicta:

Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.

ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.

Versio Latina vulgata:

Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.

Versio Pagnini:

Populus tuus spontaneus in die exercitus tui in splendoribus sanctitatis, ex utero & ab aurora tibi ros nativitatis tuæ.

Versio Lutheri:

Nach deinem Sieg wird dir dein Volck williglich opffern im heiligen Schmuck / Deine Kinder werden dir gebohren / wie der Thau aus der Morgenröhte.

TECUM *principiũ, in die virtutis tuæ.*

CUM ignorantia æqve simili Cantores ad præscriptum decantant solenniore tactu ista Psal. 110, 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Qvæ in Germanica versione Lutheri ex fontibus solidissime sese habent. Ergo non ex voca-

vocabulis nudis tam simpliciter est judicandum, verbi causa in priore exemplo ex resurrectionis nimirum nomenclatione de resurrectione ex sepulcro. Apparet autem ex hoc oraculo sacro, latinam vetustissimam seu vulgatam versionem esse natam ex depravata Græca. Etsi autem non ignoro, aliqvos doctos antiqvæ latinæ sensum defendere, tamen ego hortor illos, qvi contra novitios Arianos seu Photinianos scribere voluerint, ut se à sensu & explicatione Lutheri ne patiantur dimoveri.

Inprimis verò annotatione diligentiore digna sunt verba Lutheri, qvæ extant Tomo 1. epistolarum ejus à Cœlestino editarum folio 149. in hunc modum: Primum, mi vir egregie, credo te nosse hunc versum Ps. 110. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te, esse de divinitate CHRISTI adversus Arium velut summum, ac inter prima argumentum agitatum, ut legis in Tripartita, & in Augustino, ita ut Græca & Latina Ecclesia hoc sensu eum Psalmum teneat, etiam cantu celebratum in officio divino. Non tamen ob hoc Lyram, Burgensem, Hebræam linguam hæreticabis, ubi legitur, hunc versum non posse qvidem de divinitate intelligi. Qvare non semper claris & apertis auctoritatibus contra hæreticos pugnant sancti Patres. Qvot auctoritatibus abutitur Hieronymus contra Jovianum? Augustinus contra Pelagianum & alii contra alios? *Hactenus verba D. Lutheri.*

Non semper clarioribus autoritatibus usi sunt Patres.

ORACULUM LXXV.
SACRUM.

1. Cor. 3, 15.

Græcus sanctus Textus:

Αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός.

Latina Versio vulgata:

Ipse autem salvus erit, sic tamen qvasi per Ignem.

LUTHERUS:

Er selbst wird seelig werden/ so doch/ als durchs Feuer.

SIMILI modo pleriqve Pontificii Ignis vocem ubivis obviam, aut ad Infernum, aut ad Purgatorium rapiunt. Notus est locus ille 1. Cor. 3, 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id qvod positum est, qvod est JESUS CHRISTUS.* v. 12. *Qvod si qvis superædificet super fundamentum hoc*

hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, v.13. *cujus opus manifestum fiet, dies enim declarabit. Nam per ignem revelabitur, & cujusq; opus qvale sit, ignis probabit.* v.14. *Si cujus opus manebit, qvod super ædificavit, mercedem accipiet*, v.15. *si cujus opus exustum fuerit, damnum faciet, ipse vero servabitur, ita tamen ut per ignem.*

IGNIS *in 1.Epistola ad Corinthios qvidnam.*

Ad hujus oraculi genuinam intelligentiam inveniendam, lector, evolve aliqvoties tria priora capita istius Epistolæ qvam diligentissime.

Capite 1. v.10. *Precor vos fratres per nomen Domini nostri JESU Christi, ut idem loqvamini omnes, & non sint inter vos dissidia.* v.11. *Declaratum enim est mihi de vobis à domesticis Chloës, qvod lites sint inter vos.* v.12. *Hoc autem dico, unumqvemq; vestrum dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ, ego Christi.* v.13. *Num dispertitus est Christus? num Paulus crucifixus pro vobis, aut in nomen Pauli baptizati estis?* v.14. *Gratias ago Deo meo, qvod neminem vestrum baptizarim, nisi Crispum & Gajum.* v.17. *Non enim misit me Christus ut baptizarem, sed ut evangelizarem, non tamen cum dicendi peritia, ne inanis reddatur crux Christi.*

Capite 2. v.1. *Ego igitur cum venirem ad vos, non veni cum eminentia locutionis*, v.4. *neq; prædicatio mea in persvasoriis humanæ sapientiæ verbis; sed in demonstratione spiritualis potentiæ*, v.5. *ne fides vestra consistat in sapientia hominum, sed in patientia Dei*; v.6. *Sapientiam verò loqvimur inter perfectos* (intelligentes) *Sapientiam Dei, qvam nemo Principum seculi hujus cognovit.* v.10. *Nobis autem Deus revelavit per spiritum suum.*

Animadverte, lector, qvæstio erat de illo, *An Christus esset Propheta*, saltem similis, aut paululum major, qvam Apollo, Cephas, Paulus, qvi omnes faciebant etiam magna miracula, sicut CHRISTUS fecerat. Et, ut ex hoc loco apparet, qvod tunc temporis multi apud Corinthios CHRISTUM non alium putarunt, qvam maximum inter Prophetas, & omnes, qvi tunc erant, Apostolos, qvi etiam revera mortuus fuisset, & in morte mansisset, sicut aliis maximis contigerat Prophetis, unde 1.Cor. 15. dimidii istius capitis priora diriguntur adversus hanc ipsam pravam opinionem. Hinc igitur fiebat, ut qvidam jactarent CHRISTUM, qvidam Apollo, qvidam Cepham, qvidam Paulum, ut fieri solet, qvod diversos asseclas nanciscuntur diversi Doctores.

Adversus igitur hanc pravam sententiam scribit Apostolus & dicit, se prædicare ea de CHRISTO, qvæ acceperit ex ipsissima divina revelatione, qvalem divinam revelationem jactare non poterant ii, qvi tunc istam defendebant aliam sententiam. Infra enim dicit, qvod viderit Christum, nimirum post mortem Christi, qvia resurrexerat, 1.Cor. 15, v.8.

Istud

Istud igitur optimè notandum, qvod dicit, se opinioni isti opponere sententiam de Christo sibi non nisi divinitus revelatam) v. 20. *Nobis, igitur* inqvit, *Deus*(sapientiam istam)*revelavit per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.* v. 11. *Qvis enim hominum novit ea, qvæ sunt hominis, nisi Spiritu Domini, qvi est in eo, ita etiam ea, qvæ sunt Dei, nemo novit, nisi Spiritus Dei,* v. 12. *nosq; non Spiritum mundi accipimus, sed Spiritum, qvi ex DEO, UT SCIAMUS, qvæ Deus nobis est gratificatus.* v. 13. *Qvæ etiam loqvimur non sermonibus, qvos docet humana sapientia, sed qvos DOCET SPIRITUS SANCTUS, spiritualia cum iis, qvæ sunt spiritualia, conjungentes.* Loqvitur in plurali numero, qvia statim in initio Epistolæ inscripto complectitur Paulum & Sosthenem fratrem, adeoq; his ipsis verbis in genere vult comprehensos omnes Apostolus & pergit. v. 14. *Animalis homo non capax est eorum, qvæ sunt Spiritus Dei, sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere, qvia Spiritualiter dijudicantur.* v. 15. *At Spiritualis dijudicat qvidē omnia ipse verò à nemine judicatur* (observa, optime lector, præparationem ad oraculi propositi sententiam veram tandem inveniendam. Reliqvos, qvi non acceperunt Spiritum Sanctum, ut tunc Apostoli acceperunt, vocat *Animales*, se & Apostolos *Spirtuales* & addit, qvod animales isti non possint dijudicare Apostolos, econtra, qvod Spirituales isti Apostoli possint omnium aliorum dicta, & omnes doctrinas dijudicare; & qvod ipsi non patiantur se dijudicari ab aliis. Audi enim, qvomodo pergat.)

v. 16. *Qvis enim novit mentem Domini, qvi instructuros sit eum? Nos autem*(Paulus, Sosthenes, & alii Apostoli habentes divinam intelligentiam omnium Scriptorum Veteris Testamenti, & in super divinam revelationem eorum, qvæ sunt scribenda pro libris Novi Testamenti constituendi) *Nos autem mentem Christi habemus.*

Capite 3. v. 1. *Ego porrò (vel, igitur) non potui loqvi vobis ut spiritualibus, sed ut carnalibus, ut infantibus in Christo,* v. 2. *lactis potu vos alui, nec enim potestis ferre.* (Vos igitur non tantum estis animales, sed prorsus adhuc infantes in verâ doctrina, qvinimò carnales) v. 3. *Adhuc carnales estis. Cùm enim in vobis*(ita edoctis per vestros Doctores)*sit livor & contentio & dissidia* (Juxta capitis primi mentem, qvod dicitis qvidam: Ego sum Cephæ, ego Pauli, ego Appolo, ego Christi) *nònne carnales estis, & secundum hominem* (hominis opinionem, non Dei doctrinam ex Dei Spiritu vobis per nos prolatam) *inceditis*? v. 5. *Qvis est Paulus? Qvis Appollo? nisi ministri* (distinctissimi à Christo Domino, qvem vestri Doctores etiam Prophetam & ministerium nobis similem, licet Paulo altiorem, facere volunt) *per qvos credidistis* (Domino Christo, non Christo coapostolo) *& ut cuiq; Dominus* (ipse Christus)*dedit.* v. 6. *Ego plantavi*(ut minister) *Apollo rigavit* (ipse Christus) *sed Deus dedit incrementum*

mentum: v. 9. *Dei sumus ad ministri, Dei vos estis arvum*(aliud simile) *Dei ædificatio estis*. v. 10. *Secundum gratiā Dei, qvæ data est mihi ut peritus architectus* (Apostolus immediate vocatus) *fundamentū*(Christum) *posui*, *alius* (ex vestris Doctoribus, qvos nos Apostoli instruximus) *superædificat* (Jam ministros & Doctores reliqvos Corinthiorum aggreditur) *Porrò qvisq; videat, qvomodo superædificet* (fundamento & capiti, & Domino & Deo Christo, non enim Christus est comminister, symmista, συμπροφήτης, coapostolus) v. 11. *Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, qvod positum est qvod JESUS CHRISTUS*. v. 12. *Qvod si qvis* (vestrorum ministrorum vel Doctorum) *superædificet super fundamentum hoc, aurum, argentum, gemmas, lignum, fœnum, stipulas* (bonos vel falsos sermones) *cujusq; manifestum fiet, dies enim declarabit* (qvando nos Apostoli Spiritu DEI præditi judjcium ipsius Spiritus Sancti adhibebimus, & ut supra dixi, DIJUDICABIMUS, nec patiemur, Spiritum DEI DIJUDICARI ab ipsis, qvi spiritum DEI nō habent, Dominus autem Judicat Apostolos, cap. 4. v. 4. *Nam per ignem* (sicut metalla, aurum, argentum, gemmæ, lignum, stipulæ probantur per ignem, & per similia examina; ita qvoqve istorum vestrorum Doctorum & ministrorum assertiones per ignem seu examen explorabuntur & opus ipsorum qvale fuerit) *per ignem revelabitur, & cujusq; opus qvale sit, ignis* (iste nimirum, qvem dixi, Spiritus Apostolicus, omnia dijudicans, non patiens se dijudicari ab alio, sed judicari volens tantum à DOMINO ipso) *probabit*. v. 14. *Sed cujus* (Doctoris vestri) *opus manebit, superædificabit, mercedem* (laudem veritatis) *accipiet*. v. 15. *Sic cujus*(Doctoris vestri) *opus*(à Spiritus DEI judicio dijudicatum, & tanqvam ab igne, qvo metalla explorantur) *exustum fuerit damnum*(veritatis obfuscator aut proditor) *faciet*. *Ipse tamen*(Doctor vester agnosces malam supradificationem) *servabitur* (rediens ad sanam mentem) *ita tamen, ut per ignem* (ut patiatur se corrigi à Spiritu Apostolico, qvi est divinitus, & credat, qvæ credenda sunt de Christo, qvod non sit minister nobis similis; sed ipse Deus, Dominus & fundamentum Ecclesiæ) *Reliqva* per se patebunt. Et hæc est solidissima contextuū intelligentia & sententia.

Addit autem v. 16. *An nescitis, qvod* (vos auditores) *templum Dei estis, & Spiritus Dei* (per Verbum & Sacramenta datus) *habitat in vobis*. v. 17. *Si qvis* (Doctorum) *templum Dei* (istis falsitatibus, de Chriri personâ) *violat hunc perdet Deus* (si perseveraverit post dijudicationem Apostolice factam in errore & contumacia) *Nam templū Dei sanctum est, qvod estis vos*. v. 18. *Nullus* (Doctorum vestrorum ambitiosorum) *seipsum seducat. Si qvis sibi videtur sapiens esse inter vos in hoc seculo, stultus fiat* (auscultans Spiritui Dei, crucem Christi inculcāti, qvi venit nobis ministrare, sed tn. Dominus est noster, nunc evectus ad dextram Dei) *ut fiat sapiens*. v. 21. *Itaq; nullus glorietur in hominibus*

minibus (dicendo: Ego Pauli, ego vero Cephæ) *omnia namq; vestra sunt* (qvicqvid homines & Apostoli omnes fecerunt, vestri causa fecerunt) v. 22. *sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita sive mors, sive præsentia, sive futura, omnia vestra sunt.* v. 23. *Vos autem Christi* Domini omnium nostri, & à nostris personis servilibus & purè putè ministris hominibus distinctissimi) *Christus vero Dei.*

Capite 4. v. 1. *Sic de nobis* (Cepha, Apollo, Paulo, Sosthene, & reliqvis omnibus Apostolis) *reputet homo UT DE MINISTRIS CHRISTI & DISPENSATORIBUS MYSTERIORUM DEI.* v. 2. *Qvod superest autem, reqviritur in dispensatoribus, qvod FIDUS qvisq; reperitur* (Nota, lector, de fidelitate jam Apostolorum, & sua inserit, ad qvam proxime seqventia etiam pertinent, ut seqvitur] v. 3. *Mihi verò*, (qvem vestri Pseudoapostoli semper contemnunt, vilipendunt, extenuatis laboribus meis, id qvod passim innuit 1. & 2. ad Corinthios) *pro minimo est, qvod à vobis* (ita instructis per vestros Doctores) *dijudicer, aut ab humano judicio, imò nec me ipsum dijudico.* v. 4. *Nullius qvidem rei mihi sum conscius; sed per hoc non sum justificatus; sed Dominus est is, qvi me dijudicat.* v. 5. *Proinde, ne* (de mea fidelitate, de meis exantlatis laboribus) (in singulari de se solo loqvitur) *ante tempus* (ultimi diei) *qvicqvam dijudicetis, usq; dum VENERIT DOMINUS, qvi & illustraturus est occulta tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium, ac tunc laus erit unicuiq; à Deo* (ultimo die Christus æstimabit meos & aliorum fidelitatis & puritatis labores.

Jam tandem concludet illam initio propositam πραγματείαν) v. 6. *Hæc autem, fratres, per figuram* (exempli loco dixi) *transtuli ad me ipsum, & in Apollo propter vos, UT IN NOBIS DISCERETIS supra id, qvod scripsi* (qvod nos simus ministri, Christus Dominus, non qvod etiam Christus minister nobis similis fuerit, nunc extinctus jaceat cum reliqvis dormiens Prophetis & Apostolis) *non sentire, ut ne alius præ alio* (ego à Cepha, ego à Paulo, ego verò à mininistro Christi) *INFLEMINI adversus alium.* Ergo in oraculo Apostolico ne per somnium ullum venit isti Apostolo in mentem vel tantillum de Purgatorio, & laborabunt Pontificii per aliqvot secula, ut hoc effato ullam particulam Purgatorii aut Inferni ipsius exsculpere valeant.

ORACULUM. LXXVI.

SACRUM.

1. Cor. 11, 10.

Textus sacer Græcus:

Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους.

Versio

Versio vulgata Latina:

Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, propter Angelos.

Versio Lutheri:

Darumb sol das Weib eine Macht auf dem Häupte haben/ umb der Engel willen.

SED adhuc unum ex eadem Epistola difficile primo intuitu visum explico 1.Cor.11, 10. *Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite, propter angelos.*

Ut, qvid hoc loco per ANGELOS intelligat Apostolus, rectissimè asseqvaris ipse, lector, & certus sis, qvæso integram à versu 2. ad 17. expendas ordine contextum.

ORARE est in publico publicas preces facere. Mulier Prophetiæ dono ornata tamen virum suum, caput suum agnoscere debuit, & per conseqvens in publico tacere debuit

Contextus ita habet: *Laudo vos, fratres,* (Corinthii) *qvod omnia mea meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones retinetis* (ubi meam doctrinam Apostolicam & divinam retinetis, vos laudo, ubi non, ibi carpam vos, versu 17. Jam verò primum exemplum recitabo) v.3. *Volo vos scire, qvod omnis viri* (præsertim in publico cœtu pro publica Ecclesia orantis aut prophetantis, seu Scripturas explicantis, qvin & in genere aliàs) *caput Christus est, caput autem mulieris vir*, unde Spiritum Sanctum initio Novi Testamenti nacta mulier, ut patet ex Actor.2,16.17. ubi Joelis citatur Prophetia, *prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ*, tamen in publico docere aut preces urgere non debet, prophetans enim & orans debet hoc facere nudato capite, ut in honorē sui capitis. At mulier caput nudare nunqvam debet, ergo nec unqvam in publico debet prophetare, loqvi, orare, licet dono miraculoso ornata.

Ergo, optime lector, optimè nota, qvod capite 11. & 12. & 13. & 14. agit de iis Apostolus, qvæ publicè fiunt, in publico cœtu, & ab omnibus excipiuntur, de publicis recitandis precibus, de publicis explicationibus, de publica sumtione Cœnæ, de publica lingva usurpanda in publicis cœtibus, si qvam Dominus alicui communicavit inter alia tunc temporis dona visibilia Spiritus Sancti distributa.

Prophetare, loqvi, orare est prophetare loqvi, orare aliis, non sibi soli.

Utq; convincaris plenè, lector, quod *orare* sit intelligendum de publicis precibus clarè recitatis, adeas cap. 14. ubi & orandi & prophetandi voces tibi elegantissimè & perfectissimè declarabuntur de publicis actibus ab eodem Apostolo his verbis, v. 3. *Qvi prophetat, hominibus loqvitur ædificationem, & exhortationem & consolationem*, v. 4. *qvi loqvitur lingva* (incognita aliis) *seipsum ædificat, qvi verò prophetat, Ecclesiam ædificat:* Et v. 4. *Si orem lingva* (ALIIS incognita) *Spiritus meus orat; sed intelligentia mea* (qvod ego lingvam

lingvam peregrinam solus intelligo, vulgus & Ecclesia non item) *est infructuosa*. Ergo hoc sensu dicto omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput vero Christi DEUS. *Omnis vir orans* (publice clara voce) *aut prophetans* (explicans Scripturam) *operto* (non nudo) *capite, dedecorat caput suum* (Christum, qvem versu antecedente viri caput seu Dominum appellavit, cujus capitis vices tum alio omni tempore erga Ecclesiam, tum isto potissimum tempore sustinet. Caput igitur denudet, ut significet, se loco Domini sui venerandissimi qvædam loqvi) *omnis verò mulier* (sicut filiæ Philippi Apostoli erant etiam Prophetissæ, Act. 21, 8. & prædicebant Paulo talia, qvalia alii ibidem prædixerant versu 4. & 11.) *orans aut prophetans non operto capite, dedecorat caput suum*, Omnis igitur mulier licet prophetico dono clareat, tamen in publico munus tale exercere non debet, ne contra τὸ πρέπον cogatur nudare caput suum. Satis autem apparet ex hoc loco 1. qvod multi viri & multæ mulieres in una Ecclesia, tunc dona visibilia Spiritus sancti accipiebant, 2. qvod in uno conventu multi viri, multæ mulieres uno die publicè orabant & publicè docebant. Lege hæc clarissimè 1. Cor. 14, 23. 24. 26. *qvoties convenitis, qvisqve vestrum canticum habet, doctrinam habet, lingvam habet, revelationem habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant, &c.* (Lege etiam seqventia) v. 5. *Omnis igitur mulier* (in ista consvetudine Ecclesiæ) *orans* (publicè, clara voce) *aut prophetans* (docens) *non operto* (sed nudo) *capite, dedecorat caput suum* (virum suum, quasi eum & Dominum & superiorem non agnosceret, in cujus rei signum, in subjectionis nimirum signum debebat retinere in capite velum) v. 6. *Unum igitur & idem esset, ac si rasa esset: sed turpe est radi & non velari caput mulieris, utrumq; est turpe.* v. 7. *Vir non debet* (inter publicarum precum recitationem, & inter docendum) *velare caput, cum sit imago & gloria Dei* (loco Dei & Christi adsit, vicem Dei & Christi sustineat, usurpans imperium majestatis divinæ, in rebus spectantibus ad æternam salutem) *at mulier est gloria viri* (est vir caput ejus; unde in signum subjectionis velum, tanqvam notam potestatis virilis, cui post lapsū est subjecta divinitus, geret: & qvia tamen socia est viri, loco viri œconomiam gubernat, sic est gloria & imago viri, non debet esse imago & gloria Dei, non debet nomine Dei (ut postea clarius docebit) in publico imperiosa esse, in rebus spectantibus ad Ecclesiæ salutem: ideoqve non debet radere caput, non aperire caput, sed velare & tacere.) v. 8. *Non est vir ex muliere, sed mulier ex viro*, DEUS primò Adamum condidit, & huic primario dedit potestatem super omnes res terrestres; ita qvoqve loco suo dedit & potestatem, ut tanqvam imago Dei, & tanqvam gloria Dei præcipiat, hortetur, injungat necessaria omnibus ad salutem æternam.

Mulier non debet radi, ergo non debet docere, illatio Apostolica.

In primitiva Ecclesia multi & multæ dono prophetico ornabantur extraordinario.

Vir qvomodo gloria & imago Dei. Mulier imago & gloria viri.

Vir primò creatus Doctoris vicem obire debet, & imperantis.

Hic non agitur de imagine Dei, ad qvam mas & fœmina creatur & re-

 forma-

Vir & mulier creati tamen ad imaginem Dei.

formatur Gen. 1. v. 26. & Eph. 4, 24. Col. 3, 10. *ubi non est Græcus & Judæus, servus, liber*, & Gal. 3. 28. *masculus vel fœmina.* (Sed agitur de usurpatione imperii in alios homines, Politici & Ecclesiastici præsertim) *Nec enim conditus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum* (data est socia, suo gradu inferior, & iccircò non admittenda ad docendum, veletur igitur & taceat, nec sui capitis denudatione mulieres, qvamvis prophetico spiritu repletæ, suos maritos, qvi spiritum habent, & ratione jam dicta publice docere debent & solent, dedecorent.) *Propter hoc debet mulier potestatem* (signum potestatis datæ viro in mulierem à Deo, Gen. 3, 16. signum suæ subjectionis erga virum concionantem loco Dei) *habere in capite propter angelos* (ne illos suos maritos, nunc Dei legatos, & angelos loco Dei in Ecclesia imperantes, dedecoret) *Attamen* (qvoad æternam salutem, & qvoad œconomiam gubernandam) *neq; vir absq; muliere, neq; mulier absq; viro in Domino. Sicut enim mulier* (per Deum) *ex viro est; ita & vir per mulierem* (hodie) *omnia verò ex Deo.* Propter hoc (dixit) mulier debet habere potestatem in capite, propter angelos. Qvid est illud *propter hoc.* Nimirum, quod vir est caput constitutus mulieris, & non debet dedecorari à muliere; propter hoc non debet mulier aperire caput, sed habere velum, propter angelos nimirum, qvod viri in cœtu publico sunt angeli Dei. Domi potest viro non invito deponere velum, nec tunc offendit angelos, qvos tamen ubiq; & domi in templo secum habet fidelis mulier.

PROPTER HOC, qvod præcessit, MULIER debet velari, PROPTER ANGELOS nimirum, qvi præcedente textu sunt nominati.

Debet, inqvam, *propter hoc*, qvod hactenus disputavit sanctissimus Apostolus, habere in capite potestatem, seu velū propter angelos, seu Doctores, seu publicè docentes, præsertim qvi erant mariti ipsarum, quorum duos aut tres vult prophetare seu docere, 1. Cor. 14, 29. seu publicè judicantes, ut ibidē recensetur, aut etiam in publico loco revelationem aliqvam nanciscentes.

Ministri verbi in Græcis textibus N. Test sæpe dicuntur Angeli.

Nemini autem scrupulum moveat, qvod Prophetæ modò, seu orantes & prophetantes, modò verò etiam *angeli* vocentur. Habes exempla, lector, ex Græcis Concordantiis, Luc. 7. & 9. Ibi enim versu 18 discipuli Johannis, duo viri illi, dicuntur v. 24. etiam angeli seu nuncii seu legati, seu vicem sustinentes Johannis: Hîc etiam discipuli Jesu ita dicuntur v. 52. misit angelos ante faciem suam, qvi profecti angeli sunt in vicum Samaritanorum, ut pararent ei, sed non receperunt eum, qvod habitum præ se ferret proficiscentis Jerusalem. *Cumq; hoc vidissent discipuli Jacobus & Johannes, dixerunt: Domine vis, ut ignis descendat de cœlo.* Taceo exempla duo de Johanne Baptista angelo Matth. 11. v. 10. Marc. 1, 2. Item de septem Episcopis Asiæ Apoc. 2, 1. 8, 12, 18 & 3, 1, 7, 14. ubi septies repetitur vox angeli de Episcopo usurpata. Apoc. 1, 20. *Septem stellæ, sunt Angeli septem Ecclesiarū.* Et 2, 1. *Angelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe,* 8, *Angelo Smyrnæorū Ecclesiæ scribe,* 12. *Angelo Pergamensis Ecclesiæ scribe,* 18. *An-*

gelo Thyatirensis Ecclesiæ scribe. Et 3, 1. *Angelo Ecclesiæ qvæ est Sardibus, scribe,* 7. *Angelo Philadelphensis Ecclesiæ scribe,* 14. *Angelo Laodicensium Ecclesiæ scribe.*

Sed ut magis dissuadeat Corinthiis consvetudinem audiendi publicè concionantes fœminas, adhuc addit *qvod factura* (Dei factio, ut ita loqvar, Dei operatio, capillos in fœmina extendentis & prolongantis supra longitudinem capillorum in viris, sicut rectè vocabulum reddetur, seu, ut alii reddunt, natura) *ipsa hoc doceat, qvod viro comatum esse, dedecori sit, contra mulieri comatam esse, decori & gloriæ sit, qvia coma pro velamine data est mulieri.*

Creatio Dei diversa in capillis viri & mulieris.

Obiter addo, qvod inter decreta Gregorii Minoris capitulo 17. extat: *Si qvis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit, & responderunt omnes tertio anathema.* Qvantum per valetudinem fieri potest, non inconveniens esset, ut hodie qvoqve hæ admonitiones Paulinæ servarentur.

Qvantum valetudo concionatoris patiatur.

In locis ergo hactenus ex Epistola 1. ad Corinthios allatis clarum apparet, qvomodo de Doctoribus Angelis loqvatur, qvæ tamen pleriq; extendunt generalissimè juxta prima fronte apparentem literam. Vide Osiand. super Jud. 2, 1.

ORACULUM LXXVII.
SACRUM.

2. Cor. 3, 1.

Non qvod idonei simus ex nobis ipsis.

EADEM mens est loci alterius 2. Cor. 3. à versu 1. usq; ad 14. qvi de Paulo & Sosthene, adeoq; de omnibus Apostolis principaliter debet exponi; & inter cætera hoc dictum; *Non qvod idonei simus ex nobis ipsis, ad cogitandum qvicqvam velut ex nobis ipsis: sed qvod idonei sumus, ex Deo est.*

Scio à qvibusdam nostratibus per analogicam accommodationem oraculum illud divinum applicari ad vires humani arbitrii in divinis negotiis extenuandas: Interim tamen maximè literalem sensum jam indigitatum nemo potest negare. Vide etiam Osiandrum.

ORACULUM LXXIIX.
SACRUM.

2. Cor. 12, 17.

Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ.

Versio vetus:

Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qvi me colaphizat.

Lutheri Versio:

Iſt mir gegeben ein Pfal ins Fleiſch/ nemblich des Satans Engel/ der mich mit Fäuſten ſchlägt.

Ex eadem EPiſtola ad Corinthios cap. 12. qværitur de *Surculo infixo carni, & angelo Satana, ut ipſū colaphis cædat, ne ſupra modū efferretur*; & qvid ſit qvod Deus dixit Paulo, *Virtus mea infirmitate perficitur?* Qvo dicto multi ſolent abuti ad paliandā juventutis ſuæ pigritiā, & ad otiū turpe excuſandū.

Sed pone lector contextum, & in eo omnia ordine, res erit perſpicua. *Gloria ſanè nō expedit mihi* (inqvit Apoſtolus) *veniam enim ad viſiones, novi hominem* (Paulum) *ante annos qvatuordecim raptum in tertium usq; cœlum; Et novi hujusmodi hominem raptum fuiſſe Paradiſum, & audiviſſe ineffabilia verba, qvæ non licet eloqvi homini. De ejusmodi gloriabor, de me ipſo verò non gloriabor, niſi de infirmitatibus meis. Nam ne excellentia revelationum ſupra modum efferrer, datus eſt mihi* ſurculus, (ſtimulus) *infixus carni*, & angelus Satan, *ut me colaphis cædat*, ne ſupra modum efferar. *Super hoc ter Dominum rogavi, ut abſcederet à me; ſed dixit mihi: Sufficiat tibi gratia* (revelationum) *mea: nam potentia mea* (Spiritus mei tibi communicati) *per infirmitatem perficitur. Libentiſſimè igitur potius gloriabor de infirmitatibus meis, ut inhabitet in me potentia Chriſti. Propterea oblector in infirmitatibus.* (Audi lector & jam expende, qvid nominatus ſit infirmitates) *in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Qvum & impotens ſum, potens ſum.*

Angelus Satan.

Hactenus textus, qvem ſi literaliter citra opiniones foris vagantes intuitus fueris, hoc tibi dabit ille: Nimirum ſicut Deus Satanæ indulſit poteſtatem, exempli gratia, ſuper Jobum, ut eum *citra cauſſam* perderet, qvemadmodum Deus ipſe loqvitur Jobi 2, 3. ita qvoqve ne nimiùm arcanis efferretur revelationibus Apoſtolus, Deus ſingularem magnū ANGELUM SATAN in ipſum immiſit, certis tamen ipſi præfixis metis, ne vitæ Pauli nocere poſſet, qvi ANGELUS SATAN hinc inde adverſus Paulum inimicos excitavit, longè plures & acriores, qvā adverſus alios, ut Apoſtolos, ut infirmarent ipſū (non verò necarent) ut infirmarent, inqvam ipſum, contumeliis, neceſſitatibus, perſecutionibus, anguſtiis, inter qvas tamen potentia & auxiliū Chriſti ipſū ſuſtentabat; & potentia ſeu virtus Chriſti erat in Paulo major, ſuſtentans eum faciens eum nihilominus fortē & felicem inprædicatione Evagelii.

Infirmitates Pauli qvanā ſint.

Qvid qvod & in antecedente capite eodem modo infirmitates explicantur? Ecce enim, optime lector, à verſu 21. *Qvantum ad contumeliam dico,* nempe

nempe qvia nos infirmi fuimus, imo in qvocunqve audacia uti velit aliqvis, audacia velim uti & ego. v. 22. Hebræi sunt, & ego, Israelitæ sunt, & ego, semen Abrahæ, & ego, v. 23. ministri Christi sunt, excello ego in laboribus, in fatigationibus, perabundè; in verberibus, plus satis; in carceribus, perabundè; in mortibus sæpè. v. 24. A Judæis qvinqvies accepi qvadragenas (plagas) *una minus. v. 25. Ter virgis cæsus fui semel fui lapidatus, ter naufragiū feci, noctem ac diem in profundo egi. v. 26. In itineribus sæpe, in periculis fluminum periculis latronum periculis à meis gentilibus, periculis à gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres. v. 27. In fatigatione & ærumna, in vigiliis sæpe, in fame & siti, in jejuniis sæpe, in frigore & nuditate. v. 28. Absq; iis, qvæ extrinsecus agmen illud qvotidie in me consurgens, sollicitudo de omnibus Ecclesiis. v. 29. Qvis affligitur, qvin & ego affligar; qvis offenditur, qvin ego urar. v. 30. Si gloriari oportet, de iis, QVÆ INFIRMITATIS MEÆ gloriabor. v. 31. Deus & Pater Domini nostri JESU CHRISTI laudandus in secula, novit qvod non mentiar. v. 32. In Damasci* (civitate) *gentis præfectus, nomine Aretas Regis præsidio tenebat Damascenorum urbem, cupiens me comprehendere, ac per fenestram in sporta emissus fui per mœnia, effugiq; manus ejus.* *rint ab ipso expressa.*

Huc usque illi contextus; ex qvo iterum qvilibet manibus, ac omnibus digitis palpabit, *infirmitates* dici istas persecutiones & ærumnas à Paulo toleratas.

An affectio erga rem uxoriam sit stimulus carnis in Apostolo?

Multi existimant stimulum carnis, vel surculum carnì infixum fuisse nimiam in Paulo propensitatem ad res uxorias, præsertim cum fiat mentio *carnis*, & quidem stimuli infixi *carni*, insuper in præcedente capite *ustionis.* At si ex uno & altero vocabulo, neglectis contextibus, aliqvis sensum dare voluerit, sæpenumerò cœlum terræ miscebit. Omnino igitur consultissimum & utilissimum, imò unice necessarium est, ut ponantur in ordine singula contextus membra, singula ordine aspiciantur & considerentur, ut æstimari possit, quinam sensus cum toto contextuum corpore conveniat. Sic enim verus sensus elicietur & exportabitur: qui contra faciunt, sensum important antea præconceptum. Hæc igitur causa est, qvod in toto hoc tractatu non meis verbis declarationem breviter & celeriter exponere volui; sed descripsi integros contextus, ut docerem lectorem, qua methodo procedere debeat in oraculis, capitibus, imò Epistolis & Prophetiis integris enucleandis.

Repetitur causa, propter qvam auctor in hoc tractatu integros textus descripserit, qvo labore aliàs lubentissimè supersedisset.

Si quis autoritatem desideret Patrum, quam ego hic prorsus non attendo, qui studeo unicè dependere ex sensu mentis divinæ, is legat G. Majorem, Osiandrum, sed & Lutherum in convivalibus super cap. 19. de cruce, §. Nutz und Frucht des Creutzes und der Anfechtung / ubi hoc ipso sensu citat hoc caput Epistolæ ad Corinthios. Quin & Bellarminus lib. de Monachis cap. 30. à Patribus eodem pacto exponi refert.

Sed quidnam hosce commemoro? An non lector habes Scholion Lutheri marginale in Codice tuorum Bibliorum Germanico in hunc modum: Pfal) Heisset hie nicht des Fleisches Anfechtung zur Unkeuschheit/ sondern grosse Plag und Schrecken vom Teuffel. Denn Pfal ist da man die Leut angespiesset/gecreutziget oder gehencket hat. *Hactenus Verba Lutheri in loco indicato.* Et ut de hac interpretatione Lutheri certissimus sis, ex contextibus tibi apparet.

Quod igitur in hoc toto tractatu adeò urgeo, & urgenda doceo antecedentia & consequentia, propter nullam aliam causam facio, qvam ut explicare doceam Scripturam per Scripturam, ut ita certissimus in conscientia fiat Lector. Si enim volueris tantummodò ex Enchiridio aliquo discere responsiones & explicationes oraculorum divinorum, tum iccircò amplecteris aliquam enarrationem, quia tibi orthodoxus videtur autor Enchiridii. Necesse etiam est, ut hæreas, si alius tibi objecerit, te ita credere propter autoritatem humanam. Ne ergo tibi hoc fiat, disce lector modum illum aureum hactenus sæpissimè inculcatum.

ORACULUM LXXIX.
SACRUM.

2. Cor. 12, 16.

Textus sacer Græcus:

Δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον.

Vulgata Latina:

Dolo vos cœpi.

Lutheri Versio Germanica:

Dieweil ich tückisch war/hab ich euch mit Hinterlist gefangen.

EX eodem capite 12. Epistolæ posterioris ad Corinthios objiciunt aliqvi advocati, licere adversam partem circumvenire, modò accidat citra detrimentum suæ partis. Sic enim ibidem inqvit Apostolus ad Corinthios: *Cum essem callidus, DOLO VOS CEPI.*

DOLO VOS CEPI. Sed lector pro methodo hactenus indigitata, colloca singula membra antecedentium & conseqventium in ordine tabulæ & meditationis tuæ, resqve tibi erit expedita. Contextus ergo in hunc habet modum: v. 11. *Fui insipiens in gloriando, vos me coëgistis* (qvibus Pseudoapostoli persvadent,

ſvadent, qvod ſim ipſis inferior) *nam ego* (qvi vobis ſum Pſeudo apoſtolis notior) *debueram à vobis comendari: nulla enim in re* (apud vos docendo, & alia faciendo) *inferior fui ſummis Apoſtolis tametſi nihil ſum.* v. 12. *Signa qvidem Apoſtoli peracta fuêre apud vos per omnem tolerantiam, & ſigna & prodigia & virtutes* (qvas in nomine JESU edidi apud vos, ut eſſent teſtimonia meæ divinæ Apoſtolicæ per CHRISTUM factæ vocationis) v. 13. *Nam qvid eſt, in qvo fuiſtis inferiores cæteris Eccleſiis, NISI QVOD EGO IPSE NON OBTORPUI, CUM VESTRO INCOMMODO?* (id eſt, qvod non accepi à vobis ſtipendium pro labore, ſed gratuitò penitus vobis prædicavi, unde videmini lubentius me audiviſſe, qvod nihil præmii coacti eſtis mihi numerare, ſicut ſemper lubentius, facilius, celerius audit mundus eos, qvi gratuito docent) *Gratificemini mihi hanc injuriam* (ſi vultis vocare injuriam, qvam beneficium vocare debebatis, cùm hac ratione vos facile ad audiendum pertraxerim, & audientes vel auſcultantes vos ipſos mihi lucri fecerim CHRISTO) v. 14. *Ecce tertiò paratus ſum venire ad vos, ne cum incommodo obtorpeſcam; non enim qværo qvæ veſtra ſunt, ſed vos,* (non qværo veſtra beneficia, ſed veſtram ſalutem) *Non enim debent parentibus* (Apoſtolis) *filii* (vos auditores) *theſaurizare* (ſtipendia dare, qvod loqvitur pro more Apoſtolicum temporum extraordinariorum, non pro aliis temporibus, ſicut Levitis DEUS deputavit amplisſima ſtipendia, & 1. Cor. 9, 9. Apoſtolus ait, dignum eſſe operarium mercede ſua) *ſed parens* (Apoſtoli) *filiis* (vobis auditoribus cœleſtia debent theſaurizare) v. 15. *Ego verò libentiſſimè impendam & expendar pro animabus veſtris, etiamſi amplius vos diligens minus diligar.* v. 16. *Sed eſto* (ſit autem ita, ſicut mihi Pſeudo apoſtoli male objiciunt) *ipſe non gravi vos* (recipiendo vel exigendo ſumtus à vobis) *ſed qvum eſſem callidus, dolo cepi vos* (cùm viderem vos facilius audituros gratuitò prædicantem, & tali prædicatione facilius converſum iri, ſi vocare volueritis hunc callidum dolum, qværo num alios dolos vobis ſtruxerim, ſicut etiam mihi objiciunt, nimirum, qvaſi non per me, ſed per alios exegerim ſumtus) v. 17. *num per qvenqvam eorum, qvos miſi ad vos explicavi vos* (utiqve neqve hoc verè mihi objicere valebunt) *precatus ſum Titum, & cum eo miſi fratrem; numqvid vos expilavit Titus? nonne eodem ſpiritu inceſſimus, nonne iisdem veſtigiis?*

Apoſtolus gratuitò docuit Corinthios.

Hactenus contextus, qvi nihil prodeſt Advocatis, imò potius plurimum adverſatur. Agant ipſi qvoqve cauſſas honorum hominum, neqve petant pretia, tunc utiqve dolo capient callido alios, hoc eſt, alios ſibi plurimum demerebuntur & devincient.

Cætrùm

Cæterum lege de hac gratuita institutione Corinthiorum plura 2.Cor. 11,7.8. *Nunqvid peccavi, qvum meipsum demitterem, ut vos efferremini, qvodq; gratuitò Evangelium Dei evangelizaverim vobis?* v. 8. *Alias Ecclesias spoliavi, accepto ab eis stipendio, ad hoc ut vobis inservirem. Et qvum apud vos essem, & egerem, non obtorpui cum cujusqvam incommodo.* v. 9. *Nam qvod mihi deerat, suppleverunt fratres, qvi venerant à Macedonia, & in omnibus præstiti me vobis minimè onerosum, & præstabo.* v. 10. *Est veritas Christi in me, qvod hæc gloriatio non occludetur* (non adimetur mihi) *contra me in regionibus Achajæ, &c.*

Quod autem in officio fuerit suo fidelissimus Apostolus, lege tum alibi passim, tum 1. Thess. 2, 1. *Ipsi nostis, fratres, aditum nostrum ad vos non fuisse inanem;* v. 2. *sed nos cum antea afflicti fuissemus, & contumeliis affecti, sicuti nostis Philippis, libertate usos in Deo nostro ad loqvendum apud vos Evangelium Dei, cum multo certamine.* v. 3. *Exhortatio enim nostra non fuit ex impostura, neqve ex impuritate, neqve cum dolo,* v. 4. *sed sicut placuimus Deo, qvibus crederetur Evangelium, ita loqvimur, non ut hominibus placentes, sed Deo, qvi approbat corda nostra.* v. 5. *Neq; enim unqvam sermone assentatorio usi sumus, sicut nostis, nec avaritiæ causa qvicqvam præteximus.* Hactenus de isto.

ORACULUM LXXX.
SACRUM,

1. Cor. 15, 29.

Textus Græcus sacer:

Τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;

Versio Latina vulgata:

Qvid facient, qvi baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut qvid baptizantur pro illis?

Lutheri Versio:

Was machen sonst / die sich täuffen lassen über den Todten / so allerding die Todten nicht aufferstehen? Was lassen sie sich dann täuffen über den Todten?

NONDUM discedo ab Epistola ad Corinthios, & nunc adduco penitiùs spectandum istud, 1. Cor. 15, 29. *Qvid faciunt, qvi baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non suscitantur? cur baptizantur pro mortuis?*

Primùm

Primùm aſpice Græcum textum, illicò expedita erit tibi intelligentia hujus oraculi Apoſtoli: Τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; *Deinde* vide antecedentia à primo verſu iſtius capitis, & animadvertes Apoſtolum *de reſurrectione* cum Corinthiis qvaſi cum infantibus rudiſſimis, omninò citra tergiverſationem, & citra tropos agere: v.3. *Tradidi vobis, qvod Chriſtus mortuus ſit pro peccatis noſtris*, v.4. *& qvod ſepultus, & qvod ſuſcitatus ſit tertio die*, v.5. *& qvod viſus ſit multis*. v.11. *Ita ergo prædicamus, ita credidiſtis.* v.12. *Si ergo Chriſtus prædicatur ex mortuis ſuſcitatus eſſe, qvomodo dicunt qvidam inter vos, non eſſe reſurrectionem?*

v.13. *Si reſurrectio mortuorum* (animæ & corporis reſtaurata unio ſperanda omninò unquam) *non eſt* (in genere, ſi nulla eſt, tum nec in ſpecie ulla erit) *Chriſtus qvoq; non eſt ſuſcitatus.*

v.14. *Si Chriſtus non eſt ſuſcitatus, inanis eſt* (DEI ſingulari juſſu per nos inſtituta) *prædicatio noſtra*, (de CHRISTO reſuſcitato & vivente) *inanis eſt & noſtra fides*. v.15. *Reperimur ut falſi teſtes Dei, qvoniam teſtificati ſumus de Deo, qvod ſuſcitarit Chriſtum, qvem non ſuſcitavit* (& illud non modò prædicavimus, ſed etiam miraculis in nomine Chriſti viventis probare conati fuimus, & probavimus; unde & miracula ſimul falſa fuerunt, qvæ tamen vos dicetis ipſi, quod falſa non fuerint) *qvem*, inquam, *non ſuſcitavit, ſi videlicet mortui non* (unquam) *ſuſcitantur.*

v.16. *Si mortui non ſuſcitantur* (in genere, quod docent quidam veſtrates) *nec Chriſtus* (in ſpecie ut unus) *eſt ſuſcitatus*. v.17. *Si Chriſtus non eſt ſuſcitatus, inanis eſt fides veſtra* (qvaſi Chriſtus reſurrexiſſet propter veſtram juſtitiam) *adhuc eſtis in peccatis veſtris.*

v.18. *Nempe & qvi obdormiere in Chriſto perierunt* (ſi Chriſtus periit in ſepulchro, nulli prodeſſe poteſt, id quod tamen prædicare ſumus juſſi) v.19. *Si in hac ſolùm vita ſpem in Chriſto habemus, miſerrimi omniũ hominum ſumus.*

v.20. *Nunc autem Chriſtus* (contra Pſeudo Apoſtolorum veſtrorum ſententiam, qvaſi Chriſtus nihil differret à Prophetis aliis, & in ſepulchro adhuc detineatur, ſicut Petrus, Apollo & alii Prophetæ, & Apoſtoli manent & manebunt in ſepulchris) *ſuſcitatus eſt ex mortuis* (efficiens per nos talia miracula, quæ vidiſtis in nomine ejus fieri) *primitiæ eorum, qvi obdormierunt*, (& à reſuſcitatione non amplius morietur, ut Lazarus, filia Jairi, & filius viduæ.)

Et poſt alia qvædam interjecta paulò poſt: v. 29. *Alioqvi qvid facient ii, qvi baptizantur* ὑπὲρ νεκρῶν, *ſi omnino mortui non ſuſcitantur, cur baptizantur* ὑπὲρ νεκρῶν; v. 30. *Cur nos periclitamur omni momento, indies morior per gloriationem veſtram, qvam habeo in Chriſto Jeſu Domino noſtro.*

 v.32. *Si*

v. 32. *Si secundum hominem adversus bestias pugnavi Ephesi, qvæ mihi utilitas, si mortui non suscitantur? edamus & bibamus, cras enim moriemur.*

v. 33. *Ne seducamini, bonos mores colloqvia corrumpunt mala.* v. 34. *Evigilate justè, & ne peccetis. Qvidam enim Deum non norunt, ad pudorem vobis loqvor.* Hucusq; contextus literaliter consideratus, qvi tam facilimè, qvoad literalem sensum fluit, ut nihil supra, & ut singula vocabula à puero aliqvo planissimè intelligi qveant. Unde in eam aliqvis facilè veniet sententiam, ut vocabulum ὑπὲρ qvoqve propriissimé & literalissimè exponendum esse censat pro *super*, sicut ex Græco ὑπὲρ latinum *super* factum esse non malè conjiciunt aliqvi docti.

Sensus igitur est: Si non suscitantur mortui qvid faciunt, qvi baptizantur super mortuis, qvid cogitant, qvid sperant resurrectionis, qvod petunt baptizari in cœmeteriis super sepulcra, si non confirmantur & testantur hoc pacto de articulo resurrectionis omnibus aliis gentibus extra Ecclesiam incredibili viso.

Nisi hoc concesseris, tum hinc mataphoricus baptismus pro mortuis talis effluet, qvem satis explanare nemo potest, & qvidem contra συνέπειαν & conspirationem omnium versuum, qvi proprissimam & literatissimam verborum & vocum omnium significationem retineri volunt, gestiunt & moliuntur. Omitto enim nimis varias alias interpretationes, qvarum nullus est modus.

Eusebius de Baptismo super mortuis.

Vide autem lector Eusebium lib. 4. cap. 15. Hist. Ecclesiast. postqvam enim ibidem narratio de matyrio Polycarpi combusti ad finem est deducta, *adjiciuntur ab Eusebio hæc verba:* Cùm ergò Centurio contentionem Judæorum cerneret, positum corpus in medio, sicut mos ipsis est, combusserunt, atqve ita nos tandem ossa illius pretiosis lapidibus pretiosiora, & auro probatiora nacti condidimus, ubi id fieri debebat. UBI ETIAM QVOAD FIERI POTEST CONGREGATIS NOBIS cū exultatione & gaudio Dominus natalē martyris sui diem, cùm ad memoriam eorum, qvi anteà certârunt, tùm futurorum exercitationem ac præparationem celebrare largietur.

Hactenus verba Eusebii, ex qvibus colligere satagunt docti, qvòd ad locum sepultorum ossium Polycarpi convenerint cœtus Christianorum, ibiq; inter alia etiam baptizarint, & sic baptizarint ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, super mortuis.

Facit mentionem non cœnæ simul, sed Baptismi tantùm Apostolus, qvòd non ita in Cœna, sicuti in Baptismo, cum aliis articulis fidei Christianæ recitaretur articulus resurrectionis mortuorum, teste Chrysostomo, & abbreviatore Theophylacti.

Si voles illud *baptizari pro mortuis* convertere tropicè, licebit aliis pro deridenda resurrectione Pseudoapostolis etiam qværere tropos in aliis, sicuti resurrectionem pro conversione aliqui accipiebant.

Summatim: Verbum mortui, aut propriè, aut metaphoricè est interpretandum. *Non metaphoricè debet exponi*, quia in aliis omnibus per totum hoc caput propriè accipitur, & pro talibus mortuis, seu potiùs super talibus mortuis baptizantur, qvales mortui sunt resurrecturi. At propriè dicti mortui resuscitabuntur, ergò etiam pro propriè dictis mortuis baptizantur.

Firma demonstratio, qvid sit baptizari pro mortuis.

Deinde τὸ *baptizari* aut propriè aut metaphoricè debet exponi. Si *metaphoricè*, tum ubique tali metaphora accipietur, quæ & aliàs Novo Testamento est nota. Metaphoricè dicitur Baptismus ignis, hoc est, collatio donorum Dei spiritualium & visibilium, Matth. 3, v. 11. Johan. 1, v. 33. Actor. 11. vers. 16. item passio, & mortis tolerantia, Marc. 10. vers. 38. Luc. 12. v. 50. Neutrum autem hujus loci contextus admittit, si mortui non suscitantur, quid faciunt, qui donantur visibilibus donis Spiritus Sancti morientes, aut, si mortui non suscitantur, cur dolemus, patimur pro mortuis? Omnia hæc ineptissima sunt.

Baptizari qvid significet?

Quod autem Bellarminus novam comminiscitur significationem de iis, qvæ pro mortuis apud Pontificios fiunt, illa nullius est momenti, quia caret approbatione contextuum sacrorum.

Bellarmini sententia rejicitur.

Exemplum si requires, lector, ὑπὲρ *super*, ecce Ephes. 5, 20. vetus interpres reddidit: Εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ, *Gratias agentes super omnibus, nomine Domini nostri JESU CHRISTI &c.* Et ne quis hæc in me posset culpare, qvasi audaciùs dicta, circumspexi de consensu aliorum, & reperi eandem interpretationem in Georgio Majore, Collega Divi Lutheri, super hanc ipsam epistolam. Sed ita rectissime Lutherus Germanicè convertit, nec modo convertit, verum etiam hac glossa marginali explicavit: Uber den Todten) Die Aufferstehung zu bestärcken/ liessen sich die Christen täuffen über den Todten-Gräbern/und deuteten auf dieselbigen/daß eben dieselbigen würden aufferstehen. *Hæc Lutherus.*

ORACULUM LXXXI.
SACRUM.

1. Cor. 15. 50.

Textus sacer Græcus:

ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται.

Versio vulgata Latina:

Qvia caro & sangvis regnum DEI possidere non possunt.

Lutheri Versio:

Daß Fleisch und Blut nicht können das Reich GOttes ererben.

SIMUL explico in eodem capite vers. 50. *Caro & sangvis regni Dei hæreditatem accipere non possunt.* Photiniani sentiunt, non hanc nostram carnem resurrecturam, sed prorsus aliam nobis communicatam.

Optime Lector, lege cohærentia, & incipe à versu 35. desine in versu 51. *Qværitur enim*, qvali corpore prodituri sint mortui, cùm moriantur corruptibiles, ignominiosi, infirmi, animales, terrestres, & respondetur post similitudines interpositas, qvod *resurrecturi sint incorruptibiles, gloriosi, potentes, spirituales, cœlestes*; & additur conclusio: *Hoc autem dico, qvod caro & sangvis hæreditatem regni Dei accipere non possunt.* Et è vestigio additur aliis verbis eadem sententia, *neqve corruptio incorruptæ naturæ hæreditatem accipit.*

Caro & sangvis h. l. qvid significent.

Non igitur in hoc loco usurpantur *caro & sangvis pro peccatoribus*, qvi omnino in peccatis permanentes in regni DEI hæreditatem intrare non possunt: *Sed* caro & sangvis hoc loco accipitur *pro corruptilibus*, ignominiosis, infirmis, animalibus, terrenis, carne & sangvine omninò in cœlum ita non venturis, nisi prius alterentur ad modum corporum glorificatorum, fiantq; incorruptibiles, gloriosi, firmi, spirituales, cœlestes sine peccatis. *Ita* qvoqve exponit Augustinus Epistola 146.

ORACULUM LXXXII.
SACRUM.

1. Cor. 5, 12.

Textus Græcus sacer:

Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν.

Vulgata Latina:

Qvid enim mihi de iis, qvi foris sunt, judicare.

Versio Lutheri:

Was gehen mich die draussen an/ daß ich sol richten.

CONSIDERETUR etiam locus alius, 1. Cor. 5, 12. *Qvid enim mihi etiam de extraneis judicare.*

Vide-

Videtur hoc dicere Paulus, qvasi extraneos malos nec convertere teneatur ipse, nec vitare debeant Corinthii. Sed iterum colloca contextuum partes in ordinem hoc modo: v.9. *Scripsi vobis in Epistola, ne commisceremini cum scortatoribus mundi hujus* (non prohibui vobis scortatores omnes in toto mundo, aut avaros, aut rapaces, aut idololatras, aut convitiatores, aut ebriosos) v.10. *alioqvin deberetis scilicet ex mundo exire.* v.11. *Nunc autem scripsi vobis, ne commisceamini* (cum vobis scripserim, quod non debeatis commisceri cum scortatoribus, audite & intelligite, qvid vobis prohibuerim) *Si qvis, qvum frater nominetur* (si quis est inter vos, qvi etiam appellari vult Christianus, jactat notitiam essentiæ & voluntatis Dei, præceptorumq; sacrorum, qvam notitiam, qvi sunt extra Ecclesiam, utiqve nondum tam plenam habent) *si qvis igitur, qvum frater nominetur, sit scortator, aut avarus, aut idololatra, aut convitiator, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi ne edatis qvidem.* v.12. *Qvid enim mea* (interest) *etiam de extraneis judicare* (nimirum pro vestra instructione, qvasi sint vitandi, & cum ipsis non comedendum, adhuc ignaris veræ voluntatis divinæ, qvid interest, de exteris ad vos scribere, scripsi de intrinsecis vestris) *nonne de iis, qvi intus sunt, vos judicatis* (internos incolas nostis scire voluntatem Dei, & tamen prævaricari adversus illam. Hos igitur judicate & vitate) v.10. *De extraneis Deus judicat* (per alios, per nos Apostolos iis voluntatem suam, aut etiam pœnam adhuc monstrabit) *Vos igitur tollite illum sceleratum, incestuosum ex vobis ipsis,* (qvi audivit Dei voluntatem, & tamen uxorem Patris, contra præcepta Dei sacrata duxit.)

ORACULUM. LXXXIII.
SACRUM.

1. Cor. 6,1.

Textus Græcus sacer:

Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων.

Latina Versio vulgata:

Audet aliqvis vestrum negotium habens adversus alterum, judicari apud iniqvos, & non apud sanctos.

Lutheri Versio:

Wie darff iemand unter euch / so er einen Handel

 hat/

hat/mit einem andern hadern für den Ungerechten/ und nicht für den Heiligen.

SEQVENTI mox capite habetur etiam difficilior locus, qvi videtur judiciis legitimi magistratus detrahere. Sed ponatur secundum partes suas ordine spectandus.

Sustinet aliqvis vestrum, negotium habens cum altero, judicio experiri sub injustis, & non magis sub sanctis.

Hic primus versus optimè expendatur: *Habens negotium* nominatur, & de illo dicitur, *qvod velit experiri judicio.* Utiqve non intelligi potest sententia PUBLICI magistratus politici, legitimè præsidentis, qvam cum obedientia esse executioni mandandam, colligimus ex Jerem. 27, v. 7. 8. & Matth. 17. 27. & inprimis illo Christi Matthæi 22. 21. Luc. 20, 25, *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris*, Rom. 13, 1. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2, 13. Judæ v. 8. Sed intelligenda necessariò est sententia, qvam pronunciat PRIVATUS homo de negotio, qvod controvertitur inter duos privatos, à quibus duobus privatis rogatus tertius privatus, ut cognoscat eorum causam, promittuntq; isti, qvod ejus judicio stare velint. Eligebant igitur duo Christiani *privati*, de *privato* negotio contendentes, arbitrium privatum, non ex credentibus fratribus, sed ex illis, qvi adhuc adversabantur Evangelio, qvod duobus Christianis contendentib9 sapientia præstare putaretur præ omnibus, qvi in numero erant Christianorum.

Agitur h. l. de privato judicio.

Hic ergò Apostolus *primò* taxat multitudinem contentionum, & hortatur, ut juxta admonitionem Christi, Matth. 5, 39. *ne resistant malo, sed si qvis ceciderit te in dextram, porrigas ei & sinistram*, hoc est, ut leves injurias potius feras, qvam nimis severe vindices. *Deinde* monet, si omninò contendendum est privatim, ut seligantur arbitri ex numero Christianorum. Cum enim Christiani in ultimo die sint sessuri in suis thronis, & judicaturi mundum juxta mentem supra declaratam; cur non possent inter fratres minora terrena componere negotia. *Sustinet igitur*, inqvit v. 1. *aliqvis vestrum, negotium habens cum altero, judicio experiri sub injustis, & non magis sub sanctis.* vers. 2. *Annon nostis, qvod sancti mundum judicabunt* (Luc. 22. 30. Matth. 19, 28.) *Qvod si per vos* (credulos in extremo die) *mundus judicabitur, indigni* (non apti) *estis minimis* (terrenis judiciis.) v. 3. *Non nostis, qvod angelos judicabimus* (sicut recipimus in æterna tabernacula beneficos; ita testabimur de angelorum factis, qvæ intra nos & alios contigerunt, & testando simul Dei judicium comprobabimus, hacq; ratione judicabimus) *nedum, ut qvæ ad hujus vitæ usum pertinent.* v. 4. *Itaq; judicia* (privata intellige ex contextu) *habeatis de iis, qvæ ad hujus vitæ usum pertinent, eos, qvi minimi sunt in Ecclesia, EOS IN SUBSELLIA COLLOCATE.*

Judicium sanctorum in extremo die.

Ecce, lector benevole; non svadet, ut remoto magistratu ethnico legitimo substituant in locum remoti Christianos, sed ut in privatis contentionibus extra forum & tribunal magistratus legitimi, ex indulgentia magistratus legitimi eligant & rogent arbitros ex numero vel minimorum Christianorum.

Jam pergit v. 5. *Pudoris causa vobis, vobis dico. Itane non est inter vos* (Christianos) *sapiens* (in legibus) *ne unus qvidem, qvi possit* (privatim) *dijudicare inter fratres suos*; v. 6. *sed frater cum fratre judicio experitur* (privato) *idq; sub infidelibus, seu incredulis. Jam igitur omninò impotentia est in vobis, qvod judicia* (privata) *habetis inter vos ipsos.* (Est signum iracundiæ, qvod tam facile inter vos exoriuntur de rebus levibus controversiæ, & non potest alterius nævos qvosdam alter ferre, seu patienter emendare.) v. 7. *Qvare non potius injuriam patimini, cur non potius damnum accipitis?* v. 8. *At vos* (inverso ordine, ubi ubi potestis, defraudatis vos invicem) *injuriam facitis & damno afficitis, idq; fratres.* Hæc ex contextuum συμφωνία deprompta explicatio nativa, facilis, plana & verissima est.

ORACULUM LXXXIV.

SACRUM.

1. Tim. 1, 9.

Textus Græcus sacer:

ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται.

Versio Latina vulgata:

Lex justo non est posita.

Lutheri versio Germanica:

Daß dem Gerechten kein Gesetz gegeben ist.

ADjicio nunc aliud ex 1. Tim. 1, 8. 9. 10. 11. *Justo non est lex posita.* In fontibus nihil est, qvod scrupulum pareret, aut majore indagatione indigeret. In Græco non est τίθεσθαι, sed κεῖται.

Simpliciter igitur veniendum est ad contextum, qvem ordine demonstrabo. Is enim inclusam habet genuinam istius oraculi sententiam. Incipiam à versu statim tertio: v. 3. *Qvemadmodum rogavi te, ut permaneres Ephesi,* (in Asia) *cum proficiscerer in Macedoniam, ut denunties qvibusdam, 1. ne DIVERSAM DOCTRINAM* (utiqve de ea, qvam Apostoli omnes de salute ex fide in Christum spargebant) *doceant.* v. 4. 2. *nec attendant fabulis & genealogiis infinitis, qvæ potius qvæstiones præbent, qvam ædificationem Dei, qvæ est per FIDEM.*

Ex his apparet, de qvibus duobus necessariis ad salutem pugnaverint falsi Prophetæ seu Doctores, nimirum contra fidem in Christum. Vide similem locum Tit.3,9. qvem Concordantiæ poterant monstrare, si nondum tyro illum ex assidua Bibliorum repetitione cognitum haberet, ad qvem his verbis scribit Apostolus: *Stultas qvæstiones & genealogias, & contentiones ac pugnas LEGALES cohibe: sunt enim inutiles & vanæ.* Huc Tit.1,14. *Non attendendo judaicis fabulis & mandatis hominum, aversantium veritatem.* Utq; in specie videas, lector, qvod doctrinæ de Justificatione gratuita opposuerint disputationes de traditionibus humanis, qvorum autores qvomodo in genealogiis longe lateq; inqvisiverint, disputarintqve, ut illis autoritatem conciliarent majorem, statim ex conjunctis textibus optimè dijudicabitur. Sic enim in Epistola ad Titum ordine reperies: Cap.1. v.1. *Paulus Apostolus Christi secundum fidem Electorum Dei*, v.2. *ad spem æternæ vitæ, qvam promisit Deus ille mentiri nescius, & patefecit per prædicationem, qvæ concredita est mihi secundum ordinationem Servatoris nostri Dei.* v.7. *Oportet Episcopum esse tenacem illius doctrinæ, ut possit contradicentes convincere.* v.10. *Sunt enim multi vaniloqvi, maximè ii, qvi sunt ex Circumcisione.*

v.13. *Qvam ob causam redarguito præcisè, ut sani sint in fide*, v.14. *non attendendo judaicis fabulis & mandatis hominum aversantium veritatem.* (Jam arrige aures ad proximè seqventem illico versiculum hunc) v.15. *Omnia pura puris, sed & pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est eorum mens & conscientia* (vides, lector, de ceremonialibus nimias fuisse propositas disputationes, qvales, si voles, multas hodiernorum leges in Schola Judaica Buxtorfii, & in Thalmud Gersonis: Exempli gratia, an in Sabbatho? an liceat vesci ovo, qvod gallina peperit in Sabbatho? Ne gallinis dispergantur pro cibo grana die Sabbathi in loco & tellure humidiore, ne, si inde culmi nascerentur, Sabbathi profanator aliqvis accusari posset, qvasi seminasset in Sabbatho. Qvod etiam in Sabbatho latronibus non sit resistendum &c. *Potius debuissent primò fidem inculcare* in Christum Jesum, deinde docere ad exemplum Christi Matth.5.& 6.& 7. qvomodo ex lege Dei ipsius morali sanctissima studendum sit bonis sanctis operibus, qvod Paulus in Epistolis omnibus sanctissimè docet. At illi de ceremonialibus magis erant soliciti, ut ita Patrum & Rabbinorum autoritatem propugnarent sartam tectam.

Judaica fabula & mandata hominum.

Sicut enim Apostolus Gal.1,14. profecerat in Judaismo super multos æqvales in genere suo, cum vehementiore studio teneretur traditionum, qvas à patre acceperat, ut habent verba ejus propria: Ita qvoq; Doctres Judæi Rabbinos suos, & Patres suos subinde ingeminabant, Matth.23,7. non ut explicatores textuum sacrorum; sed ut progenitores talium novarũ doctrinarum, cum doctrinarum fontem & patrem unum Deum & Christum agno-

scere

ſcere debuiſſent. Ipſi vero dicebant, *Rabbinis ſimpliciter credendum, etiamſi dixerint, dextram eſſe ſiniſtram.* Qvi volet, legat hac de re apud Galatinum plurima. Ergo Apoſtolus taxat hæc dogmata de his operibus, & revocat ipſos ad vera opera ipſius legis divinæ. Sic enim dixit ad Titum c. 1. v. 15. *Omnia qvidem pura puris, ſed & pollutis & infidelibus nihil purum, ſed polluta eſt eorum mens & conſcientia.* v. 16. *Deum profitentur ſe ſcire, ſed factis negant, cùm ſint abominandi, & immorigeri, & ad omne opus bonum reprobi.*

Cap. 2. v. 1. *At tu loqvere, qvæ decent ſanam doctrinam,* v. 2. *ut ſenes ſint ſobrii, graves, conſulti, ſani fide, tolerantia, charitate,* v. 3. *ut anus &c. Adoleſcentes hortare, ut ſint moderati; Servos hortare &c. Hæc argue, & loqvere cum omni imperio, nemo te deſpiciat.*

Cap. 3. v. 1. *Suggere Servis, ut principatibus obtemperent, ut ſint parati ad omne opus bonum.* v. 3. *Eramus nos qvoq; qvondam immorigeri,* v. 4. *ſed poſtqvam apparuit bonitas Salvatoris noſtri Dei,* v. 5. *non ex operibus juſtis, ſed ex miſericordia ſalvavit nos, &c.* v. 8. *Fidus hic ſermo, & de his volo aſſeverare, ut ſtudeant BONA OPERA tui, qvi crediderunt DEO.*

Hæc illa ſunt honeſta & utilia hominibus (Attende iterum præciſè lector, qvid verè bonis operibus mox ſeqvente verſu opponat alterâ vice) v. 9. *Stultas autem qvæſtiones & genealogias & contentiones & pugnas legales cohibe, ſunt enim inutiles & vanæ.* Hactenus ex Epiſtola ad Titum 1.

Redeo ad textum Epiſtolæ ad Timotheum, unde illlud ipſum optime judicabis. Sic enim verſu 4. dixerat: *Nec attendant fabulis & genealogiis infinitis, qvæ potius qvæſtiones præbent, qvam ædificationem Dei, qvæ eſt per fidem. (* Rejectis iſtis falſis operibus, jam ad vera opera ſe convertit, qvæ in lege divina docentur, & unico nomine CHARITATIS comprehenduntur. ſicut graviter docet Rom. 13, 8, 9, 10. &c. & hoc loco aliis verbis repetit, ſic inqviens:) *Porro finis mandati eſt charitas* (ſtudium bonorum operum in Decalogo expreſſorum, & explicatum aliis divinis optimis legibus, qvæ perpetuæ ad omnia tempora & loca pertinent, de vitando inceſtu, de ſcortatione, de homicidio vitando, de parentibus non maledicendis, de labore manuum urgendo &c. (v. 5. *Charitas,* inqvit *ex puro corde & conſcientia bona & FIDE non ſimulata* v. 6. *A qvibus cùm qvidam aberrarent, deflexerunt ad vaniloqventiam (* omiſſis verè bonis operibus ad ſtultas pugnas legales redierunt) *cùm velint eſſe Legis Doctores, nec intelligant, qvæ loquntur, neq; de qvibus aſſeverant* (ſed ne ex commendatione bonorum operum legis divinæ in opinionem ex altera parte malam prolaberentur, qvaſi ex illis operibus verè bonis dependeret Juſtificatio, jã occurrit iis. (v. 8. *Scimus qvod, lex* (divina, decalogus, & leges ex Decalogo forenſes judiciales deductæ perpetuæ, nam temporales tanqvam pure pute & in qvarto gradu proprii

De qva lege agat Apoſtolus, num de Romana vel de divina.

 Moſai-

Mosaicas non vult inclusas esse, cum Apostoli jum tunc modo abolitionem ceremoniarum & politiæ denunciarent,)*sit bona, si qvis ea legitimè utatur*, v. 9 *nempe sciens*(*sicut* pietas habet promissiones hujus & æternæ vitæ, ut 1. Tim. 4, 6, 7, 8, 9. in oppositione eadem iterum repetita, etiam docet; *ita* è contra omissio bonorum operum, & violatio præceptorum Dei etiam habet suas maledictiones.) *Nempe sciens, qvod lex (* maledicens & puniens in genere & specie)*justo posita non sit* (qvod maledictio & punitio probum non feriat & maledicat)*sed legis contemtoribus: & iis qvi subjici nesciunt, impiis, peccatoribus, nefariis, profanis, patricidis, matricidis, homicidis*, v. 10. *scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis mendacibus, perjuris, & si qvid aliud est, qvod sane doctrinæ sit positum*, v. 11. *qvæ est secundùm gloriosum Evangelium beati Dei* (secundum ministerium) qvod concreditum est mihi v. 12. *Gratias igitur habeo, qvi mihi has vires indidit Christo Jesu Domino nostro, qvod me fidelem duxerit, ut qvi me in ministerio collocarit*. Pergit in capitibus seqventibus Apostolus, & pro rejectis judaicis pugnis legalibus, sicut ad Titum etiam facit, *vera opera bona* ipsius divinæ legis inculcat, qvæ textibus ordine resolutis, propter vitandam prolixitatem, recensere nolo: lector autem tu hoc facias & omnia capita ad finem perlegas cum magna attentione.

Qvibusnam Lex sit posita vel maledicat,

Dicit ergo, qvod posita 1. legis contemtoribus, ἀνόμοις, injustis. 2. ἀνυποτάκτοις, inordinatis, subjici nesciis. 3. ἀσεβέσιν, impiis. 4 ἁμαρτωλοῖς, prævaricari studentibus. 5. ἀνοσίοις, non sanctitati studentibus. 6. βεβήλοις, inqvinatis. 7. patricidis. 8. matricidis. 9. homicidis. 10. scortatoribus. 11. masculorum concubitoribus. 12. plagiariis 13 mendacibus. 14 perjuris, 15. *Si qvid aliud est qvod sane doctrinæ* (verè bonorum operum, credentibus studendorum) *adversatur qvæ* (doctrina de operibus verè bonis, credenti inculcandis) *est secundum gloriosum Evangelium beati Dei qvod concreditum est mibi* (secundum ministerium, in qvo doceo, qvod mihi est commissum, ut habetur in seqventi versu, cujus etiam ratione statim inculcat & fidem in Christum & fidei indicia seu τεκμήρια latissimè explicat & commendat. Qvæ sint illæ, qvæ sanæ doctrinæ opponuntur, luculentur etiam exponit aliis locis, qvorum aliqvot tangam. 1. Cor. 5. 10. 11. dicit *de fornicariis, avaris, rapacibus, idololatris, maledicis, ebriosis*. 1. Cor. 6, 9. 10. *de fornicatoribus, idololatris, adulteris, mollibus, masculorum concubitoribus, furibus, avaris, ebriosis maledicis, rapacibus*, Gal. 5. 19. &c. *recensentur opera carnis, fonicatio, immunditia, impudicitia, luxuria*, v. 20. *idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ contentiones*, v. 21. *æmulationem, rixæ, dessensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes*, & his similia 2. Timoth. 3, 2. nominantur homines v. 2. *seipsum amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obædientes, ingrati, scelesti*, v. 3. *sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes,*

nentes,

nentes, immites, sine benignitate, v. 4. *proditores, protervi, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis, qvam Dei &c.* Ergo, sicut lex posita est homicidæ, ita lex non est posita homini benefico, & pacifico Lex de fundendo sangvine per publicum ministerium posita est homicidæ, non obtemperanti in tranqvillitate, unde præbere cogitur sangvinem suum fundendum. Lex de fundendo sangvine per ministerium publicum non est posita pacifico, qvia pacificus in pace vivit cum omnibus, nemini vitam adimit; à nemine igitur ipsi vita adimi debet. *Sensus igitur iste est*; Legis maledictio & punitio in genere & specie nihil pertinent ad illos, qvi in legem non prævaricantur, sed extendit sese ad prævaricantes adversum legem Dei.

Sensus dicti

Est hic locus super modum insignis, & non obiter aspiciendus à legum Imperatoriarum Doctoribus. *Primùm* Comunior est traditio, qvod leges imperatoriæ sint confectæ ex notitiis naturaliter insitis. Jam verò certum est, qvod notitiæ naturaliter insitæ practicæ per lapsũ horribiliter sint corruptæ, qvæ etiam caussa est, qvod aliqvæ gentes furta laudarunt, aliqvæ puniverunt, qvod qvædam adulteria approbarint, qvædam improbarint.

1. Principia legum dicũtur, notitiæ practicæ.

Deinde certum hoc est, qvod in Decalogo contineatur fons omnium sic dictarum notitiarum naturalium practicarum. Qvemadmodum verò apud Ciceronem certior dux dicitur esse ars, qvàm natura: ita omnes fateri necessum habebunt, certiora principia jurium esse in Decalogo, qvàm in mentibus hominum per lapsum corruptis. Id qvod à nullo barbaro negari poterit,

2. Decalogus fons omniũ notitiarum practicarũ.

Præterea hoc est in confesso, qvod Deus ex Decalogo condiderit alias leges, Exempli gratia ex sexto præcepto condidit legem judicialem contra concubitum masculinum, fœmininum & brutorum Levit. 18, 22. Item leges de gradibus consangvinitatis & affinitatis ibidem. Item leges de violatore Sponsæ alienæ puniendo, Deut. 22. v. 23. Item leges de accusatoribus & calumniatoribus propriæ Sponsæ, ibidem. Item leges de stupratore cohercendo, ibidem. Has leges divinas ex lege Decalogi fluentes, ut & generales maledictiones, hoc loco Apostolus in Novo Testamento commendat, qvando dicit, leges illas divinas positas esse & maledicere scortatoribus, Utriqve sub vocabulo LEGIS, ipse qvantumvis Romanus civis, tamen non voluit intellectas civiles, sed qvia erat Apostolus DEI & Hebræus sanctus, sanctas DEI sui leges voluit commendare.

3. Decalogus fons omniũ aliarum legum diVinarum.

4. Apostolus in NoVo Testamento commendat leges diVinas ortas ex Decalogo

Sicut & Christus Matth. 15, 4. in Novo Testamento commendat & confirmat legem patris sui veterem de occidendis, qvi maledicunt patri & matri: Ita hoc in loco Apostolus simili stylo confirmat leges divinas veteres plurimas, de qvibus suo tempore σὺν Θεῷ plurima in honorem Dei scribam.

5. *Leges divinæ forenses Mosaicæ longe ante Mosen viguerunt.* At ut plus constet, illæ leges de scortatoribus jam dictæ tempore Mosis non cœperunt, sed fuerunt ante Mosen, sicut Gen. 38. v. 24. Judas comburi jubet sic visam adulteram Thamaram, cum qva erat desponsatus filius ipsius tertius.

Interim hoc expressè addendum est, qvod qvædam leges Mosaicæ fuerint tantùm illi populo intra illam terram habitanti latæ, & tantùm usq; ad Messiam observandæ, qvalis fuit lex de dividenda terra in duodecim tribus, de agris diversarum tribuum non comiscendis, confundendis, abalienandis, de pauperibus in uno qvolibet magno anno jubilæo in sua bona vendita reducendis, de viduo ducente uxoris defunctæ sororem, de vidua defuncti fratris ducenda à fratre superstite, ut possent salva manere discrimina possessionum in singulis tribubus, de qvibus passim vide in posterioribus qvatuor libris Mosis, ut de ceremoniis omnibus, qvæ nudè Mosaicæ erant abrogatis, nihil dicam.

6. *Leges divinæ forenses purè putè Mosaicæ.*

Qvod enim aliqvæ leges Mosaicæ sint perpetuæ, aliqvæ temporales, nemo sanus negabit. Jam igitur non restat ulla qvæstio, qvàm ut ex toto Mose doceatur, qvæ sint temporales, qvæ perpetuæ. Tantummodo moderentur sese in suis sermonibus qvidam incauti, ne temerariis in leges divinas futilitatibus sibi & suis procreent & thesaurizent iram Dei.

Leges etiam divinæ perpetuæ ex Ecclesiis emanarunt ad Ethnicos, ad
7. *Leges divinæ perpetuæ manarunt ad Chaldæos, ad Græcos, Romanos &c.* Chaldæos, Ægyptios, Græcos & Romanos. Suntqve Romanæ leges nihil aliud nisi rivuli accepti ex legibus divinis, nisi qvod incertum aliqva accessêre pro circumstantia temporum & locorum.

DEUS vult tres aut duos ad minimum testes, non rejicit, si possent plures adesse, utpote qvia contractus plerosqve DEUS in portis coram magna multitudine fieri voluit.

De testibus adhibendis. Incautè loqvuntur, qvi dicunt, Romanas leges reqvirere plures testes, & in hoc DEROGARE legi divinæ. Absit à me, ut unqvam uterer durissimâ aliqvâ phrasi, cum verum non sit, qvod Deus non admiserit plures testes, qvi plurimos voluit, & in subitis saltem casibus ad minium duos vel tres.

8. *Aliqvot leges humanæ pugnãt cum legibus divinis ex Decalogo ortis.* De iis, qvæ alicubi minus purè admixta sunt legibus hominum, nemo etiam hominum diffitebitur, & nunc non est dicendi locus. DEUS ipse suas leges præponit omnium hominum legibus Deut. 4, 18, 32. & seqq. his verbis: *Qvæ est gens alia sic inclyta, ut habeat ceremonias istaqꝫ judicia, sicut est universa lex ista, qvam propono hodie ante oculus vestros* Romanæ leges de furto consummato & imperfecto, idem de occidendo diurno & nocturno fure prorsus contrarium dicunt à legibus divinis. Sed hæc isto loco.

ORA-

ORACULUM LXXXV.
SACRUM.

Matth.23, 8.10.

Textus Græcus sacer:

v. 8. Ὑμεῖς δὲ κληθῆτε ῥαββί.

Et v.10. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί.

Versio vulgata Latina:

v. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi.

Et v.10. Nec vocemini Magistri.

Alii vertunt: Nec vocemini Doctores.

Lutheri versio Germanica:

Aber ihr sollt euch nicht Rabbi nennen lassen.

Et: **Und ihr sollt euch nicht lassen Meister nennen.**

CUm fecerim paulò ante mentionem dicti istius Matth.23, 8. *Vos ne vocemini Rabbi* (Magistri) *unus est enim Doctor vester, Christus, omnes autem vos fratres estis. v. 9. Et patrem vestrum neminem vocetis in terra; Unus enim est pater vester, qvi in cœlis est: v. 10. nec vocemini Doctores; Unus enim est vester Doctor Christus.*

In fontibus nihil occurrit, qvod alicui scrupulum vel remoram facere qveat. Videamus igitur & istum contextum, & si qvos parallelos, seu analogos similes alios habere possimus.

Sic ergo incipit ibidem CHRISTUS: *In cathedra Mosis sedens scribæ* (non nudi Scribæ, sed Professoribus Theologicis Academicis similes, 1. Esdræ 7, 6.11.12.21. 2. Esdræ 8, 1.4.9. νομικός græcè, id est, profundè doctus in lege) *& Pharisæi; omnia ergo qvæ dixerint vobis* (ex lege Mosis, ut ex Mose, in cujus cathedra sedent, Nehem.8, 4.9.) *ut servetis, servate & facite, secundum opera verò eorum* (qvæ sibi excogitant, ultra, supra, extra, & contra Mosen, adeoqve inventores istos novorum dogmatum, novorum operum, & novarum explicationum,) *ne faciatis, dicunt enim* (turgidi ventosæ sapientiæ tam multiplicis & vanæ flatibus) *& non faciunt.*

Ergo audias qvæ faciunt: 1. ipsi qvædam ex Mose rectè explicant. 2. aliud est ipsorum judicio longè melius, qvod ipsi decreta vivendi ex suis cerebris fingunt, qvalia jam supra attigi paucula de Sabbatho, & eadem populo injungunt, simulantqve, qvod & ipsi servent, cum. 1. non habeant autoritatem fingendi nova dogmata, 2. malè loco verbi DEI eandem proponant populo. 3. Ipsi tamen aliter vivant, qvalia etiam

 sunt

Matth. 5. & 15. & 23. Marci 7. sunt de longis precationibus; de juramentis per templum, & aurum templi, per altare, per donum, qvod est supra altare, per cœlum, de decimatione omnium minimorum florum, de tot lotionibus poculorum, patinarum, vestium, corporum.

Sicut enim Pontificii fingunt, & palliant transsubstantiationem, limbum infantum, intercessiones Sanctorum pro nobis, purgatorium, extra, præter & contra verbum Dei, & ita non sunt explicatores Biblicorum textuum; sed inventores novorum dogmatum & articulorum, ut jam dici debeant *magistri primi articulorum, Doctores primi, inventores primi, patres primi*, uno verbo *formatores* novorum dogmatum & explicationum, unde laudum titulos aliqvos conseqvi gestiunt; ita tunc faciebant nova dogmata & explicationes Scribæ & Pharisæi, & sic audiebant Magistri, Patres, Doctores, id est, inventores novarum doctrinarum & explicationum.

Hæc deinceps pluribus dicentur (in textu à versu 4. usqve ad 29. ut seqvitur) *Ligant onera gravia* (mandata multiplicia nova, sicut hodierni Judæi aliqvot centena mandata numerant & unicuiqve membro hominis nova facienda præscribunt, aut sicut in immensum Pontificii cumulant leges) v. 4 *difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere* (sufficit ipsis, qvod ipsi talia excogitarunt ut fabri) v. 5. *omnia verò opera sua faciunt ad hoc, ut spectentur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & producunt fimbrias palliorum suorum*, v. 6. *amantq; primos accubitus in cœnis & primos consessus in conventibus*, v. 7. *& in foro salutationes, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi*: v. 8 *Vos autem* (discipuli CHRISTI) *non vocemini Rabbi* (inventores dogmatum & explicationum novarum, scripturis nimirum contrariarum, sed docete, qvæ ex me auditis) *Unus est enim Doctor* (Magister) *vester Christus* (qvi audit dogmata à Patre, & vobis annunciat; vos audita ex me aliis, ut audiistis, prædicabitis sine nova inventione, additione & interjecto fermento) *omnes vos fratres estis* (æqvales estis respectu vestri, qvia omnes, ut condiscipuli ex me magno Magistro & Doctore dogmatum discitis) *& Patrem vestrum* (ratione dogmatum inventorum) *neminem vocetis in terra. Unus est enim Doctor vel Magister, Christus* (qvi dogmatum autor à Patre edoctus vobis constituitur) *sed qvi maximus est vestrum, sit minister vester*, &c. Hæc est brevis & solida oraculi istius declaratio.

Verus sensus.

Doctores Theologiæ & Magistri Theologiæ sub Papatu pro iisdem, inde adhuc hodie tituli tales supersunt.

Eandem mentem habet Jacobus Apostolus cap. 3, 1. *Ne sitis multi Magistri*, (ne studeatis privatis opinionibus, qvæ in scripturis nullum habent fundamentum) perlege lector totam Epistolam Jacobi Apostoli.

Porrò

Porrò verissimam esse hanc oraculi CHRISTI interpretationem, ex eo patet, qvia Magistrum & Doctorem & Patrem alias eo respectu licet aliqvem vocare, qvando ex verbo DEI is suos auditores docet dogmata CHRISTI, ita, ut ex se nihil novi reperiat, inveniat & excogitet, sed per omnia seqvatur ductum sacrarum literarum.

Exempla, qvod liceat vocari Patrem & Magistrũ.

Rom. 2,19. *Confidis te ducem esse cæcorum, lucem eorum, qvi sunt in tenebris.* v. 20. *eruditorem insipientium, MAGISTRUM διδάσκαλον infantium, ut qvi habeas informationem cognitionis ac veritatis per legem:* v. 21. *sed qvi doces alios, te ipsum non doces; qvi prædicas non furandum, furaris.*

2. Timoth. 1,11. *Apostolus seipsum vocat MAGISTRUM vel DOCTOREM διδάσκαλον gentium.* Hebr. 5,12. *Qvi deberetis pro temporis ratione Magistri διδάσκαλοι DOCTORES esse, rursum vobis opus est doceri.*

Doctores vocantur Patres.

Sic Apostolus ad Corinthios se vocat *PATREM Corinthiorum*, non qvod eis præscripserit nova dogmata, sed qvod ex doctrina CHRISTI eos genuerit novos homines, 1. Corinth. 4,15. *Etiamsi decem millia Pædagogorum habueritis in Christo, non multos tamen PATRES. In Christo enim Jesu per Evangelium EGO genui vos.*

Item vocat Apostolus Timotheum & Titum FILIOS. Necesse igitur est, se esse Patrem Timothei & Titi, 1. Cor. 4,17. 1. Tim. 1,2. Tit. 1,4. Philem. v. 10. *Sic Abraham* dicitur *pater omnium credentium*, Rom. 4,11.

Porrò, qvod Matth. 23, Rabbi, Doctores & Magistros, TANQVAM inventores novorum dogmatum damnet CHRISTUS, patet etiam ex ipsis in eodem loco in hunc modum seqventibus, ut v. 14. qvod docebant muneribus pecuniariis posse à Deo impetrari veniam peccatorum, si nimirum homines donent ipsis magna munera, postea ipsi longas instituant precationes, qvod ipsis Marc. 12, 40. tribuitur. Est hoc omnino novum dogma, verbo Dei ignotum, à Scribis & Pharisæis, Magistris, Doctoribus & Patribus prognatum, editum & excogitatum. Deinde versu 15. qvod mare & aridam circumambulabant, ut facerent per inculcatas traditiones suas unum proselytum, unum in fraternitatem Pharisaicam cooptarent, sicut Jesuitæ fratres sibi undiqve conqvirunt. Præterea, qvod docebant novas formulas jurandi per cœlum, per sacrificia, sicut Pontificii per sanctos Evangeliorum conditores &c. Puto jam qvemlibet videre, qvid sibi velint verba CHRISTI, *nolite vocari Magistri.*

Optima E CONTRA conscientia creantur & appellantur in nostris Academiis Magistri & Doctores & Patres Philosophiæ, Medicinæ & Theologiæ: & Carolostadius magna laboravit ignorantia, qvi dixit se creando Doctores Theologiæ facere contra conscientiam.

ORACU-

ORACULUM LXXXVI.
SACRUM.

1. Tim. 4, 13.

Textus Græcus ſacer:

Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.

Latina Verſio vulgata:

Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

Lutheri interpretatio:

Halt an mit leſen/ mit ermahnen/ mit lehren/ biß ich komme.

NONDUM abeo ex Epiſtola ad Timotheum, ex qva cap. 4, 13. plusqvam millies citari audivi & vidi illud, *Attende lectioni*, qvaſi ſit admonitio ad Timotheum ſcripta, ut diligentiam ſummam adhibeat in ſanctis Bibliis PRIVATIM legendis.

Miratus fui ſenſum iſtius admonitionis, præſertim cum viderem 2. Timoth. 3, 14. eundem Timotheum ab eodem Paulo commendari hiſce verbis: *At tu mane in iis, qvæ didiciſti, & qvæ tibi concredita ſunt, ſciens, à qvo didiceris, & qvod à puero ſacras literas noveris, qvæ te poſſunt inſtruere, qvod ad ſalutem attinet.*

Deinde non tam bene cohærent illa hoc modo reddita, qvæ extant verſu eodem integro 13. *USQVE DUM VENERO, attende lectioni, EXHORTATIONI, DOCTRINÆ.* Epiſtolam igitur ipſam illam totam ſæpius à principio ad illa usqve & ultra verba ruminans, contextuumqve harmoniam ſcrutatus animadvertit, qvid velit Apoſtolus.

Contextus arguit, qvod primariò moneat Apoſtolus de PUBLICA PRAELECTIONE.

Initio capitis primi dicit: v. 3. *Qvemadmodum rogavi te, ut permaneres Epheſi, cum proficiſcerer in Macedoniam, ut DENUNCIES QVIBUSDAM, NE DIVERSAM DOCTRINAM DOCEANT*, v. 4. *ne attendant fabulis & genealogiis infinitis, qvæ potius qvæſtiones præbent, qvam ædificationem Dei, qvæ eſt per fidem.*

Jamqve repetit ſanam doctrinam ſeqventibus verſibus per totum primum caput omnibus, & omnibus per totum ſecundum & tertium usqve ad 14. ubi, ſicut 18. primi commendavit illud ipſum de qvo dixit verſu 3. primi, ita nunc ait: *Hæc tibi ſcribo, ſperans fore, ut veniam brevi ad te. Qvod ſi tardius venero, ut ſcias, qvomodo oporteat te IN DOMO DEI verſari, qvæ eſt Eccleſia Dei vivi &c.*

Et iterum post insertas admonitiones de sana doctrina cap. 4,6. *Hæc si subjeceris fratribus, bonus eris minister. Prophanas & aniles fabulas rejice.* Et iterum post pauca: v.11. *Hæc denuncia & doce*, v.12. *nemo juventutem tuam despiciat: usq; dum venero*, v.13. *attende ἀναγνώσει, exhortationi, doctrinæ*, v.14. *ne neglexeris donum, qvod in te est.* v.15. *Hæc exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit inter omnes.* v.16. *Attende tibi & doctrinæ, & persiste in his. Id enim si feceris, teipsum servabis, & eos, qvi te audierint.* Et cap. 5. post alia pauca: v.7. *Illud igitur denuncia, ut fiant irreprehensibiles, ἀνεπίληπτοι, ut sint inexcusabiles.* Huc illud cap. 6,20. *O Timothee, depositum serva devitans profanos de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominatæ scientiæ.*

Omnia hæc posteriora referuntur ad finem illum, ad qvem collineat initium Epistolæ ejus, ut aliena docentibus sese opponat, & hæc meliora objiciat, sicq; hostibus non cedat, se ipsi auxilio adfuturum pollicetur, & vult, ut usqve dum venerit, instet prælectionibus (id in Græco est ἀνάγνωσις, pro qvo habetur LECTIO in vulgata) exhortationibus, doctrinis, scilicet adversus illos, qvi aliam doctrinam à doctrina Apostolorum de fide in Christum, & alienam doctrinam à doctrina Apostolorum de bonis operibus, non juxta legem divinam præstandis, sed juxta fabulas & pugnas Judaicas faciendis spargebant. *Hæc cum primis publice fieri decet.*

Porrò *primùm* apprimè circumspiciatur & expendatur, qvod vocabulum ἀνάγνωσις usurpetur etiam de prælectione tali, qvalis solet fieri publice in templis, ubi nimirum textus sacri præmittuntur, posteà breves doctrinæ adjiciuntur. Apparet hoc ex seqventibus locis. *Ἀνάγνωσιν pro publica prælectione etiam usurpari probatur.*

Act.13,15. *Post lectionem Legis & Prophetarum* nimirum in templo per Sabbathum factam ibidem versu 27.) *miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si qvis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.* Aderant in Synagoga Apostoli præsentes, & forsan tali vestitu, *unde Apostolos illius temporis agnoscebant, itaq; ad ipsos ibi præsentes post publicam prælectionem miserunt*, ipsis hoc obtulerunt, & rogarunt, num post prælectionem publicam absolutam aliqvid monitionum attexere velint.

2. Cor.3,14. *Obtusi sunt sensus eorum, usqve in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum*, v. 15. *sed usqve in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum.*

Eph.3,2. *Audistis dispensationem gratiæ Dei, qvæ data est mihi apud vos*, v.3. *qvod scilicet per revelationem notum mihi fecerit Mysterium*, v. 4. *Ex qvo PERLECTO potestis intelligere.*

Col.4,16. *Cum perlecta fuerit apud vos epistola, facite, ut & in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam, qvæ scripta est ex Laodicea, ut vos qvoqve legatis.*

1. Thess. 5, 27. *Adjuro vos per Dominum, ut legatur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.* Er hoc unum est, qvod attinet ad vocabulum *ἀνάγνωσις* &c.

Deinde conjuncta proxima qvam diligenter sunt æstimanda. Conjunguntur igitur tria, *ἀνάγνωσις, παράκλησις, διδασκαλία*, lectio, exhoratio & doctrina.

Sed Episcopus exhortari & docere debet primariò pulicè, ergò etiam legere vel prælegere publicè apud totam Ecclesiam. Instruitur enim Apostolus à maximo Apostolo de his, qvæ sunt in Ecclesia DEI, tanqvam in domo DEI facienda, & ab ipso expedienda. Sic enim patet 1. Timoth. 3. vers. 14. *Hac tibi scribo, sperans fore, ut veniam ad te valde citò*, v. 15. *Qvod si tardius venero, ut noris, qvomodo oporteat in domo Dei versari, qvæ est Ecclesia Dei vivi &c.*

Ergò Apostolus hoc in loco monet, ut Timotheus instet in publica Ecclesia, prælegendo seu allegando & urgendo textus sacros, exhortando, docendo, ac si diceret, *Attende lectioni, attende exhortationi, attende doctrinæ*, siqvidem *τό* ATTENDERE *ἀπὸ κοινοῦ* ad omnia tria seqventia vocabula æqvaliter pertinet & est reassumendum. Interim autem publica lectio præsupponit & reqvirit privatam lectionem: id qvòd facilè concedo. Nemo enim publicè attendet lectioni, nisi sese privatim instruxerit.

ORACULUM LXXXVII.

SACRUM.

Proverb. 18, 17.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari Ariæ;

sua lite in primus Justus

צַדִּיק הָרִאשׁוֹן בְּרִיבוֹ׃

Græca LXX. Versio:

Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ, ὡς δ' ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀντίδικος ἐλέγχεται.

Versio Latina vetus.

Justus prius est accusator sui, venit amicus, & vestigabit eum.

Versio Latina Pagini.

Justus prior est in caussa, venit autem socius ejus, & investigat eum.

Luther-

Lutheri interpretatio:

Der Gerechte ist in seiner Sache zuvor gewiß/ kömmet sein Nechster/ so findet er ihn also.

OCcurrit in memoria illud Proverb. 18, 17. *Justus est prius accusator sui.* qvo freqventer utuntur in concionibus pleriqve, qvia ex Præceptorum ore & viva voce sæpius audiverunt.

Rectius Lutherus noster fontes Hebræos secutus, & cum ipso Pagninus: *Justus prior est in causa sua*, vel, *Justus primus est in causa sua, venit amicus ejus, & investigat..*

Qvid hoc sit, *Justum esse primum in causa sua*, patebit ex proximo conjuncto versiculo uno. Verbi causa, h. l. v. 16. *Donum hominis dilatare facit ei, & ante magnates deducit eum*, v. 17. *Justus prior est in causa sua, venit socius seu amicus, & investigat eum.*

LUTHERUS: **Geschenck des Menschen machet ihm Raum/ und bringet für die grossen Herrn/ Der Gerechte ist seiner Sache zuvor gewiß/ kömt sein Nechster/ so findet er ihn also.**

Vult hoc dicere: Alii satagunt muneribus corrumpere judicem; Sed justus dat operam, ut causam bonam habeat, & intrepide expectet frontem, tum adversarii, tum judicis cujuscunqve.

In Hebræo est ראש, qvod significat caput, initium, principatum, summitatem, potissimum, præcipuum, gradum primum. Et reipsa multi caput, initium, summitatem principatum suarum actionum & negotiorum in hoc constituunt, ut adulationibus, & muneribus judicem & magnates, non tamen nisi istos, qvi sunt intenti avaritiæ & superbiæ, præoccupent, & suæ causæ & suis votis viam hoc pacto aperiant & sternant; justus autem principatum constituit solummodò in bonitate causæ suæ. *ראש qvid significet.*

ORACULUM LXXXIIX.

SACRUM.

Prov. 18, 22.

Textus sacer Hebræus cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani:

bonum	*invenit*	*uxorem*	*Invenit*
טוב	מצא	אשה	מצא

Versio LXX. sic dictorum interpretum:

ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθὴν, εὗρε χάριτας, ἔλαβεν δὲ παρὰ κυρίου ἱλαρότητα,

Continuo in Græco τῶν LXX. interpretum Codice, sicut etiam in vulgato Latino antiqvo, adjicitur hæc seqvens sententia, qvæ in Hebræo non extat:

ὃς ἐκβάλλει γυναῖκα ἀγαθὴν, ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά.
ὁ δὲ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής.

Latina Versio vulgata:

Qvi invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino. Qvi expellit mulierem bonam, expellit bonum, qvi autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.

Versio Pagnini:

Qui invenit mulierem, invenit bonum, & hausit benevolentiam à Jehovah.

Lutheri versio seu interpretatio:

Wer eine Ehefrau findet/ der findet was guts/ und kan guter Ding seyn im HErrn.

IN eodem capite Proverbiorum 18. recitatur parœmia illa, versu 22. *Qvi invenit uxorem, invenit bonum, & hausit benevolentiam seu favorem à DOMINO.*

Chytræus super Levit.18,19. ita explicat, *qvi invenit* (feliciter ducit uxorem) der wohl antrifft. Et rectè, qvia inveniens præsupponitur studiose qvæsivisse, & qvæsivisse certis reqvisitis præditam. Unde appositissima est illa explicatio, Wer wohl antrifft an einer gesuchten Haußfrauen/ der findet was gutes/ & elicuit favorem ex ipso JEHOVAH.

Nota est laus bonæ uxoris Proverb.31,19. ubi LUTHERUS ad marginem posuit sententiam illam (ad verba, **Wem ein Tugendsam Weib bescheret ist/ die ist viel edler/ denn die köstlichen Perlen**) Nichts liebers ist auf Erden/ denn Frauen Liebe/ wems werden kan/ qvam suis dicteriis vix satis lapidare possunt Pontificii. At neminem illud qvoq; moveat, cum Salomonis mentem exprimere studuerit Lutherus, ideoqve nullam reprehensionem ullo jure reportare debeat. Econtra malæ mulieris pictura extat passim in sacris literis,

Qui

Qvia de inveniendi vocabulo dixi, extant in Concordantiis Hebraicis exempla Gen. 2, 20. *Hominem non* INVENIT (post considerationem diligentissimam præcedentem, & inspectionem omnium animalium) *adjutorium, qvod esset coram eo.* Gen. 8, 9. *Cum columba* (hinc inde circumvolitando) *non* INVENISSET *reqviem, reversa est in arcam.* Gen. 18, 26. *Si* INVENERO *in Sodoma qvinqvaginta justos, parcam universo huic loco.* Et c. 19, 11. *Viri Sodomæ* (discursando & qværendo defatigati tamen) *januam* INVENIRE *non possunt.* Et c. 26. v. 32. *Servi Abraham fodiunt & dicunt,* INVENIMUS *aqvam.* Plura non addo, sunt enim plura in Concordantiis. Lutherus vom Ehelichen Leben vertit & allegat hoc modo: **Und wird ein Wohlgefallen von GOtt erschöpffen.** Tom. 2. Jen. Germ. part. 3.

ORACULUM LXXXIX.

SACRUM.

Psal. 118, 26.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari Benedicti Ariæ Montani:

altaris cornua ad usqve implicationibus in agnum Ligate

אִסְרוּ־חַג בַּעֲבֹתִים עַד קַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ

Versio Græca LXX. sic dictorum Interpretum:

Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.

Versio Latina vulgata:

Constituite diem solennem in condensis usqve ad cornu altaris.

Lutheri Versio:

Schmücket das Fest mit Meyen biß an die Hörner des Altars.

ADDAM aliqva de illo notissimo Psal. 118, 26. ubi Lutherus reddidit: Schmücket das Fest mit Meyen biß an die Hörner des Altars. Græca Versio habet: Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Latina vulgata: *Constituite diem solennem in condensis usqve ad cornua altaris.*

עבת qvo-modo sumatur. In Hebræo est vox à themate עבת, & significat funes, torturas, plicaturas, densas frondes, & usurpatur modò propriè, modò tropicè, ut exempla Concordantiarum demonstrabunt. Cum autem ex vocabulis solis loci ejusdem sententia genuina peti neqveat, contextus συνέχεια videri debet.

Qvando scriptus fuerit hic Psalmus. Fit mentio Aaronis in hoc Psalmo versu 3. ergò post Aaronis tempora Psalmus factus fuit. Jam videamus post Aaronem altaris Mosaici & Salomonici statum. Altare duplex fuit, alterum stans in Sancto, qvod ornari non potuit, qvia à nemine videri potuit. Restat ergò, qvod sermo erit de altero stante extra Sanctum.

Qvale altare fuerit in Israel. Hujus descriptio, qvoad Mosaicum tabernaculum, ita habet Exod. 27, v. 1. *Qvinqve cubitorum erit longitudo, qvinqve latitudo, trium cubitorum altitudo.*

Illud verò, qvod fuit in templo Salomonis, habuit in longitudine 20. cubitos; in latitudine 20. cubitos; in altitudine 10. 2. Paral. 4, 1. In qvatuor etiam lateribus supernè erant qvatuor eminentiæ, qvæ dicebantur qvatuor cornua, Exod. 28, 2.

Sacrificia in magnis Festis valde multiplicata. Præterea in magnis solennitatibus multiplicata fuisse sacrificia valdè, patet, qvod Salomon 1. Reg. 8, 5. *sacrificavit Jebovæ boum duo & viginti millia, ovium centum & viginti millia, ita ut non omnia possent comburi super altari, sed cogerentur hunc in usum sanctificare partem qvandam atrii.* Sic tempore Ezechiæ 2. Paral. 29, 32. *fuit numerus holocaustorum, qvæ obtulerunt, boves septuaginta, arietes centum, agni ducenti, in holocaustum Jebovæ omnia hæc;* v. 33. *& præterea sanctificationes,* (pro aliis sacrificiis, qvam pro holocaustis) *boves sexcenti, & pecudum tria millia.*

Cornua altaris sacri Hierosolymitani, ut & ante, ignibus pellucebant & æstuabant. Qvilibet igitur imperitus facilè tamen intelligit ad tanta sacrificia comburenda opus fuisse igne admodum grandi, cujus flammæ superarunt cornua altaris. Et maximopere flamma alioqvin debuit capere cornua altaris, ut simul accenderet & consumeret sangvinem cornibus istis, & per circuitum altaris, aspersum, qvia sangvis inprimis expiabat suo modo sacrificantis peccata, Levit. 17, 11. Vide etiam Num. 18, 17.

Qvomodo ergo festum fuerit ornandum usq; ad cornua altaris? His igitur ita sese habentibus, utiq; frondoso ornatui locus prorsus nullus fuit circa altare, sicut fieri potest circa nostra altaria. Et necessariò aliqvis interpretari cogitur hæc verba in hunc modum: *Ornate festum implicationibus, densitatibus, usq; ad cornua altaris.* Sed qvibusnam implicationibus & condensationibus? Omninò talium rerum, qvibus poterat ornari altare in sese habens perpetuum ignem, Levit. 6, 12. Sponte igitur, & necessitate maxima conseqvitur, subintelligendas esse complicationes & condensationes sacrificiorum. Et hæc est nativa loci hujus intelligentia.

Luthe-

Lutherus nostris Ecclesiis rem illam accommodavit, præsertim, cum incideret in vocem, qvæ etiam frondes in genere (non in specie betularum) significaret.

Qvod Rabbini festum in eo versu pro agno accipiunt, meritò carpitur à Luthero. Ne qvis etiam putet, qvasi innuantur tabernacula, seu Scenæ, in qvibus habitabant extra domos septem diebus, & qvod his modis fuerit ornatum festum usqve ad cornua altaris, legatur Levit.23, 40.41. 42. 43. unde patebit, qvod circa templum tales Scenæ, non vero juxta & prope altare fieri potuerint.

Eodem modo Lutherus alibi sese accommodavit ad nostras Ecclesias, Oseæ 12,11. Textus habet: *Etiam altaria eorum fuerunt, sicut acervi in sulcis agrorum.* Id qvod ad terram Canaan valde qvadrat. Terra illa erat montosa & saxosa, Deut.11,11. intra agros diligenter agricola colligere, & in acervos componere solet multitudines lapillorum & saxorum. Dicit igitur Propheta contra Dei voluntatem (ne sacrificaretur nisi in uno altari) Israelitas tot sibi fecisse altaria, qvot in agris cernantur intra sulcos acervi lapidum. In Hebræo est radix גלל, de qva ordine percurre vel Concordantias, vel Lexicon aliqvod.

Aliud exemplum Lutheri ad suas Ecclesias sese accommodantis.

Deus volebat sacrificari tantum in uno loco.

At de acervis frumentorum legitur Gen.37.v.7. alia vox descendens à themate אלם, qvæ etiam habetur Ps.126,6. his pluribus verbis: *Qvi seminaverunt cum lachrymis, cum exultatione metent, eundo ibit & flendo, qvo portat preciosum semen, & veniendo veniet cum exultatione, reportans manipulos suos.*

De altero themate גלל extant alia loca, Genes.29. vers.3, 8. *Devolverunt lapidem ab ore putei.* Et 31,46. *Acceperunt lapides & fecerunt acervum gal, & comederunt.* Jerem. 51, 37. *Babel erit in acervum, & in habitaculum Draconum.*

ORACULUM XC.
SACRUM.

Jobi 13,15.

Textus sacer Hebræus cum Benedicti Ariæ Montani interlineari versione:

sperabo non me occidet Ecce

הֵן יִקְטְלֵנִי לֹא אֲיַחֵל׃

Versio

Versio Græca LXX. sic dictorum interpretum:

Ἐάν με χειρώσηται ὁ δυνάστης, ἐπεὶ καὶ ἦρκται, ἦ μὴν λαλήσω καὶ ἐλέγξω ἐναντίον αὐτοῦ.

Versio Latina antiqva:

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

Versio Pagnini:

Et occidet me, non expectabo.

Versio Lutheri:

Siehe / er wird mich doch erwürgen / und ich kans nicht erwarten.

EXIGUUM illud est Jobi 13, 15. qvod ex vulgata versione antiqva Latina pro concionibus vulgato modo solet allegari: *Etiamsi occiderit me, sperabo in ipsum*, cum prorsus aliud in fontibus & in ipsis Bibliis Germanicis Lutheri habeatur, nimirum: *Ecce occidit me* (ex hac calamitate ego non potero eluctari, sed succumbam) *non expectabo* (vix expectare possum horam mactationis & mortis meæ.) Vide Lutheri Germ. vers. & disce hoc exemplo fontes & jucundissimos rivos Lutheri aspicere accuratius.

ORACULUM XCI.

SACRUM.

QVÆRITUR etiam à multis de Abrahamo, an fuerit idololatra, & num Deus ipsum solum, & cur Deus ipsum solum præteritis aliis tunc temporis omnibus idololatris converterit & vocaverit?

Occasionem præbuit istud Jos. 24, 2. *Trans flumen habitaverunt patres vestri à seculo. Thera pater Abraham & pater Nahor, servieruntq; diis alienis*, v. 3. *& tuli patrem vestrum Abraham è loco, qvi erat trans flumen, & deduxi per universam terram Canaan, multiplicaviq; semen ejus, & dedi ei Isaac.*

Ut igitur hoc thema ritè possit decidi, *primò* omnium aspiciantur fontes, qvi in hunc habent modum: *Trans flumen habitaverunt patres nostri à seculo Therah.* Hæc enim est una integra sententia in illo loco, nimirum, *Trans flumen habitaverunt patres nostri, Therah.*

De Therah, qvod est nomen proprium unius individui seu viri, habetur Gen. 11, 24. *Vixit Nahor novem & viginti annos, & genuit Therah*, v. 25. *vixitq; Nahor, postqvam genuit Therah, centum novendecim annos, & genuit filios*

lios ac filias. v. 26. *Vixit autem Therah septuaginta annos, & genuit Abraham, Nahor & Aram.* v. 27. *Istæ itaqve sunt generationes Therah. Therah genuit Abraham &c.*

Nemini autem mirum accidat, qvod nomini proprio singularis numeri adjiciuntur verba pluralis numeri, qvi legit alibi idem sæpius fieri solitum esse. Exempli gratiâ, Gen. 46, 23. *Filii* Dan, *Husim.* Hîc una persona habet hanc explicationem, qvod sit filii Dan.

Sæpe nomini singulari adjungitur in Hebrais nomen plurale & contra.

Contrarium est Gen. 47, 3. *Pastor ovium servi tui, etiam nos, etiam patres nostri,* pro, Pastores ovium servi tui. Jud. 1, 22. *Ascenderunt domus Joseph & ipsi Bethel,* pro, Adscendit domus Joseph Exod. 1, 10. *Cùm evenerint bellum,* pro, Cùm evenerit bellum. Item Ps. 119, 103. *Qvare dulcuerunt palato meo eloqvium tuum,* pro, Qvare dulcuit eloqvium. Proverb. 28. 1. *Fugerunt, & non perseqvens, impius,* pro, Fugit impius. Oseæ 12, 11. *Ephraim pascit ventum, & fœdus cum Assur percusserunt,* pro, percussit.

Deinde observetur *altera propositio* in hoc textu: *Therah pater* Abraham *& pater Nabor.* Sensus est ille: *Therah, qvi Therah fuit pater Abrahami, & qvi Therah fuit pater Nahori;* ubi Therah, ut antea, est in nominativo; Sed Abraham & Nahor, ambo hæc simpliciter sunt Genitivi casus. Id non tantum contextus, sed & historia ex Genesi jam indicata confirmat; qvin etiam syntaxis seu rigimen, ubi ad אב pater, additur י in hunc modum אבי *pater istius Abrahami & Nabori.* Rectè igitur Lutherus vertit, Therah Abrahams und Nahors Vater. Retinuit Lutherus seu potius expressit syntaxin istam Hebraicam.

Ergo jam constat de sola Therah dici, licet in plurali numero, qvod habitaverit & servierit Diis alienis. Qvod verò etiam Abraham & Nahor servierit Diis alienis, illud ex eodem textu secundùm literarum recenseri non potest. Aliud enim nihil ex hoc loco de Abrahamo potest colligi, qvàm qvod ex loco, ubi Therah servivit Diis alienis, Abrahamum Deus eduxerit.

Ex textu non potest probari, qvod Abraham fuerit idololatra.

Qvod vero in eodem loco Abrahamus habitarit, & non serviverit Diis alienis, probari potest ex aliis locis, Deut. 10. v. 15. *Tantummodo in patribus vestris beneplacitum fuit Jehovæ, ut diligeret eos.* Et solet Scriptura non ex Therah, sed ex Abrahamo deducere genus Israelitarum, Nehem. 9, 7. *Tu es ó Jehovah, Deus ille, qvi elegisti Abraham, & eduxisti eum de Ur Chasdim, posuistiq; nomen ejus Abraham,* v. 8. *invenisti cor ejus, fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, qvod dares terram semini ejus, confirmastiq; verba ejus, qvia justus est.*

Notet autem lector qvàm optimè, qvod Deus percussit fœdus cum Abraham de terra tunc, qvando reperit cor ejus fidele. At Genes. 12. statim in prima vocatione Deus fœdus percussit de terra cum Abrahamo. Ergo reperit cor ejus statim ab initio ante promulgatam promissionem fidele,

Act. 7, 2. *Deus visus est patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusqvam habitaret in Charam, & dixit ad eum: Exi è terra tua, & è cognitione tua, & adesdum in terra, qvamcunq; indicaro tibi.* Cum autem Gen. 11, 31. addatur, inter comites profectionis *Therah*, omnino necesse est, qvod per commemorationem hujus divinæ visionis Abrahamus patrem suum converterit & commoverit, etsi propter prægressam idololatriam ipse Therah promissionem seminis benedicti accipere non potuit.

Ex Judith, licet non Canonico libro, tamen libet historiæ causa aliqvid citare.

Conferam me ad historiam Ecclesiasticam, Judith. 5, 6. *Populus hic à Chaldæis est oriundus*, v. 7. *primum peregrinati sunt vel habitaverunt in Mesopotamia, qvod Deus patrum suorum, qvi in terra Chaldæorum erant & colebantur, seqvi nollent.*

Josephus Historicus.

Joseph. lib. 1. antiqvit. cap. 7. scribit, qvod Abraham ausus fuerit vulgo receptam de Deo tum temporis persvasionem convellere, & in melius vertere, & primus omnium clara voce prædicaverit, unum esse Deum universitatis creatorem, & *dicit*, qvod hæc collegerit ex terræ & maris observatione, tum eorum, qvæ circa Solem & Lunam & reliqva sidera videbat accidere, esse nimirum potentiam, qvæ horum curam gerat. *Et addit*, cum cives ipsi propterea struxerint insidias, qvod oraculum Dei intervenerit, & ipse discedendi consilium ceperit.

Etsi autem Josephus scribit, Abrahamum ex astris notitiam Dei asseqvi studuisse, tamen certum est, qvod patrum doctrinam retinuerit, siqvidem tunc Sem vixit.

Philo Hebræus.

Philo de nobilitate sub finem eadem commemorat paulò prolixius, & simul addit, hoc pacto Abrahamum divinitus nobilitatum fuisse, & veram esse nobilitatem, qvæ ad Deum parentem referatur. Illud ita intelligas, optime lector, verè nobiles esse, qvos Deus magnis donis nobilitat, qvales infinitos politia divina habuit, ut inter Judæos omnium hominum sub sole nobilissimos reperire licitum fuerit.

Fabula de Ur seu igne Chaldæorum, cui fuerit destinatus Abraham.

Tertiò vide Suidam in Abrahamo, qvalia ipsemet de hoc Patriarcha ex aliis auctoribus consarcinaverit. *Ludovicus Vives scribit ipse supra lib. 16. de Civit. Dei cap. 15. Augustini:* Abraham incendio deputatum, sed divinitus liberatum fuisse ex incendio Chaldæorum, *minus rectè:* qvia Ur (qvod sonat ibidem ignem) est nomen urbis seu loci, ut clare docetur, Gen. 11, 28.

His argumentis omnibus (omitto autoritatem recentiorum Scriptorum) moveor, ut statuam Abrahamum non fuisse idololatram, & sic prorsus præscinditur ansa disputationibus periculosis, cur Deus multos inter idololatras evocaverit & converterit Abrahamum idololatram? Cur aliis idololatris simile beneficium Deus non præstiterit? Vide etiam Adrichomium in Theatro sacro, fol. 204. qvi eadem cum Josepho scribit, & cum Philone.

ORACU-

ORACULUM XCII.
SACRUM.

Malach. 3, 6.

Textus ſacer Hebræus, cum interlineari Benedicti Ariæ Montani Verſione:

mutatus non Dominus ego Nam

כִּי אֲנִי יְהוָה לֹא שָׁנִיתִי׃

Verſio Græca LXX. ſic dictorum interpretum:

Ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, οὐκ ἠλλοίωμαι.

Verſio Latina antiqva:

Ego DOMINUS, & non mutor.

LUTHERUS:

Ich bin der HERR / der nicht leuget.

SÆPIUS animadverti pro immutabilitate eſſentiæ divinæ allegari illud, qvod extat apud Malachiam 3, 6. *Ego JEHOVAH, & non mutor*, ut habet vetus verſio. Sed aliter habent fontes, qvos recte ſequitur Lutherus, apud qvem, lector, incipe ab initio capitis tertii, & perge usqve ad verſum ejus capitis octavum, & videbis ſermonem eſſe de mutabilitate voluntatis & iræ divinæ.

Senſus enim erit iſte: v. 1. *Ego mittam angelum, qvi præparat viam Domino, & mox veniet angelus fœderis, qvem qværitis.* v. 2. *Sed qvis diem adventus ipſius ſuſtinebit, erit enim ut ignis conflans*, v. 3. *purgabit enim filios Levi, eruntq; ipſi offerentes munus in juſtitia, accedam ad vos ad judicium*, v. 5. *& ero peſtis velox in maleficos & adulteros, & injurantes mendaciter, & calumniantes mercedem mercenarii, viduæ & pupilli, & pervertentes* (judicium) *peregrini, nec timuerunt me*, v. 6. *Ego Jehova non muto, Vos autem non conſumemini* (etſi pœnam certò citra mutationem inferam, tamen non prorſus delebo vos) v. 7. *à diebus patrum veſtrorum receſſiſtis ab inſtitutis meis.* Hæc ſunt per omnia ex contextibus mutuò & ordine conſideratis ſatis plana. Vide etiam Oſiand. Lutherus in gloſſa marginali: Der nicht leuget / ders nicht endert / ders dabey bleiben läſt.

ORACULUM XCIII.
SACRUM.

Eccleſiaſtes cap. 11. verſu 3.

Textus ſacer Hebræus, cum interlineari Ariæ:

ceciderit qvo loco auſtrum in lignum ceciderit ſi Et

וְאִם יִפּוֹל עֵץ בַּדָּרוֹם וְאִם בַּצָּפוֹן מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל

erit ibi

שָׁם יְהוּא׃

Græca LXX. Verſio:

Ἐὰν πέσῃ ξύλον ἐν τῷ νότῳ, καὶ ἐὰν ἐν τῷ βοῤῥᾷ, τόπῳ, οὗ πεσεῖται τὸ ξύλον, ἐκεῖ ἔσται.

Verſio Latina vulgata:

Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aqvilonem, in qvocunqve loco ceciderit, ibi erit.

Lutheri Verſio:

Wenn der Baum fället/ er falle gegen Mittag/ oder der Mitternacht/ auff welchen Orth er fället/ da wird er liegen.

ILLUD qvoqve conſiderandum eſt, qvale ſit proverbium apud Eccleſ. 11, 3. *In locum, in qvem ceciderit arbor, ibi erit.*

Hic qvoqve in fontibus nihil eſt, quod ſcrupulum pareret. Videat igitur lector ordine cohærentem harmoniam contextuum in prioribus ſex verſiculis. verſ. 1. *Mitte panem tuum ſuper faciem aqvarum, qvia poſt tempora multa invenies illum* (qvi habes bona corporalia, diſtribue indigentibus, poſt multa tempora Deus tibi animum commiſerantem compenſabit. verſ. 2. *Da partem ſeptem aut etiam octo*, (indigentibus) *non enim ſcis, qvid futurum ſit mali ſuper terram* (diſtribue largiter, ut Deus propter plures, qvibus tu benefeciſti, viciſſim largiter tui miſereatur, qvia ignoras in qvas poſſis incidere calamitates in vita tua, quo tempore preces tuas, & aliorum plurium cum miſericordia à DEO exaudiri optabis. Ut igitur tunc tu exaudiaris, jam exaudias poſtulationem indigentium confratrum.)

v. 3. *Si*

v.3. *Si repleta fuerint nubes pluviam super terram effundent* (nubes non sibi, sed terræ communicant humorem, qvem acceperunt) *arbor etiam sive ad austrum sive ad septentrionem ceciderit, ibi erit* (arboreum etiam lignum cadens ad hunc vel illum locum præstat usum iis, qvi isto loco sunt. v.4. *Qvi observat ventum, nunqvam seminabit, & qvi respicit nubes, nunqvam metet* (etiam benefac, quando putas dignos non esse, qvi accipiant, qvia Deus erit tua merces. v.5. *Qvemadmodum tu ignoras qvæ sit via spiritus, & qvomodo ossa concrescant in ventre prægnantis: sic nescis opus Dei, qvi facit omnia* (qvemadmodum tu arcanas DEI in natura operationes nescis, ita experieris mirabilem DEI compensationem, ut mireris, unde illa venerit.) v. 6. *Manè igitur semina semen tuum, & vesperi ne qviescere facias manum tuam* (quovis tempore, & quavis occasione utaris ad benefaciendum erga quosvis) *qvia nescis, utrum magis conveniat, hoc, an illud & an ambo pariter sint bona* (tam nescis, an hoc vel illud, an ambo DEUS tibi sit largius remuneraturus: nescis enim qvi pro te diligentius sint oraturi.)

Hæc est nativa istius de beneficentia metaphorice & allegorice agentis enarratio. De beneficentia, inqvam, loqvitur textus ille sacer, per tropos, metaphoras & allegorias, non de morte hominis. *Sensus verus.*

Si qvis in alium usum his metaphoris & allegoriis sacris uti voluerit, poterit quidem hoc facere, modo illud faciat, cum præmonitione tali, *Qvod in loco de beneficentia præstanda loqvitur Salomon; hoc ego de vita hominis dicere potero. In qvemcunq; locum ceciderit arbor, sive ad Austrum, sive ad Aqvilonem, ibi erit, non redibit in vitam, nec ulli unqvam in hac vita proderit.* Sed prior interpretatio est nativa, itaque probationis loco allegoria arboris non debet adhiberi, allegoriæ enim non habent firmitudinem probationum, sed tantum picturam & illustrationem. Picturæ domum non possunt fulcire, nisi hoc faciant murus lapideus, cum lignis robustis. Sic ex hoc loco non possunt probari duo loca, cœlum & infernus, contra purgatorium Pontificium. *Qvomodo in alium usum transferendus.*

Et considerari debet עֵץ qvod significat *lignum* tum viride, tum aridum. *Deinde* verbum Naphal נָפַל etiam consideretur, ut Genes. 2, 21. *Cadere Deus fecit somnum*, id est, procreavit, & cap. 15, 12. *Sopor cadens super eum seu factus super eum*, & cap. 17, 3. & cap, 44, 14. & cap. 45, 14. עֵץ *de arbore, lignum pro arbore*, Gen. 1, 29. & cap. 2, 16. & cap. 3, 11. & cap. 18, 4. Eccles. 2, 5. 6. נָפַל עֵץ

Sed eadem materia in eodem versu ostendit necessariam illam intelligentiam, *Sicut nubes repletæ pluviis irrigant terram, super qvam stant & moventur, Sicut lignum existens procreatione divina, aut etiam cadens vel jacens ad Austrum vel Aqvilonem est ibi, & facit ibi umbram & fructum habi-*

tantibus: ita qvoqve beneficus ea, qvæ habet, conferet ad usum proximi sui.

ORACULUM XCIV.
SACRUM.

Esa. 14, 12.

Textus sacer Hebræus, cum Benedicti Ariæ Montani interlineari versione:

Lucifer cœlo de cecidisti Qvomodo

אֵיךְ נָפַלְתָּ מִשָּׁמַיִם הֵילֵל׃

Versio LXX. sic dictorum interpretum:

Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων.

Versio Latina vulgata antiqva:

Qvomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qvi mane excidebaris.

Versio Lutheri:

Wie bistu vom Himmel gefallen/du schöner Morgenstern.

QVI de lapsu Diabolorum disputant, duo solent proferre argumenta ex sacris. 1. Esa. 14.12. *Qvomodo cecidisti de cælo Lucifer.*

Et hinc in consvetudinem fere œcumenicam venit phrasis ista, ut cuncti nomen LUTHERI existiment esse appellationem Diaboli. 2. Luc. 10, 18. ubi CHRISTUS ait: *Vidi Satanam de cœlo cadere, ut fulgur.*

Sed benevolus & non oscitans lector ex contextuum, ordine suo integro dispositorum, cohærentia videbit, neutrum locum qvicqvam facere ad probandum lapsum angelorum malorum.

Qvod attinet ad locum Esaiæ 14. ordine percurrat lector totum 13. & 14. caput, ut videat, qvod in illis contineatur Prophetia de devastatione Babylonis & Monarchiæ ipsius. Incipiat, qvi citius vult expediri, à versu capitis 14. qvarto: v. 4. *Sumes parabolam istam contra Regem BABEL & dices: Qvomodo cessavit oppressor?* v. 5. *contrivit Jehovah baculum dominantium*, v. 6. *etiam tu infirmatus es, sicut nos, nobis* (qvos ceperat Babylonius) *similis factus es.* v. 11. *Detracta est ad inferos superbia tua, sonitus vastorum tuorum, subter te sternitur vermis, & operit de vermis.* v. 12. *Qvomodo cecidisti de cœlo Lucifer, fili auroræ, & succisus es ad terram; qvi debilitabas gentes:* v. 13. *Tu autem dixisti in corde tuo, cœlum ascendam, super stellas Dei exaltabo solium*

Non Diabolum sed regem Babyloniæ alloqvitur Deus in textu sacro.

lium meum, & sedebo in monte congregationis, in lateribus Aqvilonis. v. 15. *Veruntamen ad infernum detraheris*, v. 16. *& dicent: Nam hic est vir ille, qvi conturbabat terram, concutiebat regna*, v. 21. *præparate filios ejus occisioni, propter iniqvitatem patrum ipsorum*, v. 22. *& consurgam contra eos, dicit Jehova exercituum, & succidam ipsi BABEL nomen*, v. 23. *ponamq; eam in paludes aqvarum & scopabo eam scopis dissipationum, &c.*

Ex his hoc ordine dispositis & integrè perlectis qvilibet cernit, Monarchiam Babylonicam, & cumprimis Aulam Babylonicam vocari Luciferum, & filium auroræ, qvæ hactenus in cœlo fulserat, & nominis & majestatis famâ omnes angulos mundi compleverat, sed nunc de cœlo detrahi & sepeliri prorsusqve vastari debebat. Etenim antecedentia versu 4. ostendunt, qvod velit agere nunc & loqvi Propheta de BABEL & versu 22. iterum nominat BABEL, qvod de ipsa hactenus actum fuerit, ergo necessario nomen inter hæc antecedentia & conseqventia positum de eadem BABEL intelligi, & accipi vult ipsemet Propheta. Si cupis autoritatem Ecclesiasticam, lege Lutherum in Genesin, super secundum diem creationis.

Verba Lutheri sunt ex loco hoc allegato hæc seqventia: Hîc videtur Moses sui oblitus, qvod de duabus maximis rebus nihil agit, nempe de CREATIONE & LAPSU ANGELORUM, ac tantùm corporalium rerum conditionem perseqvitur, cùm tamen non dubium sit Angelos esse creatos. De creatione autem, de pugna & lapsu eorum nihil omnino extat in Scriptura, nisi qvod CHRISTUS dicit, In veritate non stetit. Et Mose infra capite 3. commemorat miserabilem historiam de serpente: Mirum igitur est tacere de his tantis rebus Mosen. *Sententia Lutheri.*

Hinc factum est, cum nihil certi haberent homines, ut aliqvid fingerent, nempe, qvod novem fuerint Angelorum chori, ac tanta multitudo, ut novem totos dies ceciderint. Finxerunt etiam de pugna maxima, qvomodo boni Angeli restiterint malis. Hoc puto sumtum esse ex pugna Ecclesiæ, qvod sicut pii Doctores pugnant contra malos & fanaticos: Ita etiam somniant inter Angelos fuisse pugnam contra malos, qvi voluerunt usurpare Divinitatem. Sed ita fit, ubi nulla clara testimonia extant, ita plerumq; existimant homines temerarii, sibi licere fingere qvælibet.

Hinc etiam de periculo & metu Angelorum meditantur ex loco Esaiæ, ubi Lucifer dixerit: Ascendam in cœlum, super astra ponam solilium meum, &c. Etsi Propheta ibi de superbia regis Babyloniorum vaticinetur. Et Bernhardus cogitat Luciferum vidisse in DEO, fore, ut homo super angelorum naturam elevaretur. Hanc homini felicitatem super-

ſuperbum Spiritum invidiſſe, ac ſi eſſe lapſum. Sed valeant iſta, qvantum merentur. Ego niminem coëgerim talibus opinionibus aſſentiri. Hæc tamen ſunt certa, & lapſos eſſe Angelos, & diabolum ex Angelo lucis factum Angelum tenebrarum. Fortè etiam inter ipſos Angelos bonos & malos concertatio fuit.

Sed Moſe qvia ſcripſit rudi & novo populo, qvæ ſcitu erant neceſſaria, & utilia, ſcribere voluit. Alia qvæ non erant neceſſaria, de Angelorum natura & ſimilibus præteriit. Qvare à nobis qvoqve de hac tota re nihil debet expectari amplius, præſertim cùm novum qvoqve Teſtamentum parciùs de hoc loco agat, nihil enim addit, qvam qvod ſint damnati & teneantur qvaſi in carcere vincti uſqve ad judicii diem. Igitur ſatis nobis ſit iſta ſcire, eſſe Angelos bonos & malos, DEUM autem creaſſe omnes pariter bonos. Hinc ſeqvitur neceſſariò, malos Angelos eſſe lapſos, & non ſtetiſſe in veritate. Qvomodo autem id ſit factum, neſcitur, veriſimile tamen eſt, ex ſuperbia eſſe lapſos, qvod Verbum ſeu Filium DEI contemſerunt, & ſe ei voluerunt anteferre. Plura non habeo. *Hactenus verba Lutheri ex loco indicato.*

Idem Lutherus ſuper Eſaiam Prophetam Tom. 3. Jenenſi Latino, fol. 328. hæc habet verba: Qvia ignari homines artium dicendi fuerunt, de caſu Luciferi angeli hæc intellexerunt, cùm ſit figuratum ornamentum. Debet igitur nobis tam inſignis error, totius Papatus, qvi hunc textum de caſu Angelorum accepit, ſtudia literarum & artium dicendi commendare, tanqvam res Theologo maximè neceſſarias ad tractationem ſacrarum literarum. Sententia igitur eſt, qvod mors Regis Babylonis ſit perinde, atqve ſi Heſperus ſtella de cœlo caderet, & aurora obſcuraretur. Sic illudit ei Propheta. Obſervabis autem, nihil hac Prophetia ſtultius tum apud Babylonios, tum apud Judæos fuiſſe, cum adhuc floreret Monarchia Babyloniorum. Eſt autem hoc qvoqve obſervandum, qvod magni Reges ſuis conſiliis regna ſua non eò producunt, qvò cogitant, ſed cadunt in ipſa aurora, cùm cogitant ad meridiem aſcendere velle, ſicut in JULIO CÆSARE & aliis videmus. *Hæc Lutherus ibi.*

Nuſpiam enim Satanas cognomine iſtius ſtellæ ornatur & nuſpiam dicitur in Scripturis Lucifer ſeu Heſperus, qvi Lucifer, ſtella, hoc loco auroræ filius vocatur, qvia ſemper qvàm proximè Solem in Oriente aut antecedit aut ſeqvitur, qvando aurora cernitur, indicat ea mox affuturum ortum Solis.

Thema Hebræum, Luciferi, ſtellæ, eſt הלל ſplenduit, qvod inſigni conſtet ſplendore, unde ſine dubio eſt Germanicum Hell. Nemo autem, qvod obiter adjicio, dubitet, Satanam delectari hoc SATANÆ nomine,

ſicut

ſicut ſuperbum delectat appellatio *Nobilium*, ex qvorum ipſe tamen numero & cenſu non eſt. In libello horribilium hiſtoriarum fol. 18. recenſetur exemplum, qvod Satanas hoc nomen ſuum SATAN ſubinde projicientem, cervice fracta in paludem projecerit. Hoc enim nomen eſt à themate *nocuit, hoſtis fuit, læſit*: Sicut etiam Diaboli nomen Græcum & Germanicum ſignificat calumniatorem, qvod iccirco etiam ita odit, ſicut ſervus Domini execratur Schelm: Nec deſunt exempla alia, quod impios execratores, cum mentionem nimis ſæpe feciſſent iſtius nominis, itidem rapuerit. Ex Fernelio citatur ſimilis ſententia, qvod Diabolus nomen hoc ſuum ferre neqveat: iccircò veneficæ Satanam coguntur aliis etiam nominibus honorare & cognominare.

Diabolus odit eos, qvi uſurpant nomina Diaboli, Satan, &c.

ORACULUM XCV.
SACRUM.

Luc. 10 18.

Textus ſacer Græcus:

ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

Verſio Latina Vulgata:

Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem:

Lutheri Verſio:

Ich ſahe wohl den Satanas von Himmel fallen als einen Bliz.

QVod ad locum in Luca attinet, ponantur paucula antecedentia & conſeqventia etiam in ordinem, & ſe ipſum iſte explicabit.

Luc. 10, 1. *miſit Chriſtus 70. diſcipulos, binos & binos ante faciem ſuam in omnem locum, qvo futurum erat ut ipſe veniret. Et dixit*, v. 9. *ſanate invalidos, ac dicite: Appropinqvavit regnum cœlorum.* v. 7. *Reverſi ſunt 70. cum gaudio dicentes, Domine etiam dæmonia SUBJICIUNTUR nobis propter nomen tuum* (in urbibus, in qvibus fuimus) v. 18. *Ipſe autem dixit eis: Spectavi ſeu vidi Satanam* (nomine meo exire juſſum) *ut fulgur de cœlo cadere.* v. 19. *Ecce do vobis poteſtatem* (adhuc do eandem poteſtatem ſuper Diabolos, ut antea) *calcandi ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici, & nihil vos lædet.*

Ex his luce meridiana clarius verbis Scripturæ ipſiſſimis ſeqvitur, CHRISTUM non loqvi de lapſu angelorum malorum, ſed de Satana ex

hominibus obsessis fugiente, qvando per nomen CHRISTI ex obsessis per Apostolos exire compellebatur, 2.Cor.12,7. Apostolus conjungit hæc duo nomina, *Angelus Satan*, der Engel Satan/hoc est, *angelus malus, seu, angelus hostis, seu angelus lædens*.

ORACULUM XCVI.
SACRUM.

Prov.17,13.

Reddens malum pro bono, &c.

LUTHERUS:

Wer gutes mit bösen vergilt/von des Hauß wird böses nicht lassen.

DE illo qvoqve moneo Proverb.17.13 *Reddens malum pro bono, non recedet malum de domo ejus.* Innuitur, eos DEI sibi thesaurizaturos vindictã certam & indelebilem, qvi pro beneficentia retribuunt mala s. dolos aliis.

Ideo autem hoc Oraculum breviter indico, qvia aliter & qvidem vulgò recensetur hoc dictum in hunc modum: *De domo ingrati non recedet malum.* Sed verba in textu sacro aliter habent. At ingratus etiam est, qvi nec bonum pro bono, nec bonum pro malo compensat; sed qvi omnis beneficii obliviscitur, cujus generis exemplum erat Ecclesiastæ 9,15. & Gen.40,23.

DE QVIBUSDAM TITULIS ULTIMI DIEI.

ILLUD etiam silentio præterire neqveo, qvoties de ultimo die concionatores docent qvod ad describendam judicis severitatem, & denotandam diei istius rigiditatem, ex Prophetis passim mutuò sumta afferant oracula, qvæ tamen proprie de illo die ultimo à Prophetis scripta non fuerunt: Sed simpliciter pertinent ad illos dies, ad illa tempora; in qvibus Deus Israelitico populo hostem excitare, & per hostem ipsos certo tempore & certa die vastare & castigare voluit.

Sic enim ad diem ultimum accommodantur multa ex Joele, cum tamen Joel proprie respiciat ad illum diem, qvos Deus Judæos temporalibus aliqvibus pœnis erat puniturus.

Joel.1,15. *Ah, ah diei, qvia propinqvus est dies Jehovæ, & tanqvam vastitas ab omnipotente veniet.*

Joel. 2,

Joël. 2,1. *Clangite tubâ in Syon, & taratantarizate in monte sancto meo contremiscant omnes habitatores terræ, qvia venit dies Jehovæ, qvia propè est* v.2. *Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & tenebrositatis, veluti aurora expansa super montes, populus multus & fortis, similis illi non fuit à seculo, & post eum non addet esse usqve ad annos generationis.* v. 3. *Ante faciem ejus consumet ignis, & post ipsum exuret flamma: tanqvam hortus Eden erat ante eum, & post eum erit desertum solitudinis. prætereà evasor non erit ei.* v. 10. *Ante ipsum commovebitur terra, trement cœli, Sol & Luna obtenebrabuntur, stellæq; retrahent splendorem suum.* v. 11. *Jehovah autem dabit vocem suam coram exercitu suo, qvia admodùm multa sunt castra ejus, qvia fortia & facienda verbum ejus. Magnus enim dies Jehovæ & terribilis valdè, & qvis sustinebit eum?*

Item cap. 2,30. *Dabo prodigia in cœlo & in terra, sangvinem & ignem, & columnas fumi.* v. 30. *Sol ipse convertetur in tenebras, & luna in sangvinem, antеqvam veniant dies Jehovæ magnus horribilis.*

Et cap. 3. v. 2. *Congregabo omnes, & gentes, & descendere faciam eas in vallem Josaphat, & judicio contendam cum illis, &c.*

Et posteà: v. 14. *Populi, populi in valle concisionis*, v. 15. *Sol & luna obtenebrabuntur, & stellæ retrahent splendorem suum.* v. 16. *Et Jehovah de Syon rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam, ita, ut contremiscant cœli & terra.*

Porrò hæc omnia interpretanda esse de hostibus Judæam vastaturis, non oscitanti lectori facillimum erit colligere ex toto totius Joëlis contextu diligenter æstimato in hunc modum. Cap. 1,6. *Gens enim ascendit super terram meam fortis & innumerabilis.*

Milites, ut locustæ, vermes, bruchi, erucæ, perreptant omnes provincias, pagos, domos, &c.

Aliqvi, ut Drusius, accommodant diem illum ad tempus, qvo Deus infinitas locustas immisit in Judæam, sed & omniò per locustas, vermes, erucas, bruchos simul intelligit Propheta exercitium hostium, qvia militares hostes verè, ut insecta ejusmodi depascunt bona incolarum.

Et cap. 2,7. *Sicut fortes current, tanqvam viri bellatores ascendent murum.*

Et cap. 3, 1. promittit se ulturum illos ipsos hostes, *Ecce, diebus illis, & in tempore illo, qvo convertam captivitatem Judæ & Hierusalem*, v. 2. *congregabo omnes gentes, & judicio contendam cum illis*, v. 6. *filios & filias Judæ & Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut elongaretis eos à termino suo.* v. 7. *Ecce, suscitabo eos de loco, qvo vendidistis ipsos, & convertam retributionem vestram in caput vestrum*, v. 8. *vendam filios vestros & filias vestras in manu filiorum Judæ, & vendent eos Sabæis, genti longinqvæ, qvia Jehovah locutus est.* Legantur omnia seqventia usqve ad finem, ex qvibus colligitur, Prophetam denunciare regno Juda intertium & captivitatem Babylonicam, idq; tam tropicis & allegoricis verbis.

Sensus principalis.

Passim lector similia multa cernet à concionatoribus coacervari ex Prophetis & applicari ad ultimum diem, qvasi propriissimè & specialiter de illo fuerint prædicta, cum tamen Prophetæ ad dies vastationis Jerosolymæ & Judææ respexerint.

Præmunitio facienda est in accommodatione.

Hoc carpendum non est, modò etiam concionatores cum præmunitione seu præmollitione istis utantur in hunc modum: *Sicuti* Joel diem devastationis horribilem esse dicit, ita nos omnia epitheta Joelis multo rectius ad diem interitus mundi possumus applicare. Plura exempla nolo adducere; erunt enim cuivis non oscitanti satis plurima passim obvia.

Saltem unum addo ex Malach. 4, 1. qvi loqvi de tempore Johannis nis Baptistæ & CHRISTI prædicantium pœnitenriam, ut hoc pacto possent effugere iram DEI in vastatione terræ pauco pòst tempore *per Romanos* apparituram: v. 1. *Ecce enim dies illa venit, ardens tanqvam clibanus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem ut stipula, comburetqve eos dies illa ventura, dicit Jehovah exercituum, qva non relinqvet eis radicem neqve ramum.*

Audi enim mox seqventia: v. 20. *Orietur timentibus nomen Jehovæ Sol justitiæ, & sanitas erit in alis ejus, egredieminiꝗ & multiplicabimini veluti vituli saginarii,* v. 21. *Et diruetis impios; memento legis Mosis.* v. 23. *Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, anteqvam veniat dies Jehovæ magnus & terribilis,* v. 24. *& convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne veniam & percutiam terram excidio.* Cum ergo Johannes Baptista fuerit Elias iste, Matth. 11, 14. iccirco indubitato seqvitur, diem illum à Malachia hic indigitatum de excidio ultimo Hierosolymæ esse interpretandum, non de ultimo die hujus aspectabilis mundi.

ORACULUM XCVII. SACRUM.

Gen. 47, 9.

Textus sacer Hebræus cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani:

mearum peregrinationum annorum Dies

יְמֵי שְׁנֵי מְגוּרַי׃

Græca Versio:

Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου, ἃν παροικῶ &c.

Ver-

Versio vulgata Latina:

Dies peregrinationis vitæ meæ parvi & mali.

Lutheri Versio:

Die Zeit meiner Wallfahrt ist wenig und böß.

NON absimilis est allegatio illa, qvando ex Genesi 47, 9. *dies peregrinationis Jacobi* putant dici & cognominari promiscuè à qvovis viatore nostrate. Etsi enim concedo, qvod itinera & peregrinationes *qvævis* sint typi vitæ hujus temporalis; tamen ibidem Patriarcha respicit ad singularissimam *qvandam* peregrinationem, qvæ ita se habet.

Gen. 11. v. 32. DEUS jubet Abraham illicò ex patria sua egredi, & vadere ad terram, qvam ipsi & semini ipsius non tantum sit monstraturus, sed etiam dono daturus.

Terra, qvam DEUS ipsi promittit, est, terra Chanaan: tempus, qvando illam dono dedit semini Abrahæ, est annus ab ista promissione elapsus 430. qvo exeunt ex Ægypto ad occupandam terram illam promissam.

Qvam primum autem DEUS Abrahamo & semini ejus promisit terram, civitates & domos; ibi statim ab eo die, DEO promittenti tam tenaciter crediderunt, ut in Chanaan terra saltem conducerent passim locorum agros, prata, & in his extruerunt tabernacula, & usqve ad diem donationis habitarent in agris, intra tabernacula, & expectarent promissionis istius completionem, ubi sæpenumero suas sedes mutare, & novos agros conducere coacti sunt.

Non habitabat unqvam in domibus, sed cum omni numerossima familia in tabernacula extra oppida. Id qvod compendio qvodam complectitur autor ad Hebræos, cap. 11. vers. 9. (*Abraham per fidem commoratus est in terra promissionis, ut aliena, ut qvi habitaret in tabernaculis cum Isaac & Jacob cohæredibus ejusdem promissionis.*)

Ab Abrahami emigratione usqve ad descensum Jacobi in Ægyptum, ubi verba allegata ad Regem profert, excurrerunt anni 216. & tamdiu Abraham cum suis habitavit in tabernaculis, qvæ construit modo hic, modo in alio competentiore loco ultra aliqot miliaria conducta.

Fuit autem ista habitandi ratio utilissima, si qvidem totus populus Chanaam mirabatur stultitiam Abrahami abstinentis tanto tempore cum suis, ab oppidis, pagis & domibus, & hæc stultitia coram mundo visa Abrahami tantũ in scenis degentis, & subinde loca mutantis propter pecora & alias caussas, tanqvã absurda novitas spargebatur ad omnes vicinos & remotos populos, Expectabat a. Abraham cum Isaac & Iacob in campis degens traditionem

nem terræ Chanaan à Deo sibi promissæ, & in ea Messiam, & de hac ipsa reqværentibus idem dabat responsum. Sicut enim talia inusitata per omnes provincias sparguntur; ita promissio Messiæ nasciturì ex his hominibus in terra promissa, qvam expectent hoc modo, longè lateq; emanavit.

Ad hanc igitur peregrinationem & habitationem intra tabernacula respiciens Jacob dicit, *annos peregrinationis suæ fuisse paucos & malos.* Longè autem dulciores typi, ex illa peregrinatione Jacobi, qvàm ex peregrinationibus mercatorum nostrorum possunt excerpi, de qva re alibi, in Genesin, σὺν Θεῷ.

ORACULUM XCIIX.
SACRUM.

Jerem. 4, 6. & 5, 1.

Textus sacer Hebræus cum interlineari Ariæ;

aqvilone ab adducens ego malum Qvia

כִּי רָעָה אָנֹכִי מֵבִיא מִצָּפוֹן׃

Versio Græca LXX. sic dictorum Interpretum:

Ὅτι κακὰ ἐγὼ ἐπάγω ἀπὸ βοῤῥᾶ.

Latina Versio vulgata;

Malum ego adduco ab Aqvilone.

Versio Lutheri;

Ich bring ein Unglück herzu von Mitternacht.

NOn debeo præterire illud qvoqve, *à septentrione malum,* Jerm. 4, 6. & 5, 1. qvod Prophetæ interpretantur de istis Regibus TUNC Aqvilonaribus, qvi Judæam infestârunt, sicut patet ex collatione cap. 1, 14. *Ecce ego advoco omnes familias regnorum aqvilonis, dixit Jehoah, & veniet, & ponent qvisq; solium suum in introitu portarum Jerusalem, & juxta omnes muros ejus in circuitu, & juxta universas urbes Judæ.*

Perperam igitur putant aliqvi, qvod Prophetæ his totidem verbis innuerint, Turcas per Poloniam aqvilonarem aliqvando Ecclesiis Germanicis ingruituros.

Si qvis hoc ſenſu illud citare vellet, faciat cum præmunitione & præmonitione in hunc modum: Sicut olim Judæis Jeremias prædixit malum ab aqvilone: ita nos per analogiam qvandam hodie Germanis ex eodem loco metuere neceſſum habemus.

Vulgata etiam circumfertur Prophetia, qvod Coloniæ Agrippinorum Turcicus aliqvis Imperator debeat ad internecionem usqve deleri: ego in qvodam Codice eam ita legi, qvod Colonia illa debeat eſſe caput regni Turcici per Germaniam. Ne igitur ſtemus à talibus incertis Prophetiis, ſed verbi divini omnibus prædictionibus acqvieſcamus.

ORACULUM XCIX.
SACRUM.

Apoc 17,15.

Textus ſacer Græcus:

Τὰ ὕδατα, ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ, καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι.

Verſio vulgata Latina:

Aqvæ, qvas vidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes & lingvæ.

Verſio Lutheri:

Die Waſſer/die du geſehen haſt/da die Hure ſitzt/ſind Völcker und Scharen/und Heyden und Sprachen.

SIMILIS eſt abuſus in illo: *Aqvæ multæ populi multi*, ex Apocal. 17, 15. Illæ aqvæ, qvas tum videbat Johannes, ſignificabant populos multos, idq; propter ipſum contextum & ſpecialem interpretationem divinam è veſtigio promulgatam: hodiernæ aqvæ multæ, ſeu diluvia in genere conſiderata iſtam interpretationem ſpecialem ferre neqveunt, qvia iſta interpretatio caret fundamento Scripturæ.

Nec refert, qvod poterunt aliqvi prætendere, qvandoq; ante bellum antecedere diluvia. Nam & ante multa bella antecedunt ariditates maximæ.

Nimis igitur coacta eſt argumentatio: Illæ aqvæ multæ, qvæ Apoc. 17, v.15. apparent in Viſione Prophetica, ſignificant multas provincias, qvas ſub ſe habebit AntiChriſtus, Ergo qvoties hodie magnæ fiunt excurſiones Rheni, Albis, Danubii, tum etiam aqvæ illæ noſtræ multæ ſignificant, magnas incurſiones multorum hoſtium noſtris terris impendere.

ORACU-

ORACULUM C.
SACRUM,

Deut.28,18.

Textus ſacer Hebræus cum interlineari
Ariæ Montani.
tui ventris fructus Maledictus,
אָרוּר פְּרִי בִטְנְךָ׃

Verſio LXX. ſic dictorum interpretum:
Ἐπικατάρατα τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας σου,
Verſio Latina Vulgata:
Maledictus fructus ventris tui.

LUTHERUS:
Verflucht wird seyn die Frucht deines Leibes.

NON ſat eſt firmus uſus dictorum, Deut.28, 18. *Maledictus fructus ventris tui*, ut probent infantes & embriones Judæorum & Turcarum in *æternum* damnari, licet peccato actuali nullo talem damnationem promereantur, cum peccata actualia ante dies diſcretionis committi neqveant.

Loqvitur enim Deus in iſto oraculo de liberis ipſorummet Judæorum, qvi tunc erant vera Eccleſia & populus Dei, qvod nimirum hanc pœnam parentibus ingratis & mandata Dei non ſervaturis velit inferre, ut conſpecturi ſint liberos habituros infelicem craſin *corporum*, & infelicem ſuſtentationem *temporalem* & *corporalem*. Corporalis igitur eſt illa maledictio, id qvod contextus pulchre in aliis punctis & partibus monſtrat; *maledictus eris in urbe ipſa, & maledictus in agro, maledictum caniſtrum tuum, & conſperſio tua, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ, primogenitura boum tuorum, greges ovium tuarum, &c.*

Præterea hoc Oraculum accommodavit tunc temporis, ut dixi, ipſe DEUS ad Iſraelitas, qvi tunc maxime erant vera Eccleſia, & cœtus FIDELIUM, qvo igitur colore accommodabitur illud ad hodiernos Judæos & Turcas, qvi non ſunt Eccleſia aut populus Dei. Non igitur facit hoc Oraculum de FIDELIUM COETU loqvens pro ratione evincendi, liberos *infidelium* eſſe damnatos, etiam cum ante annos diſcretionis moriuntur. De qvo tamen graviſſimo themate qvid ſentiendum, ſuo dicam loco.

ORA-

ORACULUM CI.

SACRUM.

Gen. 26, 8.

Textus sacer Hebræus cum interlineari Benedicti Ariæ Montani:

sua uxore Rebecca cum ridens Ischac Ecce &

וְהִנֵּה יִצְחָק מְצַחֵק אֵת רִבְקָה אִשְׁתּוֹ׃

Græca LXX. sic dictorum interptetum Versio:

Εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ,

Versio Vulgata Latina:

Abimelech vidit Isaacum jocantem cum Rebecca uxore sua.

LUTHERUS:

Abimelech ward gewahr/ daß Isaac schertzet mit seinem Weibe Rebecca.

QVÆRITUR, qvomodo interpretandum sit illud Gen. 26, 8. qvod Abimelech vidit *LUDENTEM Isaacum cum Rebecca uxore sua*; num adeò vel pueriliter, vel lascivè Patriarcha inter peregrinos, & qvidem intra Regis conspectum cum uxore sua vixerit?

Sed audiantur primo similium locorum interpretationes. Gen. 21, 9. *Vidit Sara filium Hagar Ægyptiæ, qvem peperat ipsi Abrahamo, LUDENTEM, & dixit Abrahæ*: v. 10. *Ejice ancillam hanc & filium ejus, qvia non hæreditabit filius ancillæ hujus cum filio meo Isaaco*, v. 11. *Et displicuit hic sermo valde in oculis Abraham propter filium suum.*

Ismaël ludit, hoc est, perseqvitur Isaacum.

Ex hoc contextu satis æstimato optimè elucet, non fuisse puerilem. aut lascivum, aut simplicem lusum Ismaëlis, sed fuisse exprobrationem amaram & seriam adversus Isaacum, qvod Isaacus non posset Patri succedere hæres, cum sit secundogenitus, ipse verò Ismaël primogenitus. Ursit is sine dubio patris in se benevolum affectum; qvin & ursit Saræ sermonem, qvi extat Gen. 16, 2. 3. Dixit Sara ad Abraham: *En! nunc conclusit me Jehovah, ne parerem, ingredere qvæso ad ancillam meam, si filios suscipiam* (ego habebo pro meis) *ex ea.*

Ismaël objecit Isaaco, qvod esset ipse primogenitus, Isaac secundogenitus Patris, qvi fuit crudelis usus.

Cùm igitur prævideret Sara, suo tempore exorituram inter duos istos magnam persecutionem & cladem, maturè tanto malo occurrere sategit. Et hac de causa illud τὸ LUDERE Apostolus explicat per τὸ PERSEQVI, Gal. 4, 29. *Qvemadmodum tum is, qvi secundum carnem genitus fuerat, persequebatur eum, qvi natus erat secundum Spiritum: ita & nunc.* Lege totum caput ad Gal. Lector.

Genes. 39, 17. *Ingressus est ad me* (uxorem Potipharis) *servus Hebræus, qvem adduxisti nobis, ad irridendum in me*, ad me sibi demulcendam, & intimè insinuandam.

Sensus verus est non de lasciva, sed maritali conversatione.

Sic Isaac lusit cum uxore, ut inde Rex animadverteret, eam non esse sororem, sed verè uxorem Isaaci. Nimirum gestibus externis, qui bene solent & possunt esse multi, colloquiis item & tractationibus prodebat esse illam non sororem, sed uxorem suam. Non enim pueriliter, vel digitis conjunctis lascivientibus, vel amplexu, à quo citra dubium sponte abstinuit, irruit in eam; sed conversatione maritali inter negotia œconomica prodidit esse maritam. Cogita Lector, quomodo soleat frater cum sorore, & vicissim maritus cum marita pacificè extra jocum in œconomia versari. Etsi verò utrobiqve amor quidam intercurrit, tamen facilè per circumstantias unus ab altero potest distingvi. Erga charam uxorem honestus maritus gestibus & vocibus utitur svavioribus, quam erga sororem.

ORACULUM CII.
SACRUM.

Malach. 1, 11.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari Benedicti Ariæ Montani:

meo nomini oblatum incensum loco omni in Et
וּבְכָל־מָקוֹם מֻקְטָר מֻגָּשׁ לִשְׁמִי׃

Versio Græca LXX. interpretum:

Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου.

Latina Vulgata:

In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Luthe-

Lutheri Versio:

An allen Orten sol meinem Namen geräuchert/ und ein rein Speiß-Opffer geopffert werden.

NOn possum non tangere illud Malachiæ 1, 11. *Ab ortu Solis usq; ad occasum ejus, est magnum nomen meum inter gentes, & omni loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda, certè magnum erit nomen inter gentes ipsas, dicit Jehovah exercituum.* v. 12. *Et vos polluitis illud, cum dicitis, mensa Jehovæ contaminata est, & verbum eorum contemtibilis esca ejus.*

Etsi autem allegorica interpretatio, qvæ *incensa* accipit pro *precibus*, nihil habet incommodi, sed est plena pietatis; tamen ut magis excutiatur patronis *Missarum* illud, qvod in hoc loco sibi paratum esse putant propugnaculum, ecce ad doctos deferam hanc qvæstionem, *annon etiam hæc literalis expositio possit tolerari & servari: Ex omni loco incensum offertur nomini meo*, idq; propter hanc seqventem rationem. Qvando post solutionem captivitatis Babylonicæ Judæi templum novum minori augustiâ præditum esse cernebant, ibi sacrificia ipsa flaccifaciebant, nec ita, ut olim, curabant. Prius colligitur Esdræ 3, 12. *Plurimi de Sacerdotibus, Senes, qui viderant domum priorem, dum fundarent hanc domum in oculis eorum, flebant voce magnâ, &c.*

Pontificii per incensum intelligunt Missam, qvam Propheta prædixerit.

Hoc autem ex his verbis Malachiæ 1. elicietur: v. 6. *Sacerdotes despiciunt nomen meum, & dixistis, in qvo despeximus nomen tuum?* (Respondet Deus v. 7. *offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in qvo polluimus te? Qvum dicitis, mensa Jehovæ DESPECTA est.* v. 8. *Et qvum offertis cæcum ad immolandum nonne est malum? Et si offertis claudum, aut langvidum, nonne est malum? Offer illud Duci tuo, numqvid complacebit sibi in te, vel suscipiet faciem tuam?* (Hîc quilibet videt, agi de pecoribus proprie sic dictis, qvalia offerebant ante Christi nativitatem statim post captivitatem Babylonicam. Idcircò necessariũ est, ut qvæ mox seqventur incensa, itidem non metaphoricè, sed literaliter & propriissimè exponantur de incensis propriè sic appellatis.) v. 9. *Nunc autem deprecamini qvæso vultum Dei, & miserebitur nostri* (de manu vestra fuit istud) *numqvid suscipiet ex vobis facies, dicit Jehova exercituum.* v. 10. *Qvis etiam in vobis est, qvi claudit ostia, & non incendatis IGNEM super ALTARE meum frustra* (Ecce, Lector, loquitur de igne propriè sic dicto, quo comburebantur carnes sacrificales tum temporis: Iterum igitur necesse est, ut proximè nunc secutura incensa etiam propriissime interpreteris.) *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Jehova exercituum, & munus non volo de manu vestra,* vers. 11. *omnino ab ortu Solis, usqve ad occasum ejus magnum est nomen meum inter GENTES, & ex* (nam hanc significationem vox Hebræa etiam admittit) *omni*

omni loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda, omnino est magnum nomen meum inter GENTES ipsas, dicit Jehova exercituum. v. 12. *Et vos polluitis illud, qvum dicitis, mensa Jehovæ CONTAMINATA EST, verbum eorum contemtibilis esca ejus.* v. 13. *Dixisti autem: Ecce labor, & projecistis illud, dicit Iehovah exercituum, intulistis idem raptum aut claudum, vel languidum, & obtulistis munus, acceptabo ne illud de manu vestra, dicit Jehovah?* (Qvis ex his verbis iterum non agnoscit, propriè esse interpretanda incensa, cùm hîc iterum loqvatur de propriè dictis pecoribus, claudis, raptis, langvidis. Sed adde plura Lector, nimirum qvæ mox seqvuntur ibidem illicò.) v. 14. *Maledictus autem dolosus, in cujus grege est masculus, &, cùm voverit, immolat corruptum ipsi Jehovæ, qvia Rex maximus ego, dicit Jehovah exercituum & nomen meum formidabile inter gentes.*

Contextus suadet literalem sensũ

Hactenus æstimavit contextum istorum verborum, qvæ in primo capite Malachiæ antecedunt & conseqvntur voculas istas: *omni loco incensum offeretur nomini meo:* qvæ meditatio lectorem eruditum, piumq; simpliciter trahet in istam sententiam, ut fateatur, omnia verba propriissimè intelligenda esse de incenso propriè sic dicto, de igne proprie sic dicto, de pecoribus propriè sic dictis, de oblatione propriè sic dicta, & neqvaqvam per incensum denotari Missam Pontificiam tropico sermonis genere, adeoq; Missæ Romanæ hîc nullum latitare propugnaculum, sed omnino agi de incensis propriissimè dictis, qvæ tunc ex omnibus locis Hierosolymam solebant procurrare *gentes*, miraculis sub captivitate Babylonica factis, & ipsâ solutione captivitatis divinitus antea prædicta nunc autem præstitâ commotæ *ex* omnibus undiqve locis. Idqve antea etiam prædixerunt ita futurum post captivitatem solutam Prophetæ.

Ægyptii ante Christum natũ didicerunt lingvam Hebræam, ut possent colloqvi tunc cum vera Ecclesia.

Huc enim, qvoad literam, pertinent, qvæ habet Esaias cap 19. à versu 18. usqve ad finem ejusdem capitis. Verba sic se habent: *In die illa erunt qvinqve* (præcipuæ, præ aliis zelo ferventes) *civitates in terra Ægypti loqventes labio Chanaan* (Hebraicè, qvia conversæ didicerunt lingvam, ut cum vera Ecclesia tunc temporis floritura, nimirum etiam ante Christum natum, societatem & fraternitatem colere possint) *& jurantes* (abjectis ethnicis religionibus & Diis) *per Jehovam exercituum, civitas* (Heres) *dicetur uni.* v. 19. *In die illa erit altare* (locus conventibus fidelium agnoscentium Jehovam post abjectos ritus ethnicos. Sic enim passim Genesi dicuntur Patriarchæ extruxisse altaria Jehovæ, hoc est, ædificia pro conventibus sacris ex mandato Dei, qvale in Ægypto in conventuum sacrorum ædificiis extruere non licebat, qvia erat contra mandatum Dei, qvi volebat sibi sacrificari tantùm in uno loco. Et sic Onias Heliopolitanus apud Josephum hoc vaticinio fuit abusus.)

Altaria significant locum sacri conventus generaliter.

In

In die illa erit altare ipsi Jehovæ IN MEDIO (in tota) *terræ Ægypti, & titulus juxta terminum ipsi Jehovæ. Et* (non usurpabitur altare intra Ægyptum pro sacrificationibus, sed) v. 20. *erit in signum & in testem ipsi Jehovæ exercituum in terra Ægypti, clamabunt enim* (jam conversi Ægyptii apud illud altare) *ad Jehovam à facie opprimentium, & mittit eis* SERVATOREM. (MESSIAM, unde liqvido patet, quod textus hic literaliter sit exponendus de temporibus secutis captivitatem Babylonicam quàm proximè, & antegressus nativitatem CHRISTI) v. 21. *Magnatemq; & liberavit eos; & cognoscetur Jehovah ab Ægyptiis, & cognoscent Ægyptii Jehovam in die illa, &* (missis pro more per omnes Scripturas notissimo Hierosolymam, sicut & ipse Darius fecit statim post solutam servitutem Babylonicam, Esdræ 6, 9.) *facient sacrificium & oblationem, vovebuntq; Jehovæ & reddent.* v. 22. *Et percutiet Jehovah Ægyptum percutiendo, & sanando, & revertentur ad Jehovam, & placabitur eis, & sanabit eos.* v. 23. *In die illa* (non ut antea etiam ceptam, ad mutuas freqventiores fraternitates testificandas) *erit via ab Ægypto ad Assur, & intrabit Assur Ægyptum & Ægyptus in Assur, colentq; Ægyptii & Assur.* v. 24. *In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assur, benedictio erit in medio terræ.* v. 25. *cui benedixit Jehovah exercituum dicendo, benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assur, & hæreditas mea Israel.* Hucusque clarissima verba Esaiæ.

Ægyptii post captivitatem Babylonicam afferent sacrificia.

Interim tamen ambabus manibus amplector etiam Lutheri expositionem, *qvi Sermones Esaiæ dicit* IMPLETOS *esse in Novo Testamento, tunc nimirum, qvando omnes gentes ad Christum accurrerunt, ut anteà ad templum sanctum, & erexerunt Ecclesias in medio sui clarissimas.* Adeò hæ duæ expositiones sunt subalternatæ, non contrariæ: & illa prior literalis habet summas utilitates, ut nimirum videas, quomodo DEUS omni tempore, etiam extra Judæam habuerit suos cultores, nec unquam inviderit Ethnicis æternam salutem.

Accommodatur ad N. T.

ORACULUM CIII.

SACRUM.

Levitici 24, 16.

Textus sacer, cum interpretatione interlineari Benedicti Ariæ Montani:

Et	*nominans*	*nomen*	*JEHOVAH*	*moriendo*	*morietur*
וְנֹקֵב	שֵׁם	יְהוָה	מוֹת	יוּמָת׃	

Versio Græca LXX. interpretum:

ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα κυρίου, θανατούσθω θανάτῳ.

Versio Latina antiqua:

Qvi blasphemaverit nomen DOMINI, morte morietur.

Versio Lutheri:

Welcher des HERRN Nahmen lästert / der sol des Todes sterben.

HOc oraculum sacrum aliqui Judæi solent Christianis objicere, ut eos deterreant ab enunciatione ejusdem nominis JEHOVÆ, quod volunt esse ineffabile.

Drusius de vocabulo Jehova Apoc. 19, 12.

Asscribo etiam, quæ de eodem nomine scribit *Drusius in lib. 10. præteriorum supra Novum Testamentum ad caput Apoc. 19. versu 12. & illa verba: Qvod nemo novit, nisi ipse.* Forsan (*inqvit Drusius*) innuit nomen tetragrammaton, quod nemo novit, hoc est, legere potest propriis suis vocabulis, nisi solus DEUS. Nam, quod hodie contendunt, legendum esse Jehovah, mera imperitia est, utinam non esset blasphemia. Nam HOVA pernicies, unde Jehovah perniciosus. Hujusmodi sensus est in sono vocis. Literæ aliud significant. Dico in sono vocis, quem ajunt proprium ac genuinum esse. Nam vera lectio (inquiunt illi) nominis Jehovah. Cur ergò mutat sua puncta? Nam quando præcedit aut sequitur Adonai, ne bis legeretur Adonai, punctatur vocalibus nominis Elohim, quod DEUM significat, atque ita interpretantur אדני יהוה, Dominus Deus. Vide Tetragrammaton. *Hactenus verba Drusii.*

Drusius iterum de nomine JEHOVA.

Addo alia ejusdem autoris verba, qvæ habet in eodem libro folio prorsus ultimo, tanqvam Paralipomena nova ad cap. 19, 12. Apoc. Quæ annoto de nomine DEI proprio ex conjectura, eò minus credibilia videri possunt, quod illo tempore lectio vera nominis Tetragrammati nota fuerit, si non omnibus, saltem Sacerdotibus. Certè Josephus eam se scire profitetur; sed non fas, inquit, mihi eloqui. Verior igitur expositio, quam post adduco in eadem pagina, vide sodes. Qvæ propterea de illo nomine ibi scripsi, non muto. Qvin eò labor, ut existimem, salvâ conscientiâ, neminem pium, DEIq; metuentem eo uti posse. *Primùm*, qvia corruptum est ex lectione corrupta; ut antea probavi. *Deindè*, quoniam impium ac blasphemum quid sonat, ut si quis DEUM perniciosum vocet. Nam HOVA pernicies. *Tertiò ac postremò*, quia cognitionem & affinitatem habet cum Jove gentilium: Jehova, Jove, Jovi, Jovis, quod antiquum est, pro Juppiter. Docent autem nos literæ sacræ à talibus religiosè abstinendum esse, dicente Propheta; non usurpabo nomina eorum labiis meis. Quo

Bona verba ô Drusi.

circa

circa DEUS apud Hoseam non vult vocari à Synagoga, uxore sua, Baali, marite mi, sed אישי vir mi, quia maritus Baal vocatur communi nomine cum idolis. Baal enim est Juppiter: unde Baal Phegor, Juppiter Phegorius: Baal Zebub, Juppiter musca: Syri dicunt Beel, unde Beel Zebul, Juppiter stercoreus. Nam Zebul stercus. Sed & Baalim vocant idola, quasi Dominos. Quò respexit Apostolus, cum ait, multos esse *κυρίους καὶ δεσπότας*. Syria enim abundabat Diis falsis, cujus pars aliqua erat Judæa, de qua Jeremias Propheta, juxta numerum urbium tuarum Dii tui Juda. *Hactenus etiam verba Drusii, viri in Hebraicis peritissimi.*

Lector etiam percurrat in lib. 2. *Reuchlini* de verbo mirifico cap. 9. & 19. ubi ostendit, posse legi Ihuh. Item *Hieronymum* super Psalmum 8. qui ostendit posse legi Jaho. Item *Galatinum* in aliquot locis. Ad quæ omnia respondebo, & lectorem erudiam, ut in conscientia securus esse queat. Sed unde sumi poterit talis instructio, nisi ex ipso verbo DOMINI? יהוה

Adeat igitur Lector Exod. cap. tertium, & consideret initiò hos versus: 13. &c. *Et dixit Moses ad Deum: Ecce ego ibo ad filios Israel, ut dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Et dicent mihi, quod est nomen ejus, quid respondebo eis?* v. 14. *Et dixit Deus ad Moseh* אהיה אשר אהיה *ERO QUI ERO, Dixit præterea: Sic dices filiis Israel,* אהיה *ERO misit me ad vos.* v. 15. *Adjecit adhuc Deus ad Mosen: Sic dices filiis Israel, Jehovah Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob misit me ad vos, hoc est nomen meum in seculum, vel in perpetuum, & hoc est memoriale meum in generationem & generationem.* Hactenus isti versiculi istius capitis in Exodo.

An nomen יהוה *punctari & tunc enunciari queat & debeat.*

Ut autem Lector fundamentalem de hoc nomine, & omninò certissimam habeat doctrinam, totum istud caput iterum evolvat. *Res autem ita ex illo capite sese habet:* Moses jubetur ingredi in Ægyptum, ascendere in aulam Pharaonis, indicare, quod habeat negotium nomine Altissimi DEI indicandum regi; præterea jubetur accedere ad Israëlitas, convocare tribuum præfectos, & ipsis idem proponere negotium. *Uno verbo*: Moses jubetur rem talem facere, qualis hactenus non contingit, rem maximam, nimirum Regi Ægyptio subducere & eripere maximum numerum subditorum.

Illud negotium ipsis Israëlitis quoque videri potuit insolitum impossibileq;, unde Moses etiam tam anxiè prævidit omnes difficultates, & de responsionibus ipse cogitat. Inter istas igitur ita incipit in capite sæpius inculcato, v. 11. *Dixit Mose ad Deum: Quis sum ut vadam ad Pharaonem, & ut educam filios Israel ex Ægypto.* v. 12. *Respondet autem Deus: Profecto tecum,* ita vertit Pagninus: *At in Hebræo est* כי אהיה עמך, *QUIA ERO TECUM. Et hoc signum, quod ego miserim te, quum eduxeris populum istum ex Ægypto, coletis Deum super montem istum.*

Sen-

Qvid sit ERO TECUM.

Sensus est, Non tu, sed ego per te educam populum, & qvia in hoc loco te sum allocutus, ego efficiam, ut in hoc loco post egressum festa mihi celebretis, & in hoc loco ex me videatis statuta & Judicia mea. ERO TECUM, reipsa complebo ea omnia nunc temporis, qvæ olim huic populo meo pollicitus sum. Hactenus tantummodò promissiones habuistis, nunc rem ipsam conseqvimini. Hactenus fui promittens, nunc ERO promissorum expletor.

Sed audi lector, qvid amplius seqvatur. v. 13. *Et dixit Mose ad Deum, Ecce ego ibo ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Et dicent mihi, Qvod est NOMEN ejus, qvid respondebo eis.* Hic peto à lectore erudito, ut secum æstimet, an pientissimi, & in religione vera instructissimi Israelitæ tunc ignorarint nomen DEI? Utiqve nemo affirmabit. Ergo sensus alius esse neqvit, qvàm hic: *Si dixero filiis Israel, Deus misit me ad vos educendos, statim qværent, qvod est nomen ejus, hoc est, qvod est opus ejus, qvod tibi monstravit, ut nos & tu certi simus de hac tua divina vocatione.* v. 14. *Et dixit Deus ad Mosen:* (sic respondebis ipsis, qvod audieris ex me, hæc dici tibi & ipsis) ERO QVI ERO. *Dixit prætera, sic dices filiis Israel, ERO misit me ad vos.* Hoc est, sic respondeas, Ille me misit, qvi olim promisit, & qvi nunc promissum stupendum complebit opere ipso, & stupendis simul miraculis, ERO misit me ad vos. Jam enim hoc momento ERO completor promissorum. Ne expectetis alia nomina & alia opera, qvia jam jam, ubi primam edidero coram Pharaone negotii mei indicationem, experiemini divina miracula, & subseqventer, continuanterqve longè plurima: v. 15. ERO QVI ERO, *Adjecitq; adhuc Deus ad Mosen, sic dices filiis Israel, Jehova* (ut ita loqvar & fabricem vocabulum, ERITURUS) *Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob misit me ad vos.* (Ille ille, qvi jam incipit, *vos attendite,* complere promissiones, qvi nunc propter instantem impletionem futurus & novum nomen accepturus sum, ut dicar, ὁ ERITURUS erit completor magnorum & amplorum promissorum, qvi misit me ad vos) *Hoc est nomen meum in seculum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem* (posthac, ab hoc die describetis DEUM verum per hoc ipsum ipsum opus, qvod Erit, per ipsum ERITURUM seu completurum, dicetis enim, sic DEUS dixit, qvi eduxit Israel ex terra Ægypto,

Posthac ego Deus vocabor, qvod sim, qvi eduxi ex Ægypto, tanqvam à novo opere meo.

Hoc est, quod etiam dicit Exod. 6, 1. 2. *Dicit Jehovah* (ille ERITURUS) *Nunc videbis, quæ facturus sum Pharaoni, nam in manu forti dimittet, & in manu forti expellet eos è terra sua.* v. 2. *Adjecitq; Deus ad Mose, dixit ad eum: Ego Jehovah* (Mirabile tibi videtur, qvod dico; qvod ipse Pharao sit suos subditos violenter expulsurus, & contra primam suam mentem, & tergiversationem

ſationem tibi conceſſurus, ſed ſcias, qvod ego Jehovah, qvod ego ERITURUS, qvod ego ERO illud facturus & completurus per opera & oſtenta mea) v. 3. *Apparui Abraham, Iſaac & Jacob in Deo omnipotente* (ſic enim Abraham deſcribit DEUM Gen. 14, 22. *levavi manum meam ad Jehovam Deum altiſſimum, poſſeſſorem cœli & terræ.* Et cap. 24, v. 3. *Ut adjurem te per Jehovam Deum cœli & terræ*, v. 7. *Jehovah Dominus cœli.* (Nomen Dei hactenus fuit deſumtum à potentia creationis, poſthac deſumetur etiam ab hoc mox FUTURO maximo miraculo eductionis ex Ægypto, ſicut ſæpisſimè poſtea ſcribitur, Ego Jehovah, qvi eduxi ex Ægypto. Illud patribus nomen prius â creatione deſumtum, fuit notum; hoc poſterius nomen non item, qvia poſterius opus eductionis hactenus ſaltem fuit promisſum, nondum verò patribus exhibitum. Sed exhibebitur jam jam, hoc ipſo momento faciam initium, unde etiam poſthac habebo nomen JEHOVÆ novum, qvod derivatur à novo opere eductionis ex Ægypto, qvod his ipſis temporibus facturus, completurus & exhibiturus ſum. Ergo) *At in nomine meo Jehovah non ſum cognitus eis* (qvia eductionem ex Ægypto promiſi qvidem hactenus, ſed nondum in hunc diem complevi. Hoc ſtatim jam DEUS ipſe explicabit hac ratione) v. 4. *Etenim ſtatui pactum meum cum eis, qvod darem eis terram Chanaan, terram peregrinationum eorum, in qva peregrinati ſunt*, v. 5. *præterea ego* (ſed jam ego exaudiam & complebo, exaudivi) *audivi clamorem filiorum in Iſrael, qvos Ægyptii ſervire faciunt, & recordatus ſum pacti mei.* v. 6. *Iccircò dic filiis Iſrael, Ego Jehovah* (ego ille *ERITURUS*) *& educam* (complebo promiſſum pactum) *vos ab oneribus Ægypti, eruam vos è ſervitute eorum, & redimam vos brachio extenſo, & judiciis magnis*, v. 7. *accipiamq; vos mihi in populum, & ero vobis in Deum, & ſcietis qvod ſum* (promiſſorum completor ERITURUS ille) *Jehova Deus veſter, qvi educo vos ab oneribus Ægypti.* v. 8. *Introducam qvoq; vos in terram, pro qva levavi manum meam me daturam illam Abraham, Iſaac & Jacob, daboq; eam vobis in hæreditatem ego Jehovah* (Ego veſter DEUS ſum, ERITURUS, facturus jam jam eductionis ex Ægypto magnum opus illud) *Hactenus ex Exodi 16.*

Hactenus ab Abraham & aliis ſum nominatus ab omnipotentia mea, Deus cœli, qvi creavi cœlum, tanqvam à veteri opere meo.

Sed redeo ad caput tertium, ubi ita pergit Moſes: v. 16. *Vade & congrega Seniores Iſrael, & dic eis* יהוה *Jehovah,* (*ERITURUS*) *Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Iſaac, & Jacob dicendo, Recordando recordatus ſum veſtri, & ejus, qvod factum fuit vobis in Ægypto*, v. 17. *propterea dixi, Educam vos ex afflictione Ægypti, ad terram fluentem lacte & melle, & obedient voci tuæ* (ſi hæc ipſis indicaveris, qvæ dixi, & inſuper in mentem revocaveris, completos eſſe annos 400. Gen. 15, 13. obedient voci tuæ, & præparabunt ſe ad egreſſum. At apud Pharaonem erit magna obdura-

JEHOVAH Latinè ERITURUS, ut utrumq; nunc pro cognomine Dei accipiendum ſit, illud Hebræum, hoc Latinum.

duratio, ibi opus habebis aliis ſignis, converſi baculi, manus leproſæ &c.)

Homonyma 1.ERO, qvi ERO, 2.ERO, ERITURUS, 4.JEHOVAH, id eſt, completurus promiſſionem.

Ex hac brevi elucidatione, nativaq; declaratione textuum iſtorum apparet, qvod unum & idem ſignificent hæc vocabula, ERO, ERO QVI ERO, & JEHOVAH. Agnovit illud *Schindlerus, qvi in Lexico ſuo διαῤῥήδην ſcribit hæc verba in radice* הוה: *Idem igitur ſunt* אהיה אשר אהיה, *Ero qvi ero, & ſimpliciter* אהיה *Ero* & יהוה *Ens. Hactenus Schindleri verba.*

An nomen JEHOVAH his literis notum fuerit patribus ante Moſen.

Deinde ex his claris textibus Scripturæ luculenter elucet, qvod hoc nomen, qvoad has literas, ante Moſen non fuerit cognitum. Nunc enim in hoc capite Exodi ex אהיה format DEUS τὸ יהוה. Qvanqvam vero in ſacris Bibliis reperitur per totam Geneſin; tamen fit illud propter hanc cauſam, qvia Moſis tempore & per Moſen ſcripta fuit Geneſis, ubi Moſes noluit Deo detrahere hoc ſuum novitium nomen, qvod eo tempore fuerat à Deo factum, & ſimul divinitus ipſi Moſi monſtratum, ſicut alia exempla ſunt in Geneſi, & nomina urbium, qvæ tamen prioribus temporibus in uſu non fuerant. Hiſtorici enim, exempli gratia, noſtrorum horum temporum, deſcribunt, qvoad hiſtorias antiqvas, Conſtantinopolin per nomen, non qvod olim, ſed qvod hodie habet: licet veteres etiam hiſtorias ante mille annos factas admiſceant. Sic Geneſ.12,8. extat nomen Bethel cum dicitur: *Tranſtulit ſe* (Abraham) *inde ad montem ab oriente Bethel, intenditq; tabernaculum ſuum: Bethel erat ab occidente & Ai ab oriente & ædificavit ibi altare Jehovæ, invocavitq; nomen Jehovæ:* cum tamen ipſum nomen Bethel tempore Abrahami nondum extaret, ſed tunc vocaretur ille locus Luza. Sic enim dicitur Gen.28.v.19. *Vocavit* (Jacob) *nomen loci illius Bethel, & Luza nomen civitatis prius.*

Hoc mihi haud ægre largientur omnes pii & eruditi viri, in tota ſacra Scriptura non extare ullum oraculum, ex qvo de ipſa Dei ſubſiſtentia & eſſentia, qvalis in ſeſe eſt, clariſſimè diſſerere poſſemus. Schamaim, cœlorum appellatio, oſtendit materialem eſſentiam cœli eſſe aqveam; Hominis ab humo derivati appellatio oſtendit ipſius materialem eſſentiam eſſe terram. Tale aliqvid è nobis demonſtrari ex vocabulo JEHOVAH neqvit, præter id, qvod DEUS ſemper EST; unde dicitur hoc jam dicto ſenſu eſſe nomen eſſentiæ divinæ, ſecundum Theologos.

Conſpirat Brentius.

In Exodo per deſcriptiones ſupra adductas patet innui certiſſimam hoc vocabulo conſtantiam, & conſtantiſſimam certitudinem mox mox futuræ completionis divinarum promiſſionum. In qvam ſententiam meam video mihi conſpirare etiam Johannem Brentium ſuper illa ipſa capita Exodi.

Qvod

Qvod ad essentiam divinam attinet, sufficiat, qvod à posteriori ex operibus cognoscamus omnipotentiam, omnibonitatem, omnisapientiam, sicut hæc omnia, ut & alia, ex verbo DEI etiam discimus.

Qvoties autem de essentia divina cogito, toties mihi in mentem venit hæc seqvens similitudo. Sicut per omnia, & in summo gradu cœcus sentit qvidem radios Solis, at corpus Solis utrum sit album, an rubrum, utrum rotundum an qvadratum, num ingentissimæ, num verò mediocris aut minimæ apparentiæ, intueri, æstimare, & dijudicare neqvit: ita nos in hac vita ex verbo & operibus DEI discimus qvidem, qvanta sit DEI sapientia, justitia, bonitas, misercordia, potentia. At essentiam DEI qvoad internam qvidditatem, & qvæ huic affinia interogari possunt, revelat Scriptura, nec, ut dixi, integro aliqvo contextu, nec in uno aliqvo vocabulo.

Et in specie qvod vocabulum Jehovæ attinet, illud libenter aliqvibus admitto, qvod denotet *τόν ὄντα*, existentem, & in illa existentia sua forinsecus qvodvis opus magnum edentem. Sed hoc in vocabulo Jehovæ non continetur, qvalis sit qvidditas essentiæ divinæ interior. Et, ut dixi, video me habere, præter sacrum textum, mihi faventem Johannem Brentium.

Insuper, qvod ad puncta substernenda literis vocabuli istius attinet, Hieronymus legit Ihuh, nimirum ordine ponens latinas correspondentes literis analogis Hebræis, & sic non fingit novam pronunciationem istius vocis ultra & præter & contra illam vulgò receptam JEHOVAH.

Prorsus autem inepta est Rabbi Salomonis doctrina, qvam Brentius etiam historicè adducit loco suprà indigitato, hæc: *Deficit vau in fine* לעולם, *ut exponatur pro, ad abscondendum aut ad occultandum ipsum, propterea, qvod non legitur, sicut scribitur.* Hactenus verba Rabbi Salomonis. *Judaica fabula de nomine JEHOVAH.*

Qvæso autem diligentissimè hîc atteudat lector. Rabbi Salomon expendit cap. 3. Exodi versum 15, & qvidem versiculi finem, ubi non scribitur לעולם, sed לעלם, omissâ literâ *Vau*. עלם *Alam* autem post *Vau* abjectum significat abscondere. Ergo concludens *interpretatur*, absconditum esse debere hoc JEHOVÆ nomen. Sed qvisnam ex tyronibus non agnoscet summam infirmitatem hujus argumentationis, perinde ac si qvis concluderet, Cornix clamat in tecto, ergo Romanus Imperatur celebrabit comitia. Longè aliis robustissimis opus erat argumentis, si obtinere velint Judæi, nomen JEHOVÆ debere esse *ἀνεκφώνητον*, seu non esse enunciandum.

Nam sit thema *Alam* aspicere aliqvis voluerit, etiam τὸ עוֹלָם cum *Vau*, absconditum debebat exponere; siqvidem illud ab illo ipso themate æqvè ac alterum sine ו videlicet עלם descendit. Vide exempla Gen. 17, 7. de fœdere perpetuitatis עוֹלָם inter DEUM & Abrahamum erecto, item ibid. versu 8. de terra promissa in possessionem perpetuam, Item Exodi 21, 6. de verso urgendo in seculum, id est, ad jubileum usqve, ubi fueris intelligitur, & Deut. 32. 7. de recolligendis diebus seculi, hoc est, antiqvis historiis, qvæ omninò initium habent, Jos. 24, 2. de patribus Abrahami versatis trans flumen à seculo, seu, olim, Eccles. 12, 5. de homine vadente ad locum suum in perpetuitatem suam, qvi non semper manebit in sepulcro. Et in his omnibus עלם cum Vau scriptum tamen de abscondito vel occultando neqvit rigidè exponi, ergo nec illa regula Rabbi Salomonis est certa.

Præterea Targum & Syrus abjicit ו etiam cum de seculo mundi ursurpatur vox ista, ut exempla inqviri possunt, indeq; concludendum iterum, qvod illa Rabbi Salomonis doctrina prorsus sit lubrica.

Ut ut autem sit, qvæ debeat esse genuina interpretatio loci hujus in Exodo, contextus fortissimè evincit. Sic enim habet contextus: v. 15. *Hoc est nomen meum in seculum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem*: Conseqventia (*generatio & generatio*) declarant, qvid significare debeat illud antecedens עלם, videlicet, *seculum*. Secundùm Rabbi igitur Salomonem sensus esset hiulcus & salebrosus & inconstans ille: *Hoc est nomen meum absconditum* (non pronunciandum) *& hoc est memoriale meum in generationem & generationem*. Secundum textuales sensus facilis, nativus & concinnus est ille: *Hoc est nomen meum in seculum, in perpetuum, vel, in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem* (Vide etiam Psalmum 33, 11. & 45, 18. In *priore* Psalmo sic habetur *Consilium Domini* לעולם *in seculum stabis, cogitationes cordis ejus in generationem & generationem*. In *posteriore* Psalmo inverso ordine continetur, & qvidem ut hoc in Exodi loco sine Vau לעלם, *Memorare faciam nomen tuum in omni generatione, & generatione propterea populi confitebuntur tibi in seculum & ultra*. Sic in Exodo עלם debeo interpretatri pro *abscondito*, etiam in hoc Psalmo similiter interpretari conveniet, qvod nomen seu gloria Domini debeat omni generatione abscondi, nec poterit dari ratio diversitatis. At ineptum illud, contra contextum, utpote qvi hortatur, ne posteri abscondant. Ergo sic funditus deletur ratio Rabbi Salomonis qvam fingit, ut decipiat incautos, cur hoc vocabulum JEHOVAH non sit legendum vel pronuciandum. Fundamentum istud, ut jam plus constat, qvod ex Scriptura adducit, est falsum & depravatum; qvod tamen

tamen Rabini Judaici in immensum confirmare aliis traditionibus studuerunt, ita, ut Christianis multis doctissimis persvaserint.

Hoc jam fundamento nauci destructo, firmum manet lectori erudito illud, qvod vocabulo יהוה illa ipsa puncta, qvæ hodie sub se habet, citra omne dubium olim substraverint ii, qvi Genesin & Exodum primitus cum punctis Ecclesiæ Dei suppeditarunt, à qvibus per continuatas seculorum subseqventium ætates illa scripta his & iis ipsis punctis ad nos usqve pervenerunt, ita, ut nemo dubitare debeat, tardius à posterioribus Rabbinis superstitione plenissimis contrarium fuisse introductum; cum antiqviores omnino non aliter, qvàm JEHOVAH, legerint.

His fundamentis seu hypothesibus firmissimis præsuppositis ulterius addo illam, qva hactenus delibata plane nihil præsidii relinqvunt Arianis, qvin potius manent omnes argumentationes ab hoc vocabulo petitæ in sua viridissima firmitate. Cui enim tribuitur principaliter & propriè vocabulum JEHOVÆ (significans sive illud, qvod antiqvissimis significat, sive qvod recentioribus Rabbinis cepit significari) illum necessariò pro DEO æterno & verissimo, soloqve omnipotente agnoscere tenemur. At Christo tribuitur illud in sacris. Ergo &c.

Qvid sit illud Tò exprimere nomen JEHOVÆ adversus Rabbinos, nempe cum contumelia exprimere.

Jam vero tandem facilia erunt responsa ad qvasvis objectiones. Levit. 24. v.16. illud *exprimere* significat *blasphemare* נקב cum dedecore & ignominia nominare, qvemadmodum contextus monstrat à versu 10: *Egressus filius mulieris Israeliticæ, & viri Ægyptii expressit nomen & maledixit.* v.13. *Et locutus est Dominus:* v.14. *Educ maledictum & lapident eum omnis cœtus.* v.15. *Et ad filios Israel loqveris dicendo: Qvisqvis maledixerit Deo suo, portabit pœnam peccati sui.* v.16. *Et exprimens nomen Domini, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum omnis cœtus, sicut peregrinus, sic indigena in exprimendo nomen morietur.* Ex his etiam laicus animadvertet, de mala expressione seu nuncupatione, hoc est, de blasphematione nominis divini sermonem esse.

Apoc.19.12. *Habebat nomen, quod nemo novit, nisi ipse.* Sed antecedentia & conseqventia sunt descriptiones figuratæ majestatis divinæ Christo communicatæ, unde medium NOMEN pro iisdem necessario capitur.

Qvod Drusius ait, cum JOVIS voce ethnica concordare sonum dictionis JEHOVÆ, neminem movere debet. Nam ad Ethnicos dimanarunt extra Ecclesiam multa nomina, alia puriùs, alia impurius. VULCANI nomen est ex Gen. 4. v. 22. ubi THUBALKAIN est inventor opificii æris & ferri, SATURNUM à SADAI omnipotente derivatum existimat Chytræus Exod. 6. v. 2. HAMMONIS oraculum à CHAMO filio Noæ malo derivat Reineccius in oratione, de dignitate historiæ.

Maximum, qvod alicujus videri possit emolumenti, situm est in HOVA, qvod significat perniciem, adeò ut Jehova dici existimetur perniciosus.

Sed plusqvam facilima est responsio, nimirum qvod vox Jehovah non significat internam qvidditatem essentialem divinitatis, qvemadmodum HOMO vox ab humo derivata ostendit materiam hominis esse terrã, & perconseqvens de homine meritò dici posse ea omnia, qvæ de terra dicuntur, qvod sit vilissima res, qvod sit mutabilis res, qvod sit corruptibilis res &c. Si eo modo etiam Jehova nomen denotaret internam essentiam Dei, tunc alicujus difficultatis esset ista Drusii objectio. At τό nomen Jehova derivatur à communi themate הוה qvod significat FUIT. Jam verò τό ESSE variis rebus, bonis & malis potest accommodari. Zach. 8, 13. Eveniet, ut qvemadmodum FUISTIS maledictio, ità ERITIS benedictio. Oseæ 13, 14. ERO mors tua ô mors, &c. Alibi sæpius: Ero eis in DEUM: non aliter atq; sicut CHRISTUS aliis est ruina, aliis resurrectio, Luc. 2, 34.

Sed an non Kadosch sanctus dicitur DEUS, Levit. 11. 44. Estote sancti, qvia ego sanctus sum, & alibi qvàm sæpissimè, & tamen eodem nomine vocatur scortator & scortum, Deut. 23, 17. Non sit meretrix in portis tuis & non sit cinœdus ex filiis Israël. Similia scilicet qvàm plurima exempla ab uno & eodem themate derivata, in bonam & malam partem usurpantur, qvæ magno numero saltem ex Lexicis, ut Concordantiarum mentionem non faciam, colligi possunt. Etsi vero aliqvi Lexiographi scribunt, qvod HOVA tantum significet perniciem, tamen ii ipsi, ut Pagninus & Schindlerus, simul annotant, textus qvosdam qvos adducunt, ab aliis non in malam, sed bonam partem exponi, & exponi etiam posse.

Qvapropter non video, qvid lædere potuerit, & anxiam reddere conscientia Drusii alioqvin viri docti. Verum decepit ipsum, qvod lingvæ Hebrææ apices nimium scrutari voluit, omissâ æstimatione contextuum integrorum.

Sæpè monere soleo, maximè noxia esse toti terrarum orbi. 1. Qvod pauci discunt lingvas, præsertim orientales, unde vix cum exteris communicare possunt nostrates. 2. Qvod, qvi lingvas discunt, aut doceri volunt, illi ipsi nolunt à Professoribus Publicis simul antecedentia & conseqventia rectè expendi, ut inde uniuscujuscunqve vocis verum sensum isti cuilibet loco competentem venari possint. Hinc citantur dicta & oracula sæpe in alieno sensu. Et propter hanc causam judæi omnia nostra scripta suspecta habent, cum vident in facilibus nostros deviare.

Sed ad alia.

ORACU-

ORACULUM CIV.
SACRUM.

Jacobi 5, 16.

Textus Græcus ſacer:

ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα.

Verſio Latina:

Confitemini alterutrum peccata veſtra.

Verſio Lutheri:

Bekenne einer dem andern ſeine Sünde.

PONANTUR contextuum membra in ſuum ſingula ordinem, & pulcerrimus prodibit ſenſus. Ab initio capitis incipit adverſus potentiorum improbitatem & injuſtitiam declamitare, & addit conſolationem oppreſſis per potentiores hanc: v.8. *Patientes eſtote fratres ad adventum Domini usq;, confirmate corda veſtra, qvoniam adventus Domini appropinqvat.* v. 9. *Ne ingemiſcatis alius adverſus alium, ut ne condemnemini: ecce judex ante januam aſtat* (ſi qvi æqve peccatis ſcatent, illi ne accuſent apud DEUM alios peccantes, qvia Dominus utrosqve condemnaret) v. 10. *ſumite pro exemplari patientiæ Prophetas.* v.13. *Affligitur aliqvis inter vos* (alio genere calamitatis innocens, à malo premitur, vel immediate à Deo percuſſus dolet) *oret: aqvo animo eſt aliqvis, pſallat:* v.14. *infirmatur qvis inter vos, accerſat Presbyteros Eccleſiæ, & orent pro eo ungentes* (pro temporum iſtorum primorum donis Spiritualibus Eccleſiæ communicatis) *cum oleo in nomine Domini*: v.15. *& oratio fidei ſervabit laborantem, eriget q; eum Dominus. Qvod ſi peccata commiſerit* (propter peccata Dominus ei morbum immiſit) *remittentur ei. Confitemini alii aliis offenſas* (qvi ægrotat & recordatur, qvod fratrem aut proximum læſerit, is, advocato illo, reconcilietur cum ipſo, & illicò petat ab ipſo, ne gemitibus ſe accuſet apud DEUM; ſed potius, ut poſt remiſſam offenſam intercedat apud DEUM pro eodem ſeſe. Plurimum enim delectatur DEUS reconciliatione adverſariorum, & poſtea audit preces reconciliatorum pro ſe invicem) v.16. *Confitemini igitur alii aliis offenſas, & orate alii pro aliis, ut ſani ſitis: multum enim valet deprecatio juſti efficax* (omnino ſeriæ tales precationes reconciliatorum valde erunt efficaces) Ergo ægroti cum ſuis adverſariis reconcilientur, & pro ſe invicem orent, & DEUS exaudiet ipſos cito: & ita non in alios fines citari poteſt hoc dictum à Pontificiis.

Addo

Addo etiam obiter seqventia paucula: v. 17. *Elias homo erat, iisdem, qvibus nos, obnoxius, & precatione precatus est (DEUM) & non pluit (DEUS) super terram, annos tres, & menses sex.* Necessariò enim subaudiendum est (DEI) vox binis in locis. Tale exemplum extat Rom. 12, 19. *Si fieri potest, qvantum in vobis est, cum omnibus in pace vivite, non vosmetipsos ulciscentes, Dilecti, sed date locum iræ: Scriptum enim est, mihi est ultio, ego rependam, dicit Dominus.* Nota lector. *Date locum iræ* (Dei seu Domini) ex consequentibus est adjiciendum. Idq; eo promtius volui annotare, qvo omnes lubentius amplecti decet phrases Scripturis sacris usitatas. Sic enim alibi docet Christianis esse loqvendum: *Dominus pluit, Dominus dat nivem, Dominus dat tonitru, seu tonat, Dominus dat grandinem.* Qvod ex Ecclesiarum veterum rumoribus etiam Ethnici aliqvi scriptores æmulantur, non verò absolutè & omninò ethnicè pluit, ningit, tonat, grandinat. Sed de his suo loco & tempore prolixius disputo, & oro omnes eruditos ac pios præceptores, ut in phrasibus sese qvoqve reforment ad sacrarum Scripturarum canonem. *Diem Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Veneris, Saturni*, usurpare valde reformido, & si cogor, facio illud non nisi cum addita præmunitione. Sic enim etiam istorum, ut & Musarum *& Apollinis, & Neptuni, & Dii Fidii & Herculis* (in me Hercle &c.) *& Parcarum & Fortunæ & Manium* (manibus parentare) *Lucinæ* ferentis opem, *Plutonis, Minervæ*, honestam mentionem in sermone vel scripto facere, me prohibet expressissima lex divina, Exod. 23, vers. 13.

Nomina dierum Ethnica sunt immutanda.

Bono jamdudum exemplo præivit *Faber Stapulensis* super Marci cap. 13. v. 3. *sic inqviens:* Illic sedebat Dominus tertia die post Sabbathum, qvam vulgus more gentium Diem Martis appellat. *Et Augustinus in retractationibus* recordatus pœnitentia ducitur, qvod ethnico vocabulo FORTUNA fuerit usus. *Verba Augustini lib. 1. retract. & qvidem lib. 1. contra Academicos cap. 1. & 7. sunt hæc:* Sed in iisdem tribus libris meis non mihi placet, toties me appellasse fortunam, qvamvis non aliqvam Deam voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum eventum, vel in corporis nostri vel in externis bonis aut malis. Unde & illa verba sunt, qvæ nulla religio dicere prohibet, fortè, forsitan, fortasse, fortuitu: Qvod tamen totum ad divinam revocandum est providentiam. Hoc enim illic non tacui dicens; Etenim fortuitò, qvæ vulgò fortuna nominatur, occulto qvodam ordine regitur, nihilqve aliud in rebus casum nominamus, nisi cujus ratio & causa secreta est. Dixi qvidem hoc, veruntamen pœnitet me, sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pessima consvetudine, uti dici debet,

Exemplo Stapulensis.

Et Augustini.

hoc DEUS noluit, dicere, hoc noluit fortuna.

Hactenus verba Augustini.

ORACU-

ORACULUM CV.
SACRUM.

Ecclesiastes cap. 9, 1.

Textus sacer Hebræus, cum Benedicti Ariæ Montani interlineari versione:

omnium homo sciens non odium etiam amorem Etiam

גַּם אַהֲבָה גַּם שִׂנְאָה אֵין. יוֹדֵעַ הָאָדָם הַכֹּל

facies ad

לִפְנֵיהֶם׃

Versio Græca LXX. sic dictorum interpretum:

Καί γε ἀγάπη καί γε μῖσος, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος εἰδὼς τὰ πάντα πρὸ προσώπου αὐτῶν.

Versio vulgata Latina:

Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit.

Lutheri Versio:

Doch kennet kein Mensch weder die Liebe noch den Haß irgend eines/ den er für sich hat.

ILLUD Ecclesiastæ 9. v. 1. *Nescit homo, utrum amore vel odio dignus sit*, nihil prodest Pontificiis pro dubitatione ipsorum confirmanda, sed aliam pulcherrimam in sese continet doctrinam in qvotidiana vita unicè exprimendam. Incipe, lector, à versu nono capitis præcedentis: *Sæpe dominatur homo in proprium damnum, super alterum: vidi impios coli, pios oblivioni traditos, cum non statim mala punit Deus, impii indurantur, sed utut diu toleretur impius, & prematur pius, tamen impietas interim est impietas, & pietas pietas. Vidi pios habere malè, impios benè, & laudavi ex utrisq; animos moderatos, non nimium propterea dolentes, nec potest diversitatis istius ratio inveniri, utut ego posui cor meum ad inveniendum eam, amorem, odium, nescit homo eorum omnium, qvæ ante eos sunt. Omnium consimiliter omnibus eventus unus est, justo & impio, bono & mundo & immundo, sacrificanti qvoq; & ei, qvi non sacrificat, &c.* **Explicatio verborum præcedentium.**

Nullius articuli Theoria, & praxis, tam est difficilis, qvam articuli de Cruce.

Nimirum difficillima nulla est alia praxis, qvam in articulo Theologico, (iccircò verè difficilimo dicendo) de Cruce & calamitatibus. Videt enim aliqvis incendia, diluvia, morbos, bellorum cladem, uni alicui damna inferre irresarcibilia. Utrum autem hoc isti contingat propter peccata sua actualia atrocia, forsan abscondita, & ipsi soli qvam optimè cognita, nemo vicinorum judicare valet.

Utrum dignus sit aliqvis cruce, ipsemet, & nullus alius tertius scire potest.

Similiter alicui uni contingunt omnia ex animi sententiis exoptatissima: sed utrum pro pietate, & interna in Deum reverentia & sanctitate, qvis vicinorum pronunciabit?

Ipse igitur qvilibet unus de suis calamitatibus intra sese rectissima ferre potest judicia, an meritò illas patiatur, an verò tantummodò à Deo probetur & tentetur? Sicut Deus Jobum sine CAUSA PERDEBAT, ut ipse dicit in textu clarissimo, Job. 2,3. In Hebræo est חִנָּם *gratis, citra causam, citra meritum immeritò, frustra.*

Sic an dignus sit aliqvis beneficiis, qvibus cumulatur à Deo, qvilibet unus ipse qvam sanctissimè judicabit, qvi vel rectum, vel hypocriticum suum COR novit exactissimè. Verè igitur nescimus amorem, an odium eorum, QVI CIRCA NOS SUNT, qvæ verba ultima oraculi hunc sensum plus confirmant.

Interim tamen, si qvem publica novit Ecclesia subinde neqvitiis operam dedisse infinitis, aut etiam è converso sanctissimis ἀνυποκρίτοις operibus studuisse, non errabit, si illius & hujus compensari impietatem aut pietatem pronunciaverit, modò ne sibi sumat potestatem ferendi calculos de ignotis & latentibus probitatibus vel improbitatibus.

Judicia de pœnis hominum humana sunt periculosa.

Hæc inculcanda sunt sæpiùs, ne ex fulmine percutiente, ex abortu hominum & pecorum, ex peste grassata, ex vento nocente, ex liberorum invalitudine, & ex ejusmodi infinitis propemodum minus matura ferre præsumant judicia proximi qvicunqve. Et in ejusmodi coram mundo sic vocatis casibus usurpemus illa sacra oracula, Deut. 19,5. Si abierit cum eo in silvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumqve lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, & occiderit. Exodi 20,13. Qvi non est insidiatus, sed Deus tradidit illum in manus. Luc. 13, 1.2.3. 4.5.6. ubi sangvinem cum sacrificiis qvorundam miscuerat Pilatus, & turris in Siloam ceciderat super octodecim viros, de qvibus CHRISTUS dicit, Putatis, qvod hi præ omnibus peccatores fuerunt, non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

ORA-

ORACULUM CVI.

SACRUM.

Coloss. 1, 24.

Textus Græcus sacer:

Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία.

Versio Latina vulgata antiqva:

Qvi nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, qvæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus qvod est Ecclesia.

Lutheri versio.

Nun freue ich mich in meinem Leiden/ daß ich für euch leide/ und erstatte an meinem Fleisch/ was noch mangelt an Trübsalen/ in Christo für seinen Leib/ welcher ist die Gemeine.

HOc dicto Coloss. 1. v. 24. *Gaudeo de iis, qvæ patior pro vobis, & reliqvias afflictionum Christi vicissim expleo in carne mea pro corpore ipsius, id est Ecclesia:* tum Pontificii tum Photiniani variè abutuntur, pro operibus supererogationis illi, hi vero contra meritum Christi disputantes. Sed neutris qvicqvam illud prodest. Id qvod ex antecedentibus & conseqventibus patebit, immò huic in aliis Epistolis anologa qvædam clara satis multa deprehendentur.

Contextum qvod attinet in hac Epistola, ita ille sese habet v. 24. *Gaudeo de iis, qvæ patior pro vobis, & reliqvias afflictionum Christi vicissim expleo in carne mea pro corpore ipsius, id est, Ecclesia,* v. 25. *cujus factus sum minister ex dispensatione Dei, qvæ data est mihi apud vos ad præstandum sermonen Dei,* v. 26. *nempe mysterium, qvod absconditum fuit à seculis & ab ætatibus, nunc autem patefactum est sanctis ejus.* v. 27. *Qvibus voluit Deus notum facere, qvæ sint divitiæ gloriosi hujus mysterii inter gentes, id est Christus inter vos, qvi est spes illa gloriæ,* v. 28. *qem nos annunciamus, erudientes omnem hominem, ut præstemus omnem hominem perfectum in CHRISTO JESU.* v. 29. *AD QVOD ETIAM ENITOR, DECERTANS secundum efficacitatem ejus, agentem in me POTENTER.*

Cap. 2. v. 1. *Velim enim vos scire, qvantum certamen SUSTINEAM PRO VOBIS, & IIS, qvi sunt Laodiceæ, & qvotqvot non viderunt faciem meam in carne,* v. 2. *ut accipiant consolationem corda eorum ad cognitionum mysterii Dei Patris & Christi,* v. 3. *in qvo sunt omnes thesauri sapientiæ ac cognitionis absconditi,* v. 4. *Hoc autem dico, ne qvis vobis IMPONAT PROBABILITATE SERMONIS* v. 6. *Sicut igitur accepistis Christum: ita in eo incedite;* v. 8 *videte, ne qvis vos deprædetur per Philosophiam, & inanem deceptionem, secundùm traditionem hominum, & secuntum elementa mundi, & non secundum Christum:* v. 9. *Nam in eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter,* v. 10. *& estis in eo completi, qvi est caput omnis imperii ac potestatis.* v. 18. *Neqvis igitur vos damnet ob cibum aut potum, aut respectu diei festi, aut Novilunii, aut Sabbathorum, qvæ sunt umbra rerum futurarum: at corpus Christi. Nullus voluntarius moderator de vobis statuat, ex subjectione & cultu Angelorum in ea qvæ non vidit, sese ingerens, & temerè turgens sensu carnis suæ,* v. 19. *neq; obtinens caput* v. 20. *Itaq; mortui cum Christo, liberi estis ab elementis mundi, qvid ut viventes in mundo ritibus oneramini.* v. 21. *Ne attigeris, ne gustaris, ne contrectaris: qvæ omnia ipso usu pereunt EX MANDATIS & DOCTRINIS HOMINUM,* v. 22. *qvæ opinionem qvidem habent sapientiæ IN CULTU VOLUNTARIO, & submissione animi, & IN EO QVOD CORPORI NON PARCANT, non tamen ullius sunt pretii, qvùm ad ea spectent, qvibus sarcitur caro.*

Hactenus ostendi primi & secundi capitis contextuum συνέπειαν, & consonantiam, ex qva qvilibet intelliget, qvod loqvatur de afflictionibus, qvæ oriuntur ex certaminibus, qvæ suscipiuntur pro defensione veræ doctrinæ, de Christi simili patientiâ & simul de majestate, adversus hostes veritatis, qvi ceremonias ab hominibus mandatas, & ad corporis exercitationem jactatam profuturas urgent. Tales nimirum afflictiones etiam Chrstus sustinuit: sed præter istas *isto nomine* illatas sustinuit etiam mortem, & reliqva dura propter peccata totius mundi.

1. *Exemplum hoc Christi seqvi debemus, & ad implere hoc genus passionum.*

Utrumq; compendiosè complectitur Apostolus 1. Pet. 2, 18. & seqq. v. 18. *Fumuli subditi sint cum timore Dominis, non solùm bonis ac humanis sed etiam iniqvis* v. 19. *Hoc enim gratum est, si qvis propter conscientiam DEI suffert molestias, injustè afflictus.* v. 20. *Qvæ enim est laus, si cùm peccantes colaphis cædimini, toleratis, sed si qvùm benefacitis, tamen afflicti toleratis, hoc est gratum apud Deum.* v. 21. *Nam ad hoc vocati estis, qvoniam & Christus passus est pro nobis RELINQVENS NOBIS PRÆSCRIPTUM, ut inseqveremini ejus VESTIGIA.* v. 22. *qvi peccatum non fecerat nec inventus est dolus in ore ejus.* v. 23. *Qvi convitiis affectus, non vicissim convitiabatur, qvùm malis afficeretur, non minabatur, sed commisit vindictam ei, qvi justè judicat:* v. 24. *QVI PECCATA NOSTRA PERTULIT in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justitiæ viveremus, CUJUS VIBICE SANATI SUMUS.* Hactenus ibi.

2. *Hoc singulare officiũ nemo hominum æmulari potest,*

Huc

Huc pertinent illa Matth.10,24. *Non est discipulus super Magistrum, neqve servus supra Dominum suum.* v.25. *Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ipsius, & ut servus sit sicut Dominus ipsius,* SI IPSUM PATREMFAMILIAS BEELZEBUB VOCAVERUNT: *qvanto magis domesticos ejus.*

Alia loca de passionibus pro doctrina sustinendis, non pro peccatis hominum aliorum.

Huc illud Matth.24. ubi prædicit, qvod post resurrectionem & ascensionem ipsius tradent discipulos in oppressionem, & trucidabunt eos, & odio habebuntur discipuli ab omnibus gentibus. Hoc est, qvod dixit Matth. 10, v.38. *Qvi non accipit crucem suam, ac seqvitur me à tergo, non est me dignus.* Item in eodem capite v.16. *Mitto vos ut oves in medio luporum.* v.22. *Eritis exosi omnibus propter* NOMEN MEUM; & qvæ passim similia occurrunt hinc inde multa in Evangelistis. Rom. 8,17. *Sumus cohæredes Christi, si modo* SIMUL PATIMUR, *ut & simul glorificemur,* & vers.29. *Qvos præscivit* (dilecturos Deum v.28.) EOS PRÆDESTINAVIT CONFORMES FIERI IMAGINI FILII SUI, *ut is sit primogenitus inter multos fratres.*

Ecce, lector optime, totius Ecclesiasticus cœtus statuitur unum corpus, cujus caput Christus, pii membra. Sicut autem Christus propter veritatem dictam, Joh.8 cap. multa pati necesse habuit: ita destinavit Deus similes passiones omnibus piis propter professionem veritatis. Qvando igitur propter veritatem sustinent odia & ærumnas, explere dicuntur ea, qvæ desunt corpori Ecclesiæ, antea nimirum prævisa, à Christo in locis allegatis prædicta, immò in Epistola ad Romanos prædestinata mala toleranda. Hoc ipsum est, qvod Galat.6.v.16. Apostolus inqvit: *Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Videantur tamen iterum antecedentia à versu 12. nimirum: v.12. *Qvicunqve volunt speciosi videri in carne,* II COGUNT VOS CIRCUMCIDI, TANTUM NE OB CRUCEM CHRISTI PERSECUTIONEM PATIANTUR. v.23. *Nam ne ipsi qvidem, qvi circumciduntur, legem* (omnem ceremonialem) *servant; sed volunt vos circumcidi, ut de vestra carne glorientur.* v.14. *A me verò absit* (ita) *gloriari.* v.15. *Nam in Christo Jesu* (jam exhibito) *neqve circumcisio qvicqvam valet, neqve præputium, sed nova creatio.* v.16. *Qvicunqve ad hanc regulam gressum dirigent, pax super eos & misericordia, & super Israelem Dei.* v.17. *De cætero* (tempore) *ne qvis* (objectionum) *molestias mihi exhibeat: Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Et his stigmatibus seu infirmitatibus gloriatur Apostolus 2.Cor.11,14.

Ergò reliqvi nolunt ob crucem Christi persecutiones pati, Paulus verò vult portare stigmata seu persecutionem, nimirum propter doctrinam, non propter peccata hominum expianda.

Qvid per Philosophiam intelligat Spiritus S.

OBITER qvid per Philosophiam in hoc loco Spiritus Sanctus intelligat, ex contextu eodem pulcherrimè patet. Neqvaqvam enim artes libe-

liberales innuit, sed qvod jam modò ostendi, probabilia Theologica ex mandatis & doctrinis hominum coacervata, inanem deceptionem, verbo Dei non fundatam, traditiones hominum, elementa mundi ceremoniarum Mosaicarum nunc abrogata & probabilibus speculationibus in usum à qvibusdam reducta.

Deniqve anteqvam ex hoc loco abeam, optimè notari velim ab erudito lectore, & cordato Interprete, qvod illud: *In qvo sunt omnes thesauri sapientiæ &c.* tanqvam prædicatum, ut cum Logicis loqvar, accommodetur & conjungatur cum duplici subjecto.

Primum enim attribuitur Evangelio ipsi Coloss. 1,2. *Ad omnem opulentiam certo persvasæ intelligentiæ ad cognitionem mysterii Dei, Patrisq; & CHRISTI,* v.3. *in qvo* (mysterio) *sunt omnes thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi.* v.4. *Hoc autem dico, ne qvis vobis probabilitate sermonis imponat.* v.6. *Sicut igitur accepistis Christum Jesum Dominum, ita in eo incedite.* v.8. *Videte, ne qvis decipiat per elementa mundi.* v.16. *Videte, ne qvis vos damnet ob cibum aut potum, aut respectu diei festi, aut Novilunii, aut Sabbathorum,* v. 17. *qvæ sunt* UMBRA RERUM *futurarum*, at CORPUS est CHRISTI &c.

Christus vocatur sapientia Dei.

Deinde CHRISTO ipsi attribuitur Coloss. 1,18 qvatenus omnis sapientia in omni plenitudine comprehenditur. *Estq;* (Christus) *caput corporis Ecclesiæ principium & primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas obtinens,* v. 19. *Qvoniam in eo* (capite Ecclesiæ, principio & primogenito ex mortuis, & in omnibus primas obtinente) *placuit* (Patri) *ut omnis plenitudo inhabitaret, & per eum reconciliaret omnia sibi.* Coloss. 2,8. *Videte, ne qvis vos decipiat per elementa mundi, & non secundum Christum.* v.9. *Nam in EO* (utiq; CHRISTO) *inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, & estis in eo completi, qvi est caput omnis imperii, ac potestatis per qvem & circumcisi estis circumcisione, qvæ fit sine manibus.*

Et Evangelium dicitur sapientia Dei, sed diversa ratione, Christus originaliter, Evangeliū demonstrative.

Exempla similia idem habet Apostolus 1. Cor. 1,24. CHRISTUS dicitur potentia Dei, & sapientia Dei: cap. 2, 7. *Evangelium prædicatum* dicitur sapientia Dei: qvin & Rom. 1,16. Evangelium Christi dicitur potentia Dei. At utrobiq; diversa est attributionis ratio & explicatio; Siqvidem Evangelium dicitur habere omnem plenitudiuem, sapientiam & potentiam Dei demonstrativè, dum monstrat medicum: at Christus, ut fons, unde prodit omnis sapientia & potentia, utpote cui Pater dedit omnem potestatem in cœlo & in terra.

Ita qvoqve in hoc loco de thesauris sapientiæ judicandum, unde non errant, qvi ex iisdem Colossens. 2. verbis Apostoli etiam omniscientiam Christi probant. Eam enim ipsam Evangelium clarissimè nobis inculcat: hoc est, ideo Evangelium dicitur habere omnes thesauros, qvia

præ-

prædicat eum, qvi solidissime in sese habet omnem scientiam, potentiam, & propter qvem ipsum titulus ille Evangelio tribui non posset, si Christum omniscientem non prædicaret.

Audiatur de his ipsis rebus sententia Lutheri, Bugenhagii, Majoris & Hunnii, beatorum Theologorum. *Comprobatur verbis*

Sic igitur habet *Divus Lutherus Tomo 6. Germanico Jenensi, fol. 187. super caput Johannis*: Desgleichen saget er auch *Coloss. 1.* In Christo sind alle Schätze der Weißheit und Erkäntniß verborgen/ Als solt er sagen/ Wiltu hoch fahren/ und etwas sonderliches und treffliches wissen/ klug und weise seyn/ ja alle Göttliche Heimlichkeit und Weißheit ausgründen/ so studiere und lerne nur in diesem Buch/ da findestu alles. Es liegt aber/ sagt er/ tieff vergraben und verborgen/ daß niemand denn der Glaube sehen und dazu kommen kan/ nach des Fleisches Augen und Ansehen siehestu nichts/ denn einen armen schwachen Menschen/ als von GOtt und der Welt verlassen/ gläubestu aber dem Wort/ so wirstu unter Unkrafft und Thorheit alles/ Göttlichen Rath/ Weißheit und Stärcke finden. Wo nicht/ so magstu wol hoch klettern und gaffen nach der Majestät/ wirst aber weidlich mit dem Kopff anlauffen/ und dich stürtzen. *Hactenus verba Lutheri.* *1. Lutheri*

Johannes Bugenhagius, Collega Lutheri super hunc ipsum locum hæc scribit: Ergò Christo verè cognito, nihil opus est, ut aliud extra Christum sapias aut scias. Immo qvicqvid huic sapientiæ & scientiæ addere cupieris, vanum est, & Christo adversum. Injuriam enim facis Christo, qvasi illi aliqvid desit sapientiæ & scientiæ, qvi in Christo sapiens est & prudens. Atq; per hoc contemtissime rejicit Paulus doctrinas humanas, imò etiam justitias carnales operum legis Dei, dicens, Hoc autem dico, id est, ad hoc his verbis tendo &c. *Hæc ille.* *2. Bugenhagii.*

Georgius Major, itidem Collega Lutheri, super hunc locum: Sapientia enim ac scientia abscondita est, sicuti jam dictum est, per Filium Dei incarnatum, crucifixum, & resuscitatum, placatam esse iram Dei, per istum factum peccatum, peccatum sublatum, & restitutam justitiam, per ipsum factum maledictum, maledictum deletum, & restitutam benedictionem gratiæ & remissionis peccatorum, per ipsum mortuum, mortem & eum, qvi mortis habebat imperium, destructum, & restitutam vitam æternam. Hi tanti cœlestes & æterni thesauri absconditi, inveniuntur in solo Christo, Filio Dei, pro nobis crucifixo & resuscitato, & in Evangelio oblato. Fide accipiendi sunt, non inveniuntur in Eremo, in vita Monastica, in operibus Legis Mosaicæ, non in justitia Pharisaica, seu Politica, seu nostris operibus & meritis. *Hactenus ille.* *3. Georgii Majoris.*

Ægi-

4. Ægidii Hunnii.

Ægidius Hunnius etiam ſuper hunc ipſum locum: Qvanqvam non negamus, hanc, γνώμην Apoſtoli ſic etiam exponi, qvod in Chriſti cognitione omnis abſolvatur & conſiſtat ſapientia & ſcientia noſtra, qvi ſenſus cum PRÆCEDENTIBUS APPRIME CONGRUIT: Certum tamen eſt his verbis SIMUL deſcribi majeſtatem Chriſti, qvâ nunc etiam juxta humanam naturam (hæc enim notatur voce reconditi ἀπόκρυφοι, qvæ Deitati nō congruunt) novit omnia. Propter hanc enim divinam majeſtatem prior ille ſenſus conſtat, qvi nimirum Chriſtus ratione Deitatis qvidem eſt ipſa ſapientia Patris, ratione Humanitatis autem hujus æternæ ſapientiæ theſauros in ſe habet reconditos. Idcircò qvi Chriſtum novit hunc omnia noſſe, qvæ qvidem ad perpetuam ſalutem, & Chriſtianorum perfectionem ſunt neceſſaria. *Hactenus verba Ægidii Hunnii.*

Berentii judicium de vocabulo Jehova.

Anteqvam ad alia deſcendam, hoc loco inſerendum reſtat judicium ſummi Theologi Brentii de vocabulo Jehovæ, qvod ſuperiùs debuiſſet addi folio 630. ante oraculum CV.

Poterat aliqvibus videri qvodammodo alienior illa nominis JEHOVÆ meditatio: ne autem alieniora videri qveat, movebit ipſos teſtimonium Johannis Berentii iſtius, qvi rationes affert ſufficientes ſuæ explicationis, ex ſcripturis. Et qvia in paucarum manibus ſunt opera Brentii, iccircò ne grave accidat lectori qvod paulò plura ex eodem Brentio huc aſcribere volui. Res & materia illa eſt digna conſideratione diligentiore.

Brentius igitur ſuper caput 3. Exodi, de hac ſcribit hæc seqventia in hunc modum;

Ait Moſe ad DEUM: Ecce ego vadam.

HACTENUS certificavit Dominus Moſen in conſcientia ſua, qvòd vocatio ad ducatum Iſraelis ſit divina, ac certificavit conſcientiam ejus, *primùm*, miracula rubi ardentis & non combuſti, *deinde* promiſſione & promiſſionis aſſeveratione. Nunc deſcribitur, qvomodo populus Iſrael certificari debeat, qvod Moſe divinitùs vocatus ſit, ad liberandum Iſraelem ex Ægypto. Dicit ergò Moſe ad DEUM: Ecce ego vadam &c. Si ergò dixerint mihi, qvod eſt nomen ejus, qvid dicam eis. Ut probè intelligamus, qvid ſibi Moſe hac interrogatione velit, obſervandum eſt, qvod nomina rebus in hoc imponantur, ut res ipſæ per nomina ſignificentur, explicentur & cognoſcantur. Cùm igitur Moſe inqvirit hoc loco nomen DEI, inqvirit non literas tantùm & ſyllabas, ſed multò magis inqvirit tam manifeſtum DEI revelationem & cognitionem, ut poſſit Iſraelitis ad credendum vocationi DEI, ſibi mandatæ, non aliter perſvadere, qvaſi

Nomina rebus impoſita.

Deum

DEUM ipsum personaliter & visibiliter conspiciendum ac manibus palpandum proponeret. Et est sententia: Quod ad me qvidem attinet, certus sum nunc, me divinitus ad liberandum Israelem vocatum, sed non video, qvomodo possim Israelem inducere, ut credat me ad hoc officium vocatum. Dicent Dominum non apparuisse mihi, dicent me narrare somnia capitis mei. Qvare si vis, ut vadam ad educendum Israelem ex Ægypto, necesse est, ut majestatem tuam mihi ita reveles & cognitam tradas, ut possim eam Israelitis manifeste ob oculos ponere, & incredulis sensibiliter obtrudere. Ex his intelligis Mosen non esse contentum verbo Dei, sed hoc ambire, ut arcanam Dei naturam non tantum ipse penitus perspectam habeat, sed etiam populo palpabiliter ostendere qveat. Hæc est curiositas non uni tantum Mosi, sed omnibus hominibus agnata, videlicet, qvod non sint contenti verbo Dei, in qvo revelatur voluntas Dei, sed cupiat potius sensibilem adeoqve palpabilem cognitionem Dei, & rerum cœlestium habere. Sic Apostolus Philippus, cum audiret Jesum multa de Patre disserentem, ait: Ostende nobis Patrem & sufficit nobis. Sic nos, cum audivimus sacram Scripturam disserentem de regno Christi, de sessione Christi ad dextram Dei patris, de cœlo, de angelorum ministerio, de inferno, & id genus aliis rebus cœlestibus, hoc unum in votis habemus, ut, qvod verbo dicitur, statim manibus palpetur. Qvod igitur Christus Philippo, & Deus hoc loco Mosi respondent, hoc idem nobis responsum esse observemus. Ac Philippo qvidem Christus respondet: Philippe, qvi me videt, videt & Patrem. Qua voce revocat Christus Philippum ab inqvisitione arcanæ naturæ Dei, ad cognitionem revelati verbi Dei, qvod est Jesus Christus, qvi est verbum caro factum. Mosi autem hoc loco respondet, אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה hoc est, Ero qvi ero. In hunc locum tot ferè sunt interpretationes, qvot sunt Scripturæ Sacræ interpretes. Nostri, & qvidam ex Hebræis ita exponunt. Ego sum, qvi sum, hoc est, ego solus vera sum essentia illa imperscrutabilis, qvæ nec habet initium, nec finem, & à qva omnia alia suum esse habent. Sed qvia hæc expositio disertè admodum explicatur in eo libello, qvi fertur inter opera Augustini, & titulum habet, Tractatus de eo, qvod dictum est ad Mosen, Ego sum qvi sum, non pigebit verba ejus huc adscribere. Jam ergo (inqvit) angelus, & in angelo Dominus dicebat Mosi qværenti nomen suum: Ego sum qvi sum. Dices filiis Israel, Qvi est, misit me ad vos. Esse nomen est incommutabilitatis. Omnia enim qvæ mutantur, desinunt esse, qvod erant, & incipiunt esse, qvod non erant. Esse verum, esse syncerum, esse germanum, non habet nisi qvi non mutatur. Ille habet esse, cui dicitur: Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse

Hominum curiositas in perscrutanda majestate Dei.

Ero qvi ero, exponitur.

1. opinio & explicatio eorum, qvi exponunt in præsenti, Sum qvi sum. Sum exponitur, & dicitur esse nomen incommutabilitatis.

ipse esse. Qvid est, Ego sum qvi sum, nisi æternus sum? Qvid est, Ego sum qvi sum, nisi mutari non possum? Nulla creatura, non cœlum, non terra, non angelus, non virtus, non sedes, non dominationes, non potestates. Cùm ergo sit hoc nomen æternitatis, plus est qvod dignatus est habere nomen misericordiæ. Ego sum DEUS Abraham, & DEUS Isaac & DEUS Jacob, illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solum esse vellet, qvod est in se, qvid essemus nos? Si intellexit, imò qvia intellexit Mose, cum ei diceretur, Ego sum, qvi sum, Qvid est, me, multum hoc credidit esse ad homines, multum hoc vidit distare ab hominibus. Qvi enim hoc qvod est, & verè est, intellexerit dignè, & qvalitercunqve lumine veracissimæ essentiæ, vel strictè sicut coruscatione afflatus fuerit, longè se videt infra, longè remotissimum, longè dissimilimum, sicut ille ait: Ego dixi in extasi mea. Assumptâ enim mente vidit nescio qvid, qvod plus ad illum erat, hoc erat qvod verum erat: Dixi, inqvit, extasi mea: Qvid? Projectus sum à facie oculorum tuorum. Cum ergo ad id, qvod dicebat, non ad id, qvod videbatur, longè se imparem videret Moses, & qvasi nimis incapacem, unde inflammatus ipse desiderio videndi, qvod est, dicebat Deo cum loqvebatur. Ostende mihi teipsum, qvasi verò ab illa excellentia essentiæ longè dissimilis desperaret, erigit desperantem, qvem vidit timentem, tanqvam dicere: Qvoniam dixi, Ego sum, qvi sum, & qvi est, misit me, intellexisti qvid sit esse, & desperasti te capere, erige spem. Ego sum Deus Abraham, Jsaac, & Jacob. *Sic sum qvod sum: Sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse, ut nolim hominibus deesse.* Sic qvomodo possumus Dominum qværere, & investigare eum, qvi est, & qvidem non longè positum ab unoqvoqve nostrûm. In illo enim vivimus, & movemur, & sumus. *Laudemus ergo ineffabiliter ejus essentiam, & amemus misericordiam.* Hactenus autor ejus tractatus, cujus suprà mentionem fecimus. Hæc autem sententia & jucunda est & pia, sed an huic loco apta sit disputari potest. *Alii exponunt in futuro*, Juxta proprietatem Hebrææ Grammaticæ. Ero qvi ero. *Et dicunt* hanc sententiam habere: *Ego, ô Mose, sicut ero tecum, ita ero & cum Israëlitis, ut educam eos ex Ægypto. Sunt*, qvi ita interpretentur: *Ego ero cum ipsis in hanc afflictione, qvemadmodum ero cùm ipsis in alia afflictione. Alii* sic exponunt: Si dixerint mihi, qvod est nomen ejus, qvid dicam eis? hoc est, Cum dixero ad Israelitas, me à Deò missum, ut liberem ipsos à sertvitute Ægyptiacâ, statim respondebunt, Liberator noster vocabitur Schilo, juxta vaticinium Jacobi. Tu autem non vocaris Schilo. Qvare mentiris te divinitus missum, ut nos liberes: Ad hoc resondet DEUS dicens: *ERO qvi ERO, hoc est, Ego ipse sum Schilo*

Addidit nomen misericordiæ.

II. Opinio eorum qvi exponunt in futuro.

1. 2. 3.

Schilo ille, qvi liberabit eos. Et sic dices filiis Israel: Ero misit me ad vos, hoc est, ille ipse Schilo, qvi vos liberaturus est, misit me nunc ad vos, ut educam vos ex Ægypto. Hæc sententia, etsi lectu non injucunda est, & propter mentionem Messiæ, quem Jacob vocat Schilo, favorabilis, videtur tamen longius petita, qvam ut huic loco conveniat. *Nos* igitur simplicissimè exponemus. Supra dixit Dominus ad Mosen: ERO TECUM. Idem verbum & eandem promissionem repetit nunc DEUS, & inculcat eam Mosi, ut revocet ipsum à curiosa inquisitione arcanæ naturæ Dei, ad observationem revelatæ promissionis, & manifestati verbi Dei, ut sit sensus. Dixi antea, ERO TECUM. Quo verbo manifeste promisi, me præsentaneo meo auxilio adfuturum tibi, & impleturum promissiones, qvas Patriarchis pollicitus sum. Vade igitur, & sis hac manifesta promissione contentus. Sufficit tibi & populo meo, ut cognoscatis voluntatem meam revelatione verbi mei: ERO QVI ERO. Revelavi tibi voluntatem meam promissione, quæ est, ERO TECUM: præter hunc revelandi modum, qui est per verbum meum, alium non assumam. Hic modus satis unicuiqve sufficit ad salutem, donec futurum seculum revelatum fuerit. Tunc enim unusquisque cognoscet DEUM, sicut nunc ipse à Deo cognoscitur. In præsenti autem seculo sufficit vobis (inqvit Dominus) verbum promissionis meæ, intra quem revelandi modum me continebo. Quare volo, ut hanc promissionem meam, adeoque veritatem omnium promissionum, qvas Patriarchis pollicitus sum, populo Israel inculces, & dicas: ERO misit me ad vos, hoc est, DEUS, qui promisit Patriarchis omnem benedictionem in semine Abrahæ, qui est Deus verax, & servat, quod promisit, is, inquam, Deus misit me, ut educam vos ex Ægypto. Hæc videtur esse sententia hujus loci simplicissima, qui locus diligenter nobis observandus est, ut ex ipso discamus, quod Deus non velit, nisi in revelato verbo suo cognosci. Verbum enim Dei facies Dei est. Verbum Dei est revelata voluntas Dei. Verbum Dei est unigenitus Filius Dei, in novissimis temporibus homo factus. Quare qui voluerit Deum videre, & voluntatem ejus verè cognoscere, hunc oportet verbum Dei, hoc est, Jesum Christum unigenitum filium Dei cognoscere & credere.

III. autoris de ERO promissiones.

DEUS cognoscitur ex verbo suo.

Ich werde es bey dem vorigen ERO bleiben lassen.

Verbum Dei facies Dei.

De nomine יהוה.

Cæterum Mose interrogat hoc loco de nomine Dei, & audit: EGO ERO QVI ERO. Ac mox ERO misit me ad vos יהוה Deus Patrum nostrorum misit me ad vos &c. Hoc nomen meum est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generatione. Quo loco insti-

Jehovah nomen tetragrammaton explicatur, & qvidem de ejusdem.

inſtituitur publicum nomen Dei יהוה, qvod Græci vocant τετραγράμματον, qvia conſtat qvatuor tantum literis. De qvo nomine multa & varia tam ab Hebræis, qvam à noſtris traduntur.

De inſtitutione nominis יהוה.

I. De inſtitutione. Ac primum varia eſt ſententia de inſtitutione hujus nominis. Nam cum poſtea capite ſexto dicatur: Ego Dominus, qvi apparui Abraham, Iſaac & Jacob, in Deo omnipotente, & nomen meum יהוה non indicavi eis, ſentiunt aliqvi, hoc nomen fuiſſe qvidem uſitatum apud Patriarchas literis & ſyllabis ſuis, ſed non virtute ſua. Dicunt enim Deum edidiſſe miracula & prodigia tempore Patriarcharum, ſed non indicaſſe ipſis, qvod nomen tetragrammaton ſit nomen illud, qvo poſſit homo tanqvam cooperator & delegatus à Deo miracula edere. Alii aliter ſentiunt. De qva re in explicatione ſexti capitis dicemus.

De ſcriptura & lectione ejus.

II. De ſcriptura & lectione. Deinde hoc nomen variè pingitur, & aliter legitur qvam ſcribitur. Aliqvando enim ſcribitur יהוה. Aliqvando pro he in fine ſcribitur daleth, ſic, יהוד fortaſſis ut ſignificetur, Deum maximam habere conjunctionem cum Juda, hoc eſt, Meſſia filio Judæ. *Alii* pingunt hoc nomen unico puncto cum adjecta virgula, ſic, |· *Alii* autem pingunt tribus punctis, cum virgula, ſic, |⁝ Ac vocant hoc nomen ineffabile, *non tantum* hac cauſa, qvod eſſentia DEI, qvam dicunt per hoc vocabulum ſignificari, imperſcrutabilis ſit, verum etiam qvod ipſum nomen aliter ſit legendum, qvam ſcribatur, ſcribitur enim apud Hebræos qvatuor literis, Jod, He, Vau, He. Non legitur autem ſecundum has literas, ſed legitur hac voce Adonai. Unde & iisdem punctis qvibus Adonai, notatur. Quod autem non ſit legendum, ſicut ſcribitur, probant ex hoc loco Exod. 3. ubi dicitur זה־שמי לעלם *hoc nomen meum eſt in æternum.* Quod Rabbi Salomon ſic exponit: מחו שלא יקרא בכתבו העלי לונור חסרויו deficit Vau in verbo לעולם, ut exponatur pro, ad abſcondendum aut occultandum ipſum, propterea qvod non legitur, ſicut ſcribitur. Hic vides, qvod Rabbi Salomon exponat hunc textum (Hoc nomen meum eſt in æternum) in hunc modum, hoc meum eſt nomen, ut occultetis ipſum & non legatis, ſicut ſcribitur. Quis autem non intelligat hanc expoſitionem non eſſe è textu ſumptam, ſed in textum illatam & coactam? Humanum enim inventum, non divinum præceptum eſt, qvod hoc nomen aliter legi, qvam ſcribi debeat. Ac fieri qvidem potuit, ut initio Seniores docuerint pueros ſuos pro

יהוה legere Adonai, videlicet, ne freqventi nominis hujus secundum literas & syllabas pronunciatione Deus ipse apud pueros vilesceret, & contemneretur, sed hæc pædagogia cessit postea apud Judæos, non solum in maximas superstitiones, verum etiam in horribiles impietates & incantationes.

De Etymologia ejus.

DEDUCITUR autem hoc nomen à verbo הוה qvod significat, FUIT, pro qvo nunc Hebræi utuntur היה per Jod, qvemadmodum Latini pro antiqvo verbo, Fuo, utuntur, sum. Ab הוה autem si formaveris tertiam personam futuri temporis, habebis יהוה hoc est ERIT, qvod usurpatur pro ineffabili nomine Dei. Aut, si juxta grammaticam rationem durum videtur, qvod verbum tertiæ personæ futuri temporis usurpandum sit pro nomine, adeoqve pro nomine Dei, licebit Jod in יהוה pro litera heemanti judicare, qvemadmodum fit in nomine יעקב & multis aliis nominibus, ut יהוה sit nomen verbale ab הוה & significet, existens seu constans, non ut respiciat ad imperscrutabilem essentiam Dei in se ipso, sed ut respiciat ad certissimam constantiam, qvam DEUS habet in promissionibus suis, ut JEHOVA idem sit, qvod consistens, constans, certus, firmus & verax in verbis suis, qvemadmodum mox indicabimus. *III. Etymologiâ.*

De significatione ejus.

POSTREMO de significatione hujus nominis etiam variè disputetur. Ac consentiunt in hoc ferè omnes scriptores, qvod cum derivetur à verbo הוה significet essentiam. Et occasione hujus significati multæ disputationes de essentia Dei excitantur. Nos igitur de significatione hujus nominis simplicissime loqvemur. Nam cum DEUS supra in promissione sua dixerit ad Mosen: ERO TECUM. Et iterum: ERO QVI ERO, occasione ex illa promissione accepta, assumit sibi in publicum nomen vocabulum יהוה, qvod est tertia persona futuri temporis ab הוה, & significat, si exponas, ERIT, qvemadmodum paulo ante ostendimus. Assumit autem hoc nomen, non ut vocet nos ad perscrutandam impervestigabilem essentiam suam, sed potius ut avocet nos ab inqvisitione arcanæ suæ essentiæ, & deducat nos ad cognoscendum verbum & promissiones suas, ut qvotiescunqve hoc nomen DEI יהוה vel legimus vel audimus, admoneamur Deum ejuscemodi Deum esse, qvi non velit, ut scrutemur occultam essentiam suam, sed ut inqviramus manifestam voluntatem ipsius in verbo & promissionibus ejus, qvi & tantæ tamqve firmæ sit veritatis, ut qvod promisit, minime evanescat, sed certissimè ERIT, ut merito hoc nomine יהוה, hoc est, ERIT, vocetur. Unde qvod ad Mosen dicitur: Dominus Deus patrum vestrorum, &c. Hoc nomen mihi est per- *IV. Significatione.* Es wird werden.

petuò &c. hunc habet ſententiam. Volo, ut in populo Iſraël his præcipuè nominibus vocer, videlicet, יהוה & Deus Abraham, Deus Jſaac, Deus Jacob, ut his nominibus admoneātur mearum promiſſionum, qvas policitus ſum Patriarchis, & confirment fidem ſuam, qvod certisſimè ERITIS, ac inplebitur, qvicqvid promiſi. Atqve hinc eſt, qvod poſtqvam Iſraelitæ liberati ſunt ex Ægypto, aſſumat ſibi ad hæc nomina, Ego Dominus Deus tuus, hanc appendicem, QVI TE EDUXI DE TERRA ÆGYPTI, qvaſi dicat: Aſſumpſi mihi antea nomen יהוה ut ſignificarem promiſſiones meas eſſe conſtantiſſimæ veritatis. Nunc ergò, qvia jam aliqva ex parte re ipſa præſtiti, qvod Patriarchis promiſi, & liberavi vos ex Ægypto, manifeſtè videtis, me optimo jure vocari JEHOVA. Et volo, ut hoc nomē inter vos pulicè urſurpetur, & liberatio ex Ægipto ſit ſigillū ejus, ut omnes hoc nomine & ſigillo ejus admoneantur, me ſanctiſſimè ſemper ſervare ac implere, qvod verbo meo polliceor. Non ſolùm autem promiſſio: ERO TECUM, & appendix: Deus patrum veſtrorum, Deus Abraam &c. confirmant hanc expoſitionem nominis יהוה, ſed etiā id qvod ſeqvitur in textu confirmat eam. Vocat enim Dominus hoc nomen JEHOVA memoriale ſuum in generatione & generatione, qvemadmodum idem repetitur Pſal. CI. & CXXXIV. Item Oſeæ XII. Non inſtituit autem Dominus memoriale, ut det occaſionem ſcrutandæ arcanæ ſuæ eſſentiæ, ſed potius ut avocet ab ea inqviſitione & revocet ad cognoſcēdam voluntatem ſuam, qvæ manifeſtatur verbo. Nomen igitur יהוה exponendum eſt, non ut reſpiciat ad imperſcrutabilem & incognitā *Dei eſſentiam*, ſed ut reſpiciat ad perſcrutabilem & manifeſtam Dei *voluntatē*, videlicet, qvod ſignificet promiſſiones Dei tàm certas & firmas eſſe, ut potiꝰ cœlum & terra interirent qvam ut unum Jota in promiſſionibus Dei mendax deprehenderetur. Juxta illud Eſaiæ: Verbum Dei noſtri conſtat in æternum. Accedit huc, qvod Dominus ſtatim poſt inſtitutionem hujus *nominis* יהוה jubeat Moſen Iſraelitis inculcare promiſſiones patribus *dictas*: Et ait: Vade & congrega Seniores Iſrael, & dices ad eos: Dominus Deus Patrum veſtrorum &c. Ac mox: Dixi, ut educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi &c. Hæc nihil aliud ſunt qvā perſpicua explicatio & repetitio earum promiſſionū, qvæ dictæ ſunt ad Abraam & alios Patres, & ſcriptæ ſunt Gen. 15. v. 6. c. 26. v. 24. & c. 46. v. 3. In qvibus promiſſionibus manifeſta fit mentio reditus ex Ægypto, & poſſeſſionis terræ Canaan. Cùm igitur Dominus inſtitutione hujus nominis יהוה jubet maximè omnium inculcare & urgere has promiſſiones, haud obſcure ſignificat, ſe inſtituiſſe nomen יהוה in memoriale non arcanæ & imperſcrutabilis eſſentiæ ſuæ, ſed in memoriale revelatæ voluntatis ſuæ ac certiſſimæ veritatis promiſſionum ſuarum. Etſi autem altera illa expoſitio, qvâ hoc nomen יהוה idem eſſe dicitur,

qvod

qvod ὁ ὤν, hoc eſt, Ens, non damnatur à nobis, tamen hæc, qvæ jam eſt dicta, videtur eſſe ſimpliciſſima & propriiſſima ratio hujus nominis יהוה, qvæ ut eſt minimè affectata, ita multum prodeſt ad alendam fidem noſtram, qvā debemus promiſſionibus Dei adhibere. Cæterum, ſunt qvi ex hoc nomine יהוה, qvod ſi juxta ſuas literas & puncta legatur, ſonat Jehovah, putant nomen Jovis apud Ethnicos deductum eſſe. Hoc etſi probabile videtur, fides tamen ſit penes auditorem. *Hactenus verba omnia Brentii ex Commentario ipſius ſuper caput tertium Exodi.*

Addantur & legantur haud gravatim ejusdem magni Theologi Johannis Brentii, alia verba, qvæ habet in eodem Commentario ſuper caput ſextum Exodi, idq; in hunc ſeqventem modum:

Locutusqve eſt Dominus ad Moſen dicens: Ego Dominus qvi apparui.

IN præcedenti capite ſcriptum eſt, non Iſraelitas tantum, verum etiam Moſen vehementer turbatum eſſe, qvod Pharao multo gravius & crudelius, qvam antea afflixerit Iſraelitas, poſtqvam Moſe petiit dimiſſionem ipſorum ad ſacrificandum Domino. Et quanquam in fine præcedentis capitis Dominus conſolatus eſt Moſen, & medicatus eſt imbecillitati ejus repetitione promiſſionum ſuarum, tamen qvia turbata mens indiget copioſo verbo, repetuntur & inculcantur iterum in hoc capite promiſſiones & mandata Dei de liberatione ex Ægypto, ut fides Moſi & Iſraelitarum confirmetur, & ipſi in obedientia divinæ vocationis contineantur: Et ait: Ego Dominus qvi apparui Abraam, Iſaac & Jacob in Deo omnipotente & nomen meum Adonai non indicavi eis. Hunc locum interpretes variis modis exponunt: *Sunt* qvi ſentiunt his verbis ſignificari, qvod Deus revelaverit qvidem patribus generalem qvandam cognitionem ſui, *ſed non tam claram & perſpicuam, qvam revelata eſt per Moſen.* Et inter Patriarchas obſcurè adhuc de Deo prædicatum, per Moſen autem manifeſtiorem prædicationem de Deo vulgatam eſſe. *Hæc* ſententia nec abſurda nec inepta eſt. *Alii* dicunt, qvod hoc vocabulum יהוה manifeſtum qvidem & uſitatum fuerit Patriarchis, ſecundum vocem, *ſed non ſecundum ſignificatum, myſterium aut virtutem ejus*, videlicet, qvod Patriarchæ ſciverint qvidem Deum ſatis fortem, & potentem eſſe ad edenda miracula & prodigia, ſed non ſciverint nomen tetragrammaton יהוה nomen illud eſſe, qvo poſſit homo tanqvam cooperator & delegatus à Deo miracula edere, qvemadmodum Moſen putant virtute hujus nominis יהוה miracula edidiſſe. *Hæc* ſententia nimis eſt Judaica & ſuperſtitioſa. *Sunt* qvi ſcribāt, qvod hoc loco ſubintelligenda ſit hæc dictio לבדו qvod ſignificat tantūmodo, ut ſit ſenſus: Apparui Patribus, non tantūmodo nomine meo יהוה, ſed aliqvādo nomi-

De loco Exod. 6. v. 2. ſententiæ diverſæ.

I.

II.

III.

nomine אל שדי, id eſt, Dei omnipotentis, aliqvando nomine יהוה. Hanc ſententiam amplectatur qui volet. *Nos* hunc locum intelligemus ſecundum eam nominis יהוה interpretationem, quam poſuimus ſupra capite tertio. Ac primum obſervandum eſt, quod Deus apud Patriarchas frequentiori appellatione vocatus ſit publicè אל שדי El Sadai. Gen. 17, 1. apparuit Dominus Abraamo & dixit ad eum: Ego ſum אל שדי El Sadai. Gen. 28. v. 3. dixit Iſaac ad Jacob: אל שדי benedicat tibi, & faciat te creſcere. Gen. 35. v. 11. Deus ad Jacob: Ego ſum אל שדי El Sadai, creſce & multiplicare. Et Gen. 48. v. 2, dixit Jacob ad Joſeph: אל שדי El Sadai apparuit mihi in Luz &c. Ex quibus locis manifeſtum eſt שדי publicum Dei nomen fuiſſe inter Patriarchas. Significat autem שדי ſibi ſufficiens, ſe contentum, & nullius indigens, quod Græci dicunt αὐτάρκης. Et qui ſic interpretantur, deducunt à ש, id eſt, quod, & די ſufficit: vel ſatis eſt. *Alii* exponunt per תוקה והזק, id eſt, fortis & potens. Græcus interpretatur Job. 5. παντοκράτωρ, hoc eſt, omnipotens. Et tunc derivatur à שדד, quod ſignificat devaſtare. Deinde obſervandum eſt, quod hoc nomen יהוה nondum fuerit tempore Patriarcharum inſtitutum. Oſtendimus enim ſupra capite tertio, quod hoc nomen inſtitutum ſit divinitus in monte Oreb, occaſione ſumpta ex hac promiſſione: ERO QVI ERO. Accedat huc, quod quidam Hebræorum ſcribunt, Cabalam fuiſſe in Iſrael à Patribus acceptam, quod liberator Iſraelis ex Ægypto revelaturus ſit novum nomen Dei, antea nunquam auditum. Qvod etſi nimis Judaicè ſonare videtur, indicat tamen, antiquiores Hebræos in ea fuiſſe ſententia, quod nomen יהוה nondum fuerit inter Patriarchas ante Moſen uſitatum, & quod Moſe clarius explicaturus ſit verbum Dei, quam apud Patriarchas explicatum ſit. Quod autem hoc nomen יהוה ſæpenumero invenitur ſcriptum in Geneſi, ac præſertim cap. XXII. 8. ubi Abraam vocavit montem יהוה יראה id eſt, Dominus providebit, non ſatis firmum eſt, ut comprobet, hoc nomen יהוה fuiſſe apud Patriarchas in uſu. Moſe enim fuit ſcriptor libri Geneſeos. Scriptores autem rerum geſtarum ſolent ad deſcribendas res ſuperiorum temporum uti vocabulis ſuorum temporũ. Qvare cum Moſe, cujus tempore nomen tetragrammaton jam inſtitutum erat, deſcriberet revelationes Dei Patriarchis factas, & alias res ſuperioribus temporibus geſtas, uſus eſt vocabulo יהוה, non qvia uſitatum fuerit inter Patriarchas, ſed qvia jam ſuo tempore inſtitutum & vulgatum erat. His ita obſervatis facile nunc erit judicare de ſententia hujus loci: Ego apparui Abraam, Iſaac & Jacob באל שדי in Deo omnipotente & in nomine meo יהוה non ſum cognitus eis. Deus enim concionatur hoc loco Moſi, qvemadmodum etiam mox perſpicuè ſeqvitur, qvod apparuerit qvidem Patribus per omnipotentiam ſuam, ac promiſerit ipſis magna & ſtupenda, videlicet, qvod velit

IV. El Sadai, nomen Dei occurrit in Moſe.

Schaddai quid ſignificet?

2.

velit ſemen Abraæ augere vehementiſſimè, qvod velit ipſũ ponere in gentẽ clarisſimã, ita ut Reges ex ipſo egreſſuri ſint, qvod qvemadmodum ſit Deus longè omnium potentiſſimus, ita velit ſemini Abraæ eſſe Deus clementiſſimus, ac dare ipſi omnem terram Canaan in poſſeſſionem æternam: Sed tempore Patriarcharum nondũ opere ipſo compleverit has ingentes promiſſiones: Nunc autẽ advenerit tempus, qvo reipſa & maximis miraculis impleturus ſit promiſſiones ſuas, ut liberet Iſraelitas ex Ægypto, & traducat eos in terram Canaan, longè antè Patriarchis promiſſam. Eſt igitur ſententia: *Ego apparui Abraham Iſaac & Jacob in Deo omnipotente &c. hoc eſt, revelavi me Patribus per omnipotentiam meam, per creationem meam (unde & Abraam aliàs dicit: Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ) per ſeveritatem meam, qva devaſtavi orbem terrarum diluvio, & Sodomæ regionem incendio. Revelavi item me per magnificas promiſſiones. Dedi Abraæ circumciſionem, & promiſi, me, devaſtatis Cananæis, daturum ſemini ej9 terram Canaan. Sed non revelavi me Patribus per publicum aliqvod* (publicum dico, nam privata divinæ clementiæ exempla Patribus multa contigerunt) *miſericordiæ meæ exemplum, nec revelavi me ipſis per impletionem earũ promiſſionum, qvas dixi ad Abraam. Nunc autem notificabo meo nomine* יהוה, *revelabo me publico & generali exemplo miſericordiæ meæ, revelabo me præſenti & manifeſtâ impletione promiſſionum mearum, revelabo me juxta ſignificationẽ nominis mei* יהוה Sicut enim antea promiſi, ita nunc ERIT, & implebitur, & confirmabo nomen meum, qvod ſim Deus verax & ſervans promiſſi. Educam enim vos de terra Ægypti, & introducam in terra Canaan. Et qvemadmodum antea vocatus ſum Deus omnipotens DEUS altiſſimus qvi creavit cœlũ & terram ita nunc vocabor Dominus Deus qvi eduxi vos de terra Ægypti. Hunc titulum, hoc epitheton, hoc cognomen parabo mihi nunc impletione promiſſionum mearum, qvas dedi Patriarchis. Hæc videtur eſſe ſimpliciſſima ſententia hujus loci: Ego apprui Patribus in Deo omnipotente, &c. qvam ſententiã confirmant ea, qvæ hoc loco ſeqvuntur: Pepigi fœdus cum eis, ut darem illis terram Canaan, &c. qvæ ſi accipias tanqvam explicationem horum verborum: Ego Dominus qvi apparui Abraam, &c. non remanebit ulla ſenſus obſcuritas aut difficultas. Qvod ſi qvis omnino contendat, nomen יהוה fuiſſe etiam Patribus ante Moſen cognitum & uſitatum, nihilominus tamen erit hujus loci ſententia, qvod Deus promiſerit qvidem Patribus terram Canaan non tamen impleverit hanc promiſſionem temporius Patrum. Nunc autem reipſa impleturus ſit, ut confirmetur veritas nominis ſui, qvo dicitur יהוה, hoc eſt, conſiſtens, conſtans, firmus & verax in promiſſionibus ſuis.

Sententia explicata.

Hactenus rurſus omnia fuêre verba Johannis Brentii, ex qvibus ocula- riter colligitur, ſummum illum & in Scripturis dextrè explicandis exercitatis-

ſimum virum de vocabulo JEHOVA dicere & ſtatuere præcipua eadem, qvæ ego in Oraculo CIV. etiam proponere ſategi.

Johannis Bugenhagii Judicium de vocabulo Jehovah.

CÆTERUM in eandem ſententiam qvantopere inclinârit Johannes Bugenhagius Pomeranus, Collega Lutheri, ex Commentario ipſius ſuper Prophetam Jermiam judicare licebit. Explicanda ipſi venerat in illo Propheta pars ultima decimi ſexti capitis, qvæ agit de vocatione gentium. Sicut igitur JEHOVÆ nomenclationem in Exodo accommodat ad completionem promiſſionum veterum, qvæ datæ fuerunt Abrahamo, Iſaaco & Jacobo, ita in iſto capite Jeremiæ eandem IEHOVÆ cognominationem ſimili applicatione ad impletionem promiſſionum, qvæ de gentibus in locum Judæorum vocandis promulgatæ fuerant, transfert: ubi verum Deum verè Jehovam ſeu qviddam ſubſtantiale opponit non veris, ſed fictitiis Ethnicorum, commentiisque numinibus. Tum autem Bugenhagius ſine dubio legerat Brentii Commentarium ſuper Exodum, utpote anno Chriſti 1538. editum, & Jeremiam ſuum publicavit primum anno Chriſti 1545. Tam ipſi Bugenhagio placuit iſta vocabuli Jehovæ expoſitio, ut in Indice hæc verba cerni & preſtare voluerit, (Jehova, vide pulcerimum tractatum fol. 112. & ſeqq.)

Cum autem non ſit amplius in manibus multorum Commentarius Bugenhagii ſuper Jermiam, iccircò me continere non potui, ſed locum illum Bugenhagii huc integrè adſcribere volui, id ut lector benevolus ne aliter interpretur, rogo.

De converſione gentiū.

Qvæ igitur nunc ſeqvuntur, omnia ſunt verba Johannis Bugenhagii Pomerani:

DOMINE TU ES ROBUR. Egregia & aperta Prophetia de converſione Gentium. Comminatur Judæis, ſi audire noluerint, gentes audituras verbum Dei, & certâ fide ſuſcepturas. Quare Jermias provocat ad zelum Iſraelitas per gentiles credituros, quemadmodum in Cantico *Moſis dicit* Deus, Ipſe me provocaverunt ad zelum per illud, quod non eſt *Deus, ſuis* vanis cultibus me irritaverunt: Et ego viciſſim provocabo eos ad zelum per illum, qui non eſt populus, per gentem ſtultam irritabo eos. Dicit itaque, Non ſentite vos impii Judæi, Deum habiturum alium populū, ſi vos propter incredulitatem abjecerit, lege Rom. 11. v. 17. 18. 19. &c. quemadmodum & ad Moſen dixit Domins. Num. 14. v. 12. Feriam eos peſtilentia atq; conſumam. Te autem faciam Principem ſuper gentem magnam & potentiorem quam hæc eſt. Cum de converſione gentium legis, non aliud videre licet qvam gratiam, qvod populus ille Satanæ, ſine lege, ſine merito atq; adeo contra meritum ſuſcipitur à Deo, quemadmodun Eſaias dicit, cap. 65. v. 1. Quæſierunt me, quæ antea non interrogabant, invenerunt, qui non quæſierunt me &c. lege Rom. 10. v. 20. 21.

Ideo

Ideo Propheta verbis gratiarum actionis commendat gratiam Dei, Domine, inqvit, tu es robur & fortitudo mea, non ego viribus meis liberabor, sed tua fortitudine ex mera gratia: Tu es refugium meum, qvod ego confugiam in tempore tribulationis, tunc enim eris mihi Deus exaudiens & juvans, qvem loqventem per fidem suscepi, Gentes ad te venient &c. Ecce, ego nunc illas docebo, id est, suscipient me Deum loqventem, verbum meum audient, abjicient Deos suos mutos & vanos, qvos coluerunt patres eorum, qvi non audiunt in tribulatione invocantes, neq; juvare possunt, qvemadmodum nos abjicimus nunc deos Papisticos, fictos cultus & mendaces religiones eorum, postqvam Christus per revelatum Evangelium cœpit nos docere. Qvemadmodum & Christus idem dicit, Joh. 10. v. 16. Alias oves habeo, id est, gentes, qvæ non sunt ex hoc ovili. Illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unus pastor, & unum ovile. Qvomodo potest homo facere Deos, qvi non sunt dii? id est, Qvomodo potest Papa vel alius homo facere novos qvasi Dei cultus & religiones, qvi non sunt cultus in verbo Dei, atq; adeo qvi per Evangelium gloriæ Dei deprehenduntur esse cultus contra verbum Dei, ideo sunt vera Idololatria, qvia Papa, ubi mentitus est & finxit ex corde suo tales cultus, docuit talibus fidere, qvod per tales cultus satisfaciamus pro peccatis, meremur vitam æternam. O horrendam blasphemiam & Idololatriam! Qvis dedit Papæ potestatem omnia fingendi & refingendi? Ille qvi dixit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Ergo docebo Gentes, id est, audient Gentes vocem meam, & credent Evangelio, & notificabo eis manum & potentiam meam, id est, dabo eis Spiritum Sanctum, ut credant in me, & experiantur, Evangelium esse Dei potentiam in salutem omni credenti, mea enim potentia ex mera gratia redimam eos ex peccato & morte, & confortabo gentiles credentes contra omnes portas inferorum: Ut, inqvit, cognoscant, qvod nomen meum est DOMINUS. Non manebunt amplius excœcati in ignorantia Dei, sed cognoscent, prædicabunt & invocabunt nomen meum, Cognoscent me à minimo usq; ad maximum, ex eo qvod propicius ero peccatis eorum, Psalm. Qvia apud te propiciatio est, ut timearis, id est, vere colaris secundum verbum tuũ: Timor Dei est cultus Dei secundum Dei verbum. Hanc gloriam Gentium videbunt Judæi & invidebunt, Rom. 10. lege hæc clarius infra, cap. 21.

Non est hic dissimulandum, de nomine DOMINUS, qvod est tetragrammaton Hebræis, & nulli in Scripturis tribuitur hoc nomen, nisi vero Deo, id qvod Judæi etiã docent & defendunt. Tribuitur autem filio Davidis Christo, Jer. 23, 6. Et hoc erit nomen ejus, qvo vocabunt eũ, DOMINUS justitia nostra: Ergo CHRISTUS filius Davidis etiã DEUS est. Ibi misere se torqvent & depravant Judæorũ Rabbini Scripturã, ut hoc non admittant, sed frustra, in toto Jeremia ubicunq; legimus DEUM DOMINUM dici, est ferè hoc voca- *JEHOVA.*

 bulum

tetragrammaton, id eſt, qvatuor literarum. Judæi dicunt hoc nomen eſſe ineffabile, Hieronymus Exod. 6. v. 2. pro eo poſuit Adonai, qvod eſt tamen aliud: Aliàs ubiq; tranſtulit Domins, ſicut & nos. Adducunt verò Rabbini ſuas fabulas de virtute & efficacia hujus nominis, & qvod non fiunt illa mirabilia, dicunt inde eſſe, qvod nullus poteſt perfectè exprimere hoc nomen. Si qvis verò perfectè illud poſſet exprimere, ille faceret per hoc nomen omnia qvæ facit Deus, & eſſet per hoc nomen omnipotens, ut Deus: qvaſi verò in literis & ſyllabis ſit efficacia Dei, nos illud nomen poſſum9 legere JEHOVA, qvod ſignificat Eſſe vel Eſſentiã, id qvod opponitur omnibus doctrinis humanis & mandatis hominum, qvæ ſunt doctrinæ Dæmoniorum, apud Turcas, Gentes, Phariſæos, Juſtitiarios, qvi fingunt ex ſuo corde doctrinas, cultus, obſervationes, religiones, & dicunt multa de Deo & cultu Dei, & nõ cognoſcunt DEUM JEHOVA, id eſt, exiſtentem, eſſentiam Dei, & voluntatem Dei, qvia non habent Deum loqventem, id eſt, docentem & ſe revelantem eis, ſed habent tantum Deum, qvem ipſi ſibi ſuis mendaciis, id eſt, falſis doctrinis fingunt hoc eſt, non JEHOVA, id eſt, exiſtentem Eſſentiam vel ſubſtantiam verum Deum, ſed tantùm figmentum & Idolum cordis ſui. Hic autem prædicit Jermias de ſalute Gentium, Docebo Ego Deus Gentes, id eſt, prædicabo eis Evangelium meam, & notificabo eis manum & potentiam meam, id eſt, per gratiam meam non ero inefficax Deus in verbo meo apud eas, ut ſunt dii alieni, qvi nihil juvare poſſunt. Ut cognoſcant, qvod nomen meum eſt JEHOVA, id eſt, credent & prædicabunt publice nomen meum, habebo nomen apud eos, id eſt, publicam prædicationem, qvod Ego ſum verus Deus, ſolus Sulvator, qui ſalvum faciam populum meum, id eſt, credentes à peccatis eorum, & donem eis verè vitam æternam, Docebo Gentes Ego Deus loquens, id eſt, revelabo eis per verbum meum nomen meum JEHOVA ut ſciant & prædicent Eſſentiam meam, quod Ego ſum Pater & Filius & Spiritus Sanctus, id quod ignorant omnes homines, etiam illi qui multa de Deo diſputant & diſſerunt, & religioſos ſtatuunt quaſi Dei cultus, præterea etiam ſciant & prædicent voluntatem meam, quod ego volo ſalvare homines per ſolum filium meum. Nam elegi eos ad ſalutem ante conſtitutionem mundi in ſolo Chriſto. Non eſt datum hominibus ſub cœlo aliud nomen, in quo poſſint ſalvi fieri. Hoc eſt, verè cognoſcere nomen DEI JEHOVA, quod ignorat totus mundus. In primis vero Juſticiarii, qvi ſe gloriantur populum Dei, qvemadmodum Chriſtus dicit Judæis. Ille eſt pater meus, qvem vos dicitis, qvod eſt Deus veſter, & non noviſtis eum &c. Gentes verò hic dicuntur ad tantam gloriam, lucem & cognitionem Dei perventuræ, ut nomen Dei verè cognoſcant & prædicent, de qvo oramus, Pater, Sanctificetur nomen tuum.

JEHOVA tetragrammaton.

Verum

Verùm hic non immeritò movetur qvæſtio, qvid illud ſibi velit, quod DEUS Moſi dicit Exod. 6. v. 2. Ego ſum JEHOVA, Ego apparui Abrahæ, Iſaac & Jacob in DEUM omnipotentem, id eſt, ut eſſem eis Deus Omnipotens, & nomen meum JEHOVA non eſt manifeſtum eis. Cur dicit nomen ſuum non eis manifeſtatum, qvando tamen addit, quod pepigerit fœdus cum eis, dicens: Pepigi fœdus cum eis, ut darem eis terram Canaan, terram Peregrinationis eorum, in qva fuerunt advenæ? Reſpondeo, lege reliqua illic, & deprehendes, quid Deus his verbis velit. Sic enim pergit, Ego audivi gemitum filiorum Iſrael, qvo Ægyptii oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei, Ideò dic filiis Iſrael, Ego ſum JEHOVA, qui educam vos ex oneribus Ægypti, & eruam vos ex ſervitute, ac redimam in brachio excelſo & in judiciis magnis, Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus, & ſcietis quod ego ſum JEHOVA DEUS veſter, qui eduxerim vos ex oneribus Ægypti, & induxerim vos in terram, ſuper qvam levavi manum meam (qui eſt geſtus jurantium, id eſt, juravi) ut darem eam Abrahami, Iſaac & Jacob, Daboque illam poſſidendam vobis Ego JEHOVA.

Ex his vides, qvod Deus ſeſe patribus revelaverat: Apparui, inqvit, eis in Deum omnipotentem, & pepigi fœdus cum eis, Ergo noverunt eum, & potuerunt invocare nomen Domini apud ſemetipſos & in ſuis familiis, qvibus prædicabunt, Sed nunc, ait, Eruam vos ex Ægypto, & aſſumam vos mihi populum, & ero Deus veſter, qvi Deus ab æterno ſum, qvi hactenus promiſi pacto æterno me fore DEUM Abrahæ, Iſaac & Jacob, & filiorum eorum ſive familiarum ubicunqve locorum eſſent, nunc aſſumam vos mihi in populum, & congregabo vos in unum Regnum ſub Moſe, & ero Deus nunc totius populi Iſrael in unum Regnum ſub Moſe congregati & omnium illorum, qui ex gentibus ad eos acceſſerint. Et ſcietis, vel experimini, & publicâ prædicatione & Sacris à me per Moſen inſtitutis, & mirabilibus meis, erga vos in Ægypto, in mari rubro, in deſerto, in terra promiſſa, factis, declarabitur vobis, qvod Ego ſum JEHOVA DEUS veſter, qvi eduxerim vos &c. Per Regnum enim conſtitutum à me ſub Moſe, per publicam prædicationem & Sacra mea ſive Sacerdotium meum, per illa mirabilia qvæ faciam propter vos redimendos, defendendos & in terra glorificandos & per exauditionem precum veſtrarum declarabo non ſolum vobis, ſed etiam toti mundo, qvod Ego ſum JEHOVA DEUS veſter, & qvod vos eſtis populus veri Dei, qvi omnia poſſit facere in cœlo & in terra, dum interim dii gentium nihil poſſunt. Tunc vos glorificabimini in me, & Ego glorificabor in vobis, ſi permanſeritis in verbo meo (ut dicitur per totum Deuternomium) &

non defeceritis à me id est, à verbo meo, ad Deos alienos, id est, ad alienas doctrinas & mandata hominum, qvemadmodum habent gentes de Deo, & cultu Dei, qvæ sunt doctrinæ dæmoniorum, in hypocisi loqventium mendacium, id est, docentium cultum Dei sine verbo Dei, atqve adeo contra verbum Dei, qvi cultus speciosus apparet, ut apud nostros Papistas, sed revera nihil aliud est qvam idololatria,

Sum JEHOVA Dominus omnium ab æterno, etiam anteqvam omnia crearentur à me, qvod inde notum est, quia Ego sum Deus, qvi omnia creavi ex nihilo, qvod non fecissem, nisi essem Dominus, Rex, Princeps, Paterfamilias omnium, & omnia haberem in mea potestate, Ego ut creavi omnia, ita & guberno omnia, & pro omnibus, ut pater, curam gero, omnia conservo, qvamdiu voluero. Talis JEHOVA sive Dominus sum super omina, Rom. 11. v. 36. Ex ipso & per Ipsum, & ad Ipsum sunt omnia, Ipsi gloria in secula, Amen. Ephes. 3. v. 14. 15. Pater Domini nostri Jesu Christi est, ex qvo omnis à communi patre cognitio, in cœlis & in terra, nominatur. Sed interim super terram in mundo non videor apud homines sub cœlo esse JEHOVA Dominus, Rex, Princeps, Pater multorum populorum: Non videor habere Dominium, Regnum, Populum, possessionem aut terram, qvando tamen interim Babylonius Rex gloriatur se Dominum omnium. Pharao Rex Ægypti gloriatur se esse Regem potentem, & audet dicere, Exod. 5. v. 2. Qvis est JEHOVA sive *Dominus*, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? Nescio JEHOVA sive Dominum, & Israel non dimittam, Ego qvidem apparui Abrahæ, Isaac, & Jacob, ut sim eis Deus Omnipotens, ut possint me invocare & Ego præstem eis omnia, & feci pactum cum eis, ut darem eis Regale Sacerdotium & Regnum Sacerdotale, populus à me acqvisitus, & Ego JEHOVA Dominus omnium essem iis, ibi manifeste JEHOVA Dominus, Rex, Princeps, Sacerdos, Doctor, Paterfamilias in illo Regno & Sacerdotio meo, Promisi qvidem eis, sed hactenus non præstiti nomen meum JEHOVA, Regnum meum super terram, ubi nomen meum invulgaretur, qvod sim JEHOVA Dominus & Rex super illud Regnum Dei, super illum populum Dei in terris, & propter illud Regnum prædicaretur & invulgaretur meum nomen in toto mundo de mirabilibus & stupendis factis meis, Hoc est, qvod dicit, Nomen meum JEHOVA non indicavi eis, id est, non præstiti hactenus eis, qvod promisi, qvemadmodum Stephanus in Actis dicit, non dedit Abrahæ hæreditatem in terra promissa, ne vestigium qvidem pedis &c. Actor. 7, v. 5. Nunc autem volo præstare promissum, faciam vos Regnum ab aliis nationibus separatum, qvod agnoscant Regnum esse Dei, ubi me agnoscent & publicè prædicabunt JE-

HOVA

HOVA, Dominum, Principem, Regem, Sacerdotem, Doctorem, Patrem, Defensorem, Curatorem, ubi ero Deus eorum, & ipsi erunt populus meus, Meum verbum suscipient & prædicabunt, & non aliud, me ibi colent & mihi sacrificabunt secundum verbum meum & non aliter, juxta primum præceptum, Non habebis Deos alienos, Sic etiam dicit Deus Exod. 19. v. 4. 5. per Mosem ad filios Israel, Vos ipsi vidistis, qvæ fecerim Ægyptiis, & portaverim vos super alas aqvilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, Mea est enim omnis terra, (Magnus JEHOVAH sum DOMINUS, & Rex magnus super omnem terram, ut in Psal. canitur) Sed vos eritis mihi (præ cunctis populis) in Regnum Sacerdotale & gens Sancta. Sic & Gedeon dixit, Judicum 8. v. 23. Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed JEHOVA dominabitur vobis.

Ubi vides, qvam recte verterint Apostoli in novo Testamento, JEHOVA, Κύριος, id est, DOMINUS, cum in lingva gentium non intervenirent commodius vocabulum, Id qvod secuti sunt omnes interpretes Græci & Latini, ut vides in Bibliis nostris. Sed Κύριος sive DOMINUS etiam tribuitur hominibus, DOMINUS terræ, DOMINUS in domo, DOMINUS Rex &c. JEHOVA autem soli tribuitur DEO, DOMINO omnium, ut ante diximus. Paulus CHRISTUM perpetuò dicit Dominum nostrum, non dubito qvin JEHOVA significet, qvia alicubi vocat eum DOMINUM Gloriæ, Ad Corinth. Si cognovissent, nunqvam DOMINUM Gloriæ crucifixissent, non dubium qvin ex Psalm. Qvis est iste Rex gloriæ? Est JEHOVA, fortis & potens, JEHOVA fortis in prælio, JEHOVA Zebaoth ipse est Rex gloriæ. Thomas dicit, Dominus meus & Deus meus, Qvia Deum suum dicit CHRISTUM, non dubium est, qvin etiam suum JEHOVA dicat. Et nos in nostra fidei confessione dicimus, Credo & in Jesum Christum filium Dei unicum Dominum nostrum, præter Christum non novimus alium JEHOVA, in qvo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

Judæi dicunt non licere ipsis atq; adeò se non posse exprimere voce has qvatuor literas JEHOVA in hebræo. Qvis hoc eis prohibuit? JEHOVA, inqviunt, est ineffabilis. Respondeo. Sicut non seqvitur, Deus est ineffabilis, ergo non licet effari, vel nemo potest dicere hoc vocabulum Deus, Qvia etiam impii homines dicunt Deus, & Diabolus ipse dicit Deus, Gen. 3. v. 1. Qvare præcepit vobis Deus Elohim &c. Ita etiam non seqvitur, JEHOVA est incomprehensibilis Dominus & ineffabilis, Ergo non licet effari vel nemo potest dicere hoc vocabulum JEHOVA, Immò Deus vult invocari & prædicari etiam publicè JEHOVA sive Dominus,

ut hic dicimus, & habere nomen JEHOVA in illo populo. Qvapropter fabulæ ſunt, qvæ ſuperſtitioſa fingunt Judæi de efficacia hujus nominis ſi qvis illud perfecte poſſet exprimere.

Significat autem JEHOVA, ut dixi, Eſſentiam, non ſolum contra Deos gentium & cultus ab hominibus excogitatos, qvi nihil poſſunt, immò nihil ſunt, ſed etiam contra omnes creaturas, qvæ ad Deum comparatæ, nihil poſſunt, Eſ. 40. v. 17. Omnes gentes qvaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo, & qvaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. Ante conditum enim mundum nihil erant, omnia ex nihilo. Ut nihil aliud ſit Dominus Deus, ſive JEHOVA Elohim, qvam Omnipotens Deus, qvi omnium eſt Dominus & omnia poteſt, Talis eſt JEHOVA Dominus Deus noſter.

Sed pergo dicere de nomine Domini omnipotente in illo populo, Deut. 26. dicit ſic: En Dominus elegit te hodie, ut ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta ejus, & faciet te excelſiorem cunctis, qvas creavit, gentibus, in laudem & nomen & gloriam tuam, ut ſis populus ſanctus JEHOVA Dei tui, ſicut locutus eſt.

Igitur nomen DEI JEHOVA ſive Dominus, non erat ſic revelatum Abrahæ, Iſaac & Jacob, ut vulgò revelaretur manifeſta ubiqve prædicatione, conſtituto Regno in terra, qvod illis promiſerat. Apparui qvidem eis, ſed nomen non habui ſuper terram de Regno promiſſo, Ridebat me Pharao, qvaſi Dominus ſine regno, qvi non haberem populum, dicens: Qvis eſt Dominus? Ego ſum Dominus, vos ſeditioſi nominatis hic mihi alium Dominum, cum interim Ego vos habeam in mea poteſtate &c. Nunc autem, dicit Dominus, ſuſcipiam populum peculiarem & conſtituam Regnum & Eccleſiam ſuper terram, per te ô Moſes. Sic & apud nos, in paucis fuit occultus Deus; cujus nomen nunc revelatur, ut non poſſet, neqve melius, neqve clarius. Aliud eſt enim Deum revelari, aliud nomen ejus. Hactenus, inqvit, in domibus & *familiis patrum* nomen meum prædicatum eſt, jam Regno & peculiari *populo*, ex patribus, ſecundum promiſſionem & pactum meum, conſtituto, publice prædicabitur inter eos, & in toto mundo dicetur Deum verum eſſe JEHOVA Dominum omnipotentem in hoc populo ſuper terram. Cum patribus pactum feci, modò præſtabo coram omnibus promiſſum. Et poſtea ex hoc populo dilatabo nomen meum & Regnum meum ſub CHRISTO in totum mundum, Ite in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ, hoc eſt, nomen Dei magnum & glorioſum inter Gentes, de qvo oramus: Sanctificetur nomen tuum, Et confitemur, Credo & in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, JEHOVA noſtrum, Et Malachiæ 1. v. 11. & ſeq. promittit Deus, Ab ortu ſolis usqve ad occaſum magnificabitur

JEHOVAH inter gentes

Nomen

Nomen Meum inter Gentes, Et in omnibus locis offeretur holocaustum Nomini Meo, & sacrificabitur mundum sacrificium. Nam, Nomen Meum Magnificabitur inter Gentes, dicit JEHOVA Zebaoth, v. 14. Maledictus ergo, qvi suo lucro consulens, cum habet in grege suo masculum, tamen post votum suum offert DOMINO, qvod est inutile, Ego enim sum Rex Magnus, dicit DOMINUS Zebaoth, & terribile est Nomen Meum inter Gentes. Ideo Petrus 1. Pet. 2. v. 9. repetit Christianis ex Exod. 19. v. 6. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, Gens Sancta, Populus qvem acqvisivit sibi Deus, ut virtutes prædicetis prædiceris illius, qvi e tenebris vos vocavit in admirabilem suam lucem, Qvi qvondam eratis non populus, (Oseæ 2. v. 23.) nunc estis populus Dei, qvi qvondam non consecuti eratis misericordiam, nunc estis misericordiam consecuti. Et Paulus 2. Corinth. 6. v. 16. ex Mose & Prophetis promissiones Dei offert nobis, dicens: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt Mihi populus, v. 17. Qvapropter exite de medio infidelium, & separamini ab illis, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, Et Ego suscipiam vos, & v. 18. ero vobis Pater, & vos eritis Mihi filii & filiæ, dicit Dominus omnipotens. Hoc est, qvod hic Jeremias dicit nomine Dei de gentibus, Ecce Ego nunc illas docebo, & notificabo eis manum & potentiam meam, ut cognoscant, qvod Nomen Meum est JEHOVA sive DOMINUS, Sit CHRISTO gratia in æternum, AMEN.

Et hactenus omnia fuere verba Johannis Bugenhagii Pomerani, Collegæ Lutheri. Uterqve autem, tum Johannes Brentius, tum Johannes Bugenhagius hæc sua scripserunt post illum annum Christi, in qvo de eodem nomine aliqvid scripsit Lutherus, super 23. caput Jeremiæ anno 1527. ubi docet, qvod JEHOVA significet DEUM in sua divina essentia & majestate, & dicatur de vero DEo, & qvod soli vero DEO tribuatur. Sed de his hactenus.

ORACULUM CVII.

SACRUM.

Matth. 19, 12.

Textus sacer Græcus:

Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Versio Latina vulgata:

Sunt Eunuchi, qvi seipsos castraverunt proter regnum cœlorum.

Lutheri Versio:

Sind etliche verschnitten/ die sich selbst verschnitten haben/ um des Himmelreichs willen.

ETSI videtur obscurum esse hoc dictum, tamen admodum est facilis declaratio ex contextu, ut de vocabulis nunc nihil dicam, facturus illud σὺν Θεῷ in Genesin.

Sic igitur habet contextus: *Audierunt Christum Pharisæi tentantes eum & dicentes ei: Licetne homini* (Viro) DIMITTERE (de hoc enim est qvæstio, non de alio, sed ut dixi, tantum de DIMISSIONE, qvæ fiebat per libellum repudii a Mose concessum ex libertate Prophetica, sicut Apostolus qvædam concedit ex autoritate Apostolica 1. Corinth. 7.) *uxorem suam.*

Ille vero respondens ait illis: v. 4. *Non legistis, qvod opifex ab initio masculum & fæminam fecit eos, Et dixit: propterea relinqvet homo* (mas vel fœmina) *patrem & matrem* (qvalem non habuit Adam; unde non ad ipsum solum dictum fuit, *& adglutinabitur uxori suæ, & qvi duo, fient* (inseparabiliter cohærebunt & erunt citra dimissionem) *caro una. v. 7. Dicunt ei: Cur ergo Moses mandavit libellum repudii?* v. 8. *Dicit eis: propter duritiem cordis vestri, in principio autem non fuit.* v. 9. *Dico enim vobis: Quicunq; dimiserit uxorem nisi ob scortationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qvi dimissam duxerit, mœchatur.* (Jam attende lector.) v. 10. (*Dicunt ei Discipuli ejus, si ita est, non confert CONTRAHERE matrimonium* (Ad hoc jam respondebit, nimirum qvod, dixerunt discipuli, non confert contrahere matrimonium) *Ipse dixit eis: Non omnes capiunt* (tolerant vestrum) *hunc sermonem* (non omnes possunt abstinere à matrimonio, nisi illi tres qvi jam ordine seqvuntur) v. 12. 1. *Sunt Eunuchi, qvi ex matris utero nati sunt ita* (& possunt ferre istum sermonem, vivere extra matrimonium) 2. *Sunt Eunuchi, qvi castrati sunt ab hominibus* (& qvi similiter possunt ferre sermonem, & vivere extra matrimonium caste. Semper enim ἀπὸ κοινοῦ repetenda sunt hæc verba CAPERE SERMONEM) 3. *Sunt Eunuchi, qvi seipsos castraverunt propter regnum cœlorum* (& qvi etiam possunt ferre istum sermonem, & vivere extra conjugium, ut Apostoli, qvi seipsos castrarunt, dum reliqverunt omnia, & secuti sunt CHRISTUM, ut essent Catholici & Oecumenici Apostoli, expeditiores sine uxore, seu in cœlibatu, qvam in Conjugio, ad hanc rem, ut indicat Apostolus 1. Cor. 7. v. 7.

Cæterum *castrare seipsum* nihil est aliud, qvam non ducere uxorem, vivere extra conjugium Matth. 19, 29. Ita qvoqve similis phrasis est *effode-*

effodere oculos, ambutare manum & pedem, Matth. 5. Postqvam enim Matth. 5,28. *Omnis qui aspicit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo*, illico sic adjicit: v. 29. *Si oculus tuus* (concupiscens ita, ut cupiat eadem frui) *dexter tibi facit, ut tu offendas, erue eum* (extingve, depone talem concupiscentiam) v. 30. *Et si dextera tua manus facit, ut te offendas, excinde eam*. Nimirum de concupiscentiæ oculo, & de concupiscentiæ manu, non de corporis manu & de corporis oculo vult ista intelligi.

OBITER DE SACRIFICIO JVDÆ, ex 2. Maccab. 12, 43.

LIBET hoc in loco propter illos, qvibus cum Jesuitis controversia qvandoqve exoritur, aliqvid inserere de loco illo 2. Maccab. 12, 43. Etsi enim liber non est Canonicus, tamen qvia a Pontificiis pro Canonico obtruditur, a nobis tamen nunqvam recipitur, iccirco qvomodo Pontificiis sit respondendum, brevibus ostendam.

Verba sunt hæc: v. 43. *Ex stirpe viritim collecta ad duo millia drachmarum misit Hierosolymam ad sacrificium pro peccato faciendum, valde bene ac scite faciens, qui de resurrectirne cogitaret.* v. 44. *Nisi enim eos, qui occubuerūt, resurrecturos sperasset, supervacaneum erat & frivolum pro mortuis preces ullas adhibere*, v. 45. *Præterea, quod consideraret, iis qui cum pietate obiissent, optimum gratiæ munus repositum esse*, v. 46. (piam & sanctam cogitationem) *pro mortuis expiationem fecit, ut a peccato absolverentur.*

Respondeo primum, Sit ita, qvod hæc omnia contigerint, sicuti literaliter commemorantur, πάντα περὶ πάντων, qvid inde solidi efficere valebunt Pontificii pro obtinendo purgatorio?

Etenim si vel Reges aliqvi Vet. Test. suffire voluerunt in altari thymiamatis, ut tentavit Uzzias 2. Paral. 26, 16. vel alii suos etiam liberos Molocho obtulerunt, 2. Paral. 28, 3. & ita pro mortuis obtulit Judas (de qvo tamen in Josepho nihil habetur; & Pagninus reperit volumen Maccabæorum, in qvo deerat hæc historia) tamen, qvia omnes isti contra regulas divinitus perscriptas fecerunt, quæ solis Sacerdotibus suffimenta commendat Exodi 30, 7. & oblationem filiorum pro Molocho damnavit, Levitici 18. v. 21. & sacrificia instituit non nisi pro solis viventibus, in toto Levitico, qvarto libro Mosis; utique nullo jure ad exempla ista nos obligari præsertim exemplo Judæ patiemur. Imo ut plurima indulgeamus contrarium sentientibus, perinde sese habet hoc

factum Judæ, sicuti tempore Esdræ & Nehemiæ malum promulgatur & collaudatur & exercetur consilium de uxoribus alienigenis abjiciendis Nehem. 9. & Esdræ 10. v. 11. & 19. cum Deut. 21. v. 10. Ethnicam uxorem, si se converterit ducere liceret. Si peccavit David propter mandatum libans Jehovæ aqvam, qvam magnis cum vitæ periculis viri qvidam ipso inscio ex cisterna Bethlehemitica attulerant 2. Sam. 23, 16. Sic Saul contra legem Levit. 7. celebrat diem festum novum postridie Calendarum. 1. Sam. 20, 27. Si qvis vero hoc unice ulterius pergat urgere, rem ipsam non à Juda, sed ab *autore istius* scripti, prædicari & approbari, illi dabitur e vestigio responsio etiam sufficiens. Ut historicus retulit, qvæ accepit ab aliis, tunc temporis in hunc modum a Juda fuisse habita, ab ipsomet etiam collaudata, perinde sicut in ipsis Canonicis libris qvædam recensentur, non prout Deus & Spiritus Sanctus ea judicarunt, sed prout ab hominibus fuere habita. 1. Sam. 28. Spiritus Sanctus recenset historiam de Pythonissa Saulis, & Diabolum Pythonissæ sub imagine Samuelis, vocat Samuelem, qvia Pythonissa persuasa erat, se per Diabolum posse verum Samuelem revocare ex mortuis. Sic enim habent verba: v. 14. *Et cognovit Saul qvod Samuel esset*, v. 15. *Et dixit Samuel ad Saulem, Tradet Jehovah etiam Israelem tecum in manum Philistinorum, & cras tu & filii tui erunt mecum, etiam castra Israelis tradet Jehovah in manum Philistinorum.* Ecce lector, annon posset aliqvis hic solide arguere, à Scriptura ipsa comprobari, qvod verissime Samuel post mortem apparuerit, & consilia dederit.

An verus fit Samuel, qvi loqvitur 1. Samuel. 28. v. 14.

Id omnino tali historica consuetudine repetivit Syracides 46, 23. (Samuel) *etiam post mortem suam vaticinatus est, & Regi interitum ipsius indicavit, vocem suam e terra sustulit, scelera populi delenda vaticinans.*

Siracides c. 46. v. 23. (qvasi) verum Samuelem locutum esse post mortē, scribit.

Sed qvod verus Samuel non fuerit, illud ex ipsa jam indicata Canonica Scriptura patebit clarissime. Sic enim 1. Samuel. 28. v. 26. *Cosuluit Saul Jehovam, & non respondebat ei Jehovah, neq; per Urim, neque per Prophetas.*

Audi lector, si Samuel in vivis fuit Propheta, sicut fuit Propheta, tum nomen illud post mortem amittere non potuit, & per conseqvens, qvi hoc loco introducitur loqvens cum Saule qvasi Samuel, non est verus Samuel Propheta, siqvidem DEus dicit, qvod cum Saule per Prophetas tunc non amplius fuerit locutus. At non negabis, qvod Samuel etiam post mortem fuerit dignus nomine Prophetæ seu Videntis. 1. Paral. 29, 29. Ergo verus Samuel non respondit Sauli. Si respondisset verus Samuel, respondisset Sauli Jehovah per Samuelem Prophetam. At hoc negatur in textu, & expresse dicitur, qvod non responderit Jehovah Sauli per Prophetas. Et hoc unum est: audiatur alterum.

Sic

Sic contextus habet v. 6. *Consuluit Saul Jehovam, & non respondit ei Jehovah, neq; per somnia, neq; per Urim, neq; per Prophetas.* v. 7. *Dixit ergo Saul servis suis: Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & ibo ad eam* v. 8. *Abiitq; ipse, & duo viri cum eo, veneruntq; noctu ad mulierem, ac dixit: Divina qvæso mihi per Pythonem, & fac ascendere ad me, qvem dixero.* v. 9. *Et ait mulier: Tu nosti, qvod Saul abscidit Pythones & magos e terra, cur ergo tu mori facies me.*

Ecce lector optime, à Jehova, in cujus manu & sinu qviescebat Samuel, convertit se Saul ad Pythonissam, hoc est, ad Satanam, Lev. 20, 27. Simile est 2. Reg. 1. v. 2. *Ahasia ægrotans misit nuntios ad Baalzebub Deum Ecron,* v. 3. *& angelus Jehovæ locutus est ad Eliam: Surge, loquere ad eos, Nonne, qvia non est Deus in Israele, proficiscimi ad Baalzebub.* Sicut ergo hic opponuntur Deus & Satanas: ita in ista Samuelis historia, Satanæ Deum opponi necesse est. Qvidqvid igitur postea fit, hoc fit per Satanam. Satanas repræsentat formam seu imaginem demortui Samuelis, & ex hac forma ipse vaticinatur, utpote, qvi acceperat potestatem in Saulem impium, sicut Diabolus tandem ingreditur in Judam. Exemplis historicis rem declararem, nisi qvilibet ex experientia qvotidiana cognitum haberet, solere Satanam sese convertere in formas demortuorum, & illas exhibere hominibus, solereqve Satanam responsa dare interrogantibus suas Pythonissas, & plebēm nostram ita loqvi; qvod post mortem viderit interdiu exempli gratia qvendam patrem, qvi ante triennium mortuus est, in suis ædibus & agris, qvos possederat in vivis, hincinde errantem, qvin insuper audiverit eundem noctu loqventem.

Jam judica lector, qvid respondere velis *Drusio ita commentanti super locum istum Siracidæ*: Vero Samueli tribuit, qvod alii tribuunt imaginario. De hac re qvæstio magna est inter Doctos. Augustinus utramqve sententiam defendi posse ait lib. 2. ad Simplicianum, qvæst. 3. Cum autem Scriptura nihil certi definiat, in tanta opinionum diversitate non debemus temere hanc aut illam falsi damnare. Vetustas certe credidit à vero Samuele hæc gesta esse: qvod ex hoc loco colligi potest. Qvanqvam nihil absurdi; si qvis dicat, JESUM de imaginario Samuele locutum fuisse tanqvam de vero, cum etiam sacræ literæ ita loqvantur. Ut ut si, ubi de sententia controvertitur, a calumnia tutus esse debet, qvi hoc dicit, qvod Scriptura dicit. *Hæc ille.* At contextuum facilis æstimatio statim ostendit fictum fuisse istum Samuelem, ut non opus sit moveri hoc Drusii judicio.

DRUSIUS.

Affero tamen aliud exemplum, qvod extra omnem apud omnes erit positum controversiam, & ex qvo patebit, qvomodo interdum scriptura EX INTENTIONE, EX SENTENTIA, EX JUDICIO hominum aliqvid recenseat, narret, repetat & usurpet, qvod tamen intentio, sententia, & judicium

Qvædam facta in scripturis recensetur historice, non approbantur, & interdum scriptura loqvitur ex judicio hominum.

Dei rejicit & damnat, Deut. 14, 1. Prohibetur à Deo, ne propter demortuos sese vivi decalvent, & tamen in aliis locis introducit ex sententia impiorum hominum hoc præcepto stare nolentium decalvationem, tanqvam rem bonam, nimirum, bonam ex judicio hominum.

Verba in Deuteronomio ita habent: *Filii estis Jehovæ DEI vestri, non incidetis vos, neq; ponetis calvitium inter oculos vestros super mortuum.* Idem prohibetur Levit. 19, 27. Contra hoc igitur præceptum sæpe prævaricati sunt Judæi, & contra mentem Dei laudi, & gloriæ & consolationi sibi duxerunt, si propter mortuos ipsorum alii sese inciderunt & decalvarunt. Deus qvoq;, ut innui, phrases suas mutuo sumsit ab hac consvetudine hominum licet contra suum mandatum introducta & servata, idqve stilo historico. Exemplum extat Jer. 16, 6. *Morientur parvi & magni in terra hac, non sepelientur, nec plangent eos, NEQVE SE INCIDENT, NEC DECALVABUNT SE propter eos.* In Amos 8, 10. *Convertam festivitates vestras in luctum, faciam ascendere super omnes lumbos saccum, & super omnes caput CALVITIUM, ponamq; eum tanqvam luctum unigeniti, &c.* Sic Jerem. 34, 5. ab alia ethnica & populo Dei prohibita ceremonia Deus historice sermonem mutuatur: *In pace morieris, & secundum COMBUSTIONES patrum tuorum Regum priorum, SIC COMBURENT TIBI.* Item Psal. 58, 6. Jerem. 8, 17. Deus utitur phrasi *ab incantatis serpentibus.* In Psalmo enim dicitur: *Venenum est illis instar veneni serpentis, sicut aspidis surdæ, qvæ obturat aurem suam, qvæ non audit vocem incantantium, incantantis incantationem periti.* In Jeremia: *Qvoniam ecce ego mitto in vos regulos, qvibus non est incantatio, & mordebunt vos, ait Jehovah.*

Ergo, si Canonicus esset autor libri de Maccabæo; nihil tamen Christianum movere debebant verba, qvibus laudat sacrificia pro mortuis. Facit enim hoc ex sententia & mente ipsius Maccabæi, sicut ex sententia improborum, & in verba Dei prævaricatorum, Deus ipse phrasibus qvibusdam usus fuit, qvemadmodum indicavi. Ex his autem simul perspicit lector, qvod omnia facta piorum & impiorum, ut ut describuntur in aliis libris sacris, neqve semper additur, an justa, vel injusta sint, debeant examinari juxta legem Domini in Mosaicis libris descriptam.

ORA-

ORACULUM CIIX.
SACRUM.

Psal. 116, 11.
Textus sacer Hebræus:
mendax homo Omnis
כָּל הָאָדָם כֹּזֵב׃
Latina Vulgata:
Omnis homo mendax.
Lutheri interpretatio;
Alle Menschen sind Lügner.

QVID hoc loco Propheta nominet *mendacium*, id ex antecedentibus & consequentibus accurate videndum erit. *Dilexi*, inqvit Psalmus, vers. 2. *qvoniam AUDIVIT Jehova vocem meam.* v. 3. *Qui INCLINAVIT aurem suam mihi, circumdederunt me dolores mortis, & angustiæ inferni invenerant me, ANGUSTIAM & DOLOREM inveneram*, v. 4. *NOMEN JEHOVÆ invocavi, qvæso*, v. 6. *Jehovah erue animam meam, ATTENUATUS eram, & me SERVAVIT*, v. 7. *REVERTERE anima mea ad requiem tuam, quia* JEHOVAH *benefecit tibi*, v. 8. *quia eripuisti animam meam a morte, oculum meum a lacryma, pedem meum ab impulsione.* v. 9. *Ambulabo coram Jehovah* IN TERRIS VIVENTIUM; v. 10. *Credidi propter quod locutus sum*, EGO AFFLICTUS *eram* VALDE, v. 11. *Ego dicebam in festinatione mea*, OMNIS *homo mendax.* v. 12. *Quid reddam Jehovæ pro omnibus beneficiis, quæ in me contulit, &c.*

Hic satis apparet, 1. hominem mendacem, & 2. Deum invocantibus hominibus certissima auxilia mittentem, inter sese opponi. Homo sæpe promittit, sed fallit promissis; Homo sæpe promittit, & non falleret, sed in viribus suis non habet tantam facultatem, ut possit promissum reapse complere & præstare. Idem igitur est, qvod dicitur Psal. 108, 13. *Da nobis auxilium post angustiam, nam vana, vel* MENDAX *salus hominis, in Deo faciemus virtutem, & ipse conculcabit hostes nostros.* EX Psalmo 60, 13. illud repetitur in hoc 108. Idem etiam est, quod dicitur Psal. 146, 2. *Ne confidatis in Principibus, in filiis hominum, in qvibus non est salus.* Optimum igitur est Lutheri Scholion, Lügner) das ist/ es ist auff keinen Menschen zu bauen/ er kan doch zuletzt nicht helffen/ und muß feilen.

ORACULUM CIX.
SACRUM.

Judic. 9, 13.

Textus ſacer Hebræus cum interlineari.

Ariæ:

homines & DEUM lætificans meum muſtum

אֶת־הִירוֹשִׁי הַמְשַׂמֵּחַ אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים׃

Latina Vulgata:

Vinum meum, qvod lætificat Deum & homines.

Lutheri Verſio:

Meinen Moſt/der Götter und Menſchen frölich macht.

PONANTUR ſinguli proximi cohærentes contextus in ſcamno meditationis in hunc modum: v. 8. *Eundo iverunt arbores ad ungendum ſuper ſe Regem, dixeruntq; oleæ: Regna ſupra nos.* v. 9 *Qvibus reſpondit olea, deſeramne pinguedinem, qvam per me honorificant Deum, & homines* (utique in dedicatione Tabernaculi & Templi, in conſecratione Sacerdotum) v. 10. *Dixerunt præterea arbores ad ficum, veni tu, regna ſuper nos.* v. 11. *Quibus reſpondit ficus: Num dereliquam dulcedinem meam. & fructum meum optimum, & vadam, ut promovear ſuper arbores?* v. 12. *Dixerunt inſuper arbores ad vitem, veni tu, regna ſuper nos.* v. 13. *Quibus reſpondit vitis: Num derelinquam muſtum meum, quod lætificat Deum* (in ſacrificiis, nec enim alium delectationis modum aperuit Deus) *& homines, & ibo, ut promovear ſuper arbores?*

Audi lector fundamentum hujus interpretationis. Num. 15. v. 4. *Qvum facere volueritis oblationem ignitam Jehovæ, holocauſtum vel ſacrificium, tuum offeras minham cum qvarta parte hin OLEI,* v. 5. *& VINI pro libamine qvartam partem hic facies ſuper holocauſtum,* v. 6. *aut ultra ſacrificium pro agno uno, aut pro ariete cum olei tertia parte hin,* v. 7. *etiam vini pro libamine tertiam partem hin offeras IN ODOREM QVIETIS JEHOVÆ.* Vide v. 10. ubi eadem verba repetuntur.

Verus ſenſus literalis de odoro in ſacrificiis grato.

Ergo habes hic mentionem OLEI & VINI, & quod de iis dicatur, qvod faciant pulcrum odorem, propter qvem qvieſcat Jehovah. Lege de oleo plura cap. 2. Levitici per totum, inprimis vero verſ. antepenultimo, penultimo & ultimo. Confer etiam totum caput 28. Numerorum.

Plane

Plane facilis & nativa est hæc expositio: *reliquæ interpretationes* magis *sunt allegoricæ*, ut de *Evangelio* conciliante Deum hominibus, ita, quod vino delectentur homines divini & naturales. Valde etiam coacta est illa, qvod vinum lætificet DEUM, ut creatura.

ORACULUM CX. SACRUM.

DE CAPILLIS ABSOLONIS.

Audiat etiam lector de capillis Absolonis, ex 2.Sam.14,25. *Sicut Absolon non erat vir ita pulcer in universo Israel, a planta pedis ejusq; ad verticem ejus non erat in eo macula*; v. *26. & quando tondebat caput suum (solebat autem quotannis tondere illud, quia grave erat ei, ideo tondebat illud) ponderabat comam capitis sui ducentis siclis pondere regio.*

Gottschalcus Holem, vetus autor, qui sub Papatu scripsit paulo ante Lutherum, super duodecim: Domini post Pentecost. seu sermone 79. dicit, Absolonem semel in anno curasse tonderi crines capitis sui, eosq; tum vendidisse ducentis siclis.

Sed nimis hæc contra perspicuitatem textus asseruntur. Diutius in ista sua silva superbiisset Absolon, nisi propter gravitatem demetere coactus fuisset. Vere igitur gravitas fuit, & ponderosa gravitas in capillis ipsius.

Præterea in fonte est, quod ponderaverit *in lapide regis* gravitatem capillorum, quod Targum habet, *in pondere regis*. Nullum ergo manet dubium, quin insolentissimus iste homo nimiam in capillos contulerit diligentiam, cujus postea pœnas luit, quando de quercu pendens transfoditur. Vide etiam Waserum c.9. l. 2. de nummis Hebræorum.

Illud non possum mihi incredibile prætermittere, quod ex Josepho Historico lib.9. cap. 8. antiquitat. scribit Zwingerus in Theatro: octo dies fuisse insumtos in tondendis ejus crinibus: quod tamen in Josepho non extat. Hoc tantum habet Josephus, quod luxum tantum in crines elocarit, ut octavo quovis mense æquarent illi ducentos siclos, seu quinque pondo. Qui volet, legat lib. 4. c.16. de occult. nat. apud Lemnium, quonam consilio juvenibus gratificari solitus fuerit, ut mature pubescerent, & ut venusta lanugine mentum ipsorum decoraretur.

Forsan simili arte luxuriavit Absolon. Si tamen tanta fuit ponderis regii æstimatio, quam hic aliqui ad aliquid amplius, quam tres libras exponderant, omnino capillorum ipse copiam densiorem habuit, quam una aliqva ovis lanarum. Sed quia incerta hodie est mensura indigitata, sufficiat in ge-

nere saltem hoc, quod Absolon pro more illorum temporum magnam cæsariem alere solitus fuerit. Fidem superat, quod Sabellicus lib. 9. Enneadis 1. ex historiis annotat, tantam capillitii Absolonici magnitudinem fuisse, ut ducentis siclis appenderetur, qui quinas libras conficerent. Decorum quidē est capillitium amplum, sed magis fœminæ, quam viro juxta Apostolum 1. Cor. 11. v. 15. Et servatis pro sexuum discrimine modis tum locum habet *illud Ambrosii in Hexaemero*, comam esse reverendam in senibus, venerandam in Sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comtam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle enim arboris comam, arbor ingrata est, tolle humani capitis capillum, tota pulcritudo flaccescit, præsto est Ovidiana id comprobans sententia, Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, & sine fronde frutex, & sine crine caput. *Sed & apud Cœlium lib. 18. cap. 10. Apulejus*, Mulier, ut venustissima, si capillitio nudetur, licet illa cœlo dejecta, mari edita, fluctibns educata, licet Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata & toto Cupidinum populo comitata & paltheo suo cincta, cinnama flagrans, & balsam rorans, si calva processerit, placere non poterit, ne Vulcano quidem suo, si ex Zwingeri vol. 2. lib. 2. Phrasibus Ethnicis ea mihi referre fas fuit.

ORACULUM CXI.

SACRUM.

Gen. 17, 14.

Supra Textum Hebræum sacrum hanc interlinearem Versionem reposuit Benedictus Arias Montanus:

Et præputiatus masculus, cum non circumcidetur caro præputii ejus, & excidetur anima illa de populis suis, *fœdus meum fregit.*

Versio Latina vulgata:

Masculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.

Lutheri Versio:

Wo ein Knäblein nicht wird beschnitten/ an der Vorhaut seines Fleisches/ des Seele sol aus gerottet werden aus seinem Volck/ darum/ daß es meinen Bund unterlassen hat.

QUÆ-

QVÆSTIO exoritur, de genuina mente hujus Oraculi sacri, an nimirum hæc sit illa, quod Deus ipsis infantibus, prout adhuc sunt infantes, sit pœnam illaturus, si incircumcisi manserint? an vero hæc, quod Deus parentes velit punire, si infantulos suos non circumciderint, sicut aliqui existimant, æternam damnationem sequi infantes, quibus culpa & negligentia parentum baptismus non potest dari.

In Hebræo occurrit voxi. a themate פרר quæ habet significationes tres, irritum fecit, labefactavit, depravavit, fregit, mutilavit. Num. 15, 1. Verbum DOMINI sprevit, & præcepta ejus lebefactavit, 2. a themate כרת quæ habet significationes illas, abscidit, succidit, amputavit, 1. Sam. 28. v 9. qui excidit Pythones de terra, 3. a themate נפש quod habet significationem, animatus est, vita vixit. Lutherus in Glossa marginali super Num. 30. Jhre Seele) das ist/ wenn sie sich verbindet zu fasten/ oder sonst was zu thun mit ihrem Leib Gott zu Dienst/ des Seele heist so viel als der lebendige Leib/ wie die Schrifft allenthalben braucht. Exempla de omnibus tribus plurima conquirere & conferre poterit, quisquis voluerit, ex concordantiis Hebræis. Et secundum has significationes, sermo est de masculo tali, qui per ætatem potest judicare, & contemnere pactum Dei seu circumcisionem, deinde indicatur deletio non primario æterna, sed temporalis.

Radix פרר *qvid significet.* *qvid* כרת *qvid* נפש

His præmissis juxta primæ regulæ ductum, jam juxta secundam regulam videatur contextus ab initio capitis usque ad finem. Statuit Deus, 1 ut circumcidatur omnis masculus in familia Abraham, qualis tunc ibi deprehendebatur masculus ille, sive nonaginta annorum & novem, ut versu 24. erat Abraham; sive pauciorum, ut sine dubio fuerunt 318. servi Abrahami, Gen. 14. v. 14. cum quibus persequebatur hostes, qui Lothum abduxerant. 2. Ut post hosce jam circumcisos adultos deinceps regulariter & ordinarie per omnia tempora circumcidatur omnis masculus octavo post nativitatem die. Jam vero additur comminatio: vers. 14. *Incircumcisus masculus QVI NON CIRCUMCIDERIT CARNEM præputii sui, utique EXTERMINABITUR anima illa de populis suis. Nam pactum meum IRRITUM fecit.* versu 23. *Et tulit Abraham Ismael filium suum, tunc 13. annorum, & tulit omnes natos domus suæ, & omnem emtum, & circumcidit carnem præputii eorum ipso die. At Isaacum circumcidit octavo die,* Genes. 21. v. 4.

Ex hac brevi contextuum indicatione jam quilibet intelligit maledictionem destinari istis, qui assecuti sunt annos discretionis, in quibus doceri possunt de autore, institutione, causis, effectibusq; circũcisionis, in qvibus annis possunt vel petere ore suo circumcisionem, vel seipsos circumcidere, sicut fecit Abraham: In quibus inquam, annis possunt vel amplecti vel rejicere &

Ergo hic minatur Deus adultis deletionem temporalem primario.

 contemne-

contemnere circumcisionem. Si qvi igitur tales sunt, qvi circumcisioné spreverint, illorum animæ debent exterminari de populis suis, i.e. debent occidi.

Similis est usus phrasis Num. 15, 30. *Ut anima, qvæ fecerit in manu excelsa,* (studio maximæ petulantiæ peccata) *Jehovamq; probris affecerit, excidatur illa e medio populi sui.* Et additur: v. 31. *Qvia verbum Jehovæ sprevit, & præceptum ejus irritum fecit, excidendo excidetur ipsa pœna* (iniquitas, id est, pœna iniqvitatis) *erit in ipsa.*

Qvæ de contemtu circumcisionis dicuntur, ea neqvaqvam cadere possunt in ætatem infantilem, qvæ, ut in hunc mundum venit, neq; bonum nec malum intelligit, Deut. 1, 29. & Jonæ 4, 11. non novit inter dextram suam & inter sinistram suam. Distinctio ergo inter adultos & infantes in hoc capite accurate observata scrupulum eximit. Ex hoc autem per bonam conseqventiam deducitur, qvod parentes vehementer peccarint, qvi etiam, citra contemtum tamen, circumcisionem nimis distulerunt: Unde Mosen Dominus voluit occidere in diversorio, Exod. 4, 24. qvod filium suum nondum circumciderat. Per analogiam hodie gravissimas pœnas merentur, qvi Baptismum nimis differunt. Sicut autem non extat textus, qvod olim privatio illa nocuerit infantibus: ita neqve per analogiam ad hodiernos infantes simile qvid argumentari malum possumus.

ORACULUM CXII.
SACRUM.

Phil. 1, 18.

Textus sacer Græcus:

Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ χριστὸς καταγγέλλεται, καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.

Versio vulgata Latina:

Qvid enim? Dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem Christus annuncietur, & hoc in gaudeo, sed & gaudebo.

Lutheri Versio:

Was ist ihm aber denn? Daß nun Christus verkündiget werde/ allerley weiß/ es geschehe zufällig/ oder rechter weiß/ so freue ich mich doch darinne/ und wil mich auch freuen.

PUTANT

PUTANT aliqvi, hoc dicto uti posse, qvotqvot interdum in religione profitenda neutralizant aut manifeste errant, sed res ita sese non habebit. Ponantur ordine membra contextuum a v. 12. *Scire vos volo, fratres, qvod quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Evangelii evenerunt: adeo, v. 13. ut vincula mea in Christo celebria* (non male famosa, sed bonitate causæ, qvia non possunt invenire & videre, qvod talia commiserim, ob qvæ pœnam aliqvam publicam jure sim meritus) *sint in toto Prætorio, v. 14. ac reliqvis omnibus locis; & plerique ex fratribus in Domino freti vinculis meis* (ita celebratis, & non male diffamatis) *magis audeant impavide sermonem loqvi.* (Sed qvæ alia evenerunt Paule? commemorare qvæso pergas ea.)

Seqvitur illa commemoratio. v. 15. *Ac nonnulli quidem per invidiam & contentionem* (ut aliis nimis crassis meis hostibus ruborem incutiant, ruditatem eorum quandam, crudelitatem erga hominem nullas pœnas magnas meritum exaggerent) *nonnulli vero etiam propensa voluntate Christum prædicant* (plene convicti in conscientia) v. 16. *Alii quidem*, inquam, *per contentionem Christum annuntiant, non pure* (absqve dubio cum intermixta ceremoniarum legalium necessitate, qvam Judæi inter gentes dispersi urgebant, & qvæ controversia primitivam Ecclesiam diu torsit,) *existimantes sese afflictionem addere* (ex collaudatis Mosaicis) *vinculis meis. v. 17. Alii rursus ex charitate* (& sincere) *scientes, qvod ego* (per miracula ipsius cognitus) *ad defensionem Evangelii sim constitutus* (cui etiam credunt) v. 18. *Quid igitur, attamen quovis modo sive in speciem* (ut in primo casu) *sive sincere Christus annunciatur, de hoc quoque gaudeo ac gaudebo* (quia interim nomen & majestas CHRISTI paulatim pluribus inculcatur, qui tandem extimulabuntur, ut Evangelii doctrinam sincerissimam nosse queant) v. 19. *Novi, quod hoc mihi* (ut Apostolo, qui cupio fructum multum facere successive) *cedet saluti per vestram deprecationem* (in Oratione Dominica, Adveniat regnum tuum, petere attente debemus, ut Christus Diabolis resistat, quo verbum suum in omnibus provinciis recipi queat) *& subministrationem Spiritus Jesu Christi, v. 20. secundum intentam expectationem & spem meam, quod nulla in re* (pertinente ad propagationem regni CHRISTI) *pudefiam, sed cum omni libertate, ut semper, ita nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.* (Jam incipiet & hoc declarare, nec simpliciter v. 23. *cupiet dissolvi, & esse cum Christo*, Sicut vulgo recitatur & allegatur hoc dictum: Sed in collatione qværit; utrum debeat potius cupere dissolvi, & esse cum CHRISTO; an vero in vita manere, & eligit non prius illud, sed hoc posterius) *Utrum vivere in carne, & quid eligam ignoro: coarctor enim utrinque, desiderans migrare, & esse cum Christo, id enim longe optimum; v. 24. sed permanere in carne*

Non simpliciter dicit Paulus, Cupio dissolvi.

magis necessarium est propter vos. Et novi, quod mansurus sim ad profectum vestrum & gaudium fidei.

Nequaquam igitur Apostolus probat simulationem & hypocrisin & neutralitatem in religione: Sed tantum hoc vult, se gaudere, quod tunc temporis quidam etiam mali tamen majestatem CHRISTI prædicent, in odium aliorum, qvi eam nimis crasse persequabantur. Hunc enim finem inde sibi pollicetur. 1. Quod Evangelium de CHRISTO ad plures magnates manabit. 2. Quod & auditores & Doctores isti ansam inde capient, plenius inquirendi in doctrinam Pauli, an ista, an vero reliquorum verbo toti divino magis sit congrua.

ORACULUM CXIII.

SACRUM.

1. Cor. 15, 24.

CHRISTUS tradet regnum Patri, & subjicietur ei.

Lutheri Versio:

Wenn Er das Reich GOtt und dem Vater überantworten wird / wenn Er auffheben wird alle Herrschafft.

CONCLUDAM ea, quæ hactenus in medium protuli, adhuc uno insigni exemplo, quod extat 1. Cor. 15, 24. & seqq. *Deinde erit finis, quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum absolverit omnem potestatem & virtutem* v. 25. *Nam oportet eum regnare usque quo posuerit omnes inimicos sub pedes suos.* v. 26. *Ultimus autem hostis aboletur mors.* v. 27. *Nam omnia subjecit sub pedibus illius. Quum autem dicit, quod omnia subjecta sint, palam est, quod hoc dicatur, extra eum, qui ipsi subjecit omnia.* v. 28. *Cum autem subjecta fuerint ei omnia, tunc & ipse filius subjicitur ei, qui subjecit ei omnia, ut Deus sit omnia in omnibus.*

Ex his hostes aliqui Christi concludunt, Christum in ultimo die depositurum omnia officia sua, exuiturum illam, quam ipsi Pater donavit, omnem potestatem, & nihil amplius futurum in altera vita, quam quod erit Dux & primus in ordine omnium hominum, Patri æque cum omnibus subjectus. Huc igitur accersunt ex illo oraculo Paulino verba: *Christus tradet regnum Patri, Christus subjicietur Patri, ut Deus sit omnia in omnibus.* Item huc referunt illud Psal. 110, 1. *Sed a dextris meis, DONEC ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Act. 3, 21. *Oportet ipsum cœlum recipere usq; ad restitutionem omnium.*

In

In his urgent usum vocabuli DONEC, quod tamen Catholicum non est, Gen. 49, 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniet Siloh.* Fuit autem sublatum & venit Siloh. Alioquin, si hoc quoque æternum tempus denotari contenderet aliquis, interpretandum esset hoc modo: nunquam auferetur sceptrum de Juda. Item Gen. 8, 7. *Noah emisit corvum, qui egressus est egrediendo & redeundo, donec siccarentur aquæ super terram.* Semper enim ab arca & ad arcam evolabat & revolabat, adeoque sæpe a cadaveribus ad terram, quamdiu stabant aquæ. Postquam vero evanuerunt aquæ, non amplius revolavit ad arcam.

DONEC putatur esse particula certi temporis.

Afferunt etiam illud Matth. 1, 25. *Non cognovit eam, donec peperit filium suum unigenitum.* Vere nunquam cognovit eam, nec ante, nec post partum. Et scopus Evangelistæ est, qvod Joseph Mariam ex se gravidam non fecerit. Hoc enim ipsi sufficiebat, quin potius, quum sentiret eam ferre uterum non ex se, voluit eam deserere.

Lubet autem hoc loco inserere pulchram hac ipsa de re dissertationem *Hieronymi, quæ extat Tom. 2. in libello adversus Helvidium:* Deinde vult (adversarius) docere, quod DONEC, sive USQVE adverbia, certum tempus significent, quod completo fiat id, quod usque ad illud temporis, quod præscriptum est, non fiebat, velut in præsenti: Et cognoscebat eam, donec peperit filium. Apparet, inquit, cognitam esse post partum, cujus cognitionem filii tantum differebat generatio. Et ad hoc approbandum congerit de Scripturis exempla quam plurima, more Andabatarum gladium in tenebris ventilans, & linguæ sonum, ad confodienda sui tantum corporis membra concutiens. Ad quod nos breviter respondemus: Et cognoscebat (etiam (donec) & (usque ad) sermonem, in Scripturis sanctis DUPLICITER intelligi, ET de eo quidem, quod scriptum est, COGNOSCEBAT, ad coitum esse referendum; ipse disseruit, nullo dubitante, quia ad scientiam sæpe referatur, ubi ibi, Remansit puer JESRS Hierusalem, & non cognoverunt parentes ejus. Nunc illud est ostendendum, ut, quomodo ibi consuetudinem Scripturæ secutus est, sic etiam in DONEC, ejusdem Scripturæ autoritate frangitur: quæ sæpe certum tempus (ut ipse disseruit) in ejus assumptione significat, sæpe infinitum, ut est illud (Esai. 46, 4.) quod Deus ad quosdam loquitur in Prophetis, Ego sum, Ego sum & donec senescatis, Ego sum. Nunquid postquam illi senuerint, DEus ipse desistet, &c. Et post pauca, Juxta quod & illud intelligitur de Joseph, Evangelistam id indicasse, de quo scandalum poterat moveri, non esse eam cognitam a viro suo usque ad partum, ut multo magis intelligeremus, cognitam non fuisse post partum, a qua tunc se abstinuit, cum adhuc

Cognoscere dupliciter sumitur.

Donec significat tempus infinitum.

de

de visione poterat fluctuare. Ad summam illud requiro, quare se abstinuerit Joseph usque ad partus diem? Respondebit utique, quia Angelum audierit dicentem: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Ad quod nos inferimus; Et certe audierat, Joseph fili David, ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Prohibitum ei fuerat, ne relinqueret, ne adulteram existimaret uxorem. Nunquid & a congressu separatus fuerat, cum utique, ne separaretur, magis fuisset admonitus? Et audebat (inquit) vir justus Dei, in utero audiens filium, de uxoris coitu cogitare? Pulchre. Qui ergo somnio tantum credidit, ut uxorem non auderet attingere: Is postquam pastorum voce agnoverat, Angelum Domini venisse de cœlis, & dixisse ad eos: nolite timere, ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est CHRISTUS DOMINUS in civitate David, & cum eo laudes militiæ cœlestis concinuisse; Gloria in excelsis DEO, & super terram pax, hominibus bonæ voluntatis: qui Simonem justum inter amplexus parvuli viderat prædicantem, Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum: Qui Annam Prophetissam, Magos, stellam, Herodem, Angelos viderat, qui, inquam, miracula tanta cognoverat, Dei templum, Spiritus Sancti sedem, Domini sui matrem audebat attingere? Et certe Maria conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Ac ne impudenter neges ista ignorasse Joseph: Et erant, inquit Lucas, pater & illius mater admirantes super his, quæ dicebantur de eo, &c. Et ita post pauca: Hæc ais, apud me nugæ sunt & argumentationes superfluæ, & disputatio magis curiosa quam vera. Nunquid non potuit Scriptura dicere: Et accepit uxorem suam, & non fuit ausus contingere eam amplius: Sicut de Thamar dixit & Juda, Aut defuerunt Matthæo verba, quibus id, quod intelligi volebat, posset effari? Non cognovit, inquit, eam, donec peperit filium, Post partum ergo cognovit, cujus cognitionem ad partum usque distulerit. Si tam contentiosus es, jam tunc tua mente superaberis. Nolo mihi aliquod inter partum & coitum tempus interseras. Nolo dicas, mulier quæcunque concepit & peperit masculum, immunda erit septem diebus, secundum dies secessionis & purgationis suæ immunda erit, & octavo die circumcidet carnem præputii ejus, & 33. diebus sedebit in sanguine puro & omne sanctum non tanget, & reliqua. Statim eam invadat Joseph, statim audiat per Jeremiam, Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Alioqui quomodo stare poterit: non cognovit eam donec peperit filium: Si post purgationis tempus expectat, si quadraginta rursum diebus tanto tempore dilata

libido

libido differtur? Polluatur cruore puerpera. Obstetrices suscipiant parvulum vagientem, maritus lassam teneat uxorem. Sic incipiant nuptiæ, ne Evangelista mentitus sit. Sed absit, ut hoc de matre Salvatoris, & viro justo sit existimandum. *Hactenus verba omnia fuerunt Hieronymi*, in quibus duo continentur & dicuntur, 1. qvod τὸ DONEC & USQUE *interdum* denotet certum tempus & finitum, *interdum* vero incertum & indefinitum. 2. Qvod perpetuam virginitatem Mariæ *non tantum* contra Helvidium defenderit, ex vocabulis DONEC vel USQVE; *sed insuper* ex aliis argumentis valde firmis, qvæ repetere ad longum non placet. Eodem igitur pacto hic procedendum erit, cum particula DONEC seu USQVE sit ambigua.

Cæterum pro meliore intelligentia notandum, qvod, qvando Pater Filium præficit operi redemtionis, & regno Ecclesiæ, ipso ille sese non abdicavit, unde in petitione secunda precamur: *PATER, adveniat regnum tuum*: Et tamen omnem dedit huic carni potestatem in cœlo & in terra, Matth. 28, 18 *Omnia ipsi tradita sunt a Patre*, Matth 11, 27. *Neque qvenqvem indicat Pater, sed omne judicium Filio dedit*, Joh. 5, 22. *Ad qvem angelorum unquam dixit Pater, Filius meus es tu*, Heb. 1, 5. *Est ad dextram Dei, subjectis ipsi angelis & potestatibus & virtutibus*, 1. Pet. 3, 22, *Omnia ei subjecit, excepto tamen eo, qvi subjecit ipsi omnia*, 1. Cor. 15, 27.

Ex his & aliis similibus patet, Christo a Patre omnium potestatem non ita datam esse, ac si Pater eadem se evacuasset, cum tamen Joh. 5, 19. *Non possit Filius a semetipso operari, nisi viderit Patrem operantem. Qvæcunqve enim ille facit, hæc etiam Filius pariter facit*, & v. 30. *non possum ego a me quicquam facere, sicut audio, judico, & judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qvi misit me, Patris*. Filius igitur est legatus & vicarius Patris, & caro ut vicaria Patris omnia necessaria accepit ad expeditionem suam. Ut legatus igitur & vicarius Patris regnabit usque ad mortem destructum, ibi tradet regnum vicarie administratum Patri suo, & subjicietur Patri.

Qvid sit *subjici Patri*, expediendum venit ex Ephes, 1. vers. 22. *Omnia subjecit sub pedes ejus, EUMQUE CONSTITUIT CAPUT* super omnia ipsi Ecclesiæ. *Subjici* igitur significat agnoscere caput. Etsi Flius Dei, & cumprimis caro Christi in altera vita dominabitur; tamen non vicaria opera dominabitur, ut in hac vita, sed & ipsa quidem tunc omnia in omnibus implebit, Ephes. 1. vers. 23. Interim tamen post depositum vicariatum in regno non vicario non æquabitur Patri, sed Patrem caput agnoscet, qvemadmodum in hac etiam vita in regno vicario agnoscebat.

Qvid sit subjici Patri.

Regnum Christi æternum.

Qvod autem Christus in altera vita omnino habiturus sit regnum & conregnaturus sit, patet Matth. 25, 34. *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, paratum vobis a fundamentis mundi.* 1. Cor. 15, 19. *Si in hac solum vita spem in Christo habemus, miserrimi omnium hominum sumus.* Ergo talis erit Rex Christus in altera vita, in qvo spem liceat ponere firmam. Ephes. 5, 5. *Nostis, qvod omnis scortator, aut impurus aut avarus, qui est idololatra, non habet hæreditatem* in regno Christi & Dei: v. 27. *ut sisteret sibi Ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, non rugam.* 2. Tim. 4, 18. *Servabit me Dominus in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum, Amen.* Et v. 1. Obtestor coram Deo, & Domino Jesu Christo, *qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri suo adventu & regno suo.* Rom. 5, 17. *Si per unam offensam mors regnavit super omnes per unum multo magis, qui redundantem illam gratiam recipiunt,* in vita regnabunt per unum Jesum Christum, Heb. 1, 2. *Filium hæredem constituit omnium, per qvem mundum condidit.* Heb. 2, 5. *Non angelis subjicit mundum illum futurum, de quo loquimur.*

Adversus Photinianos, qui tantum regnum Christo in altera vita non tribuunt.

Sicut igitur pii regnabunt in altera vita, tum qui subditi & auditores voci suorum doctorum & magistratuum paruerunt, tum doctores & reges, qvi suos cœtus & subditos bene paverunt & rexerunt, & tunc erunt cohæredes Christi, Jacob. 2, 5. Rom. 8, 17. ita necesse est, Christum esse Regem & hæredes alterius mundi. 2. Pet. 1, 10. *Qvapropter fratres studete firmam facere vocationem & electionem vestram.* v. 11. *Hæc enim si feceritis, non labemini unquam. siquidem ad hunc copiose subministrabitur vobis introitus in* æternum regnum Domini nostri & Servatoris Jesu Christi, Luc. 1, 35. *Regni Christi non erit finis.*

Regnum Patris æternū.

Eodem enim modo Scripturæ tribuunt Patri alterius vitæ æternum regnum, 1. Cor. 6, 9. *Injusti regnum Dei non possidebunt,* Gal. 5, 21. *Talia agentes regnum Dei non hæreditabunt.* 2. Thess. 2, 12. *Digni Deo vocante vos ad sui ipsius regnum & gloriam.* 2. Thes. 1, 5. *Dignos censeri vos regno Dei.* Jacob. 2, 5. *Nonne Deus delegit pauperes mundi, divites in fide & hæredes regni.* Joh. 3, 5. *Nisi qvis renatus fuerit, non potest introire in regnum Dei.* Res poterit simili aliquo commodissimo declarari. Consules Romæ duo seu bini semper præsidebant æqvali prorsus potestate, sæpe autem necessitate rebellantium hostium urgente, unus vel alteruter cum certo exercitu mittebatur in longinquā provinciā, cum plenissima & omni potestate. Hæc ejus profectio erat profectio vicaria, & durabat illa forma sui regni, donec post debellatos hostium exercitus triumphabat, ubi cum Senatu toto itidem non tantū in alios devictos, sed etiam in alios omnes Romani Imperii subditos usque ad finem vitæ suæ dominabatur. Eodē pacto Christus missus ad debellandos hostes totius generis humani fungitur officio suo, & tandem sistet totam

tam Ecclesiam suo Patri, & sic tradet regnum Patri, qvoad humanitatem suam, cum Patre ut antea regnabit in secula seculorum.

DE CHRISTO INEQVITANTE IN URBEM HIEROSOLYMAM.

Matth. 21. v. 1. seq. Marc. 11, v. 1. seq. Luc. 19. v. 29. seq. Johann. 12. v. 14. seq.

AD Dominicam *primam Adventus*, & ad Dominicam *Palmarum* in Ecclesiis nostris proponitur textus de ineqvitatione CHRISTI Salvatoris nostri in regiam urbem Hierusalem super asino & super pullo asini.

Qværitur autem de causa, propter quam ineqvitatio ista olim Prophetæ Zachariæ in spiritu seu *Visione* divinitus fuerit oblata, ideoqve ab eodem literis consignata, & cumprimis, propter qvam causam Dominus dominantium & Rex Regum in urbem istam adeo magnificam & circa festum Paschatos peregrinis scatentem, tam vili & tam contemto animali voluerit ingredi. *QVÆSTIO, Cur circa illud tempus ingredi eqvitans voluerit?*

Idqve illo ipso tempore, 1. qvando hactenus ministerii sui cursum omnem & itinera sua fere omnia pedibus compleverat, & jam jam moriendum sibi esse sciebat. 2. Qvando jam urbi ipsi erat qvam proximus, siqvidem mons Oliveti *itinere saltem Sabbathi*, seu septem Stadiis (sicut versio Syriaca septem Stadia exprimit, Actor. 1. vers. 12.) *distabat ad Hierusalem*, Actor. 1. v. 12. *Herodotus in Euterpe*, seu libro secundo, paucis foliis ante finem hujus ipsius libri, Centum (*inquit*) justi passus sunt unum Stadium, sex jugerum: *passus* mensura sex pedum, sive qvatuor cubitorum, *cubitus* sex palmorum. Ergo secundum hanc manuductionem facta operatione, septem Stadia efficient septingentos passus. Jam vero, qvia notissimum est, qvod milliare Italicum sit qvadrans unius milliaris Germanici, & constet saltem mille passibus communibus, & non adeo longis, recte concluditur, qvod septem Stadia nondum compleant milliare Italicum, seu qvadrantem unum unius milliaris Germanici. 3. Qvando non ascendendum ipsi erat in montem Oliveti, sicuti Absolonem fugiens Rex, Propheta & Patriarcha David 2. Sam. 15, 17. 30. *Pedibus ascendebat per ascensum olivarum, seu montes illius ascendens & flens operto ejus capite, & nudis pedibus, & universus populus, qvi erat cum eo, operuerant quisque caput suum,* *Mons Oliveti distat septem Stadiis ab Hierosolyma.* *Centum passus sunt unum Stadium.*

& ascenderant ascendendo & flendo, & perveniebat Rex usq; ad verticem, ut illic adoraret. Cur igitur per montis illius descensum in conspectu& aditu urbis tamen ineqvitare, & qvidem super *asino* & *pullo ejus* ineqvitare voluerit Christus, causam inqvirere operæ alicujus precium est, & qvidem talem causam, qvam aliqvis non ex suo arbitrio excogitet, sed cujus causæ vestigia in ipsis contextibus sacris deprehendi qveant. Omnia autem membra propositæ qvæstionis ita contraham, ut ex responsione ad postremum pateant responsiones ad priora membra.

1. *Textuum consideratio juxta lingvam.*

Qvantum igitur attinet ad praxin juxta regulam meam primam, satis manifesta erunt omnia in contextibus.

Apud Matthæum Discipuli jubentur adducere Asinam & Pullum ejus filium.

Initio apud Matthæum jubentur discipuli adducere *asinam ligatam* ὄνον δεδεμένην, & *pullum* (ligatum) *cum ea* πῶλον μετ' αὐτῆς, & jubentur dicere, qvod *Dominus his*, αὐτῶν (in plurali numero) *opus habeat*, & qvod herus seu possessor statim *mittit eos*, αὐτοὺς, nimirum & asinam & pullum.

Deinde apud Matth. cap.21,5. *Propheta dicit filiæ Syon, qvod Rex ejus veniat insidens* utriqve isti animali, nimirum & *asino* & *pullo.* Sic enim habent verba in versione vulgo LXX. Interpretum dicta, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος, καὶ σώζων αὐτὸς, πραΰς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, id est, *Ecce Rex tuus venit tibi, justus, & salvans ipse, mansvetus, & sedens super 1. subjugali & 2. pullo.*

Zacharias Propheta in spiritu vidit Christum sedentem super asina & super pullo.

In Matthæo Evangelista recensetur Prophetia Zachariæ his verbis: ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου, id est: *Ecce Rex tuus venit tibi mansvetus, & sedens* super 1. asina & 2. pullo filio subjugalis.

πῶλος & ὑποζύγιος.

Πῶλος νέος est pullus adolescentulus, sicut νέος adolescentulum significat, ut cum Tit. 2,4. Apostolus jubet monere *anus*, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, *ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, & filios suos diligant.*

Et est πῶλος νέος itidem υἱὸς ὑποζυγίου *filius subjugalis.* Super πώλῳ nemo umqvam hominum sedit, inqvit Christus apud Marcum cap.11, 2. & apud Lucam 19,30. Sed asina fuit ὑποζύγιος, jam modo assveta ferendis jugis & oneribus. Et partim, πῶλος ὄνου, pullus asinæ, partim ὀνάριον asellus apud Johannem Evangelistam cap. 12, 14. 15. nominatur filius ille asinæ. Sic enim habent verba apud Johannem Evangelistam: εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον ἐκάθισεν ἐπ' αὐτὸ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιὼν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου· id est, *Inveniens Jesus* asellum *sedit super eum, sicut scriptum est, Ne timeas filia Sion, ecce Rex tuus venit sedens* super pullum asinæ.

Deni-

Denique non obiter aspiciendum est, qvod nec apud Marcum, nec apud Lucam, nec apud Johannem commemoratur, qvod Jesus sederit super ὄνον seu, super ὑποζύγιον, hoc est, super seniorem asinam. *Apud tres postremos Evangelistas nulla est mentio asinæ.*

Sic enim habent verba apud Marcum: 1. *Mittit Jesus duos ex discipulis suis. v. 2. Et dixit eis, Abite in vicum, qvi contra vos est, & statim ut ingrediemini in eum, invenietis pullum LIGATUM, supra quem nullus hominũ sedit, solvite eum, & adducite. v. 3. Et si quis vobis dixerit: Cur facitis hoc? Dicite, qvia Dominus opus habet eo, & statim eum mittet huc. v. Et Abierunt & invenerunt pullum ligatum ad januam foris in bivio, & solvunt eum.* v. 5. *Tunc quidam eorum, qvi illic astabant, dixerunt eis: Qvid facitis, qvi solvitis pullum?* v. 6. *Ipsi vero dixerunt eis, sicut mandarat Jesus, & dimiserunt eos. v. 7. Adduxerunt igitur pullum ad Jesum, & injecerunt EI vestimenta sua, seditq; superEUM.* *Pullus etiã fuit ligatus & solutus.*

Verba apud Lucam cap. 19. in hunc modum habent: v. 29. *Misit Jesus duos ex discipulis suis, v. 30. dicens, Abite in vicum, qui contra est, in quem introeuntes invenietis pullum alligatum, super quem nemo unquam hominum sedit, solutum eum adducite,* v. 31. *Et si quis vos interrogaverit, Quare solvitis? Sic dicetis ei, Quia Dominus EO opus habet.* v. 32. *Profecti autem, qui missi erant, invenerunt sicut dixerat eis:* v. 33. *Solventibus autem ipsis pullum dixerant domini EJUS ad eos: Quare solvitis pullum?* v. 34. *Ipsi vero dixerunt: Quia dominus EO habet opus,* v. 35. *Duxerunt igitur EUM ad Jesum, & injectis vestimentis suis super PULLUM, imposuerunt Jesum. v. 36. Eunte autem EO substernebant vestimenta sua in via.*

Jam concilianda sunt illa duo. 1. Nimirum, quod Zacharias cap. 9. v. 9. expresse commemorat, qvod in visione Prophetica visus fuerit sibi Christus sedere tam super asina, qvam super pullo subjugalis. 2. Qvod Mattheus c. 21. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. commemorat, qvod Christus jusserit 1. solvere, & abducere & asinam ligatam, & pullum cum ea, 2. dixere, qvod opus habeat EIS, utrisq; nimirum, deinde qvod Apostoli adduxerint & asinam & pullam, & qvod posuerint super eos (ambos) pallia sua, & collocarint Jesum super EA (ambo nimirum.) *Objectio.*

2. Cum his jam dictis conciliandum venit (inqvam) illud alterum, qvod nimirum apud reliqvos, tres Evangelistas commemoratur, qvod Christus jusserit solvere & adducere pullum seu filium. (masculum, non fœminam) asinæ (non asini) & qvod discipuli invenerint & solverint pullum, & qværentibus dominis dixerint, qvod EO (pullo) opus habeat Dominus, & qvod adduxerint EUM (pullum) & vestimenta posuerint super EUM (pullum) & qvod imposuerint Jesum super EUM (pullum (& qvod Christus sederit super EUM pullum) & qvod ad hunc pullum ex prophetia Zachariæ SINGULARITER

excerpere & accommodare voluerint Evangelistæ ea Prophetæ verba, qvæ in eodem de illo ipso pullo etiam habentur.

Responsio, Non autem commodiore ratione *ἀντιλογία* tolli potest, qvam ut dicamus, Christum qvidem sedisse super utrumqve, *primo* qvidem super asina matre, *mox* vero conscendisse super pullum, filium subjugalis, super adolescentem asinum, super asellum. & in toto itinere plus & diutius fuisse portatum ab asello filio subjugalis, qvam ab ipsa matre pulli asina. Iccirco enim reliqvi tres posteriores Evangelistæ plane prætereunt eqvitationem Christi tam brevem super asina, nimirum, qvod eqvitatio super pullo asinæ fuerit longior & diuturnior, & certis de causis gratior. Non prorsus prætereundũ est, qvod ex eventu multi pii nunc judicant, hac dispari eqvitatione Christum tunc prædicere voluisse, Judaicæ turbæ paucitatem, gentium vero magnam multitudinem ad regnum ejus usq; ad finem mundi venturum, sicut super asina non tam diu atqve super pullo eqvitavit.

2. CONTEXTUUM consideratio in hac ineqvitatione. Hisce igitur præcipuis (ad eqvitationem pertinentibus, non enim de reliqvis cunctis nunc dicere licet) ita præmissis, jam juxta praxin *secundæ* regulæ inqvirenda est genuina interpretatio & causa, cur Christus itenere suo jam absoluto, præter omnem suam hactenus consvetudinem tamen in ipso aditu urbis, urbem tantam regiam, in tanto concursu populi ad Paschatos festum ex omnibus locis sub sole facto, ipse solitarius, super duobus tam contemtissimis animalibus interdiu ineqvitare voluerit.

Ut igitur rem omnem, qvantum fieri potest, rectius asseqvaris, optime lector, aliqvoties diligentissime perlegas cunctos qvatuor Evangelistas, in locis cohærentibus. Nimirum *in Evangelista Matthæo* incipias, capite vicesimo, à versu decimo septimo, & continuis per conseqventia capita meditationibus procedas, usq; ad initium seu versum primum capitis 26. In Evangelista *Marco* incipias ad minimum à versu tricesimo secundo capitis decimi, & procedas usq; ad finem capitis decimi tertii. In Evangelista *Luca* inchoes a versu tricesimo primo capitis decimi octavi, & progrediaris usqve ad finem capitis vicesimi primi. Deniq; in Evangelista *Johanne* aut exordiaris à versu qvadragesimo capitis decimi, & pergas usq; ad initium capitis decimi tertii, aut saltem perlegas diligentissime ipsum caput duodecimum.

Poteram ego horum omnium contextuum seriem, rationem, cohærentiam, mentem aliqvot paginis comprehendere, & tibi rem in illis contentam prolixius inculcare. Sed qvia supra in non paucis exemplis methodum & viam jam modo satis superqve demonstravi idoneam & necessariam, adeoqve deinceps brevitati studere debeo, iccirco paucis, qvod reqviritur, expediam.

Summa cõtextuum in 4. Evangelistis.

Agitur in capitibus & locis sacratissimorum Evangeliorum jam indigi-

digitatis de rebus gestis a Christo *in ultimo anno, imminente jam ipso tempore* passionis & mortis Dominicæ. Et apparet ex omnibus circumstantiis, qvod sub imminentem vitæ suæ terrenæ exitum Dominus noster Jesus Christus ,, omnes suarum cogitationum & actionum nervos in hoc intendere plusqvã ,, sategerit, ut concionibus maxime sanctis & gravissimis, simulq; singulariter stupendis miraculis, populo suo jam tandem adhuc semel ita satisfacere posset, ne de persona ipsius divina amplius vel qvicqvam dubitare haberent. Etenim, ut in Schola artificiali mea abunde demonstravi, nihilominus Christum suum morte mortificare & occidere potuisset æternus Deus, etiamsi nec ex ulla minima particula accederet vox & manus vicaria Judæorum istorum & gentium, in qvarum potestatem à Judæis tradebatur.

Ultimo sermones Christi ante passionem suã gravissimi.

De *sermonibus & concionibus ac disputationibus* prorsus divinis, & ita compositis, ut omnium ora obdurarentur, adeo, ut cum pudore discedere cogerẽtur, nec qvod ulterius regererent, qvicqvam sibi superesse viderent adversarii nunc nihil addo. Lectorem benevolum moneo & rogo, ut ipsemet istas postremas jam indicatas orationes, conciones & disputationes Christi ordine evolvat, & magnam sedulitate expendat & æstimet, *nimirum* de regno Christi politico non sperando, de duobus filiis, qvorum prior laborem primo detrectat, postea vero animum mutat, alter vero seu posterior laborem qvidẽ promittit, sed non præstat, de vinea patrifamilias, cujus filium coloni interficiunt, de convivis ad nuptias qvidem invitatis, sed non venientibus, an census dandus Cæsari, de resurrectione mortuorum contra Sadducæos, de magno mandato, de Messia, filio & Domino Davidis pariter, de hypocrisi Pharisæorũ, de ingratitudine urbis Hierusalem adversus legatos Dei, qvo alioqvi pertinẽt de prædictione destructionis Jerusalem, de consummatione seculi, de servo fideli & malo, de decem virginibus, de talentis elocatis, de extremo judicio.

De *miraculis* pauca sunt monenda, & qvidem non de duobus cœcis, qvibus visus restituitur prope Jericho, & de ficu arefacta mirabiliter: Sed de illis, qvæ tum ad illam eqvitationem, tum ad posteriora eqvitationem consecuta pertinent.

Miracula ultima Christi ante passionem etiam gravissima.

Extrema qvidem paupertas Christi notissima erat, qvi non habebat, ubi reclinaret caput suũ, multo minus eqvitatũ, aut hominũ magnificum comitatum jactare poterat, imo cui in hoc itinere nec satis, unde famem prohiberet, suppetebat. Interim a. internæ majestatis ipsius tanta erat vis, tantus splẽdor, tanta gravitas, ut & saxeos homines in sui admirationem attrahere potuisset.

PRIMUM miraculum ex omniscientia & omnipræsentia.

Jam diu in his locis non fuerat versatus Christus, imo ab ipso castello juxta corporalem suam rationem adhuc longius aberat. Interim tn. perfectissime novit, 1. qvod in castello ad horam & momentum ingressus duorum discipulorum inveniri debeant duo jumenta, 2. unum fœminini, alterum masculini

sexus,

sexus, 3. & hoc qvidem masculini sexus tale, super qvo hactenus in tota vita nemo sederat. Perfectissime novit, qvod 4. inventuri ea sint discipuli ambo alligata, 5. & quidem in introitu ad bivium, 6. foris extra caulam rusticam. 7. Novit, quod ibi aliquos viros offensuri sint discipuli, 8. qvibusnam verbis in compellando sint usuri, 9. prædicit eventum, qvi etiam reipsa fuit consecutus.

Tanta perfecta notia talium rerum in neminem cadere potest, nisi in eum, qui aut Deus est, aut qui divinam ipsissimam omniscientiam & *omni*-præsentiam sibi communicatam habet. Alii Reges regulariter, & quam plurimum falluntur, non possunt res alibi constitutas, nisi per plurimos internuncios, & post aliquot satis magna temporum intervalla cognoscere, interdum vix sua præsentissima pericula, & sibi structas, & jamjam imminentes insidias olfaciunt, ut sibi quocunque pacto cavere possent.

Hoc igitur omnino modo miraculoso suam personam & doctrinam summopere probare & confirmare multis suis auditoribus & spectatoribus potuit Christus, licet quoad externam faciem miserrimis & pauperrimis mendicis annumerandus esse videretur & putaretur.

Qvomodo miraculo primo Christi jam dicto moveri debuissent Judæi.

QuandoRex Syriæ pugnavit contra Regem Israelis 2. Reg. 6. v. 8. seq. isq; Rex Syriæ clam cum servis suis, hoc est, cum consiliariis suis consultavit de collocandis adversus hostem, Regem Israelis, insidiis, modo in hoc modo in alio sibi commodo loco: Ibi Deus arcana ejusmodi consilia omnia revelavit Regi Israeli; & Rex Israel a loco insidiarum quovis semper sibi cavit. Super hac re conturbatum fuit cor Regis Syriæ, ut suspectos inciperet habere proditionis Consiliarios suos, ac cum edoceretur, suos conatus revelari per Elisæum, misit equos & currus & exercitum gravem ad capiendum Elisæum. Quanto magis istud miraculum jam dictum commovere debuisset animos omnium comitum Domini nostri Jesu Christi, qvando in descensu Oliveti tanta omniscientiæ divinæ indicia in ipso perceperunt.

Usus primi jam dicti miraculi Christi apud nos.

Si autem Christus tunc temporis in statu exinanitionis observavit & scivit omnem statum & ordinem pecorum, & situm atq; *cogitationes* hominum, sicut etiam novit cogitationes publicani, & in quo loco templi stet, & quos externos gestus habeat Pharisæus, Luc. 18. quanto magis nunc in statu perfectissimæ exaltationis ipsi omnium hominum & omnium creaturarum immensam & perfectissimam notitiam, memoriam, inspectionemq; tribuere, & de ipso sacrosancte credere debemus.

Non aliter atque Deus ipse, hæc caro Christi λόγῳ unita cognitum in memoria habet numerum pecorum mille omnium ubiq; terrarum in montibus ambulantium, & novit atque reminiscitur omne volatile montium, & omnis fera agri est cum ipso, Psal. 50, 10. 11. Et sicut Deus numeravit omnia pecora & omnes infantes Ninivæ, ubi dicit esse duodecies decem millia hominum,

num,qvi non noverunt inter dextram suam, & sinistram suam, Jonæ 4, 11. hoc est,qvi non norunt hodie bonum nec malum,Deut.1,39. ita qvoqve eandem potestatem in cœlo & terra,caro illa nostra,vir ille CHRISTUS, qvoad carnem suam,accepit omnem,& omnem exercet in cœlo & in terra.

Vehementer collaudantur 1. apud Eusebium in libro temporum *Esdras*, qvod omnes libros Mosis memoriter recitaverit, qvos Chaldæorum Reges exusserant, qvod adeò tam futurorum prædictionibus,qvàm præteritorum ἀναμνήσει ex divini favoris indultu polleret, apud Josephum lib. 11. cap. 5. antiqvitat. qvin qvod Esdræ 4.per 40. dies continuos qvinqve Scribis sine intermissione 204.libros dictitasse dicitur, quando prius ab angelo porrectum sapientiæ poculum ebiberat, qvem tamen librum Esdræ tantummodò allego, ut auctorem qvendam Ecclesiasticum qvalemcunqve, non verò ut Canonicum.

Si coram mundo sunt collaudata qvædam communem sortem superantia. Homines tenacis memoriæ.

2.*Cyrus minor*,qvi omnium suorum Ducum nomina memoriter tenebat.

3. *Themistocles*, qvi civium nomina cuncta perspecta habebat.

4. *Portius latro*, qvi apud Senecam , qvæ semel audiverat,nunqvam oblivíscebatur, & omnium Ducum gesta ex tempore narrabat, non ceu pridem cognita depromebat,sed velut modo scripta ex memoria perlegebat.

5.*Nepotianus*, qvi apud Hieronymum qvævis dicta in medium citra mentionem nominis autoris prolata, tamen illicò cognoscebat &c.

6.Apud Cuspinianum *Fridericus I.* Imp.omnium eorum, vel infimorum, qvibus cum semel locutus esset, recordabatur.

7. *Maximilianus* etiam I.apud eundem tàm tenacis fuit memoriæ,ut cum semel aliqvem secum loqventem audivisset, post longam temporis intercapedinem agnosceret.

8. Apud Muretum *Corsicus* quidam adolescens, juris civilis studiosus Patavii,ad triginta sex millia nominum eo,qvo recitata essent ordine, absque cunctatione recitare poterat.

Sed hæ omnes memoriæ finitæ sunt,& ad certam mensuram locorum, temporum,personarum,rerum,sese extendunt: at in carne Christi immensa & infinita est reminiscentia omnium individuorum per omnia secula mundi,tum demortuorum,tum viventium,qvæ ultimo die per illam omniscientiam suam est judicaturus, imò prius etiam excitaturus, & unumqvodvis producturus in ea forma, in ea facie,qvâ hinc discessit,exceptis nævis,qvemadmodum pulcherrimè docet Justinus qvæst.LX. ad Orthodoxos.

Qvanto magis magni erant facienda ista Christi omniscientiæ & omnipræsentiæ opera.

Deinde aliud genus miraculorum hoc in loco occurrit, nimirum, quod Christus corda rusticorum,alioqvin difficilia, tamen unico verbulo movet, ut in illa Paschali septimana, plena tantorum concursuum ex omni loco sub Sole,*ut de Pentecostali concursu constat ex c.2. Actor. Apostolicorum*, discipulis jumen-

SECUNDUM miraculum Christi ex sua omnipotentia.

jumenta sua concedant, nec metuant, ne ipsis accidat, qvod sæpius accidit, sicut etiam Saul filius Cis, qværere necessum habebat amissas patris sui asinas, 1.Sam.9.v.3. cumprimis verò, qvod illo die in tanta urbe, omnium suorum hostium animos, & manus contineat, ut ne capillum unum ipsius tangere vel evellere audeant.

Multitudo hominum, qvanta in festis magnis in Hierosolyma convenire solita fuerit.

Huc enim pertinet illud, qvod nunc diligentius est scrutandum. Exod. 34,23. mandat DEUS, ut ter in anno ad locum sanctum arcæ fœderis confluat omne masculinum ex omnibus tribubus Israelis. Concurrebant igitur præter cunctos inquilinos terræ etiam illi Judæi, qvi propter nimiam fertilitatem gentis extra Judæam in aliis locis habitare necessum habebant; ideoq; ab illis locis, ubi habitabant, cognominabantur, Actor.2. v.9. Parthi, Medi, Elamitæ, ex Mesopotamia, Cappadocia, Ponto, Asia, v.10. Phrygia, Pamphylia, Ægypto, partibus Libyæ, Romano imperio, Cretes, Arabes: summatim ex omni natione sub Sole.

Multitudo in Paschate Hierosolymam confluentium ex multitudine agnorum Paschalium æstimari potest.

Potissimum autem tempore Paschatos freqventissimi confluebant ad edendum agnum Paschalem intra Hierosolymam. Hinc enim in bello 1. *captivorum* numerus comprehensus fuis *nonaginta & septem millium*, 2. mortuorum per omne tempus obsidionis, *undecies centum millia*; pleriq; autem fuere ex aliis locis, non indigenæ intra ipsam Judæam, ut ex Josepho monui in Schola sacrificiali.

Sed & præter hos jam indigitatos Judæos solitam fuisse Ethnicorum multitudinem Hierosolymis adesse, vel ex solo nomine atrii gentium recordari docti possunt. Et annotat Josephus de bello lib.7. cap.17.

Numerus agnorum Paschaliũ in uno festo Paschali 256500.

Hinc de agnis Paschalibus pro uno festo Paschatos ibidem numerat Josephus ducenta & qvinqvaginta sex millia & qvingentos pro personis, qvarum numerus apud ipsum extenditur ad vices centena & septingenta millia. Tantam igitur multitudinem, velut in carcere conclusam, invenit Imperator Romanus in ipsa urbe, qvam obsidebat.

Nota Lector, inter qvantos hominum præsentes in urbe exercitus ineqvitarit Christus.

Sed & tanta fuit præsens immensa multitudo ad illud Pascha, qvando diebus aliqvot antea CHRISTUS pauper asellum in eam ineqvitavit.

Odia & insidia qvanta & qvantorum exercituum erga unum Christum.

Jam verò intra urbem totus ordo *Sacerdotum* erga Christum odio perfecto erat inflammatus, qvi constabat ex magno numero. 1.Paral.23,3. numerantur 38000. Levitæ singuli nati annos triginta. Assume & Hierosolymam, mitte ad tempus Paschatos ex his solummodò decimam partem, fermè 4000. habebis, qvi fuerunt flabella seditionum adversus Dominum, unde Joh. 7,48. dicunt: *Nunc qvis ex Principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis, unde non in manifesto, sed velut in occulto ad festa ascendebat*, Joh.7,10. *qværebant enim comprehendere*, Joh.7,30.32.44. *qværebant eum interficere*, Joh.8,40. *tollebant lapides in templo, ut lapidarent eum*, Joh.8,58. *constituerunt, ut si qvis*

qvis confiteretur ex turba Christum, Synagoga moveretur. Joh.9,21. *rursus volebant eum lapidare,* Joh.10,33. *tandem consultabant, ut omnino trucidarent eum, non tamen in festo, unde iterum non palam inter Judæos versari poterat,* Joh.11,54. *dederant etiam Pontifices & Pharisæi* (qvorum PHARISÆORUM cumprimis magnus fuit numerus) *mandatum, ut si qvis nosset, ubi esset, indicaret.* Joh.11,57. *iterum consultabant de Lazaro qvoq; per Christum ex mortuis excitato, tamen trucidando.* Joh.12,10.

Etsi multi (seu aliqvi) *ex Principibus crediderunt in eum, tamen propter Phariseos non confitebantur, ne Synagoga moverentur, dilexerunt enim hominum gloriam potius, qvam gloriam Dei,* Joh.12, 42,43. Qvin & ita antea Principes subinde commovebant turbam, sicut postea faciebant, *ut peterent Barrabam,* Marc.15.v.11. unde tandem exclamavit universa turba, iteratis vicib9, & vocibus magnis, & invalescebant voces omnium & Principum Sacerdotum, *ut crucifigeretur.* Luc.23,18.& seqq. Judæi clamantes Pilato dicebant: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, qvicunq; se Regem facit, contradicit Cæsari,* Joh.19,v.12.

Atqve ex his & aliis circumstantiis facilè unicuivis conjicere fuerit, qvalis tunc intra Hierosolymam confluxerit exercitus Judæorũ; qvalis intra urbem seditiosissimus fuerit status, qvanta rabies, qvantus furor erga Christũ, cuj9 concionibus plusquam triennalibus tantopere Principes cumprimis & Sacerdotes fuerunt accusati & exacerbati, in ipsis Principibus & Sacerdotib9 qvanti conatus ad concitandã omnem plebem adversus hunc innocentissimum, qvanta item potentia Judæorũ, qvanta econtra Christi jam jam mortem suam non modò certius prædicentis, sed & simul expectantis, & lubentissimè tamen sponteq; subituri, in oculis bonorum hominum infirmitas.

Monarchæ in seditionibus subditorum sibimet metuunt & cavent,

In ejusmodi casibus, qvando Monarchæ provincias suas seditiosas audiunt, aut omninò abstinent ab omni ingressu, aut cum sufficientissimis copiis & selectissimis exercitibus appropinqvant, qvi tamen ipsi tunc temporis exitum omnem nosse neqveunt, qvin potius sæpè cum dedecore redire, aut prorsus perire solent. Cujus rei omnis exempla magno numero adducere poteram, non tantum ex historia sacra, sed etiam ex aliarum gentium qvarumvis antiqvitatibus.

Nota est historia Sennacheribi 2.Reg.19., qvi cum magna sua turpitudine, & re ingestâ, seu infectâ, magnoq; cum damno cedere coactus fuit.

Nota apud Herodotum historia, qvod Crœsus Halyn penetrans magnam pervertit opum vim.

Xerxis copia.

Nota & Xerxis, qvi tantos eduxit exercitus, ut, qvemadmodum idem scribit & loqvitur Historicus, potando amnes deficerent, tot naves, qvæ tri-

ennio vix parari potuerant. Et cum incesseret Xerxem cupido videndi omnẽ exercitum, vidit ex alto omnem Hellespontum navibus obductnm, omnia littora atq; Abydenorum plana hominibus referta, qvemadmodum scribit Herodotus lib. 7. Tam immensus ipsi erat exercitus ille, ut aliter numerari non posset, nisi intra unum locum contractâ unâ myriade, eâq; circulo qvodam conclusâ, intra qvem reliqvam postea multitudinem metirentur.

Philipp. in Chronicis ex Herodoto breviter rem omnem absolvit & inqvit: Exercitus dicitur fuisse decies centum millium hominum, qvem exercitum non legimus ullum duxisse Regem, nisi Tamerlanem Tartarum, qvi pervastavit Asiam, & captum Bajazethem in cavea circumduxit, & habuit qvater centum millia eqvitum, & sexcenta millia peditum.

Attamen licet tanto Monarchæ tunc tanti fuerint exercitus, tamen à tantilla tunc Græcia intra biennium omnes sunt victi, & Xerxes in parva cymba vix effugit manus hostium. Alia addere prohibet exempta brevitatis mihi à me ipso imperatæ studium.

At in exemplo nostro Hierosolymis nimirum confluere solebant, in gloriam Dei, ex magno fervore ad locum, ubi qvasi corporaliter præsentem habitare Deum, & sedere inter Cherubin in Sancto Sanctorum, tam certò norant, qvàm se ipsos norant.

Fervor tunc temporis in hominibus visitandi Hierosolymam ingens, & cur.

Huc igitur, inquam, qvasi (peto in bonam partem rapi) insano furore properabant & concurrebant, ut in festo ultimi Paschatis narrat Josephus lib. 7. cap. 17. de bello, longè longè plures, qvam hactenus indicavimus, exercit9.

Ignoscat mihi benevolus Lector, qvod in honorem Dei, & pro meliore informatione ex Josepho dimidium jam indigitatum caput huc asscribo. Verba istius loci in hunc habent modum: Et captivorum qvidem &c.

Habes, benevole Lector, paucis delineatam summam hostium Christi acerrimorum, & qvasi dentibus frendentibus ipsum dilaniare unicè anhelantium.

Exercitus Xerxis

Hierosolymis multitudo, 20070000.

Verùm enimverò ipse Dominus ac Salvator noster Jesus Christus, in oculis hominum infirmissimus omnium & pauperrimus visus, imò jam jam indies passurus & moriturus, & ab omnibus desertus, omnium insidiis expositus, ut tamen tandem divinissimo actu suam adhuc hostibus monstraret potentiam, qvod seipsum defenderet, manus hostium contineret, & hoc pacto animos ipsorum mitigaret & converteret, in medium tantorum hostilium exercituum ingreditur.

Christus cur asinis invectus inter tantos exercitus.

Qvin & ut daret occasionem, per qvam universa cuncta & singula individua ad spectandum plus & magis, ut in ridiculis rationi visis fieri solet, concitaret, tam puerili, stulto & contemtissimo eqvitatu, per civitatem & per media hostium agmina in templum usqve utitur.

Non

Non enim dubium est, sinisterrima de hoc eqvitatu fuisse magnatum judicia, & jam plebem à Pharisæis, si unqvam, gravissimè adversus ipsum commotam, præsertim propter cantilenas puerorum, & multorum bonorum acclamationes intermixtas, qvi tamen facilè mutari, & in sententiam Pharisæorum trahi potuerunt & soliti fuerunt, ut testatur eventus. Sic enim habent verba Evangelistæ Matthæi: c. 21. v. 10. *Cùm intrasset super asinam Hierosolymam, commota est UNIVERSA civitas.* Videtur igitur CHRISTUS bonam partem civitatis obeqvitasse, id qvod etiam aliqvi Historici annotant.

Porrò audi aliud gravius. Non tantùm sufficere debuit ipsi illa ineqvitatio, stulta visa, qvin potius statim 1. ingressus templum, qvod non æstimandum est ex hodiernis qvantumvis capacissimis templis; sed fuit instar amplissimæ & munitissimæ maximæ arcis seu munitionis; ibiqve omnia diligenter circumspexit, & zelo divino v. 12. *ejecit omnes vendentes & ementes in templo* (nimirum à Sacerdotibus sacrificialia pecora, qvi unam ovem pro sacrificio qvinqve vel sex viris fallaci modo vendere solebant) *mensasq; nummulariorum* (commutantium inregros siclos juxta mensuram Exod. 30, 13.) *& cathedras vendentium columbas* (pro sacrificiis) *pervertit; nec sinebat, ut qvisqvam vas per templum portaret*, Marc. 11, 16. *Clamabat etiam, Templum esse domum orationis; sed jam factum esse speluncam seu receptaculum latronum*, qvales speluncæ passim in sacris & profanis historiis notantur, ubi in una poterant degere qvater mille homines, apud Josephum lib. 14. cap. 27. & apud Strabonem lib. 16. Qvin & cum in ipso templo *venirent claudi & cœci, ibidem sanavit eos*, statim post ejectos ementes & vendentes.

TERTIUM miraculum Christi.

Speluncæ, receptacula & qvasi diversoria latronum & aliorum.

Interim autem etsi Pharisæi cum suis impiis turbis indignarentur & atrociter compellarent, tamen nemo vel digitulo eum tangere, vel manus etiam integras & inimicas in ipsum injicere ausus fuit, qvin potius ipse relictis eis salvus incolumis, tutus & securus, & in magna pace exiit extra urbem in Bethaniam, & ibidem diversatus est, qvo nemo etiam exire & eum capere audebat, sicut postea, qvando venerat hora ejus. Qvin & altero die in urbem & in templum rediit, & acerrimè taxavit Pharisæos & Sacerdotes, & gravissimas adversus ipsos movit disputationes, iterum securè, & citra periculum, qvia nondum venerat hora ipsius.

Et hoc igitur est illud ineqvitationis & ejectionis opus maximum, qvo CHRISTUS suam divinam potestatem ultimâ septimanâ vitæ suæ, cunctis Judæis denuò adhuc plusqvam manifestissimam reddere voluit,

voluit, qvam ipsi pacto ex his miraculis satis agnoscere, & manibus palpare debuissent.

Christus etiam primo anno ministerii ejicit ementes & vendentes.

Simili, seu eodem miraculo usus fuit in primo anno ministerii sui, seu in primo Paschate, qvod describitur Joh. 2, 13. ubi ita habet Johannes Evangelista: *Propè erat Pascha Judaeorum: ascendit igitur Jesus Hierosolymam,* v. 14. *& invenit in templo eos, qvi vendebant boves & oves & columbas & nummularios sedentes, factoq; flagello è funiculis omnes ejecit è templo & OVES & BOVES, & argentariorum nummulos effudit, mensasq; subvertit,* v. 15. *& iis, qvi columbas vendebant, dixit, tollite ista hinc.*

Effectus miraculorum tantorum Christi in Judaeis frustraneus.

Sicut autem in primo Paschate, post editum tantum miraculum, tamen stupidi manent petulantissimi Judaei, & aliud qvaerunt miraculum, qvemadmodum etiam postea fecerunt Matth. 12. post aliud qvoddam miraculum: ita nunc pergunt in sua malitia improbi, & insuper, qvi hactenus utcunqve faverant ei, deinceps etiam abalienantur.

Hieronymus omnium miraculorum Christi maximum censet, qvod post ineqvitationem vendentes & ementes ejicit, citra omne suum periculum.

Audiatur autem hoc de miraculo Hieronymus super Matth. 12. qvi in hunc modum scribit: Pleriqve arbitrantur maximum esse signorum, qvod Lazarus suscitatus est, qvod coecus ex utero lumen acceperit, qvod ad Jordanem vox audita sit Patris, qvod transfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphantis. Mihi inter omnia signa, qvae fecit, hoc videtur mirabilius esse, qvod unus homo, & illo tempore contemtibilis, & in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & Pharisaeis contra se saevientibus & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem mensasq; subvertere, & cathedras confringere, & alia facere, qvae infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim qviddam atqve sydereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas, lucebat in facie. Cumq; manum non audeant injicere Sacerdotes, tamen opera calumniantur, & testimonium populi atqve puerorum, qvi clamabant: Osanna filio David, vertunt in calumniam, qvod videlicet hoc non dicatur, nisi soli Filio DEI. *Hactenus verba Hieronymi.*

De Abrahamo Propheta & Patriarcha scribit in libello de Nobilitate Philo: Non sermonibus utebatur vulgaribus, sed divinitatem qvandam prae se ferentibus: qvoties enim arripiebatur numine, modis omnibus mutabatur in melius, vultu, colore, staturâ, motu, habitu, voce deniqve, spiritu divino supernè inspirante animam, etiam addente decorem eximium corpori, sermoni efficaciam, intellectum verò auditoribus. *Hactenus verba Philonis:* Ita hoc loco de Christo ejiciente vendentes & ementes simile aliqvid Hieronymus descripsit.

Summa, cur eqvitare Christus voluerit.

Ergo ex his omnibus huc usqve delineatis cuilibet apparebit gravissima causa ex contextibus hinc inde conclusa, cur Christus super tam

abjecto

abjecto animali in ipso aditu urbis eqvitare voluerit intra urbem, nimirum:

1. Ut hoc stulto qvasi spectaculo plures convocaret, attentiores redderet spectatores ad templum. Sic enim Prophetæ quoqve externis signis qvandoqve utuntur, ad internas res maximas designandas, ut Jerem. 13, v. 7. *lumbari seu jngulo computrescente*, & c. 18. *olla* & c. 19. v. 1. seq. *dissipatione lagenæ*, & c. 24. v. 2. *visione duorum calathorum ficis plenorum*, & c. 27. v. 2. *vinculis missis ad Regem Juda, & ad vicinos Reges*; qvæ omnia piis & doctis sunt notissima. Semper enim externis plus moventur homines, qvàm internis. Unde etiam stulto illo coram ratione viso Circumcisionis Sacramento promissionis de Missia ex Abrahami genitalibus, & semine prodituro longè latius meliusq; disseminari potuit, qvàm per multos libros. *1. Ratio, ut sint attentiores.* *Externa semper plus movent.*

2. Ut in illo introitu & in illa eqvitatione, licet expositus esset præsentissimo periculo tot hostium, tamen declararet, qvod non indigeret externis âuxiliis, sed qvod sua internâ divinâ majestate seipsum adversus hostes tueretur, & qvod tamen tandem qvidem pati velit, sed non nisi ex spontanea voluntate. Potuisset enim se semper & indesinenter adversus cunctos ita tueri, ne vel plaga una ab ipsis ei contigisset. Verùm Pater conjecerat super eum omnium nostrorûm peccata, ipse tulit infirmitates nostras. *II. ut demonstraret potentiam.*

Sicut autem tunc temporis in statu exinanitionis potentiam illam suam æternam, carni suæ communicatam, manifestavit; ita multò magis nunc in cœlis ad dextram DEI collocatus omnia efficere potest, qvæcunqve voluerit in cælo & in terra. Prosus igitur pulverulenta est Monarcharum mundi potentia, respectu potentiæ Christi. Nunqvam auditum est, qvod unus homo adversus tam multos prævaluerit, etsi qvoad typos CHRISTI in Simsone aliqvas similitudines prægustare nos voluit Dominus. Reges mundi sibi ipsis mederi neqveunt, nedum aliis. *Carolus V.* Phagedænam habuit, cui qvotidie recentem carnem apponere necessum habuit. *Fridericus III.* peponibus comestis periit, prius amissâ tibiâ. Ex pontificibus Romanis in flore constitutus unus per unum ingressum in os capillum periit. *Bajazethes* Turcicus Imperator victus ferreæ caveæ inclusus per totam Asiam ducitur, & Tamerlani, eqvum conscensuro, scabellum præbet, qvin & sub mensa ejus cibum expectare, instar canis, cogitur. *Sedechias* exoculatus ducitur longo itinere in Babyloniam. 2. Reg. ult. *Nabuchdonosor* per septem annos fit maniacus, Daniel. 4. Sed manum de hac tabula. *Potentia Monarcharum, erga potentiam Christi collata, nulla est.*

CXIV. DE

CXIV.

DE SIGNIS ULTIMÆ DIEI.

Matth. 24. v.29.30.31. Marc. 13. v.24.25.26.27. Luc.21, v.25.26.27.

AD Dominicam *secundam Adventus* proponitur in Ecclesia, ex Evangelii sacrosancti codice, prædictio Salvatoris nostri de signis ultimi diei. Nolo autem nunc illud tangere, qvod in allegatis integris capitibus simul misceat responsiones suas CHRISTUS, tum de interitu Hierosolymæ, tum de interitu mundi, qvia discipuli ex communi opinione existimabant, Hierosolymam non interituram, nisi in ipso ultima mundi die.

Duplicia signa recenset.

Anteqvam verò de illis ipsis, de qvibus proposui, agam, hoc silentio prætereundum non est, qvod distinctius in Evangelista, cumprimis Luca, duplicium fiat mentio signorum, qvorundam nimirum, qvæ præcedent interitum Hierosolymæ, reliqvorum, qvæ præcedent ultimum diem.

I. *Signa destructionis Hierosolymæ in Evangelista Luca.*

Qvod ad *primum* attinet, discipuli CHRISTUM interrogant dicentes: v. 7. *Magister, qvando hæc erunt* (qvod lapis in templo non relinqvetur super lapidem) *& qvod signum, ut ista fiant?* Respondet CHRISTUS: v.8. *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum* (CHRISTUS) *& tempus appropinqvat, nolite ire post eos.* v.9. *Cum autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri; oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.*

(Pergit CHRISTUS) v.10. *Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum,* v.11. *& terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames terroresq; de cœlo, & signa magna erunt;* v.12. *sed & ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & perseqventur trahentes ad Reges propter nomen meum.* v. 20. *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tum scito te, qvod appropinqvavit desolatio ejus, & Jerusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.*

II. *Signa ultimi diei in Evangelista Luca.*

Qvod ad *secundum* attinet, pergit continuo ductu CHRISTUS & ait: *Et erunt signa in Sole & Luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitu maris & fluctuum,* v.26. *arescentibus hominibus præ timore & expectatione, qvæ supervenient UNIVERSO ORBI. NAM VIRTUTES COELORUM MOVEBUNTUR,* v.27. *& TUNC videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & majestate.*

His

His ita absolutis, redit ad *primum*, & dicit: v. 28. *His* (supra expositis) *fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra, qvoniam appropinqvat redemtio vestra*, v. 31. *Et vos cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei.* v. 32. *Amen dico vobis, qvia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.*

Tandem redit ad *secundum*: v. 33. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* v 34. *Attendite vobis, ne graventur corda vestra curis hujus mundi, & superveniat in vos repentina illa dies*: v. 35. *tanquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.* v. 36. *Vigilate igitur, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.*

Qvomodo impleta fuerint signa destructionis Hierosolymæ priora, & longius antecedentia.

Ad *priora* & magis antecedentia Signa destructionis Hierosolymæ etiam pertinet, quod secuti post Christum sunt multi impostores, qui persuadere plebi conati sunt, quasi ipsi essent Messiæ & liberatores Judæorum, cumprimis adversus Romanos. Item creberrimæ seditiones & varii tumultus post ascensionem Christi nunc Hierosolymis, nunc in Cæsarea, nunc in Scytopoli, nunc in Ptolemaide, nunc in Damasco, nunc in Alexandria, & in omnibus pene locis, in quibus Judæi habitabant, in quibus tumultibus innumeri Judæi trucidati sunt, partim a Romanis, partim ab aliis incircumcisis Ethnicis.

Bella etiam erant inter ipsos Romanos post mortem Neronis, qvando modo Galba, modo Ottho, modo Vitellius imperium Romanum armis sibi vendicabant. Quæ omnia, & ut alia complura huc pertinentia apud Josephum in libris de bello Judaico prolixe legi possunt.

Magis propinqva seu connexa signa destructionis Hierosolymæ.

Quod attinet ad magis propinqua signa, Lib. 7. cap. 12. de bello, supra civitatem sidus stetit simile gladio, & per annum perseveravit cometes: præterea ante Solis occasum calendis Maji visi sunt per inane ferri currus toties regionibus, & armatæ acies, tranantes nubibus, civitati circumfusæ. Sed (inquit in conclusione hujus capitis Josephus historicus) homines fatum vitare non possunt, etiamsi præviderint. At vero hi SIGNORUM quædam pro sua libidine interpretati sunt, alia contemnere, donec patriæ excidio, suaq; pernicie eorum iniquitas consumta est. *Hactenus Josephus.*

Terra motus magni erunt, inquit Christus apud Lucam, *singulis locis, & fames & pestilentiæ* (φόβητρα καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται) *terriculamentaq; & signa* (alia horribilia) *e COELO magna erunt.* Syriaca versio. *Et erunt terriculamenta, & expulsiones & signa magna e cœlo apparebunt, & tempestates magnæ erunt.*

φόβητρα καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ,

Et Cometa φόβητρον a Christo dicitur.

Christus igitur cometam & currus in cœlis visos vocat φόβητρα & signa, qvo titulo etiam nostros omnes cometas cognominare debemus, qvod sint

sint φόβητρα & signa ad hoc facti, ut in genere terrorem incutiant hominibus, & in genere cogant agnitis peccatis ad pœnitentiam confugere totas provincias, quanquam libro 1. contra Celsum Origenes scribit, qvod legerit in Chæremonis Stoici commentario, quem de cometis conscripsit, quomodo interdum etiam res bonas futuras exorti cometæ præsignaverint, idque declaret exemplis petitis ex historiis: de quibus alio loco ego plura. Sed his missis ad signa ultimum diem proxime præcessura propius est redeundum.

Si ergo aliquis textum sanctum cum ἀκριβείᾳ expendere & æstimare aggressus fuerit, præsertim in Evangelista Luca, is sensum non alium, nisi ejusmodi invenire sese posse profiteri necessum habebit. *Post multa elapsa* definitorum intervallorum tempora, quibus gentes Hierosolymam civitatem calcabunt, utpote quæ nunquam reædificabitur, juxta prophetiam Danielis cap. 9. versibus postremis. *Post decursa igitur gentium illa tempora*, ibi 1. ERUNT signa in cœlo & stellis cœli. 2. ERUNT angustiæ GENTIUM habitantiũ juxta mare, & juxta salum, & formidantium fluctus & commotiones maris. 3. EXANIMABUNTUR, ἀποψύχονται homines præ timore & expectatione malorum impendentium & invadentium οἰκουμένην seu orbem terræ, NAM POTESTATES COELORUM AGITABUNTUR, *vetus versio*; nam virtutes cœlorum movebuntur. *Hoc est*, videbunt potissimum viventes circa imminentem jam jam ultimum diem tam magnas mutationes, concussiones, agitationes virtutum in cœlis, hoc est, Solis, Lunæ & astrorum, ut in tanta consternatione sint desperaturi & prorsus animam amissuri, idq; præ metu earum rerum, quas orbi terrarum in illa & ex illa Solis, Lunæ & astrorum inordinatis & periculosis concussionibus & mutationibus jam jam imminere haud obscure vel manibus palpare, & certissime ratiocinari nolentes volentes poterunt & cogentur.

Signa proxima ultimi diei.

Vetus versio: In terris erit pressura gentium, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ supervenient universo orbi, NAM VIRTUTES cœlorum movebuntur, *nimirum* sicut antea dixerat, *erunt signa in Sole, Luna & astris*, καὶ τότε ὄψονται, *& tunc videbunt Filium hominis venientem in urbe &c.*

Qvid sint potestates seu virtutes cœlorum.

Qvid sint *potestates cœlorum*, facile ex aliis locis potest æstimari.

Psal. 33. v. 6. τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, hoc est. Quicquid in cœlo reperitur operum, ut sunt stellæ.

Psal. 89. v. 10. κράτους θαλάσσης, Tu dominaris *potestati maris*. hoc est, fluctibus maris, ut continuo ibidem additur,

Sic dicitur, κόσμος οὐρανοῦ, ornatus cœli, Deut. 4, 19. & 20. nimirum Sol, Luna, Stellæ, ut ibidem mox adjicitur, ne *videas Solem, Lunam & stellas*, o-

lat,omnem militiam cœli, ubi *vetus Versio*, Solem, Lunam & omnia astra cœli, *sicut* Genes. 2, 1. in Græcis dicitur cœlum & terra & *omnis mundus* eorum perfecta esse, seu facta esse, ergo & cœlum & terra habent mundum,hoc est, alia opera intra sese a Deo facta, seu omnes creaturas alias, qvæ sunt in cœlo & terra.

Matth 8,9.Homo sub potestate constitutus, ὑπὸ ἐξουσίαν, *hoc est*, sub magistratu,Luc.4,5.6. regna mundi *dicuntur* potestas,ἐξουσία, *ostendit Diabolus Christo omnia regna terræ in puncto temporis, & dixit, tibi dabo potestatem universam hanc*.Luc.12,11. *Cum adduxerint vos ad Synagogas & ad magistratus* & ad potestates ἐξουσίας &c. sicut antea præfectus inverso ordine potestatem vocabat suum magistratum.

Rom.13,1. Magistratus iterum dicuntur potestates sublimiores, ut & Tit.3,1.Ephes.2,2. Κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος,τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Hic ἐξουσία & πνεῦμα pro uno & eodem accipiuntur. Et Eph.6,12. imperia & potestates *exponuntur* mundi Domini, spirituales malitiæ in sublimi. Vide etiam Coloss.1, 16. & cap. 2,10. 15. ubi iidem dicuntur κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι. 1. Petr. 3, 22. Christus ad dextram Dei, profectus in cœlum, subjectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων, ubi unum & idem sunt angeli, potestates, virtutes. Ergo hoc qvoqve in loco *virtutes cœlorum* sunt Sol, Luna & stellæ cœlorum, qvæ potenter agunt in hæc inferiora per lumina sua.

Qvomodo autem virtutes cœlorum seu stellæ ipsæ sint mutandæ,apud *Qvomodo*
Math 24,29. clarius docetur: *Sol obscurabitur,Luna non dabit lumen suum,* *virtutes cœ-*
stellæ cadent de cœlo, Emphaticum est verbum Græcum σαλευθήσονται, qvia *lorum moveri debeãt.*
σαλεύειν est fluctuare, fluitare (à σάλος salum, ora maris) jactare,agitare, σαλευθή-
concutere,qvassare,movere,exagitare,tripudiare, stabilitatem & firmitatem σονται
suam deponere, vel relinqvere. *qvid signi-*
Videtur igitur, qvod Sol & Luna instante jam jam adventu Domini *ficet.*
non amplius cursum suum usitatum conservabunt, & lumine suo reipsa privabuntur, non ad tempus illud inhibebitur ipsis, sicut fit in naturalibus & Physicis Eclipsibus, stellis qvoqve eadem continget privatio & instabilitas atqve infirmitas.

Sed & mare sonabit: ἠχέειν est, sonum edere, Actor.2. v. 2. *Factus est e* ἠχέειν.
cœlo sonitus (qvasi tuba) *tanqvam ruentis flatus violenti*; 1. Cor. 1, 13. dicitur *qvid signifi-*
æs personans,sicut pulsata dolia sonant, & fabricantur vasa seu machinæ, qvi- *cet.*
bus sonus editur,*sicut* cavæ rupes & valles solent esse argutæ, vel qvasi loqvi & sonitum edere aridum seu stridulum seu canorum, *sicut* κατηχεῖσθαι dicitur is, cujus auribus aliqvid insonatur, *sicut* ὑψηχέες ἵπποι dicuntur apud

Poetam

Poetam eqvi Iliad. ζ. Sonipedes, qvorum incedentium pedes altum sonitum edunt.

Mare resonabit.

Etsi vero maria nunc qvoqve sonant cum fluctibus suis, tamen qvilibet facile conjiciet, illum qvoqve sonum maris, qvi exanimabit homines, una cum reliqvis signis longe futurum altiorem & graviorem, qvem nos nunc satis cogitare non possumus.

Apparebit signum Filii hominis.

His igitur præcedentibus, statim apparebit *signum filii hominis* in cœlo, Matth.24. hoc est, *ipse filius Dei*, ut exponunt Marcus cap. 13,26. & Lucas cap.21,27. sicut τὰ *Erunt SIGNA in Sole, & Luna & astris*, Luc.21,25. exponuntur apud Matthæum & Marcum, pro ipsis *obtenebrationibus Solis & Lunæ, & pro decidentibus stellis ipsismet.*

Eclipses Physicæ non sunt illa signa, qvæ ultimum diem jam imminentem qvam proxime præcedent.

Ex hac admodum facili & perspicua textuum sacrorum resolutione qvilibet animadvertet, non loqvi Servatorem de Eclipsibus hodie & inde ab exordio mundi usitatis, qvia in his nulla fit obscuratio realis, qvalis facta fuit tempore passionis Dominicæ, ubi σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν καὶ ὅλην τὴν γῆν, *tenebræ factæ sunt super universam terram*, Matth.27,45. Marci 15,33. καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, *& obscuratus Sol*, Luc. 23, 45.

Sic ergo in hoc loco jam jam imminente ultima die Soli non manebit firma sua illa indita & hodierna lux, nec Lunæ, nec astris; unde in immensum augebitur horror præ expectatione rerum, qvas illico secuturas ipsi homines tristissimi ratiocinabuntur.

Sine dubio tales Eclipses, qvales hodie fiunt, etiã in statu innocentiæ contigissent.

Hodiernæ Eclipses toto genere differunt ab illis obscurationibus & commotionibus siderum; nec dubium est, tales Eclipses, qvales nunc fiunt, etiam fuisse futuras in ipso statu innocentiæ, siqvidem post lapsum & propter lapsum nullam inter motus siderum mutationem divinitus institutam legimus, aut colligere valemus. Aut igitur hodiernæ Eclipses in statu integritatis eodem pacto contigissent & prædici potuissent, aut necesse est, ut demonstretur, statum & rationem motuum cœlestium post lapsum aliter sese habere cœpisse, qvam sese habuit ante lapsum.

Jam dicta Signa proximi cohærebunt ultimo diei, qvi illico ibi solvẽtur elemẽta & creatura Ergo tanta & vera Solis obscuratio ultimũ diẽ proxime antecedens secum portabit combustionem mundi.

Qvamprimum autem illa Signa jam dicta apparuerit, illico simul ut jam modo ex Evangelistis indicavi, aderit præsens *Filius Dei, in gloria sua cum omnibus sanctis angelis, cum hortationis, clamore & voce Archangeli, ac tuba Dei de cœlo descendens. Et excitabit primum mortuos, mox vivos reliqvos in aerem ad sese accipiet.* 1. Thess.4.16.17. *Simulq; totum cœlum ac totam terrã igne perdet, ut cœli cum stridore prætereant, & elementa æstuantia solvantur, & terra, ut & ea quæ sunt in ea exurantur, cœli*, inqvam, *conflagrantes solventur & elementa æstuantia liqvescent*, qvemadmodum Apostolus Petrus Epistola sua posteriore, capite tertio a versu septimo usqve ad decimum qvartum, loqvitur.

Qua-

Quapropter signa illa in Sole, & Luna, & astris, & mari, *hoc est*, extraordinariæ & miraculosæ illæ mutationes & obscurationes Solis, Lunæ, & stellarum videntur esse signa seu opera non longe antecedentia, sed quam proxime connexa cum ipso interitu totius mundi, seu destructionis hujus mundi, imo sunt INITIUM ipsius illius destructionis & interitus mundi, nō aliter atq; cum immensus fragor animadvertitur, & illico collabitur aliquod ædificium. Lutherus in domestica Postilla editionis Jenensis, utitur exemplo ægroti, quem obiturum prædicimus, wenn er die Augen verkehret/&c.

Ut Eclipses vulgares aliquis appellet, & ad plebem doceat, seu similitudines, seu signa latissime & generalissime dicta destructionis & interitus mundi, sicut etiam facit Lutherus in domestica Postilla, nequaquam refragabor, ut & illas stellarum exonerationes, quas Philosophi in meteorologicis stellas cadentes cognominant. Aliud autem esse, quod stellæ cadent in ultimi diei aditu, ex hactenus dictis satis colligi posse autumo. *Quomodo physicæ Eclipses possint cognominari signa interitus mundi.*

Etsi vero signa stellarum jam indicata dicentur proximum initium ultimi diei, nihilominus tamen verissima manent, quæ in sacris dicuntur, *quod de die & hora illa nemo novit.* Non enim multis annis ante ipsam destructionem mundi evenient. Dies enim & nox seu dierum & noctium usitatæ vicissitudines manebunt usq; ad interitum mundi, Gen. 8, 22. Jerem. 33, 20. *De die illo nemo novit Marci 13. v. 32.*

Quædam longius præcedentia signa ultimi diei in sacris proponuntur nobis, 1. primo clarissimæ prædictiones, 2. deinde malitia hominum in immensum crescens, Matth. 24. 37. *Sicut fuerunt dies Noe, ita erit & adventus Filii hominis*, v. 38. *Sicut enim erant in diebus ante diluvium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam*, v. 39. *& non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes ; ita erit & adventus Filii hominis, &c.* Sed & hæc differunt ab illis ultimi diei connexis signis. *Quædam alia signa.*

Cæterum, quæ hucusque de explicatione textuum sacrorum scripsi, ea volo esse subjecta judicio omnium piorum & doctorum. Scio passim discrepare veteres & recentes; imo *Brentius* hæc eadem Oracula sacra in homiliis super Lucam etiam ad signa præcessura destructionem Hierusalem applicare conatur, & in ea parte a Luthero discrepat. *Protestatio autoris.*

Interim tamen declarationis litteralis a me datæ non obscura deprehendi vestigia in ipso Luthero, fatebitur, quod spero, qvi hæc sequentia Lutheri dicta expendet.

Lutherus in Postilla domestica, prout Jenæ opera Nicolai Ambsdorffii tum ista Postilla, tum reliqui tomi Jenenses accuratius prodierunt, inter alia dicit, Ich gläube/daß etliche (doch vielleicht nicht die meisten) Zeichē hernach geschehen werden/eben/wañ der Jüngste Tag itzt herein wird brechen/darum *Lutheri sententia de signis E. Diei in Postilla Tom. Jenens.*

um sollen wir uns an dem genügen lassen/ daß der HErr lehret/ wo wir solche Zeichen sehen und gewarten sollen/ und wann wir etliche derselben sehen/ sollen wir uns auf diese Zukunfft schicken/ u. nicht warten/ biß sie alle geschehen sind/ damit wir nicht übereilet werden. An der Sonnen und am Mond geschehen zweyerley Zeichen/ erstlich/ daß sie ihren Schein verlieren. Ob nun solches nicht seltzam/ dazu natürlich ist/ (denn man kans aus der Kunst eigentlich rechnen/ und zuvor wissen/ ehe es geschicht) so ists gleichwol ein Zeichen/ wie es im Matthäo klar ist. Aber neben diesen können an der Sonnen auch mehr Zeichen geschehen/ die man nicht kan zuvor wissen/ sondern fallen plötzlich herein/ wieder alle Mathematica, wie die Finsterniß zur Zeit/ da Christus am Creutz hat gehangen. Dann die Kunst hält so/ daß die Finsterniß muß geschehen im Anfang des Monds/ wenn er neu wird. Wenn es aber geschicht im vollen Mond/ oder im ersten Viertel des Monds/ gehets nicht natürlich zu. Nun geschach die Finsterniß zur Zeit des Leidens Christi am Creutz im vollen Mond/ darum ist solche Finsterniß ein sonderlich groß Wünderwerck gewest. Ob wir nun dergleichen nicht haben gesehen/ so kan es sich doch sehr bald zutragen. So haben wir auch nun diese zwantzig Jahr her viel ander wunderliches Dinges gesehen/ welches alles ungewöhnlich und seltzā ist. Als daß ein Regenbogen üm die Sonnen gehen sol/ daß die Sonne sich gleich theile/ und viel Sonnen gesehen werden/ item/ daß neulich drey Cometē innerhalb zweyen Jahren gesehen worden/ u. daß an andern Orten offt Erdbeben geschehen sind. So ists nicht ungläublich/ daß dergleichen auch etwas dahinden sey/ welches wir zuvor nicht gesehen haben. Darum haben wir allbereit Warnung an der Sonnen gnug/ daß wir nicht sicher seyn/ sondern der seligen Zukunfft unsers HErrn Christi gewarten sollen.

Die andern Zeichen/ davon Christus hie meldet/ sind das grosse Brausen der Wasser/ daß es tobet/ als wolle es alles untergehen/ denn gleich wie ein Mensch/ wenn er natürlich sterben sol/ erstlich kranck wird/ kriegt ein Fieber/ Pestilentz/ oder ander Kranckheit/ welches alles Zeichen sind/ daß er davon sol. Also wird die Welt auch gleich kranck seyn/ der Himmel wird kröchzen/ Wasser/ Erde/ und die Menschen werden sich stellen/ als seyn sie kranck/ werden sich kümmern und sich übel gehaben/ ehe es gar zu Boden gehet. Hactenus verba Lutheri ex Postilla Jenæ edita, sed & idem Lutherus ab hac sententia in principalibus non discrepat in Postilla domestica edita Witebergæ, etsi etiam Physicas Eclipses addit inter signa, verba sunt hæc:

In Postill. Domest. Witteb. Eclipses Physicas inter signa addit Luther.

Von den Zeichen sagt Christus erstlich/ daß an der Sonn/ Monden und am gantzen Himel und andern Creaturen/ auch im Wasser u. Meer/ schreckliche Zeichen geschehen werden/ welchs (wie ich achte) nicht allein auff eine Zeit zu deuten/ als solten die Zeichen alle nur kurtz vor dē Jüngsten Tage hergehen/

gehen/ u. allein von denen/ die denselbigen erleben werden/ gesehen werden/ Sondern er redet in gemein von allerley Zeichen/ so in der Welt allenthalben/ u. immer für und für/ vor dem Ende geschehen sollen/ welcher ob wol etliche/ als Finsterniß der Sonnen und des Monden/ für natürlich gehalten werden/ u. also/ daß man aus gewisser Kunst von des Himmels Lauff/ zuvor wissen und rechnen kan/ wenn sie sollen geschehen/ so geschehen doch daneben auch viel andere ungewöhnliche/ die man nicht zuvor wissen kan/ die unversehens und plötzlich daher fallen/ wieder alle Mathematica, wie die Finsterniß gewesen ist/ da Christus gecreutziget ist/ welche ist nicht zu der Zeit geschehen/ da sonst der Sonnen Finsterniß natürlich werden kan.

Denn die Kunst hält also/ daß solches geschehen muß im Anfang des neuen Monden/ wenn beyde/ Sonn und Mond an einem Ort des Himmels bey einander sind/ und so gar nahe untereinander stehen/ daß der Mond für die Sonnen tritt/ und sie bedeckt/ daß sie nicht scheinen kan/ und kan solches natürlich zu keiner andern Zeit geschehen/ darum/ wenn zur andern Zeit/ im vollen Mond oder in einem Viertel des Monden/ am hellen Tag ein Finsterniß wird (als zur Zeit des Leidens Christi) so gehets nicht natürlich zu/ und ist ein sonderlich Wunder.

Aber es geschehen nun solche und andere Zeichen am Himmel/ natürlicher oder übernatürlicher weise/ so sind sie gleichwol Zeichē/ dazu von Gott geordnet/ daß sie der Welt etwas bedeuten/ wie allezeit der Sonnen und Monden Finsterniß/ welche wir sonderlich in diesem Jahren viel und grosse/ auch offt in einem Jahr etliche gesehen haben/ so können auch bald (sonderlich wenn es nun gar wil am Ende seyn) sich viel seltzame/ neue/ ungewöhnliche begeben/ wie man deñ in den nähern zwantzig oder dreyßig Jahren viel wunderlicher seltzamer Gesichtē und Zeichen hin und wieder gesehen hat/ als viel seltzamer Regenbogen/ u. andere Zeichen/ Creutz/ zwo oder drey Sonnen/ Sternschiessen/ Cometen auf einander folgend/ feurigen Himel/ blutrothe Sonnen etliche Zeit und Tage aneinander/ ohne das/ so noch täglich geschehen kan/ welche fast schrecklich anzusehen/ wo sie zugleich oder mit einander solten gesehen werden/ oder wenn sie zusamen beschrieben u. gemerckt würden/ weil sie aber einezlen nach einander geschehen/ hat man ihr bald vergessen/ wenn sie fürüber sind/ und man ihr gewohnet wird. Hactenus omnia verba Lutheri.

Ex qvibus verbis Lutheri apparet, ipsum in principalibus (etiam in hac Postillæ domesticæ seu œconomicæ editione Wittebergensi, quæ à Jenensi editione sæpe discrepat, lege Præfationes & confer ipsas conciones) qvoqve collineare ad illam sententiam, qvam ego huc usq; ex contextibus prorsus literalem scrutari & servare studui, qvæq; ut dixi, censuræ omnium doctorum committo, nec plura nunc adjiciam, sed in Meteorologiam meam sacram differam. Lutherus etiam alias qvascunqve Eclipses constituit signa ultimæ

Postilla Luth. Witteb. discrepat sæpe à Jen.

ultimæ diei, cui non movebo litem, modo unice hoc peto, ut hanc meam ut privatam declarationem lector benevolus mihi soli ascribat & indulgeat, eam probe examinet, & de eadem, quantum ipsi debeat tribui, suum liberrimum proferat judicium, non tamen sine sufficientibus rationibus, siquidem nec ego communem doctorum sententiam huc usq; cum morositate aut ex contemtu vel contumelia sugillare constitui, sed relinquo etiam in suo vigore, contentus dicere, quæ mea mihi videatur privata opinio & conjectura de intellectu verborum Christi.

Matth. 11,5.

Πτωχοὶ Εὐαγγελίζονται,

Versio Latina:

Pauperes Evangelizantur.

Lutheri Versio:

Den Armen wird das Evangelium geprediget.

Multis de causis hoc in loco inserere mihi placet ea, qvæ de hoc Oraculo sacro ante annos aliquot Dresdæ ex me quæsivit Jurisconsultus Clarissimus, & Electori Saxoniæ a præcipuis Ecclesiasticis & Politicis Consiliis; & non modo in Theologia, verum & cumprimis in hac ipsa methodo scrutandi & enucleandi sacras literas cum magna laude versatissimus, amicus & fautor meus honorandus, Dominus Doctor LEONHARTUS COPPELIUS Norimberg., nimirum, annon activa, vel, ut in Scholis loquimur, MEDIA significatione leniore exponi possint & debeant hæc verba, in hunc modum: *Pauperes Evangelizant*, die Armen predigen das Evangelium.

Leonh. Coppelii D. sententia active explicās εὐαγγελίζονται.

Causam expositionis activæ, & ut vocant, rationem decidendi afferebat vir excellentissimus illam, ex contextibus petitam eruditione singulari plenam.

Causa missionis discipulorum Johannis ad Christū.

Nimirum discipuli Johannis mittuntur ad Christum, ut *confirmentur* ex ore proprio Christi, quod Christus sit verus Messias. *Ipse* enim Johannes de Christo Messia ne minimum habebat dubium, utpote qui Johan. 1, 29. digito ipsum demonstravit, & exclamavit, *Ecce ille agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

Discipulis igitur Johannis ad sese venientibus & quærentibus Christus ipsemet talem & tam nervosam responsionem proponit, petitam ex talibus miraculosis operibus, quæ nemo nisi Deus solus & Christus Messias exhibere & præstare potest. *Euntes* (inquit Jesus) *renunciate Johanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me*, Matth. 1, 16.

Oppor-

Opportunissime autem annotat Lucas cap. *7,21. quod in eadem hora* (quando ad Christum venerunt & qvæstionem suam proposuerunt discipuli Johannis) *quod*, inquam, *in illa ipsa hora multos curavit a languoribus suis, & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum JESUS.*

Ex his igitur operibus miraculosis Christus responsionem petivit & desumsit, juxta illud vulgatum, MALO ESSE, quam DICI, sicut DEUS hodie non amplius voce ex cœlo, sed FACTIS quotidie nobis loquitur, sicut in Actis Apostolicis huc respiciunt Barnabas & Paulus in concione ad Ethnicos habita, ubi inter alia dicunt, cap. 14.16.17. *Qui Deus in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas, & quidem non sine testimonio semetipsum reliqverit benefaciens, de cœlo dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda.*

Responsio a Christo discipulis Johannis datur non verbis sed ex factis. Deus semper & hodie FACTIS loqvitur.

Qvémadmodum autem hæc omnia *qvinqve* nihil sunt aliud, nisi *quinque* miracula, 1. cœcis restituere visum, 2. claudis facultatem ingrediendi reddere, 3. mundare & sanare leprosos, 4. surdis aperire aures, 5. resuscitare mortuos, ita qvoqve necesse est, ut *sextum* opus his *qvinq;* operibus miraculosis ratione & necessario connexu contextuum in hoc ita conveniat, ut pro magno, immo majore vel maximo, qvam fuere præcedentia, miraculo haberi queat.

παρασκευὴ ad illud, qvidnam pauperes Evangelizantur.

At quot pauperibus (sive corpore, sive spiritu & conscientia pauperibus,) annunciatur Evangelium, nec videtur novum quippiam, neqve qvippiam miraculosum.

Nam sub *toto veteri Testamento* Prophetæ Evangelium de CHRISTO annunciarunt, & multis typis sacrificialibus & aliis jussu divino Ecclesia illud ipsum proposuit, Gen. 3,15. & 12,3. & 49,10. Esa. 53. Dan. 9.

Sic multo magis *in novo Testamento* qvavis occasione peccatores alliciuntur & ad CHRISTUM invitantur omnes, inprimis per discipulos hujus rei gratia emissos, Matth. 10. v. 7. Citra omnem exceptionem, inquam, prædicare jubentur, ut pauperibus, ita divitibus, ipsi discipuli Christi, id quod etiam sine dubio factam fuisse tum Sadducæorum & Pharisæorum, & Publicanorum tanquam aulicorum, atque aliorum exempla confirmant, quibus Johannes Baptista statim prædicavit Evangelium, Matth. 3, 7. item toti Ecclesiæ Nazarethanæ Evangelium ex Esaia 61. v. 1. prædicat ipse Christus, Luc. 4.16. ubi congregati fuere pii & impii, divites & pauperes citra dubium. Vide etiam Lucæ 5, 17. unde postea publicanus venit Levi, factus discipulus Christi, qui fecit Christo epulum magnum, in domo sua, eratq; turba multa publicanorum & aliorum, qui cum ipsis accumbebant, versu 29.

Pauperibus Evangelizatũ fuit in vetere & novo Testamento, qvia inde ab initio post lapsum in paradiso & postea annunciatum fuit Evangelium hominibus, ut tandem a Christo & ab Apostolis.

Si in specie pauperes conscientiæ requiris, ecce in capite 3. Lucæ,

Johannes prædicat baptismum resipiscentiæ in remissionem peccatorum, & jubet rectas facere vivas & semitas DOMINI, & facere fructus dignos iis, qvi resipuerint: venit igitur *turba*, veniunt *publicani*, veniunt *milites* conscientiæ vulneribus saucii, & à Johanne Baptista consolationes accipiunt de emendanda vita, CHRISTO agno DEI, qvi tollit peccata mundi, agnoscendo & colendo. Vide Luc. 3. a v. 4. ad versum usqve decimum nonum.

Si ergo proprie judicando tam magnum miraculum non est, prædicare pauperibus Evangelium, qvam magna sunt miracula 1. resuscitare mortuos, 2. sanare surdos. 3. leprosos, 4. claudos, 5. cœcos, cum qvibus miraculis conjungit CHRISTUS τὸ Evangelizantur pauperibus, tum necesse est, ut statuatur, in ea propria significatione tale magnum proprium & reliqvis connexis similimum esse miraculum, qvando de sensu accipitur, nimirum, qvod piscatores & publicani, homines laici, ignari doctrinæ eruditæ, & non exercitati, tunc temporis a Christo sua virtute divina, uno momento mutati sunt, & facti idonei doctores, qvi jam jam necessaria intelligere & in sese retinere, indeqve ubivis locorum tam apte concionari poterant, ac si per aliqvot annos in Scholis & Academiis fuissent versati. Sic igitur erunt sex miracula propria 1. sanare cœcos, 2. claudos, 3. leprosos, 4. surdos, 5. resuscitare mortuos, 6. ex piscatoribus in momento facere doctores verbi idoneos, qvi Evangelizentur, cum sint pauperes.

Porro an Oraculum hocce hunc sensum activum vel medium admittere possit, primum ex vocabulis Græcis πτωχοὶ & εὐαγγελίζομαι tanqvam ex lingva Spiritus Sancti videndum, deinde ad contextuum evidentiam & judicium redeundum erit.

Πτωχοὶ.

Ad vocabulum πτωχοὶ, *pauperes*, qvod attinet, Gal. 4, 9. vocantur πτωχὰ στοιχεῖα, *egena elementa*, hoc est, sicut ibidem additur, ἀσθενῆ, *impotentia, infirma*, *nimirum* leges cæremoniales Mosaicæ, qvarum (*utpote* Christo tanqvam corpore præsente) tanqvam umbrarum *nullæ* amplius erant utilitates & facultates.

Sic 1. Sam. 18, 23. David sese vocat *virum pauperem & tenuem, adeoq; indignum, qvi Regis gener fiat*. In Græco est ἀνὴρ ταπηνὸς καὶ οὐκ ἔνδοξος, humilis & non celebris. Job. 24, *14. Mane primo consurget homicida, interficiet egenum & pauperem*. Jerem. 5, 4. *Dixi pauperes* (πτωχοὶ) *stulti facti sunt, non noverunt viam Jehovæ, & judicium Dei sui*.

Sic discipulos suos CHRISTUS vocat νηπίους *infantes seu parvulos, quibus Pater revelavit ea, qvæ abscondit a sapientibus & prudentibus*, Matth. 11, 25. Vere revelabat eis omnia Pater cœlestis per Spiritum Sanctum,

ctum, qvæcunqve loqvi debebant. Matth.10. 19.20. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut qvid loqvamini; dabitur enim vobis in illa hora* (in illo momento) *quid loquamini. Non enim estis vos, qvi loqvimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

Huc respicit Apostolus 1.Cor,1,26.27.28.29. *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed qvæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemtibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.*

Ambrosius in 6. caput Lucæ: Adverte cœleste consilium, non sapientes aliqvos, non divites, non nobiles, sed piscatores & publicanos, qvos dirigeret, elegit, ne traduxisse prudentia, ne redemisse divitiis, ne potentiæ nobilitatisqve autoritate traxisse aliqvos ad suam gratiam videretur, ut veritatis ratio, non disputationis gratia prævaleret. *Hæc ille.* AMBROSIUS.

Augustinus in Johannem Tractatu 7. Intelligere debemus ipsum Nathanaelem eruditum & peritum legis fuisse, propterea noluit illum Dominus inter discipulos ponere; qvia idiotas elegit, unde confunderet mundum. Audi Apostolum dicentem ita, videte vocationem vestram, fratres, qvia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed qvæ stulta sunt mundi, elegit DEus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit DEus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemtibilia elegit DEus, & ea, qvæ non sunt, ut ea qvæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Volens CHRISTUS superborum cervices frangere, non qvæsivit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem, Magnus Cyprianus Orator, sed prius Petrus piscator, per qvem postea crederet non solum Orator, sed & Imperator. Nullus nobilis primo electus est, nullus doctus, qvia infirma mundi elegit DEUS, ut confunderet fortia. Erit autem iste magnus & sine dolo (Nathanael) hoc solo non electus, ne cuiquam videretur Dominus doctos elegisse. *Hæc Augustinus.* AUGUSTINUS

Vere igitur, discipuli CHRISTI ex piscatoribus, publicanis & aliis erant πτωχοὶ, νήπιοι, pauperes, infantes, tenues, insipientes, siqvidem a pueritia ea non didicerant, qvorum prædicandorum causa a CHRISTO emitti jam tum expectabant, & simul revera emittebantur.

Et tantum de illo, qvod discipuli CHRISTI vere fuerint πτωχοὶ: jam de altero vocabulo restat videndum, qvod est εὐαγγελίζομαι. Hoc igitur verbum in sacris literis Novi Testamenti reperitur sæpissime, & qvi

τὸ εὐαγγελίζομαι in novo Testamento usurpatur significatione non passiva.

& qvidem in significatione activa qvadragies septies, in passiva vero non tam sæpe.

Etsi vero lectori hunc laborem committere poteram, tamen qvia maxime insigne hoc est exemplum, iccirco operationem ipsemet sustinebo, ut ex ea videat iterum, qvali labore ordineqve defungendum sit, qvi pie scrutatur scripturas.

Activam significationem in forma externa passiva habet vocabulum illud Ἐυαγγελίζομαι in his seqventibus 47. locis.

1. Luc. 1, 19. *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te (Mariam) & hæc tibi* ἐυαγγελίσαϑαί σοι ταῦτα.

2. Luc. 2, 10. *Dixit illis* (pastoribus) *Angelus* ἰδȣ̀ ἐυαγγελίζομαί ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, *Ecce* evangelizo *vobis gaudium magnum.*

3. Luc. 3, 18. Πολλὰ ϗ ἕτερα παρακαλῶν ἐυαγγελίζετο τὸν λαόν: *Multa alia exhortans* evangelizabat *populo, evangeliis, seu, gratis nunciis complebat populum.*

4. Luc. 4, 18. Πνεῦμα κυρίȣ ἐπ᾽ ἐμὲ, ȣ̃ ἕνεκεν ἔχρισέμε, ἐυαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέςαλκέ με.

Spiritus DOMINI super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me.

5. Luc. 4, 43. ὅτι ϗ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν ἐυαγγελίσαϑαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃.

Qvia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum DEi, qvia ideo missus sum.

6. Luc. 8, 1. Αὐτὸς διώδευε καϑὰ πόλιν, ϗ κώμην, κηρύσσων ϗ ἐυαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃, ϗ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ.

Ipse iter faciebat, seu ibat per civitates & castella prædicans (proclamans, annuncians, & qvod item est) evangelizans regnum DEI. Evangelizare ergo non potest exponi pro τῷ nuncians seu prædicans evangelium de regno DEi, sed saltem pro τῷ nuncians & prædicans regnum DEi.

7. Luc. 9, 6. Ἐξερχόμενοι διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας ἐυαγγελιζόμενοι, ϗ ϑεραπεύοντες πανταχȣ̃.

Egressi circuibant per castella, evangelizantes & sanantes vel curantes ubiqve.

Und sie giengen aus/ und durchzogen die Märckte/ predigten das Evangelium/ machten gesund an allen Enden.

8. Luc. 20, 1. Ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ἐκείνων, διδάσκοντος αὐτȣ̃ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, ϗ ἐυαγγελιζομένȣ, ἐπέςησαν οἱ ἀρχιερεῖς,

Factum

Factum est in uno dierum illorum, docente illo populum in templo & Evangelizante, convenerunt Principes Sacerdotum.

Es begab sich/ da er das Volck lehret im Tempel/und prediget das Evangelium/ da traten zu ihm die Hohenpriester.

9. Act. 5, 42. Πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύσαντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

Omni die non cessabant in templo, & circa domos docentes & evangelizantes Christum Jesum.

Und höreten nicht auff alle Tage im Tempel hin und her in Häusern zu lehren und zu predigen das Evangelium von Jesu Christo.

10. Act. 8,4. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.

Igitur, qvi dispersi erant, pertransibant, evangelizantes verbum Dei.

Die nun zerstreuet waren/ giengen um und predigten das Wort.

11. Act. 8,12. Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες,

Cum vero credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jesu Christi baptizabantur viri ac mulieres.

Da sie aber Philippus Predigten gläubten/von dem Reich Gottes/und von dem Namen JEsu Christi/ liessen sie sich täuffen beyde Männer und Weiber.

12. Act. 8,25. Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ κυρίου ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο.

Et illi qvidem testificati & locuti verbum Dei, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.

Sie aber/ da sie bezeuget und geredt hatten das Wort des HErrn/ wanten sie wiederum gen Jerusalem/ und predigten das Evangelium vielen Samaritischen Flecken.

13. Act. 8, 35. Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν.

Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens a scriptura ista, evangelizarit illi Jesum.

Philippus aber that seinen Mund auf/und fieng von dieser Schrifft an/ und prediget ihm das Evangelium von Jesu.

14. Act. 8,40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.

Philippus inventus est in Azoto & pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

15. Act.10,36. Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (οὗτός ἐστι πάντων κύριος.)

Verbum misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Jesum Christum (hic est omnium Dominus.)

Ihr wisset wol von der Predigt/die Gott zu den Kindern Israel gesandt hat/ und verkündigen lassen den Frieden/ durch Jesum Christum (welcher ein HErr über alles.)

16. Actor.11,20. Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν κύριον Ἰησοῦν.

Erant autem qvidam ex eis viri Cyprii & Cyrenæi, qvi cum introissent Antiochiam, loqvebantur & ad Græcos annunciantes Dominum Jesum.

Es waren aber etliche unter ihnen/ Männer von Cypern und Cyrenen/ kamen gen Antiochia/ und redeten auch zu den Griechen/ und predigten das Evangelium vom HErrn Jesu.

17. Actor.13,32. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην,

Et nos vobis annunciamus eam, qvæ ad patres nostros repromissio facta est.

Und wir auch verkündigen euch die Verheissung/ die zu unsern Vätern geschehen ist.

18. Actor.14,6.7. Συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.

Intelligentes confugerunt ad civitates Lycaoniæ, & ibi evangelizantes erant.

Wurden sie des innen und flohen in die Stadt/ des Landes Lycaonia/ und predigten daselbst das Evangelium.

19. Act.14,15. Καὶ λέγοντες, ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν &c.

Ac dicentes, viri, qvid hæc facitis? Et nos sumus iisdem affectionibus obnoxii, qvibus vos, homines, annunciantes, ut ab his vanis convertatis vos ad Deum illum vivum, qvi fecit cœlum &c.

Und sprachen: Ihr Männer/ was machet ihr da? wir sind auch sterbliche Menschen/ gleich wie ihr/ und predigen euch das Evangelium/ daß ihr euch bekehren solt von diesen falschen zu dem lebendigen Gott/ welcher gemacht hat Himmel und Erden

20. Act.14,21. Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες ἱκανοὺς ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν, καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν.

Cumq; evangelizassent civitati illi, & docuissent multos, reversi sunt Lystram, Iconium & Antiochiam.

Predig-

Predigten derselben Stadt das Evangelium/und unterwiesen ihrer viel/ und zogen wieder gen Lystran &c.

21. Act. 15, 35. Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν, τὸν λόγον τοῦ κυρίου.

Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & evangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini.

Paulus aber und Barnabas hatten ihr Wesen zu Antiochia/ lehreten und predigten des HErrn Wort/samt vielen andern.

22. Act. 16, 19. Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν συμβιβάζοντες, ὅτι προσκέκληται ὁ κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς.

ut autem visum vidit, statim qvæsivimus proficisci in Macedoniam, certi facti, qvod vocasset nos Deus evangelizare eis.

Als er aber das Gesichte gesehen hatte/ da trachteten wir alsobalden zu reisen in Macedoniam/gewiß/daß uns der Herr dahin beruffen hätte/ihnen das Evangelium zu predigen.

23. Act. 17, 18. Τινὲς δὲ τῶν ἐπικουρείων καὶ τῶν στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ, καὶ τινες ἔλεγον, τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; οἱ δὲ, ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο.

Qvidam autem Epicuræi & Stoici Philosophi disserebant cum eo: & qvidam dicebant: Qvid vult semini verbius hic dicere? alii vero, novorum dæmoniorum videtur esse annunciator, qvia Jesum & resurrectionem annunciabat eis.

Etliche aber der Epicurer und Stoicker Philosophen zanckten mit ihm: und etliche sprachen/ was wil dieser Lotterbube sagen? Etliche aber/ es sihet als wolte er neue Götter verkündigen/ das machte er hatte das Evangelium von Jesu und von der Aufferstehung ihnen verkündiget.

24. Rom. 1, 15. οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Ita qvod in me promptum est, & vobis qvi Romæ estis, evangelizare.

Darum so viel an mir ist/ bin ich geneigt/ auch euch zu Rom das Evangelium zu predigen.

25. 26. Rom. 10, 15. Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά,

Qvomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est; qvam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.

Wie

Wie sollen sie aber predigen/ wo sie nicht gesandt werden / wie denn geschrieben stehet: Wie lieblich sind die Füsse derer/die den Frieden verkündigen/ die das gute verkündigen.

27. Rom.15,20. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ.

Sic autem prædicavi evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem.

Und mich sonderlich geflissen/ das Evangelium zu predigen/ wo Christus Namen nicht bekant war/auf daß ich nicht auf einen frembdẽ Grund bauete.

28. 1.Cor.1,17. οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ.

Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare : non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.

Denn Christus hat mich nicht gesandt zu täuffen/ sondern das Evangelium zu predigen/nicht mit klugen Worten/ auf daß nicht das Creutz Christi zu nicht werde.

29.30. 1.Cor.9,16. Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα, ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται, οὐαὶ δὲ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

Nam etsi evangelizavero, non est mihi gloria : necessitas enim mihi incumbit, væ enim mihi est, si non evangelizavero.

Denn daß ich das Evangelium predige/darff ich mich nicht rühmen: deñ ich muß es thun/und weh mir/wenn ich das Evangelium nicht predigte.

31. 1. Cor. 9, 18. Τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθὸς; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

Qvæ est ergo merces mea ? ut Evangelium prædicans sine sumtu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio.

Was ist denn mein Lohn? Nemlich/ daß ich predige das Evangelium Christi/und thue auch dasselbige frey umsonst/auf daß ich nicht meiner Freyheit mißbrauche am Evangelio.

32. 1.Cor.15,1. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε.

Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, qvod prædicavi vobis, qvod & accepistis.

Ich erinnere euch aber/lieben Brüder/des Evangelii/das ich euch verkündiget habe/welches ihr auch angenommen habt/in welchem ihr auch stehet.

33. 1.Cor.15,2. Δι' οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε.

Per qvod & salvamini, qva ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

Durch

Durch welches ihr auch selig werdet/ welcher gestalt ich es euch verkündiget habe/ so ihrs behalten habt/ es were denn/ daß ihr umsonst geglaubet hättet.

34. 2.Cor.10,16. Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.

Etiam in illa, qvæ ultra vos sunt evangelizare, non in aliena regula, in iis, qvæ præparata sunt gloriari.

Und das Evangelium auch predigen denen/ die jenseit euch wohnen/ und uns nicht rühmen an dem/ das mit fremder Regel bereitet ist.

35. 2.Cor.11,6. Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον εὐαγγελισάμην ὑμῖν.

Aut numqvid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? qvoniam gratis Evangelizavi vobis?

Oder hab ich gesündiget/ daß ich mich erniedriget hab/ auf daß ihr erhöhet würdet? denn ich hab euch das Evangelium umsonst verkündiget.

36.37. Gal.1,8. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐαγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præter qvam qvod evangelizavimus vobis, anathema sit.

Aber so auch wir/ oder ein Engel vom Himmel/ euch würde Evangelium predigen/ anders/ denn daß wir euch geprediget haben/ der sey verflucht.

38. Gal.1,9. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis Evangelizaverit, præter id qvod accepistis, anathema sit.

Wie wir itzt gesagt haben / so sagen wir auch abermahl/ so iemand euch Evangelium prediget/ anders denn ihr empfangen habet/ der sey verflucht.

39. Gal.1,16. Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.

Ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus, continuo non acqvievi carni & sangvini.

Daß er seinen Sohn offenbahret in mir/ daß ich ihn durchs Evangelium verkündigen solte unter den Heyden/ alsobald fuhr ich zu/ und besprach mich nicht darüber mit Fleisch und Blut.

40. Gal.1,23. Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἥν ποτε ἐπόρθει.

Tantum autem auditum habebant, qvoniam qvi perseqvebatur nos aliqvando, nunc evangelizat fidem, qvam aliqvando expugnabat.

Sie hatten allein gehöret/ daß der uns weyland verfolgete/ der prediget itzt den Glauben/ welchen er weyland verstörete.

41. Gal. 4, 13. Οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, εὐαγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον.

Scitis autem, qvia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jam pridem.

Dann ihr wisset/ daß ich euch in Schwachheit nach dem Fleisch das Evangelium geprediget hab zum erstenmahl.

42. Eph. 2, 17. Καὶ ἐλθὼν εὐαγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς.

Et veniens evangelizavit pacem vobis, qvi longe fuistis, & pacem iis, qui prope.

Und ist kommen und hat verkündiget im Evangelio den Frieden/ auch die ihr ferne waret/ und denen die nahe waren.

43. Eph. 3, 8. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ.

Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi.

Mir dem allergeringsten unter allen Heiligen ist gegeben diese Gnade/ unter den Heyden zu verkündigen den unausforschlichen Reichthum Christi.

44. 1. Thess. 3, 6. Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρός ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ὑμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν, πάντοτε ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς.

Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annunciante nobis fidem & charitatem vestram, & qvia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos videre, sicut & nos qvoqve vos.

Nun aber Timotheus zu uns von euch kommen ist/ und uns verkündiget hat euren Glauben und Liebe/ und daß ihr unser gedencket allezeit zum besten/ und verlanget nach uns zu sehen/ wie dann auch uns nach euch.

45. 1. Pet. 1, 12. Οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ὑμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.

Quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu Sancto misso de cœlo, in quæ desiderant angeli prospicere.

Welches offenbahret ist/ denn sie habens nicht ihnen selbst/ sondern uns dargethan/ welches euch nun verkündiget ist/ durch die/ so euch das Evangelium verkündiget haben/ durch den heiligen Geist/ vom Himmel gesandt/ welches auch die Engel gelüstet zu schauen.

46. Apoc. 10, 7. Ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὃ εὐαγγελίσατο τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς προφήταις.

Sed

Sed in diebus vocis ſeptimi angeli, cum ceperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut evangelizavit per ſervos ſuos Prophetas.

Sondern in den Tagen der Stimme des ſiebenden Engels/ wenn er poſaunen wird/ ſo ſol vollendet werden das Geheimniß Gottes/ wie er hat verkůndiget ſeinen Knechten und Propheten.

47. Apoc. 14, 6. Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετώμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι τοῦς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος, καὶ φυλὴν, καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν.

Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum & lingvam, & populum.

Und ich ſahe einen Engel fliegen mitten durch den Himmel/ der hatte ein ewig Evangelium/ zu verkůndigen denen/ die auf Erden ſitzen u. wohnen/ und allen Heyden/ und Geſchlechten/ und Sprachen und Vôlckern.

Deinde paſſivam ſignificationem in forma externa paſſiva habet vocabulum τὸ Εὐαγγελίζομαι in his locis ſex Novi Teſtamenti:

Paſſivam ſignificationem habet τὸ εὐαγγελίζομαι vocabulum Græcum in ſex Locis N. T. Teſtament.

1. Luc. 16, 16. Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

Lex & Prophetæ usque ad Johannem, ex eo regnum Dei evangelizatur, & omnis in illud vim facit.

Das Geſetz und die Propheten weiſſagen biß auf Johannem/ und von der Zeit an wird das Reich Gottes durchs Evangelium geprediget/ und iederman dringet mit Gewalt hinein.

2. Gal. 1, 11. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον.

Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, qvod evangelizatum eſt a me, qvia non eſt ſecundum hominem.

Ich thue euch aber kund/ lieben Brůder/ daß das Evangelium/ das von mir geprediget iſt/ nicht menſchlich iſt.

3. Heb 4, 2. Καὶ γάρ ἐσμεν εὐαγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι, ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν.

Etenim & nobis nunciatum eſt, qvemadmodum & illis: non profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex iis, quæ audierunt.

Denn es iſt uns auch verkůndiget/ gleich wie jenen/ aber das Wort der Predigt halff jene nichts/ da nicht glâubeten die ſo es hôreten.

4. Heb. 4, 6. Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν.

Qvoniam ſupereſt igitur introire qvosdam in illam, & ii quibus prioribus ANNUNCIATUM eſt, non introierunt propter incredulitatem.

Nach dem es nun noch verhanden ist/ daß etliche sollen zu derselbigen kommen/ und die/ denen es zu erst verkündiget ist/ sind nicht dazu kommen/ ům des Unglaubens willen.

5. 1. Pet. 1. τὸ δὲ ῥῆμα κυρίȣ μένη εἰς τὸν αἰῶνα. τȣ̃το δέ ἐςι τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελιϑὲν εἰς ὑμᾶς.

Verbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, qvod evangelizatum est in vobis.

Aber des HErrn Wort bleibet in Ewigkeit/ das ist aber das Wort/ welches unter euch verkündiget ist.

6. 1. Pet. 4, 6. Εἰς τȣ̃το γὰρ ϗ νεκροῖς ἐυαγγελίσϑη, ἵνα κριϑῶσι μὲν κατὰ ἀνϑρώπȣς σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ ϑεὸν πνεύματι,

Propter hoc enim mortuis evangelizatum est: ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in spiritu.

Deñ dazu ist auch den Todten das Evangelium verkündiget/ auf daß sie gerichtet werden nach dē Menschē am Fleisch/ aber im Geist Gottes leben/ 2c.

His ita satis prolixe præmissis qvoad contextuum rationem, omnia erunt faciliora, nec indigebunt magna prolixitate. Christus elegit ex suis auditoribus duodecim discipulos. 1. ut essent secū hoc est, inspicerent exactius totam suam vitam & doctrinam, Marc. 3, 14. 2. ut mitteret eos ad prædicandū ibidem

Etsi vero conversatio qvotidiana mature contigit, & fructuosa fuit discipulis duodecim, tamen pro convertendis regibus, principibus ac aliis magis ac sapientibus, satis apti non fuere redditi, nisi circa illud tempus, qvando jam jam ad urbes emitti debebant. Perlege a qvarto capite Evangelistam Matthæum continuo ductu usqve ad finem capitis undecimi.

Ex Matthæi decimo capite plusqvam satis agnosces aptitudinem divinam Apostolis communicatam: *Euntes prædicate. Cum autem tradent vos, nolite cogitare, qvomodo aut qvid loqvamini; DABITUR enim VOBIS in illa hora, qvid loqvamini. Non enim vos estis, qvi loqvimini, sed SPIRITUS Patris, vestri, qvi LOQVITUR in vobis.*

Et postea capite undecimo indicat discipulis Johannis, qvod talem potestatem & aptitudinem miraculose dederit duodecim discipulis, *pauperes* (inquiens) seu imperitissimi *evangelizantur*, seu ad prædicandum a me emittuntur. Deniq; post pauca in eodem capite, *gratias agit Patri, qvod absconderit hæc ipsa a sapientibus & prudentibus, & revelarit ea parvulis*. Sic ergo evangelizatio pauperum fit miraculosum opus prorsus simile reliqvis miraculosis operibus, qvæ a discipulis Johannis loco responsionis acceptari & considerari jussit, qvod vident ibi sanari cœcos, leprosos, mutos, resurgere mortuos & Evangelium propagari a laicis, miraculose ad tantum negocium a CHRISTO, per virtutem Patris, idoneis redditis, in momento propemodum, ut loqui solemus. Qvod

Qvod ad communem loci propositi interpretationem attinet, ipsemet fateor, & hoc magnum fuisse miraculum, qvod pauperibus Evangelium seu peccatorum remissio divinitus fuit annunciata, tunc cumprimis, quando CHRISTUS (post lapsum pro genere humano deprecatus, & æternæ mortis relaxationem sua passione suo tempore interponenda lucratus, hacqve mirabili ratione medium inter justitiam, homines ad æternas pœnas poscentem, & inter misericordiam veniæ indulgentias anhelantem prolocutus, idqve omne juxta dispositionem Patris cœlestis ab omni æternitate factam) quando, inquam, Christus ex sinu æterni Patris progressus illam mirabilem novitatem, & illud insperatum Evangelium, mox reipsa & opere, diutissime expectato, & hactenus typis adumbrato, plusquam abundanter complendum in Judæa, in carne mirabiliter assumta ipsemet docuit, & ad hodiernum usqve diem prædicari jussit. *Concessio autoris.*

Hoc enim ipsissimum jam in Prophetis de Christo fuit prædictum, Esa. 61,1. id qvod reperitur Lucæ 4,18. *Spiritus Domini super me, eo qvod unxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde & prædicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem, ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem fortitudinem lugentibus in Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris..* *De communi interpretatione hujus loci,*

Et Christus, qvando apud Nazarethanos divertit & in ipsam Synagogam durantibus sacris sese confert, acceptumque librum, qvem ipsi tradebant, Esaiæ revolvit, ac illa verba invenit, ubi scriptum erat, (*Spiritus Domini super me, propter qvod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis,*) ibi rursus complicat, & ministro reddit librum, seditq;. Cumqve omnium oculi in Synagoga in ipsum intenti essent, ita exorsus fuit, *HODIE impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Omnes etiam testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, qvæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, nonne hic est filius Josephi,* *Pauperes Evangelizantur.*

Expendantur, qvæ pro communi interpretatione scripsit in Postilla OEconomica Lutherus, Ea ita habent: *Luth. interpretatio in Post. Oecon.*

Diese Predigt von Christo und seinem Reich/ solten wir mit Fleiß mercken/ und immerdar unter uns klingen lassen/ daß Christus ein solch Reich habe/u. ein solcher König sey/ der den elenden armen Leuten an Leib und Seel helffen wolle/ da sonst unmüglich ist/ daß alle Welt mit all ihrem Vermögẽ könte helffen. Denn da ist nie ein solcher trefflicher Doctor kommen/ der

einen Blinden hätte können sehend/ einen Außsätzigen rein machen/ rc. Gleich wie auch nie kein Prediger gewest ist/ der den Armen hätte kön̄en das Evangelium predigen/ das ist/ die betrübten/ elenden/ geengsten Gewissen auf sich weisen/ und trösten/ und die erschrocken Hertzen / die in Schwermuth und Kümmerniß ersoffen sind/ frölich und guter Ding machen.

Moses ist der höchste Prediger/ aber die Kunst kan er nicht/ daß er arme Sünder solt trösten/ ja das Widerspiel thut er/ denn alle seine Predigtē lauten also: du solt und must das Gesetze halten/ oder verdam̄t seyn. Da hebt sich den̄ ein Jam̄er/ die ihre Sünde fühlen/ u. ihr gern loß weren/ lassens ihnen sauer werden/ leben nach dem Gesetz/ können aber nicht zufrieden seyn/ noch ein frölich Hertz und Gewissen dadurch erlangen/ wie denn die Heiligen im Alten Testam. klagen/ so Mosi Regiments überdrüssig sind/ u. ein hertzlich sehnen nach dem Reich der Gnaden/ in Christo haben/ als Ps. 14. Ach/ daß aus Zion die Hülffe über Israel käme/ und der HErr sein gefangen Volck erlösete; und Ps. 102. Du woltest dich aufmachen und über Israel erbarmen / denn es ist Zeit/ daß du ihr gnädig seyest. Wiederū die Heuchler meinen/ wen̄ sie eusserlich das Gesetz halten/ fasten/ nicht Ehebrechen/ so dürffen sie kein Evangelium/ noch Christum/ gedenckē es habe nicht noth/ Gott müsse sie wol ihres fastens/ betens/ Allmosen gebens halber/ in den Him̄el nehmen. Das sind die rechten satten Geister/ die unsers Herrn GOttes/ und seiner Gnad nicht dürffen.

Nun ists wol war/ Moses Predigt muß man haben/ und die Leute zu solcher eusserlichen Zucht und guten Wandel vermahnen. Gleich wie man im Welt Regiment/ Hencker u. Büttel darum haben muß/ den wilden/ rohen Hauffen zu straffen/ so solche eusserliche Zucht nicht hält/ sondern huret/ stilet/ geitzet/ wuchert rc. Aber wenn das Stündlein kömt/ daß du sterben solt/ sage mir/ was hilfft dich solche Moses Lehre/ wenn du dich gleich darnach gehaltē/ hast? Ists nicht war/ du must bekennen und sagen/ Lieber HErr GOtt/ ob ich gleich kein Ehebrecher/ Dieb und Mörder bin gewesen/ so begehr ich doch/ du wollest mir gnädig und barmhertzig seyn / ich muß sonst auch bey allen meinen guten Wercken verzweiffeln.

Davon lieset man ein Exempel in *Vitis Patrum*, einer stund drey Tage an einer Stät/ hub im̄er die Augen auf gen Him̄el/ seufftzet und klaget. Als ihn aber seine Jünger fragten/ was ihm anlege? antwortet er / ich fürchte mich für den Todt. Da fiengen seine Jünger an/ und trösteten ihn/ und sprachen/ warum er sich für dem Todt fürchte? so er doch ein streng Leben hätte geführet/ u. sich fleißig nach Gottes Geboten gehalten/ aber er sprach/ ich sage euch/ ich fürchte mich sehr/ ich habe wol/ wie ihr saget/ mich fleißig nach Gottes Geboten gehalten/ doch weil ich weiß/ daß Gottes Gericht anders sind/ denn der Menschen Gericht/ kan ich solcher Furcht nicht loß seyn. Dieser ist dennoch so weit

weit kommen/daß er gesehen hat/ wenn die Züge daher treten/die für GOtt und sein Gericht treiben/daß Gottes Gericht so scharff/ernst und schwer ist/ daß unser Heiligkeit und gute Werck den Stich nicht halten/noch wir damit bestehen können.

Derhalben ob man das Gesetz gleich predigen/und sich in guten Wercken ohn Unterlaß üben sol/doch wenns hieher kömt/daß man sterben sol/ so muß man sagen/wie dieser Vater/ach Gott wer hilfft itzt? Dieser ist der Elenden auch einer/da hievon stehet. Aber er weiß nicht/woran er sich halten sol. Deñ diß mangelt ihm/da der HErr hievon saget/ den Armen wird das Evangelium geprediget. Er sihet und hat nicht mehr/ denn das Gesetz/das läst ihn im bösen Gewissen/Angst und Noth stecken/kan ihn nicht trösten. Das Evangelium aber ist eine solche Predigt/die zu dem Sünder saget/ mein Sohn/ sey getrost und frölich/erschrecke nicht. Denn du solt wissen/daß Christus befohlen hat/den Armen/das ist/den elenden betrübten Hertzen Gnad an u. zuzusagen/daß er seine Reinigkeit/die Göttlich u. ewig ist/ für dich setzen/ dich mit Gott zu frieden machẽ/deine Sünde abwaschen und vergeben wolle/ꝛc. Diese Gnade läst er dir durch sein Wort anbieten/Darum zweiffel nicht, wie du hörest/ gläubestu es nur/ so wird dirs gewißlich widerfahren.

Et paulo post: Aber hie im Reich Christi ists gar anders/das hat nicht zuschaffen mit starcken heiligen Leuten/sondern mit schwachen armen Sündern/wie Christus spricht/die Blinden sehen/die Todten stehen auf/ꝛc. Nu Todten aufferwecken ist ein groß Wunderwerck/aber diß Wunderwerck ist grösser und herrlicher/und hat doch das Ansehen nicht/ nemlich/ daß unser Herr Gott einen solchen König bestellet hat/der ein König sey über die Sünder/und denselben das Evangelium predige. Von solchem König und Evangelio prediget Moses und das Gesetz nicht: Denn da heissets also/Wer ein Sünder ist/gehört in des Teuffels und des Todes Reich. Das lautet/als sey unser HErr GOtt ein König der Heiligen und Frommen/ die eine höhere Frömigkeit haben/denn das weltliche Regiment foddert. Und ist auch wahr/ denn Moses Reich ist auch unsers Herrn Gottes Reich/ und die Predigt/ so er führet/ist Gottes Wort. Gleich wie auch das weltliche Regiment Gottes Reich genennet mag werden. Denn er wil haben/daß es bleiben/ u. wir uns in denselben gehorsamlich halten sollen. Es ist aber nur das Reich der lincken Hand/da er Vater/Mutter/Käyser/König/Richter/Hencker hingesetzt/ u. ihnen das Regiment befihlet.

Sein rechtes Reich aber ist/ da Er selbst regieret/ da er nicht Vater/ Mutter/Obrigkeit/und Stockmeister hinsetzen darff/sondern da er selbst ist/ u. den Armen das Evangelium predigt. Darum lerne/ wenns mit dir dahin kömt/daß deine Frömmigkeit nimmer helffen kan/ daß du sprechest/ ich habe gethan/

gethan/ was ich gekunt habe/ meinen Vater/ meinem Hern treulich gedie- net/ niemand geschändet/ nicht wieder gemurret/ mein Hauß/ Kinder u. Gesinde treulich unterrichtet/ u. so viel mir müglich/ wol regieret/ meinen Nechsten nicht zu Schaden gelebt/ nicht gestohlen/ nicht die Ehe gebrochen/ etc. Aber wo nun aus? Das wird itzt nicht heissen. Denn da kans ein menschlich Hertz nicht lassen/ es muß erschrecken/ wenn es nichts findet/ und was für unserm HErrn GOTT und seinem Gericht bestehen könne. Da ists noth/ daß du sprechest/ ich habe gehöret/ daß der König mein lieber HErr JEsus Christus habe sechserley Wunderzeichen/ die ihm niemand nachthun kan. Unter denselben ist eins/ daß den Armen das Evangelium geprediget wird/ und dazu ist er von GOtt verordnet/ daß er die erschrocknen Hertzen trösten sol. Derhalben verzag und verzweiffel ich nicht/ sondern nehme mich solcher Predigt auch an/ denn sie gehöret mir/ weil ich so arm und elend/ und ie keine Hülffe/ weder in mir/ noch in der gantzen Welt sonst finden kan.

Also weissaget der Prophet Esaias von Christo/ im 50 Cap. da der Herr Christus selbst spricht/ der Herr hat mir linguam discipulam, eine gelehrte Zunge gegeben/ eine Zunge die von GOtt gelehrt ist/ das ist/ GOtt hat sein Wort auf meine Zunge gelegt/ daß ich wisse mit den Müden zu rechter Zeit zu reden/ das ist/ die blöden Gewissen recht trösten. Das legt hie der Evangelist aus/ und sagt/ Christus predigt den Armen das Evangelium. Denn darum und dazu ist er zum König gesetzt/ daß Er Evangelisiren/ das ist/ die armen/ blöden/ und betrübten Hertzen trösten und stercken sol. Daher sein Reich ist und heist/ ein Trostreich und Hülffreich/ in welchen man die Blöden nicht mehr erschrecken oder in Angst stecken lassen/ sondern sie trösten und frölich machen sol Solches aber geschicht nicht durch des Gesetzes Predigt sondern allein durchs Evangelium. Das ist die fröliche gute Botschafft/ daß durch Christum für unser Sünde bezahlet/ und wir durch sein Leyden und ewigen Todt erlöset seyn. Das ist sein Reich und Amt/ daß daß er den Armen das Evangalium verkündige/ da wil er hin/ Denn zu den grossen hohen Heiligen kan Er nicht kommen/ die keine Sünder seyn wollen/ und das Evangelium nicht bedürffen/ ja verfolgens und scheltens Ketzerey/ sagen/ man verbiete gute Werck/ man predige wieder Mosen und das Gesetz. Hactenus omnia fuere verba Lutheri, qui perspicue declarat, quod maximum sit miraculum, quando Evangelium prædicatur pauperibus spiritu, id quod, ut dixi etiam libenter fateor & admitto: interim simul illam a me allatam explicationem omnium eruditorum judiciis committo.

CXVI.

CXVI.
DE LOCO NATIVITATIS CHRISTI.

CHRYSOSTOMUS in Oratione de Philos. Festum Nativitatis vocat *Metropolin omnium festorum.* Et hoc in cœlo qvoqve statis recurrentibus nostris temporibus celebrari scribere audet *Nazianzenus*, cujus tanti facit solennitatem *Alphonsus* Rex pientissimus, ut eo die hostes superari & vinci nolit. Etsi vero festi hujus magna est majestas, tamen nascentis in eo CHRISTI tanta est multis nominibus paupertas, qvæ stuporem alicui merito injiciet non levem.

Nolo de aliis signis nunc temporis dicere, tantummodo hoc monere mihi visum fuit, qvod etiam observatione dignum est, de loco specialiore, in qvo in hunc mundum natus est Salvator noster. Qvotqvot terram sanctam visitant, iis Bethlehemi monstratur in suburbio petris pro more locorum illorum excavatis incisum stabulum & præsepe, in qvod diverti cum jumentis suis olim soliti fuerint pauperrimi rustici, qvorum facultates non patiebantur eligere diversoria intra urbem commodiora.

Hodie adhuc extra urbem Bethlehem monstratur locus nativitatis Christi specialior.

Hæc si vera sunt, (non enim pro certo assero, sed tamen nondum prorsus rejicio) utiqve inde parentum Salvatoris ita cognominatorum, & ipsius Salvatoris primum nascentis paupertas extrema, & species in mundo contemtissima haud leviter argueretur. Miserabile est, nasci in stabulo ubi conveniunt divitum & pauperum jumenta, qvod non nisi amicis & favore dignis tunc concedi potuisse videtur. Miserabilius est nasci in ejusmodi prorsus publico & communi pauperum solorum diversorio, stabulo & præsepi, qvod a prævenientibus qvibusvis sine bonis sive malis præoccupatur.

Huic sententiæ, qvod in suburbio in stabulo communi natus esse videatur Salvator, favere videntur hæc conseqventia. 1. Nusqvam commemoratur *domus*, aut simile qvid, intra qvod JESUM CHRISTUM peperit Maria.

In stabulo natum fuisse Salvatorem probatur.

1.

2. Tantummodo simpliciter scriptum extat, non fuisse ei locum ἐν καταλύματι, CHRISTUM reclinatum in *præsepi*, & ab angelis jussum qværi in *præsepi*, citra additionem domus alicujus aut diversorii, in qvo fuerit illud præsepe. Vox κατάλυμα accipitur pro loco, qualiscunque & ubicunq; is fuerit, ubi ad tempus exsolvuntur jumenta, Gen. 42, 27. Λύσας δὲ εἷς μάρσιππον αὐτοῦ δοῦναι χορτάσματα τοῖς ὄνοις αὐτοῦ, οὗ κατέλυσαν, εἶδε

2.

Christus nuspiam scribitur natus in domo.

Κατάλυμα qvid?

τὸν δεσμὸν τȣ̃ ἀργυρίȣ αὐτȣ̃ : *Aperiens unus sacculum suum, ut daret papula asinis suis, qvos* EXOLVERAT, *videt argentum suum.*

Gen. 43, 21. Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤλθομεν εἰς τὸ καταλῦσαι, καὶ ἠνοίξαμεν τȣ̀ς μαρσίππȣς ἡμῶν &c. Fuit autem cum venimus ad EXOLVERE ad hospitium seu diversorium, zur Außspande/ & aperuimus saccos &c. Exod. 4. v. 24. ἐγένετο ἐν ὁδῷ, ἐν τῷ καταλύματι : Accidit in via, in diversorio, in der Außspannung.

3. *Vetustissimi Patres de præsepi sub urbano Christi nati scribunt.*

3. Patres etiam qvidam vetustissimi expresse describunt eodem modo specialem locum nativitatis CHRISTI.

1. *Justinus*

Verba Justini Philosophi & Martyris in Colloqvio cum Tryphone Judæo ad M. Pompejum, paululum ultra medium Colloqvii sic se habet : Cum autem puer nasceretur in Bethlehem, *qvia Josepho non erat locus in castello, qvo diverteret*, in SPELUNCAM qvandam castello propinqvam divertit, ibi Maria Christum recens natum in præsepi deposuit, ibi & à Magis inventus est ex Arabia venientibus. *Hæc ille*, qvi vixit circa annum Christi centesimum qvadragesimum.

2. *Origenes.*

Verba Origenis libro primo contra Celsum : De JESU in Bethlehem nativitate si qvis vult post Micheæ Prophetiam, postq; scriptam in Evangeliis a JESU discipulis historiam, & aliunde fieri certior, consideret, qvod juxta Evangelicam de nativiaate ipsius historiam ostenditur apud Bethlehem SPELUNCA, ubi natus est, & in ea spelunca præsepe, ubi fasciis obvolatus est, tum qvod ostentatur, celebratum est in locis infidelium, in ea ipsa speluca natum esse JESUM, qvi à Christianis adoratur. *Hactenus verba origenis,* qvi floruit circa annum Christi ducentesimum tricesimum.

3. *Epiphanius.*

Epiphanius lib. 1. tom. 1. sub titulo : Præsentia Christi, & adventus in carnem &c. Qvi descendit in cœlo, & conceptus est non a semine viri, sed per S. S. & vere corpus de Maria habuit, sibiq; ipsi carnem de sancta matre efformavit, & animam ac mentem humanam accepit, & totum id, qvod est homo, excepto peccato, in seipsum per suam deitatem counivit, natusq; est in Bethlehem, circumcisus in *spelunca,* oblatus in Jerusalem, in ulnas acceptus à Simeone &c. *Hactenus verba Epiphanii,* scribentis circa annum CHRISTI tricentesimum septuagesimum.

4. *Eusebius*

Eusebius Cæsariensis libro septimo demonstrationis evangelicæ sub titulo, a Michea 4. de loco, ubi esset oriturus is Deus qvem Prophetæ nunciarunt : Atq; hodie qvoqve, qvi locum illum incolunt, tanqvam a Patribus ipsorum accepta memoria, iis, qvi visendi loci gratia Bethlehem petere consveverunt, testimonium suum afferunt, veritati fidem facientes, *agrumq;* demonstrantes, ubi virgo enixa infantem deposuit. *Hæc ille,* qvi scripsit circa annum CHRISTI trecentesimum, vicesimum qvintum.

Hiero-

Hieronymi verba in Epistola 18. ad Marcellum. tom. 1. in hunc sese habent modum: Verbum, ut ad villam, & ad Mariæ diversorium veniamus, plus laudat enim unusquisque, quod possidet, quo sermone, qua voce tibi *speluncam* Salvatoris exponam. Et illud præsepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis, quam infimo sermone honorandum est. *Hæc ibi.* S. Hieronymus.

Et epistola 27. de Paulo ad Eustochiam virginem: Deinde facultatula sua pauperibus atque conservis distributa perrexit ad Bethlehem, & in dextra parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, atque inde Bethlehem ingressa, & in SPECUM Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum virginis diversorium, & stabulum, in quo agnovit bos possessorum suum, & asinus præsepe DOMINI, me audiente jurabat cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præsepi DOMINUM, mixtisque gaudio lacrymis, loquebatur, salve Bethlehem, domus panis. Et ego misera atque peccatrix digna sum judicata deosculari præsepe, in quo DOMINUS parvulus vagiit? orare in *spelunca*, in qva virgo puerpera DOMINUM fudit infantem. *Hactenus verba omnia Hieronymi*, quem constat Bethlehemis diu commoratum habitasse, & floruit ipse ante annum CHRISTI 400.

Sicut supra innui, speluncarum, tanquam habitationum quarundam mentionem passim in sacris extare videmus. Josuæ 10, 16. & seqq. Spelunca fuit non procul ab urbe Maceda, in qua se absconderant quinque reges, Judic. 6, 2. Israelitæ propter metum hostium fecerunt sibi antra & speluncas, ubi reponerent fruges: & cap. 15, 12. Simson habitavit in spelunca petræ Etam. 1. Reg. 18, 4. Obadias accepit centum Prophetas, & abscondit eos quinquagenos in spelunca, pavitque eos pane & aqua. Heb. 11, 38. de sanctis viris qui errarunt in montibus ac speluncis ac cavernis terræ. Itaque in vocabulo *spelunca* non posita est aliqua insignis absurditas, cum ille sit status istarum terrarum.

Porro non disputabo nunc, quo tempore CHRISTUM adorarint Magi. Si CHRISTUS natus est in tali spelunca (in tali communi receptaculo hominum & animaliumt sicut speluncæ talia receptacula sunt,) & si CHRISTUM recens natum magi omnino mature adorarunt, tum secundum hosce patres & scriptores invenerunt ipsum adhuc in illo specu seu stabulo, & tunc nimium quam satis colligeretur, quantam sustinuerint contumeliam parentes CHRISTI, quod nemo puerperam in aliud domicilium recipere voluerit.

Etsi autem Matth. 2, 11. Magi dicuntur ingressi εἰς τὴν οἰκίαν, *in domum*; tamen a Græcis etiam stationes navium, & domicilia avium hoc nomine censeri, non est ignotum, utpote in quibus quocunque modo habitare Vox οἰκία.

habitare datur, sicut Marci 5,3. *dæmoniacus* quidam κατοίκησιν ἔχει ἐν τοῖς μνημείοις, domicilium habet in monumentis, & clamat in montibus & monumentis, adeoque monumentum loco domus usitatæ usurpat, unde apud Lucam 8,27. dicitur manere, ἐκ ἐν οἰκίᾳ, ἀλλὰ ἐν τοῖς μνήμασιν. Etsi vero in οἰκίᾳ communiter dicta non manebit; tamen μνήματα ducebat pro οἰκίαις: unde apud Marcum dicitur κατοίκησιν habere in monumentis. Apocal. 18,2. Babylon facta est domicilium dæmoniorum. Sic Actor. 17,26. termini habitationis hominum κατοικίας αὐτῶν.

Aut si tunc cum Magi venientes Christum in domo repererunt, in eam post Romanos hospites inde digressos fuit delatus.

Verum de hoc speciali loco nativitatis Christi hactenus citata ideo allegare volui, quia mihi videntur exaggerare extremam paupertatem, in qua natus est Servator noster. Cumprimis vero doctis viris præbere volui hoc problema, de quo plus disputari poterit, cum nemine autem de eodem contentiose pugnabo, etsi nullam in se absurditatem habere puto, præsertim cum a tam gravibus patribus Græcis & Latinis Speluncæ mentio sit facta, & forsan totus ille locus fuerit vocatus PRÆSEPE. Doctiorum igitur primis & secundis cogitationibus subjectum hoc autem cupio. Dicitur fieri Wittebergæ, etiam quod fit in horto suburbii Wittebergensis. Tantum igitur huic problemati quilibet tribuat, quantum tribuendum suis motus rationibus putabit.

CXVII. DE TENTATIONIBUS CHRISTI.

FINIS omnium tentationum Christi continuit tres tentationes ante has tres antecesserunt alia magna. Spiritus Sanctus impulit Christum ad tentationes subeundas in deserto, & ad passionem illã ante ultimũ suũ Pascha.

AD DOMINICAM INVOCAVIT explicari solent *tres species tentationum*, quas in deserto sustinuit CHRISTUS, statim post initium suæ inaugurationis, Matth. 4, v. 1. & seqq. Marc. 1,12. Luc. 4,1. & seqq.

Et hæc de *fine tentationum* Christi recte dicuntur, ad quas Christum *Spiritus Sanctus* ipsemet impulit & produxit, sicut ad alterum cum Satana magnum tentamen vel certamen, nimirum ad passionem illam acerrimam ante Pascha ultimum, Christum iterum impulit & produxit *Spiritus Sanctus*, quemadmodum docetur Heb. 9,14. his verbis: *Quando magis sanguis Christi, qui per* Spiritum æternum *seipsum obtulit inculpatum Deo, mundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis ad serviendum DEO.*

Et de illis tribus tentationibus ego nihil addo. Tantummodo, ut textus integri integram cohærentiam ubique locorum unice expendendam etiam in hoc loco demonstrem, illud adjicio, *quatuor fuisse* tentationum modos, quibus Christum Satanas exagitavit.

PRIMA

PRIMA fuit & diuturnior, & sine dubio acerbior, de qua apud Evangelistas singulos singula verba probe oportet notari. *Quatuor tentationum modi in deserto.*

Matth.4,1.2.3. *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo.* v.2. *Et cum jejunasset quadraginta diebus, & qvadraginta noctibus, POSTEA* (ὕστερον) *esuriit.* v.3. *Et* (tunc nimirum, post 40.dies, & 40. noctes,) *accedens tentator dixit ei: SI filius DEI es, dic, ut lapides isti panes fiant, &c.*

Marc.1,11. &c. *Et vox facta fuit de cœlis, Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.* v.12. Et. *STATIM Spiritus expulit eum in desertum,* v.13. *Et erat in deserto quadraginta noctibus, & TENTABATUR a Satana, eratq; cum bestiis* (μετὰ τῶν θηρίων) *& angeli ministrabant ei.*

Luc.4,1. *JESUS PLENUS Spiritu Sancto, regressus est a Jordane, & agebatur a Spiritu in desertum,* v.2. *diebus quadraginta & tentabatur a Diabolo, Et nihil manducavit in diebus illis, & CONSUMMATIS ILLIS, POSTEA esuriit.*

Ergo *prima* tentatio duravit per continuos dies quadraginta, in quibus diebus quadraginta nihil qvicquam comedit Christus, siquidem iis quadraginta diebus completis vel finitis POSTEA esuriit, & postea incipit illa *secūda* tentatio, in qua dixit Satanas, *Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat:* post hanc sequitur *tertia,* apud Lucam, *super monte alto,* denique *quarta super pinnam templi* in Jerusalem. *Prima tentatio Christi duravit per dies & noctes qvadraginta: postea secuta sunt tres aliæ, quæ explicantur plerumq;.*

Etsi vero hæ tres posteriores omnibus satis sunt obviæ, tamen alio ordine à Matthæo; alio a Luca enarrantur: Lucas enim ultimam facit super pinnam, Matthæus ultimam super monte.

Summatim, per dies quadraginta, vel per septimanas propemodum septem tentatus fuit a Satana Christus, cujus rei historia similis non extat in omni rerum natura, quod unus homo cum Diabolis tanto tempore indesinenter, dies & noctes conflictari necessum habuerit.

Initio *I. tempus* optime est æstimandum, quod nimirum historia illa contigit statim *post baptismum CHRISTI,* ubi voce cœlitus delata fuit proclamatus Filius Dei. *I TEMPUS tentationis*

Nec Hactenus ullum fecerat Christus miraculum, quanquam aliqui *primum* omnium miraculū hoc solent computare, quod anno duodecimo ætatis Hierosolymis, in tanto concursu hominum ex omnibus provinciis sub Sole, & quidem quando adhuc recens erat memoria infantum sui causa interfectorum; & plurimi adhuc vivebant, qui jussu Herodis in ipsum inquisiverant, parentibus suis domum dimissis, ipse Hierosolymis remanet, & sese publice sistit in templo, & motis quæstionibus iisdem, quas postea movit, disputat citra dubiū de persona Messiæ, cum doctissimis viris, & ita continet *Qvodnam faciant omnium miraculorum Christi primum.*

ora & manus omnium hominum, ut ne unus ipſum tangere, nec etiam lædere præſumeret.

Aliqvi alia prima faciunt miracula Christi, de quibus auctor cum nemine diſputabit.

Ratiocinantur etiam aliqui, quod ſæpe vinum attulerit matri, aquam efferre juſſus; & quod inde occaſionem in nuptiis ſumſerit mater, quando ipſi indicavi ſtatum novorum Sponſorum, *Vinum non habent*, quaſi diceret, visne aliquid his quoq; procurare, ſicut mihi ſæpenumero procuraſti.

2. TENTATIO qvid.

II. Quod ad Vocabulum TENTATIONIS attinet, nihil aliud eo ipſo ſignificationis contineri poterit, quam hoc, *quod Satanas examen, probationem, periculum & experimentum facere & habere ſategit*, utrum CHRISTUS ipſi ſeſe eſſet oppoſiturus, & an ſatis fortiter, & omnino victiſſime illud eſſet facturus.

Significationis iſtius exempla ſuppeditabunt Concordantiæ ſatis multa.

Cum igitur Diabolus in Jordane, in magna illa panegyri, audiverat Chriſtum proclamari Filium Dei, continuo adverſus eum cogitavit de pugna. Sic Satanas ſine dubio intereſt panegyricis conventibus, & tandem audita ſimiliter vel convellere, vel ſuſpecta reddere meditatur.

3. SPIRITUS SANCTUS impulit Christum in deſertum.

Præterea III. totum illud negotium ſine Dei ipſius providentia & impulſu & determinatione non eſt factum. Iccirco enim in textibus dicitur, qvod *Spiritu Sancto plenus fuerit Chriſtus, quod a Spiritu ductus, quod a Spiritu ejectus fuerit in deſertum impulſus.*

4. POTESTAS data Satanæ in Chriſtum.

IV. Simul etiam *limitatam poteſtatem Satanæ dedit Deus*; alias Chriſtum in medium maris portaſſet, aut in aerem ſuper forum Hieroſolymitanum, aut ſuper Jordanem, ubi baptizatus fuerat, deportaſſet & deturbaſſet, aut colaphis & pugnis enecaſſet vel diſcerpiſſet. (*Agebatur*, hoc eſt, irritabatur & coanguſtabatur à Spiritu Sancto, ut ſeſe continere amplius non poſſet, ſed in deſertũ excurrere maximopere neceſſum haberet, ſicut Prophetæ acti a Spiritu Sancto nolentes eloqvuntur regibus & principibus grata & ingrata.)

5. FINIS tentationum Chriſti

V. Finis tamen omnis huc ſpectabat, *ut cum* Satana commiſſus Chriſtus experiretur, ſe jam modo Dominum & victorem principatuum iſtorum conſtitutum in ſtatu exinanitionis a Diabolis multa paſſurum, attamen tandem omnes iſtos plene ſub pedibus ſuis habiturum, utqve poſthac adverſus malos homines fortiſſime & invictiſſime docere & pugnare, neminem vereri haberet. Sic Deus rem omnem moderatur, ut David poſt unctionem cum Goliatho congrediatur, antequam plenum ſuum regnum occupet, hocque tyrocinio declaret, quam ſapienter populum eſſet gubernaturus,

6. TENTATOR. An tantum unus Diabolus Chriſtũ tentaverit.

Ulterius & *VI.* nemo in eam veniet opinionem, *quaſi ſaltem unus Satanas, aut unicum ejusmodi individuum diabolicum cum Chriſto fuerit congreſſus.* Evam quidem ſcribitur unus ſerpens compellaſſe. In uno homine fuit Legio Diabolorum, Marc. 5, 9. Qvanto magis in ſerpente decipiente Evam adfuiſſe crede-

credemus aliqvot LEGIONES diabolorum, uno pro cæteris insigni sermocinatoris & disputatoris vicibus fungente, cæteris tanti certaminis, aut tam nefarii ausi eventum sibimet exoptatissimum cum gaudio expectantibus. IdeoDeus non tantum maledicit serpenti, sed & *semini serpentis*, non tantũ, inquam, uni insigni disputatori, sed toti ejus societati diabolicæ, Gen. 3, 15.

Qvanto qvanto plus plus verissimum esse cogitabimus, quod in deserto non pauci, sed cuncti diaboli adfuerint, & cum magnis conatibus sese mutuo juverint, & unice in hoc intenti fuerint, ut contra Christum victoria potirentur, ne deinceps uni huic homini obedire & subditi esse cogerentur, sicut omnino tandem evenit, quod in nomine Jesu omne genu, terrestrium, cœlestium & subterraneorum flectitur, Philip. 2, 10.

Deniq;, quantum terrorem incutiant hominibus visiones angelorum, ex capiteDanielis decimo utcunque æstimabitur, *ubiDaniel videt visionem magnã, neq; remansit in ipso fortitudo, ut vis ipsiq mutaretur in ipso in corruptionẽ.* *7. GRAVITAS primæ tentationis per dies 40. qvomodo æstimanda.*

In libro de Messia privata & de unctione Sacerdotum recitat Lutherus suam cum Diabolo habitam ea de re disputationem, *& inter alia dicit*, hinc sese didicisse, qvomodo fiat, qvod mane homines in lecto mortui inveniantur; quia diabolus, *inquit*, habet vocem fortem & gravem, & potest non corpus tantum occidere, sed etiam animam disputando in tantas angustias redigere, ut in momento migrandum illi sit e corpore.

Exempla nobis non desunt, quantos terrores sæpenumero unum exiguum spectrum toti domui, imo toti urbi incusserit, ita ut ædes infestatas deserere incolæ fuerint coacti.

Nec ignotum laicis, quam variæ & quam horribiles sint spectrorum diurnæ ac nocturnæ visiones & vexationes, & clamorationes, modo sub forma avium, modo sub figura brutorum, modo draconum, modo aliarum rerum modo apparentum, modo avanescentium, illico accrescentium & illico rursus descrescentium, qvoad latitudinem, crassitiem & altitudinem.

Sæpe comparuit veneficis hic artifex in figura vulturis, ciconiæ, cervi, simiæ, vulpis, elephanti, capri, felis, muris, draconis, marinorũ monstrorum, bufonis, crocodili, sæpe viderunt moribundi in agone mortis circa lectum circumstare formas nigrorum aurigarum cum scuticis, expectantium ascensum ægrorum in currus suos; aliqvi in forma eqvorum hinnientium, quos tamen astantes non viderunt, non audiverunt, sicut socii Danielis ipsam imaginem Danieli vere visam, tamen ipsi non vident, Dan. 10. v. 7. item in forma horribilium leonum, luporum, porcorum, serpentum; aliqui in forma turrium in pagis existentium, in forma 1000000. serpentum sibilantium.

Lutherus scribit de Patmo suo, quod Diabolus tantum ei noctu sæpe horrorem incutere sategerit, ut audiret noctu sæpenumero tantum sonum,

ac si

ac si aliqvot millia vasorum vacuorum magnorum per scalam unam vicinam simul & semel delapsa venissent.

Utque obiter hoc inseram, non semper, ubi sunt spectra, ubi mali sunt censendi hoc nomine homines.

Ex spectorum apparitionibus & vexationibus non temere judicandum de incolis.

Sic enim & CHRISTUS & Lutherus hoc ipso crimine notari possent.

Sæpenumero defunctorum imagines accuratissime repræsentantur per Diabolum post mortem hominum, & quidem etiam pientissimis hoc evenire solet, daß sie wiederkommen/und irre gehen/ut vocant nostri Germani.

Sic etiam Propheta sanctissimus Samuel post mortem a Satana, quoad imaginem suam exactissime reducebatur & repræsentabatur. 1, Sam. 28. v. 14. Cum enim qværeret Saul, *qualis esset forma* (reducti Samuelis, hoc est, reductæ per Satanam formæ Saulis) ibi respondet venefica, *Vir senex, & ipse amictus est pallio.* Et statim animadvertit *Saul, quod esset* ipsissimus *Samuel* (vera imago Samuelis.)

Auch die Gottseligen gehen irre. *post mortē.*

Unde ex hoc insigni exemplo conjicimus, diabolos observare occuratissime uniuscujusq; viventis hominis faciem, liniamenta, nævos facierum, colli, vestitum, vocis gravitatem vel exilitatem, ut ea omnia post mortem repræsentare artificiosissime & accuratissime queant.

De Imperatore quodam, cujus nomen taceo, nota est historia, cujus charissima conjux moriebatur. Cumq; magno mœrore conficeretur, & spem a Mago acciperet, quod defunctam ipsi adhuc semel tam accurate proferre & monstrare vellet, sicut in omnibus in vita gestibus & moribus ipsa fuerat: Imperator super tam accuratissima imagine reductæ uxoris ad stuporem miratur, eaq; per conclave obambulantis in modum despaciante plurimū delectatur. Inter obambulantionem istam recordatur, quod habuerat ipsa verrucā in cervice posteriore, ideoq; solidissime imaginē illa vice in obambulatione dorsum sibi vertentē intuetur, & inter alia ettam a Satana verrucā nō præteritā, sed artificiosissime expressam nō sine summa intuetur *lætitia* & *admiratione* stupenda. Sed in hanc sententiā nō libet plura addere, redeundū est ad rē.

NB.

Prima tentatio in deserto q̃vanta fuerit, satis excogitari neqvit, unde forsā a veteribus concionatoribus omissa fuit mature in explicationibus.

His ita præsuppositis, nulla cogitatione satis assequi, nulla sua lingua satis eloqui poterit, vel disertissimus homo, quanta tragœdia fuerit cum Christo peracta a Satana & angelis ejus, per illas ferme septem septimanas.

In somno ecstatico accidisse has tentationes Christi sunt qui existimēt. Rectius vero sentient, qvi literaliter & prorsus historice, adeoq; in objectis qvibusdam visibilibus per Diabolos hæc contigisse autumant.

Tunc temporis Christus a Deo non modo desertus, sed & ipsis diabolis commissus, & traditus fuit: desertus fuit a sanctis angelis, qvi spectatores, non auxilitatores pugnæ Christi fuere: Siquidem demum post victoriam accedunt, & ei iterum serviunt, sicut antea statim inservierunt Christo, postquam in hunc mundum natus fuit.

Hoc

Hoc enim sibi vult illud, qvod noctu in nativitate ipsius, Angelus Domini stetit juxta pastores, & cum hoc Angelo subito facta est multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum.

Christo Angeli à nativitate sua servire cœperunt, nunc vero deserunt eum omnes.

Non autem spontè vel temerè inde à prima nativitate puero Christo Angeli servire cæperunt; sed jussu Dei hoc ipsum fecerunt. Sic enim Apostolus ad Hebræos cap. 1, 6. *Cum introducit primogenitum in orbem terrarum, DICIT. Et adorent eum omnes Angeli.*

Diaboli natum Christũ huc usqve revereri noluerunt, sed & in hac tentatione superare moliuntur.

Angeli igitur hanc carnem honorare lubentissimè studuerunt; Diaboli verò prætumidi non item, qvin potius imperium ejus declinare conati sunt, donec tandem victoria omni potitus, & exaltatus sublime nomen accepit, ad qvod nunc incurvantur genua cœlestium, terrestrium & inferorum.

Oppugnatus in deserto fuit Christus à magno Satana, qvi tamen, ut supra colligere docui, secum sumsit alios cunctos suos socios; qvia in hac monomachia, qvalis nunqvam visa vel audita fuit in mundo, agebatur cardo de re maxima, ut nimirum Christo constaret omnis potestas in cœlo & in terra, diabolis obedire sub hoc initium recusantibus, & suam libertatem defendentibus, qvanqvam non ignorabant, moram hanc eorum diuturnam esse non posse; unde petunt, *ne ante tempus torqveantur*, Matth. 8, 29. ut illud ex parte huc accommodem.

Vidit & scivit Satanas, qvod Christus venerat, ut destrueret opera Diaboli, 1. Joh. 3, 8. videlicet 1. ut suis concionibus emendaret mundum, tunc undiqve idololatris extra Judæam deditum, & traditionibus hominum Dei præcepta obscurata habentem, sicut intra Judæam factum fuit, & discipulorum suorum opera idololatrica templa in universo mundo reformata fuere. 2. Ut per suam mortem aboleret eum, qvi mortis habebat imperium, videlicet Diabolum, Hebr. 2, 14.

Etenim qvia Deus in Paradiso introduxit mortem corporalem & æternam in genus humanum, Diaboli fraudibus seductum, ita, ut postea Diabolus jure & merito à Deo hominum prævaricatorum agmina morti æternæ mancipanda postularet, iccirco necessario juxta promissionem suam apparuit Christus, ut ipse pro hominibus satisfaceret, & hoc pacto Diaboli imperium labefactaret & evacuaret, prædamq; illam suæ captivitatis sibi vicissim arrogaret; id qvod etiam factum fuit potentissimè post mortem in sua primum illustrissima resurrectione, de qva etiã ad literam hoc habetur, Matth. 27, 52. de sanctorum corporibus ex sepulcro egressis, item Coloss. 2, 12. *qvi suscitavit eum ex mortuis*, v. 13. *vosq; mortuos in peccatis cum eo vivificavit, condonatis vobis omnibus peccatis*, vers. 14. *deleto, qvod adversum vos erat, rituum chirographo, ipse verò illud sustulit è medio, affixũ cruci*, v. 15. *& expoliata imperia & potestates traducit palã triumphatis illis per eam*, Eph. 4, 8. *Cùm ascen-*

dissset in altum, captivam duxit captivitatem, hoc est, Diabolum, qvi captivos semper homines retinere, & ad Gehennam perducere nitebatur.

Occupatissima igitur tunc in deserto fuit in tanto negotio adversus Christum tota caterva diabolorum, & tam occupata, ut illius cogitatio omnem nostrum intellectum plusqvam longissime exuperet.

Duravit illa vexatio per septimanas ferè septem, & qvalis per circumstantias fuerit, non exprimitur, cogitandum tamen relinqvitur.

Finis tentationis fuit, ut à Prophetico & Sacerdotali munere suo eum jam tandem absterrerent, ostensis difficultatibus, qvas à diabolis expectare necessum sit habiturus. Unde forsan nunc hæc, nunc alia dæmonum caterva ipsum exagitavit, nunc disputationibus, nunc spectaculis & spectris mirificis, nunc huc nunc illuc transportato corpore ipsius, nunc hoc nunc alio postulato miraculo, & tanto tempore tantis occupationibus obrutus, nec somnum capere potuit.

Videmus labores, angores, sudores illorum, & nocturnas, diurnasqve irreqvietationes illorum, qvi obsessi sunt à dæmone. At longe crudeliores fuere excruciationes, qvibus Christum obtundere indesinenter tanto tempore aggressus fuit Satan.

Christus in deserto primis 40. diebus fuit cum feris.

Marcus Evangelista inter alia addit, *qvod fuerit cum feris.* In Judæa magnam passim ferarum fuisse copiam, in doctrina sacrificiali de hirco ἀποπομπαίω docui.

Et. si litera ipsa totius hujus historiæ est retinenda, qvia cum carne Christi congressus est Satan, &, si in internos ejus affectus nullam habuit potestatem, tunc forsan varias feras exacerbavit, & in Christum concitavit Satanas, & ita omnia tentavit, ne ex deserto, qvod Qvarentanam fuisse, eruditi existimant, nimirum inter Jerusalem & Jericho, ut videri potest apud Adrichomium, evadere posset, sed ut hac vice tandem de vita periclitaretur, interim sine dubio frustra eum qværentibus suis cognatis.

Jam enim cœlitus declaratus fuerat Filius Dei, & qvando jam initium officii ejusdem præsertim ab amicis ejus expectabatur, ecce ipse qvasi amissus, aut prorsus è medio sublatus esse videbatur. Qva de magna re tamen nimis pauca dicere volui saltem, ut aliis occasionem præbeam, de tanto negotio sanctas sæpius instituendi cogitationes & collationes, & prolixiores meditationes colligendi.

Hac autem PRIMA magna tentatione finita, colophonis loco per tria alia genera Christum Satan tentat, 1. de lapidibus in panem vertendis, 2. de descensu ex pinnis templi, qvæ erant in exterioris porticus mœnibus solaria deambulatoria, qvadringentis alta cubitis. 3. de regnis mundi in momento tem-

temporis ipsi demonstratis, indicatis, insinuatis, de qvibus nihil addam nunc temporis amplius. Sunt enim illa genera tentationum satis nota.

Unum vero est notabile, nec silentio prætereundum, qvod apud Evangelistam Lucam ascribitur hisce verbis cap. 4. 13. *Finita* OMNI *tentatione* (hactenus nimirum indigitata, & apud Lucam præcedentibus versibus 12. descripta) *Diabolus abscessit ab eo* AD TEMPUS.

Qvid sibi hoc velit, qvod Diabolus FINITA OMNI TENTATIONE à Christo scribitur discessisse AD TEMPUS.

Antiqva versio sic recenset: *Consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo* USQVE AD TEMPUS ἄχρι καιροῦ.

CXIIX.

DE NOVO ET POSTREMO ACERRIMO CERTAMINE CHRISTI CUM DIABOLIS.

ETsi verò toto vitæ & cumprimis ministerii tempore Christum hostiliter Satanas cum suis est persecutus; tamen per hæc verba iterum NOVUM SPECIALEM & maxime insignem Diaboli adversus Christum denotari actum, nemo dubitabit, qui accurate colliget, qvanta tempore passionis Dominicæ sævitia & crudelitas in Christum à Satana usurpata fuerit.

Imminente enim passionis solemnissimæ tempore, ante omnia discipulos ab ipso abalienare molitur, ut ita frustranea esset omnis eorum per Christum ad aliqvot annos facta informatio, & ut Christus destitueretur idoneis testibus, qvi prædicare possent ea, qvæ ipsimet ex eo viderant & audiverant. Semper enim oculati & tales auriti testes præferuntur aliis, qvi de auditu auditus deponunt. Hinc igitur est I. qvod qvamprimum suam passionem plene discipulis indicare incipit Christus, illicò dissvadent eam discipuli, simulq; timidiores fiunt. Sic enim extat Matth. 16, 21. *Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, qvia oporteret eum in Jerusalem & multa pati à Senioribus & Scribis & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.* v. 22. *Et assumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Audi vero, unde illa in discipulis extiterint. Sic enim è vestigio ibidem Christus v. 23. *Qvi conversus dixit Petro, vade post me SATANA, scandalum es mihi, qvia non sapis ea, qvæ Dei sunt, sed ea, qvæ hominum.*

De crudelissimo reditu Satanæ ad Christum, à qvo AD TEMPUS discesserat.

I. Diabolus conatus fuit abalienare à CHRISTO discipulos, qvos testes ille sibi delegerat

Qvin, qvia plurimum in eo situm erat, ut testes discipuli manerent ipsi salvi, paulò post (Matth. 17.) aliqvos, & in specie Petrum pro nova confirmatione, in montem adducit, ubi Moses & Elias cum Christo loqvuntur de passione sua. Sic enim expresse habet Evangelista Lucas cap. 9, 30. *Ecce duo*

viri loqvebantur cum illo, erant autem Moses & Elias visi in majestate, v,31. *& dicebant excessum ejus, qvem completurus erat in Jerusalem.*

Propius itidem imminente passione, omnia extrema Satanam in discipulos plus tentasse, satis nobis apparet ex verbis Christi, Luc. 22, 31. *Simon, Simon, ECCE SATANAS expetivit vos, ut CRIBRARET, sicut triticum; Sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua.*

Judam tamen vicit & pervicit Satan, ingressus in eum (Joh. 13, 2, Luc. 22. v. 3.) ut desereret, & apud Sacerdotes calumniaretur omnem doctrinam & vitam Christi, cujus Judæ, qvi huc usqve unus Christi fuerat præcipuus discipulus, testimonio & facto, summi Sacerdotes extra dubium unicè fuere cum magno gaudio abusi, ad ipsam totam plebem eo facilius immutandam, & à Christo abalienandam.

2. Diabolus accendit furorem in Judæis ad occidendum Christum.

2. Inter alia semper Judæis Diabolus insufflavit affectum & studium, ut de Christo qvavis ratione occidendo deliberarent. Hoc enim expressis verbis Christus ipse indicat, Joh. 8, 40. *Nunc qværitis me interficere hominem, qvi veritatem vobis locutus sum.*

Sed qvo autore & impulsore hoc faciunt Judæi? versu 41. *Vos facitis opera PATRIS vestri.* Adhuc clarius v. 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & DESIDERIA patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Ergo Diabolus (sub qvo omnem catervam diabolorum, ut supra indigitatum fuit, complectitur) DESIDERAVIT, ut occideretur Christus, & illud suum desiderium instillavit Judæis, & ipse interim in congressibus hominum magno conatu, mirifico gaudio irritavit Judæos, ad hanc rem jam antea satis proclives, ut suum jam tandem votum explerent.

Norinberg.

Non possum me continere, qvin historiam, qvam supra saltem indigitavi, totam huc referam. *Sic igitur scribit Philippus Camerarius, Joachimi filius, in libro primo horarum succisivarum, capite 70. de præstigiis memorabilibus:* Sane facile nominari, in mea vicinia, dum hæc scriberem, monstrari posset, qvidam non ita pridem in seriis & ludicris celebris & exercitatus vir, qvi in custodia consenescit, eo qvod interdum certis intervallis à mirifico & inqvieto spiritu exagitetur: non enim solum plerosqve, cum sedatiori animo est, ad se accedentes, licet ignotos & nunqvam antea à se visos, suo proprio nomine compellat, iilisq; de parentibus & consangvineis, nec non & gentilitiis insigniis, ac si familiariter cum illis diu versatus fuisset, (qvod & mihi accidit) facunde refert, commotiore vero animo falsa & obscœna intermiscet, sed etiam interdum alia profert, & facit, qvæ insolita & mira sunt. Inprimis observatum est, eum ante aliqvot annos, circa idipsum tempus, qvo Caspar Castilioneus, Galliæ Amiralius, cum genero & multis proceribus, secum in religione conjunctis, ex improviso Lutetiæ in lecto trucidtaus est, mirifi-

mirificas visiones habuisse, ex qvibus colligi potuit, aliqvod funestum facinus alibi tractari & peragi. Inter alia autem eadem nocte, qva immanis laniena ista Lutetiana facta est, sæpius exclamavit: Omnia sangvine & cruore scatent: Et paulò post, Ecce, ecce, qvanta cacodæmonum agmina velut ex dissitis ac diversis locis advenientium & invicem congratulantium, gaudioq; gestientium, ac si aliqvam cruentam, & insolitam, diuq; expetitam rem ex arbitrio perfecerint, hinc inde circumvagari in aere conspicio: Verum addidit, exclamando: Ea omnia extra Germaniam actitata & gesta sunt. *Hactenus verba Philippi Camerarii.*

Laniena in nuptiis Parisiensibus An. Christi 1572.

Si ergo ex alia orbis parte agminatim volarunt diaboli versus Galliam, in qva alii diaboli lanienam Parisiensem excitarant, in vespera Bartholomæi, ubi tantum erat res de aliqvot (lices non paucis) reformatæ religioni addictis hominibus; qvid putas, optime lector, in passione Domini contigisse?

Similitudo, qvantis ardoribus ultimum certamen adversus Christum ursérint Diaboli.

Si in deserto alacres contra Christum fuerunt dæmones, nunc omninò alacerrimos sese præbere gestierunt, hinc inde in aere circumvolitantes, tripudiantes, exultantes, se mutuò cohortantes, in hominibus iteratis & iterum iteratis vicibus & ardoribus malitiam insufflantes, omni adhibita diligentiarum omnium ratione, ut ex vita Christus tolleretur.

Audi, lector, illud ipsum totius passionis Dominicæ principale organum, Diabolum, ex aliis locis sacræ Scripturæ, Joh. 14, 27. qvæ verba pertinent ad usitatam lectionem Evangelicam in festo Pentecostes in nostris Ecclesiis, pro more apud nos observato: *Ne turbetur cor vestrum, neq; formidet*, v. 28. *Vado ad Patrem, qvia Pater major me est.* v. 29. *Et nunc dixi vobis, priusqvam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.* v. 30. *Jam* (amplius) *non multa loqvar vobiscum* (feci autem hactenus, qvia nunc paulo post incipiam pati; jam enim in urbe armati præstolantur ad me capiendum.

Sed à qvonam autore excitatur & tractatur illa tragœdia? Respondet & pergit ulterius) *Venit enim* (in Judæis) *PRINCEPS MUNDI HUJUS*, (sed Princeps non solus venire solet, verum cum omni potestate & virtute sua. De novo igitur mecum per Judæos congredietur, sicut in deserto mecum fuit congressus, & postea victus à me discessit ad hoc usqve tempus, ubi alterum insignius certamen mecum instituet, & tamen etiam vincetur; id qvod vobis magno sit solatio) *ET IN ME NON habet qvicqvam.* v. 31 *Sed ut cognoscat mundus, qvia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater,* (de redimendo propria & spontanea, voluntariaq; mea passione genere humano, Hebr. 10, 9. ex Psalmo 40. v. 7. seq.) *sic facio: SURGITE* (de Cœna Paschali) *& eamus hinc* (ex loco celebratæ Cœnæ Paschalis, & institutæ Cœnæ Dominicæ, ut egressi trans torrentem Cedron introeamus in hortum, in qvem à Diabolo impulsi mox venient Judæi cum suis turbis.)

PRINCEPS mundi judicatus.

Sic qvoqve capite 16,11. Spiritus Sanctus tandem super discipulos effusus prædicabit, fuisse *Principem mundi judicatum*, seu prorsus in hoc qvoqve secundo bello profligatum & superatum, hoc est, omnem potentiam diabolicam (qvam corda humana cogitationibus suis nunqvam possunt asseqvi, qvanta, & qvam propemodum sit immensa, qva, si concederetur, vel cœlum & terram subverteret, & cuncta imis misceret, & cunctos homines æterna mancipia faceret) per me fuisse prostratam; ipsum principem mundi mihi Christo subjugatum, ut cogatur cum omnibus suis potestatibus & virtutibus meæ carni, in oculis ipsius tenui visæ, genua flectere, & imperata ejus facere, nec contra ejus nutum vel minimum qvicqvam tentare. Huc uno verbo pertinet, qvod Christus prædixerat Joh. 12, 31. *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.*

Brevissimis qvidem, sed tamen admodum emphaticis verbis tantam rem nobis depingunt sacræ Scripturæ, qvibus æstimandis omnem sedulitatem adhibere decet, qvemadmodum brevibus indicare volui; nec enim nunc Jubet oratorio modo omnia exornare & exaggerare, qvanqvam nullius ingenii tantum erit flumen, qvod hisce ornandis utrumq; sufficere possit.

3. Hebr. 2. v. 14. Diabolus imperium mortis habens vincitur, nimirum à Christo resurgente.

3. Ergo tandem desideria Diaboli compleverunt Judæi, & Christum non modo interfecerunt, sed & ut alium mortuum in sepulcrum abdiderunt, ipso sepulcro mirificè munito. Non autem existimabimus, qvod sepulto Christo ad diversa terrarum loca percurrendo illicò discesserint diaboli. Qvin potius in Judæis excitarunt novam industriam, ut per sigillum sepulcri, per lapidem, per vigiles adhuc illud unicum præstarent, ne ulla suspicio ex morte excitati Christi oriri & spargi posset, ut hac ratione diabolica ipsa agmina vel tandem à metu omni, qvem conceperant, liberari possent.

Agminatim igitur citra dubium circa Hierosolymam, & locum sepulturæ per triduum præcipuè expectarunt eventum. *Ecce* autem, & iterum *ecce*, inqvam, post mediam noctem, per omnipotentiam suam, qvam huc usq; in statu exinationis non ita, ut nunc temporis, usurpavit 1. vita resumta (*sicut enim potestatem habebat ponendi animam, ita qvoq; potestatem habebat iterum sumendi eam*, juxta mandatum Patris sui, Joh. 10, 18.) & corpore suo resanato, in puncto brevi temporis ab omnibus vulnerum & flagellationum cicatricibus, præter qvinqve illa ad tempus adhuc certis de causis reservata, & 3. elevatis & vivificatis corporibus illorum, qvorum sepulcra sub passione sese aperuerant, Matth. 27, 53. 4. non obstantibus vestibus, qvibus sepultum involverant, has enim ita reliqvit, ut fuerant ligatæ, non solvit eas, sicut expresse colligitur Joh. 20, 5. 6. 7. non obstante janua, non lapide non sigillo, non vigilibus, frustra illa maturè præspicientibus, obstantibus & foris undiqve præstolantibus, eventum expectantibus, & si opus sit, nova Judæis con-

Totum corpus CHRISTI fuit cruentatum in passione, & ita positum in sepulcro, attamen postea in momento sanatum omne.

consilia & auxilia parata cupientibus omnibus diabolis, vivacissimum, liberrimum, potentissimum sese exhibet, & qvasi per medias diabolorum omnium cohortes infernales ibi præsentes VICTOR medius exercitus venit, & postea hominibus non nisi paucis, qvibus sese deinceps vult, ostendit: & sic VICTORIAM ultimi certaminis reportat, & hostem captivum ducit.

Vestis sepulti Christi complicata relinqvuntur à resurgente Christo.

Ibi ergò, ibi, inqvam, cumprimis completa sunt illa, qvæ Apostolus scripsit tandem Coloss. 2, 12. *Qvi suscitavit illum à mortuis.* v. 13. *Et vos, cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta,* v. 14 *delens, qvod adversus nos erat, chirographum decreti, qvod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens istud cruci,* v. 15. *& exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.* Et Hebr. 2, 14. *Per mortem destruxit eum, qvi mortis habebat imperium, id est, Diabolum.*

Et hæc sunt omnium præcipua, qvæ in Dominica Resurrectionis seu Paschatos summo mane contigerunt, & qvam proximè pertinent ad historiam resurrectionis Christi: Reliqva enim qvæ leguntur apud Evangelistas, Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Joh. 20. tantummodo pertinent ad modum, per qvem piis hominibus fuit probatum, Christum non amplius esse in sepulcro, sepulcrum esse vacuum, Christum præcedere in Galilæam &c.

Evangelistæ die Paschatis declarari qvotannis solitum nihil de hoc docet resurrectionis modo, sed de modo spectandi sepulcrum, qvod Christus antea resurrexerit.

An autem hæc, qvæ jam dicta sunt, de potente victoria adversus Satanam in ipso die resurrectionis, non contineant genuinam descriptionem, si non omnis, tamen maximæ partis τȣ̃ Descensus Christi ad inferos, ego cunctis eruditioribus, cordatioribus, & veritatis amantibus dijudicandum relinqvo.

Neqve enim nobis constas definitus inferni locus; & anima Christi tunc fuit in manu Domini, corpus qvievit in sepulcro: & rectius faciunt nostrates, qvi descensum Christi ad inferos referunt ad statum exaltationis, & cum resurrectione qvam proximè cohærere sentiunt.

Descensus Christi ad inferos rectius ad statum exaltationis pertinet.

Annon prorsus huc collineare videantur verba, qvæ extant in *Formula Concordiæ*, itidem omnes pii expendant.

Sic vero habent illa in duobus locis: & primum qvidem in Epitome, capite nono: Disceptatum fuit super hoc articulo inter qvosdam Theologos, qvi Augustanam Confessionem profitentur; qvando & qvomodo Dominus noster Jesus Christus, ut testatur fides nostra Catholica, ad inferos descenderit: an id ante vel post mortem ejus factum sit? Præterea qvæsitum fuit, num anima tantum, an divinitate sola, an vero anima & corpore descenderit? idq; an spiritualiter, an vero corporaliter sit factum? Disputatum etiam est, num hic articulus ad passionem, an verò ad gloriosam victoriam & triumphum Christi sit referendus?

Probatur verbis Formulæ Concordiæ.

Cum

Cum autem hic fidei nostræ Articulus, sicut & præcedens, neqve sensibus, neq; ratione nostra comprehendi qveat: sola autem fide acceptandus sit; unanimi consensu consulimus, de hac re non esse disputandum, sed qvam simplicissime hunc articulum credendum & docendum esse. Atq; in hoc negotio seqvamur piam D. Lutheri doctrinam: qvi hunc articulum in concione Torgæ habita (Anno &c. XXXIII.) pie admodum explicuit, omnes inutiles & curiosas qvæstiones præcidit, atq; ad piam fidei simplicitatem omnes Christianos adhortatus est.

Satis enim nobis esse debet, si sciamus, Christum ad inferos descendisse, infernum omnibus credentibus destruxisse, nosq; per ipsum è potestate mortis & Satanæ, ab æterna damnatione, atq; adeo è faucibus inferni ereptos. Qvo autem modo hæc effecta fuerint, non curiose scrutemur, sed hujus rei cognitionem alteri seculo reservemus: ubi non modo hoc mysterium, sed & alia multa, in hac vita simpliciter à nobis credita, revelabuntur: qvæ captum cœcæ nostræ rationis excedunt. *Hactenus verba FORMULÆ CONCORDIÆ ex Epitome.*

Audiantur ejusdem FORMULÆ CONCORDIÆ verba ex solida & plena repetitione ac declaratione, iterum capite nono, qvæ sese habent in hunc seqventem modum: Constat, hunc fidei nostræ articulum, de descensu Christi ad inferos non modo à qvibusdam recentioribus, verum etiam olim ab Orthodoxis veteris Ecclesiæ Doctoribus, non prorsus eodem modo explicatum esse. Nos igitur tutissimum judicamus, si simplicitatem fidei nostræ in Symbolo comprehensam retineamus: ad qvam D. Lutherus pia sua concione, in arce Torgensi Anno Domini 1533. de Christi ad inferos descensu habita, remisit. Ubi confitemur, qvod credamus in Jesum Christum, Dominum nostrum, Filium Dei, qvi mortuus, sepultus est, & ad inferos descendit: in qva Confessione videmus, sepulturam & descensum Christi ad inferos tanqvam diversos articulos distingvi. Simpliciter igitur credimus, qvod tota persona, Deus & homo, post sepulturam, ad inferos descenderit, Satanam devicerit, potestatem inferorum everterit, Diabolo omnem vim & potentiam eripuerit. Qvomodo vero Christus id effecerit, non est, ut argutis & sublimibus imaginationibus scrutemur. Hic enim articulus non magis ratione humana & sensibus comprehendi potest, qvam prior, qvomodo Christus ad dextram omnipotentis virtutis & Majestatis Dei sit collocatus. In his ergo mysteriis fides duntaxat est adhibenda, & verbum Dei firmo assensu retinendum est: sic solidam doctrinam & veram consolationem (qvod videlicet neq; Satan, neq; ipsi inferi nos omnesq; alios in Christum credentes, in potestatem suam redigere, aut nobis nocere valeant) ex hoc articulo hauriemus. *Hactenus verba solidæ & plenæ repetitionis ac declarationis in Formula Concordiæ.*

Por-

Porro, qvia Formula Concordiæ lectorem ablegat ad concionem, hac de re Torgæ anno Christi 1533. à Luthero habitam, extat illa tomo qvarto Germanico Wittebergensi fol. 311. & sexto Germanico Jenensi fol. 76. sub titulo: Der ander Articul unsers heiligen Christlichen Glaubens von JEsu Christo durch D. Mart. Luth. in etliche Predigten verfasset und erkläret zu Torga im Schloß/ Anno M.D.XXXIII. & qvidem sub paragrapho: Folget das dritte Stück dieser Predigt an dem Ostertag gethan, ubi initium ita sese habet: Weil wir nun den HErrn Christum begraben haben/ und gehöret/ wie er aus diesem Leben geschieden ist/ müssen wir ihn auch wieder heraus heben/ und den Ostertag begehen/ an welchem er in ein neues Leben getreten ist/ da er nicht mehr sterben kan/ und ein HErr worden über Todt und alle Creaturen im Himmel und Erden/ welches auch zeiget dieser Articul/ da wir sprechen: Niedergefahren zur Hölle/ am dritten Tage wieder aufferstanden von den Todten. Denn ehe Er aufferstanden und gen Himmel gefahren ist/ und noch im Grabe lag/ ist Er auch hinunter zur Hölle gefahren. Auff daß Er auch uns/ die da solten darin gefangen liegen/ daraus erlösete/ wie Er auch darumb in Todt kommen/ und ins Grab gelegt war/ daß Er die seinen daraus holete. *Hactenus verba Lutheri.*

Lutheri concio Torgæ habita de descensu Christi ad inferos.

Et cum, qvoad meditullium, declaratio mea cum Lutheri expositione penitus faciat, non possum me continere, qvin eam lectori integram ex Luthero adjiciam, tantummodò, ut hoc exemplo assuefaciat seipsum lector, ne in magnis negotiis ad duo vel tria verba sive in Scripturis sacris, sive in monumentis Theologorum consulendis, statim acqviescat, sed eorum sensum per omnes Scripturas & partes hinc inde discursando comparet: id qvod Luthero in suis scriptionibus freqventissimum esse videmus, cujus tamen modus nunc incipit displicere qvibusdam, qvi plus in paucissima verba etiam non intellecta, qvam in sensum ex illis comportandum inhiant.

Sic igitur Lutherus pergit: Ich wil aber diesen Artickel nicht hoch und scharff handlen/ wie es zugangen sey/ oder was das heisse zur Hölle fahren/ sondern bey dem einfältigsten Verstand bleiben/ wie diese Wort lauten/ wie mans Kindern und Einfältigen fürbilden muß. Denn es sind wol viel gewesen/ die solches mit Vernunfft und fünff Sinnen haben wollen fassen/ aber damit nichts getroffen/ noch erlangt/ sondern nur weiter vom Glauben gegangen und abgeführet. Darumb ist dis das allersicherste/ wer da wil recht fahren und nicht anlauffen/ daß er nur bleibe bey den Worten/ und dieselbe ihm einfältiglich einbilde/ auffs beste er kan.

Demnach pflegt mans auch also an die Wände zu mahlen/ wie Christus hinunter fähret/ mit einer Chorkappen/ und mit einer Fahnen in der Hand/ für die Hölle kömpt/ und damit den Teuffel schlegt und verjagt/ die Hölle

stürmet/und die seinen heraus holet. Wie man auch in der Osternacht ein Spiel für die Kinder getrieben hat. Und gefellet mir wol/daß mans also den Einfältigen fürmahlet/spielet/singet oder sagt/und solts auch dabey bleiben lassen/daß man nicht viel mit hohen/ spitzigen Gedancken sich bekümmere/ wie es möge zugangen seyn/ weil es ja nicht leiblich geschehen ist/ sintemahl Er die drey Tage ja im Grabe ist blieben.

Denn ob man gleich gantz scharff und subtil davon reden möchte/ wie es an ihm selbst ist (wie auch etliche Lehrer darüber *disputirt* haben / Ob er Persönlich und gegenwärtig nach der Seele/ oder allein durch seine Krafft und Wirckung hinunter gefahren sey) So ist es doch nicht mit Gedancke͂ zu erlangen/noch zu ergründen/und sie selbst auch nicht verstanden haben. Deñ daß ich das sol mit dem Munde ausreden/oder mit Siñen begreiffen/wie es zugehe in dem Wesen das gar weit über uñ ausser diesem Leben ist/das werde ich wol lassen. Kan ich doch nicht alles erlangen/was dieses Lebens ist/als/ wie de͂ HErrn Christo zu Siñ und Muth gewest im Garten/da er mildiglich Blut schwitzete/sondern muß es im Wort und Glauben bleiben lassen.

Also ist viel weniger mit Worten oder Gedanckeu zu fassen/ wie er zur Hölle gefahren ist/Sondern weil wir ja müssen Gedancken und Bilde fassen des/das uns in Worten fürgetragen wird/ und nichts ohn Bilde dencken noch verstehen können/So ist fein und recht/ daß mans den Worten nach ansehe/wie mans mahlet/daß Er mit der Fahne hinunterfähret/ die Höllepforten zubricht und zustöret/und sollen die hohen unverständlichen Gedancken anstehen lassen.

Denn solch Gemälde zeiget fein die Krafft und Nutz dieses Artickels / darumb er geschehen/geprediget und gegläubet wird / Wie Christus der Höllen Gewalt zustöret/und dem Teuffel alle seine Macht genommen habe. Wenn ich das habe/so habe ich den rechten Kern und Verstand davon/und sol nicht weiter fragen noch klügeln/wie es zugangen oder müglich sey. Eben als auch in andern Artickeln solch klügeln und meistern der Vernunfft verboten ist/und auch nichts erlangen kan.

Sonst/wenn ich auch wolte so klug seyn/ wie etliche / die gerne hoch fahren/und unser Einfältigkeit spotten/ so könte ich auch wol schertzen und fragen/was Er für eine Fahne gehabt/ob sie von Tuch oder Papier gewest sey/ und wie es zugangen sey/daß sie nicht in der Hölle verbrant ist. Item/was die Hölle für Thor und Schlösser habe/2c. und also fein Heidnisch die Christen verlachen/als die grösten Narren/daß sie solchs gläuben / Das ist gar eine schlechte leichte Kunst/die iederman wol ohn ihr lehren wüste / ja auch eine Sau oder Kue wol könte/ So könte ich auch meisterlich *allegorias* draus machen/und deuten/ was Fahne und Stab/oder Tuch und Höllethor heisse.

Denn

Deñ wir sind ja/GOtt Lob/so grob nicht/daß wir gläuben oder sagẽ/daß es leiblich so zugangen sey/mit euserlichẽ Geprång/oder hültzern Fahnen uñ Tuch/oder daß die Hölle ein hültzern oder eysern Gebåu sey. Aber wir lassen beyde solch fragen/klügeln nnd deuten daheim/und reden einfältiglich davõ/ daß man mit solchen groben Gemålden fasse/was dieser Artickel gibt/wie mã sonst die Lehr von Göttlichen Sachen/durch grobe eusserliche Bilde vorgibt.

Wie Christus selbst allenthalben im Evangelio dem Volck das Hĩmelreich durch sichtige Bild und Gleichnis fürhelt/oder wie man das Kindlein JEsum mahlet/daß er der Schlangen auf den Kopff trit/und wie ihn Moses den Jüden fürmahlet/in der Wüsten/durch die ehrne Schlange. Item Johannes der Teuffer/durch ein Lamb/da er ihn das Lamb GOttes nennet.

Deñ solche Bilde sind fein hell uñ leicht/ein Ding dadurch zu fassen und behalten/uñ dazu lieblich uñ tröstlich/uñ dienen ja dazu / ob sie sonst nirgend zu gut weren/daß dẽ Teuffel gewehret werde/mit seinẽ gefährlichen Pfeilẽ und Anfechtũgẽ/der uns mit hohẽ Gedanckẽ wil von Gott führẽ/daß wir mit der Vernũfft klettern in klügeln in den hohen Artickeln/ biß er uns zu letzt stürtze.

Und ist ohn Zweiffel von den alten Våtern so auff uns komen / daß sie so davon geredt und gesungen haben/wie auch noch die alten Lieder klingen/und wir am Ostertage singen/ Der die Hölle zubrach/ und den leidigen Teuffel darinne bandt/2c. Deñ/weñ ein Kind oder einfåltiger solches höret/ so dencket er nicht anders/deñ daß Christus den Teuffel habe überwunden/ und ihm alle seine Gewalt genommen. Das ist recht und Christlich gedacht/die rechte Warheit/und dieses Artickels Meynung troffen/ ob wol nicht nach der Schårffe davon geredt/noch so eben ausgedruckt/ wie es geschehen ist.

Aber was ligt daran? weñ mirs meinẽ Glaubẽ nicht verderbet/uñ den rechten Verstand fein klar und helle gibt/den ich davon fassen sol und kan. Und ob ich gleich lange scharff suche/doch nichts mehr davon kan fassen/ sondern viel ehe den rechten Verstand verliere/wo ich nicht wol verwahret an dem Wort fest halte. Man muß doch dẽ groben Volck kindlich und einfältiglich fürbilden/ als man iñer kan/ sonst folget der zweyer eins/ daß sie entweder nichts davon lernen noch verstehen/Oder/wo sie auch wollen klug seyn/uñ mit Vernunfft in die hohen Gedancken gerathen/ daß sie gar vom Glauben komen.

Das rede ich darumb / weil ich sehe / daß die Welt itzt wil klug seyn / ins Teuffels Namen/ und in den Artickeln des Glaubens / nach ihrem Kopff meistern und alles ausgründen. Also hie/ wenn sie höret / daß Christus zur Hölle gefahren ist/fehret sie zu/und wils so bald ausspeculiren/wie es zugangen sey/und machet viel weitläufftiger unnützer Fragen/Ob die Seele allein hinunter gefahren sey? oder/ob die Gottheit bey ihr gewest sey? Item was er daselbst gethan habe? und wie er mit den Teuffeln nmbgangen sey? und dergleichen viel/davon sie doch nichts wissen kan.

Wir aber sollen solche unnöthige Frage lassen fahren/ und schlecht einfältiglich unser Hertz nnd Gedancken an die Wort des Glaubens hefften und binden. Welcher sagt/ Ich gläube an den HErrn Christum/ Gottes Sohn/ gestorben/ begraben/ und zur Hölle gefahren/ das ist/ an die gantze Person/ GOtt und Mensch mit Leib uud Seele ungetheilet/ von der Jungfrauen gebohren/ gelitten/ gestorben und begraben.

Also sol ichs hie auch nicht theilen/ sondern gläuben und sagen/ daß derselbige Christus/ GOtt und Mensch/ in einer Person/ zur Hölle gefahren/ aber nicht darinnen blieben ist/ wie der sechzehende Psalm von ihm saget/ Du wirst meine Seele nicht in der Hölle lassen/ noch zugeben/ daß dein Heiliger die Verwesung sehe. Seele aber heisset er/ nach der Schrifft Sprache/ nicht wie wir/ ein abgesondert Wesen vom Leibe/ sondern den gantzen Menschen/ wie er sich nennet den Heiligen GOttes.

Wie aber solches möge zugangen seyn/ daß der Mensch da im Grabe ligt/ und doch zur Hölle fähret/ das sollen und müssen wir wol unergründet nnd unverstanden lassen/ denn es ist freylich nicht leiblich noch greifflich zugangen/ ob mans wol grob und leiblich mahlen und dencken muß/ und so davon reden durch Gleichnis/ Als wenn ein starcker Held oder Riese in ein fest Schloß käme/ mit seinem Heer/ und Panier und Waffen/ und dasselbige zustöret/ und den Feind darinn fienge und binde/ 2c.

Darumb sage nur einfältiglich also/ wenn man dich fraget von diesem Artickel/ wie es zugangen sey/ das weiß ich warlich nicht/ werde es auch nicht erdencken noch ausreden können/ Aber grob kan ich dirs wol mahlen/ und in ein Bild fassen/ von verborgen Sachen fein klar und deutlich zu reden/ daß er hingangen/ und die Fahne genommen/ als ein siegender Held/ und damit die Thor auffgestossen/ und unter den Teuffeln rumoret/ daß hie einer zum Fenster/ dort einer zum Loch hinaus gefallen ist.

So kömpstu unzeitiger Klügling mit deiner beschmissen Klugheit und spottest/ Ist das wahr/ so höre ich wol/ die Hölle hat hültzen Thor/ vom Zimmerman gemacht/ wie ist sie denn so lang gestanden/ daß sie nicht verbrant ist/ 2c. Antwort/ Das wust ich vorhin wol/ ehe deine Klugheit gebohren war/ und darffest mich nicht lehren/ daß die Hölle nicht von Holtz und Stein gebauet ist/ noch solche Thor und Fenster/ Schlösser noch Riegel hat/ wie ein Hauß oder Schloß auff Erden/ und er nicht mit einer tuchern Fahnen sie hat zustöret. So kan ich auch/ GOtt Lob/ wol so scharff/ als irgend ein solcher Klügler/ davon reden/ und dazu solche Bilde und Figuren alle fein verklären/ und auslegen/ was sie deuten.

Aber ich wil lieber dem kindlichen Verstand/ und einfältigen klaren Worten bleiben/ der mir diesen Artickel fein mahlet/ denn mit ihnen in die hohen

hen Gedancken fahren/die sie selbst nicht verstehen/und der Teuffel sie damit von der Bahn führet/Denn solch Bilde kan mir nicht schaden noch verführen/sondern dienet und hilfft wol dazu/daß ich diesen Artickel desto stärcker fasse und behalte/und bleibt der Verstand rein und unverkehrt (GOtt gebe/ die Pforten/Thor und Fahne sey hültzern oder eysern/oder gar keine gewest) wie wir doch müssen alle Ding/die wir nicht kennen und wissen/durch Bilde fassen/ob sie gleich nicht so eben zu treffen/oder in der Warheit also ist / wie mans mahlet.

Also gläube ich auch hie/daß Christus selbst Persönlich die Hölle zustöret/und den Teuffel gebunden hat/GOtt gebe/die Fahne/Pforten/Thor und Ketten sey hültzern/eysern oder gar keine gewest/ da ligt auch nichts an / wenn ich nur das behalte/so durch solche Bilde wird angezeigt/ daß ich von Christo gläuben sol/welches ist das Hauptstück/Nutz und Krafft/so wir davon haben/daß mich und alle/die an ihn gläuben/ weder Hölle noch Teuffel gefangen nehmen noch schaden kan.

Das sey nun auffs einfältigste von diesem Artickel geredt/daß man an den Worten halte/und bey diesem Hauptstück bleibe/ das uns durch Christum die Hölle zurissen/ und des Teuffels Reich und Gewalt gar zustöret ist/umb welches willen Er gestorben/ begraben und hinunter gefahren ist/ daß sie uns nicht mehr soll schaden noch überwältigen/ wie Er Matthäi am sechzehenden selbst sagt. Denn ob wol die Hölle an sich selbst die Hölle bleibt/ und die Ungläubigen gefangen hält/wie auch der Todt/ Sünde und alles Unglück/ daß sie darin bleiben und verderben müssen/ und uns auch selbst nach dem Fleisch und eusserlichem Menschen schrecket und drenget/ daß wir uns damit schlagen und beissen müssen / Doch ist solches im Glauben und Geist alles zustört und zurissen/daß es uns nichts mehr schaden kan.

Das ist alles ausgerichtet durch diesen einigen Mann/ daß unser HErr Christus hinunter zur Hölle gefahren ist/sonst hätte es die Welt mit alle ihren Kräfften nicht vermocht/iemand aus des Teuffels Banden zu erlösen / noch für eine Sünde der Höllenpein und Gewalt weg zu nehmen / ob auch alle Heiligen für eines Menschen Sünde in die Hölle führen/ sondern müsten alle zumahl/so viele ie auff Erden kommen sind/ewiglich darinne bleiben/ wo nicht der heilige Allmächtige Gottes Sohn/mit seiner eigen Person dahin gefahren/und dieselbige durch seine Göttliche Gewalt mächtiglich gewonnnen und zustöret hätte.

Denn was vermag ein Cartheuser Kappen/Barfüsser Strick/noch aller Mönche Heiligkeit/noch aller Welt Gewalt uñ Macht/ein Füncklein des Höllischen Feuers auszuleschen. Aber das thuts/ daß dieser Mañ selbst hinunter kömpt mit seiner Fahne/da müssen alle Teuffel lauffen und fliehen/als

für ihren Todt und Gifft/und die gantze Hölle mit ihrem Feuer für ihm verleschen/daß sich kein Christe dafür fürchten darff/ und wenn er dahin fähret/ nicht mehr sol der Hölle Pein leiden/Gleich wie er durch Christum auch den Todt nicht schmecket/sondern durch den Todt und Hölle zum ewigen Leben hindurch dringet. Hactenus omnia fuere verba Lutheri.

Pulcra etiam sunt, quæ de hoc ipso negotio Augustinus in suis habet sermonibus in hunc sensum : Reddunt inferna præpotentissimum victorem, & suscipiunt superna augustissimum triumphatorem. Quando enim in profundum, in quo semper inter tenebras & umbram mortis, cum fletibus & cum stridoribus dentium, toti humano generi sedendum fuisset, descendit,ut tenebrarum & mortis principem colligaret, legionibus illius perturbatis captivum educeret,è vestigio tartarei spiritus territi, inter umbrosa silentia murmurantes,inqvirere cœperunt & dicere; Qvis est iste tam fortis, tam terribilis,tam præclarus, & niveo colore coruscus? Nunqvam talem noster excepit tartarus,nunqvam in nostram cavernam iste talem evomuit mundus,orbis ille, qvi nobis subditus fuit,semper nostris usibus mortis tributa persolvit, nunqvam talia infernis munera destinavit. Invasor iste, non debitor: exactor est,non peccator: judicem videmus,non supplicem : venit jubere, non succumbere: eripere, non manere: ubi jam janitores nostri dormierunt,cum ista bellator claustra vexavit? Hic si reus esset, tam potens non esset. Qvis igitur est iste,qvi sic intrepidus fines ingreditur nostros? & non solum supplicia non veretur nostra, sed & alios de vinculis exolvere aggreditur nostris? Nunqvam hic ita superbi erant mortui, nec aliqvando sic potuerunt læti esse captivi. O Princeps noster,cum tu Christum suspendis in ligno, ignoras,qvanta damna sustineas in inferno? In qvo nihil mali cognoveras, qvare eum ad patriam nostram perducebas? liberum & innocentem huc adduxisti, tot noxios perdidisti. *Hæc ille & alia plura pulcre.*

Conclusionis loco illud qvoqve addo, duas illas maximas pugnas Christi cum Diabolis, alteram in deserto, alteram in Passione Dominica, olim fuisse repræsentatas per duos hircos,Levit.16.v,7. super qvorum unum confitebatur Sacerdos omnium Israelitarum peccata,& vivum abduci curabat in desertum,ubi à feris fuit discerptus; alter verò extra urbem Hierusalem comburebatur,sicut Christus extra portam passus fuit, Hebr. 13, 12. & qvidem facie ad occasum aversa in cruce,ne ex cruce urbem intueri posset,ut qvidam historici annotant, & hanc causam faciunt, qvod passim omnia signa crucifixa in templis & biviis passim locorum & oppidorum ita olim facta & posita fuere, ut etiam faciem versus occasum vertant. Et tantum de illis.

CXIX.

CXIX.
DE FRAGMENTIS RESIDUIS POST ALIQVOT MILLE HOMINES PAUCIS PANIBUS SATURATOS.

AD Dominicam LÆTARE, ut vocant, explicatur Evangelium de qvinqve millibus auditorum Christi, qvi qvinqve panibus hordeaceis saturati duodecim cophinos seu corbes fragmentis plenos reliqverunt, Matth. 14,20. & seqq. Marc. 6,43. Luc. 9, 17. Joh. 6, 13.

Similiter se res habet in altero miraculo, Matth. 15, 37. Marc. 8, 8. ubi qvatuor millia virorum saturantur septem panibus & remanent corbes pleni fragmentorum septem.

Hic qværitur, qvidnam sint FRAGMENTA, κλάσματα? Lutherus convertit Brocken/ Sie assen alle und wurden satt/ und huben auf/ was übrig blieb von Brocken zwölff Körbe voll. *Differunt* Brocken und Brosamen.

Aliud est, qvando Syrophænissa apud eundem Matthæum, capite 15. v. 27. dicit, *qvod catelli edant de MICIS, qvæ cadunt de mensis Dominorum suorum*, Die Hündlin essen von den Brosamlin/ die von ihrer Herren Tische fallen. Item, qvando apud Evangelistam Lucam cap. 16, 21. *Lazarus ante fores divitis cupiebat saturari micis, qvæ cadebant de mensa divitis*, Begehrt sich zu sättigen von den Brosamen/ die von des Reichen Tische fielen / ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τȣ̃ πλȣσίȣ.

Aliud igitur sunt κλάσματα, aliud ψιχία, in diminutiva forma ex ψὶξ: κλάσμα est à κλάω frango, & significat frustum defractum; ψιχία vero sunt abstersiunculæ, defricatiunculæ minutissimæ, adeoqve particularum particulæ, prorsus exiguæ ruptiunculæ. *κλάσματα & ψιχία.*

Ergo reliqverunt auditores & commensales Christi corbes plenos non micarum, sed frustrorum, promemodum talium, qvalia frustula vel frusta in mensis convivæ super suos orbes habent, vel qvalia distribuuntur mendicantibus.

Præcessit autem in actu istius miraculi ante omnia *ardens Christi precatio*, qva suspiciens in cœlum benedixit, seu gratias egit, εὐλόγησε, gloriam Dei prædicavit, qvi panem & pisces creavit. 1. *Christus paucis panibus multos saturaturus PRECATUR.*

Usitatum fuit Christo in mensa precari & ardenter & freqventer. In ultima cœna Matth. 26, 26. *accepto 1. pane benedixit; sed & postea iterum accepto 2. poculo gratias egit.* Atqve qvia in hoc loco ultimæ cœnæ permutantur vocabula εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν, inde clarius elucet, qvod benedicere sit Deo gratias agere.

Ipse

Ipse magister & caput suæ Ecclesiæ & familiæ seu domus, *precandi* officio fungitur, sicut alias semper gestit orare, qvin nec pudet ipsum precari seu orare in ultimo suo discessu, qvando jam ad dextram Patris plene debet exaltari sine dubio in conspectu omnium Angelorum sanctorum. Tunc enim Luc. 24,50. *Elevatis manibus benedicit discipulis.* Qvod autem benedictio sit species precationis, satis notum est.

Et qvia *minus à majore benedicitur*, Hebr. 7,7. in publicis conviviis honoratissimum & maximè conspicuum officium præstat, qvi, qvo honoratior aliis, eo majore cura benedictionem clara voce recitare non erubuerit.

Ad preces domesticas tota concla manda est domestica ecclesiola.

Simul etiam, qvia Christus gratias agit accepto pane, & iterum, qvando accipit poculum, nos qvoqve & palam & clam ad singula fercula ad Deum gratiarum actoria suspiria emittere, & aliis bonum exemplum præbere, eosq; ad similem pietatem assuefacere decet, præsertim sub initium & finem cœnæ, ubi ad preces ex omnibus angulis convocanda est omnis liberorum & servorum familia, & qvantum fieri potest, reverentiæ causa stando benedicendus Dominus.

Toto anno rogandus est pro fertilitate agrorum & pecorum, &c.

Et si Christum hac in parte tam solertem esse videmus, qvanto magis nos toto anno post singulas conciones & lectiones prolixis & piis verbis à Deo petere debemus tum alias qvasvis necessitates, tum salutares pluvias, serenitatem, benedictionem agrorum; nec hanc pietatem differre in mediam æstatem, aut nimis involutis & brevibus hac in re uti verbis.

Et ut nos ad preces ardentiores & indesinentes excitet, pro libera sua liberalitate modò pinguiorem, modò contractiorem distribuit benedictionem, nunc duodecim implet corbes, alio tempore saltem septem: cum vult, *præcipit benedictioni ut unus annus proferat fructus pro annis tribus*, Lev. 25,21. Cum vult, *ibi cœlos facit ferreos, & terram pulverulentam*, Deut. 28, 23.

Fames seu annonæ caritas propter divitū peccata.

Mittit autem famem & procreat annonæ caritatem, ut vulgo loqvuntur, non tantum propter pauperes, sed & propter divites, 2. Samuel. 21, 1. *tribus annis continuis fuit fames & reqvisivit David faciem Jehovæ de causa istius famis*, theurer Zeiten/ *& respondit ipsi Jehovah, istam famem divinitus immissam esse propter Saulem, & propter familiam Saulis sangvinariam*, & tamen jamdudum Saul fuerat mortuus. Ita propter Davidem Regem grandissima extitit pestis, 2. Sam. 24.

2. Christus multiplicat panes.

Deinde Panes acceptos Christus frangit, eosqve mirifice multiplicat, ut tandem corbes duodecim complerent. Auditorum Christi plurimi de longè venire solebant, Marc. 8,3. præsertim ad solennia festa, ut Paschatos, Joh. 6. v. 4. qvo tempore vacuum coram Domino apparere non licebat, adeoq; in canistris vel cartallis seu corbibus primitias, exempli gratia, ferre ad

locum

locum, qvem elegerat Dominus, Deut. 26. v. 2. Hinc igitur plures erant corbes in deserto pro pluribus vel paucioribus fragmentis colligendis; & jam erant evacuati corbes, qvia reditum ex festo & Hierosolyma ad suos meditabantur.

Qvamqvam vero potuisset ex nihilo creare, & in annos aliqvot multiplicare suis auditoribus mannam, *cujus sapor erat, ut sapor recentis olei, una cum coturnicibus, ut in deserto fecit*, Exod. 16, 32. & Num. 11. v. 18. & 19; *qvamqvam* ad plus confortandos defatigatos, aqvam in vinum mutare potuisset, tamen, ut ad αὐτάρκειαν cunctis calcar addat, *bordeaceos* panes discipulorum solummodo multiplicat.

Christi frugalitas & αὐτάρκεια in cibis.

Apparet inde maxima frugalitas, & simul tenuitas victus Christi, Joh. 6. v. 9. in festo Paschatos dicipuli ejus habent qvinqve panes *bordeaceos*, & duos pisciculos. Lauticias enim ipse nullas captavit, etiam post resurrectionem, Luc. 24, 42. *Ubi comedit particulam piscis assi, & aliqvid ex melle adhuc intra favum hærente*, qvale gustare solent pauperes casarum & pagorum coloni.

Similiter 1. Reg. 17, 4. Elias legatus Dei ad Regem Achab fugere jussus, *bibit de torrente jussu Dei, & pascitur a corvis; qvi afferebant ei panes & carnes vespere.*

Qvin & 1. Reg. 19, 7. ad Eliam mittitur Angelus Domini, qvi tamen Eliæ Jesabilem fugienti plus non apportavit, *qvam panem inter prunas coctum, & scyphum aqvæ*, per qvem tamen longe splendidiores cibos & potus procurare potuisset.

2. Reg. 4. viduæ pro ære alieno dissolvendo potuisset procurare grossos argenteos, qvalem unum ex piscis marini ore procurat Petro, Matth. 17. v. 27. sed tantummodo *oleum* ejus multiplicat. Eodem pacto multiplicat discipulis pisces post resurrectionem suam, ut capiant centum qvinqvaginta tres tantum magnos, Joh. 21, 11.

Historia in N. Testam. prorsus aurea una.

Omnium hominum diligentiore consideratione cumprimis digna est historia, qvæ in eodem capite jam indigitato extat v. 9. his verbis: *Postqvam* (Apostoli) *descenderunt in terras, vident prunas positas, & piscem impositum, & panem*, v. 10. *& Christus dicit eis: Afferte de piscibus, qvos modo cepistis.* v. 11. *& traxerunt rete, & iterum dicit illis Jesus, venite, prandete. Et accepit panem, & dedit eis, & piscem similiter.* Nimirum egressi piscatum fuerant circa vesperam, Petrus, Thomas, Nathanael, & filii Zebedæi, & alii duo discipuli ejus, personæ, ut loqvimur vulgato more, septem. Mane in littore sine dubio inter homines aliqvid de piscibus sibimet emturos & procuraturos etiam stat Christus, ita tamen, ut eum non agnoscerent; & cum tota nocte nihil cepissent, nihil etiam obsonii secum haberent, unde defatigata

corpora nonnihil recrearent, jubet eos remittere in dextra navigii partem: id qvod etiam faciunt. Sed qvia interea plus temporis elabebatur, novis laboribus defagitatio miserorum crescebat, & ad domunculas vel hospitia longior erat via, ipsemet Christus, interea dum laborant Apostoli, procurat ipsis ignorantibus, nec videntibus, panem, & prunas, & super has piscem, qvi interim assetur, ut statim post felicem qvidem, sed tamen majoribus laboribus absolutam piscationem paratum edulium in promptu haberent. Et necesse est, panem & piscem satis fuisse mediocrem, qvi septem ejusmodi hominibus aliqvantisper sufficeret.

Caussa annonæ caritatis, ut loqvuntur vulgo, sola est COMMUNIS impœnitentia & ingratitudo hominum, nulla vero alia.

Hunc panem & hunc piscem ac has prunas ardentes ipse non accepit aliunde ex ædibus hominum divitum, sicut Satanas subtrahere pro suis cultoribꝰ necesse habet; sed panem & similiter prunas ardentes de novo creavit & multiplicavit, id qvod etiam de pisce sentiendum est. Alioqvin enim exiguum fuisset miraculum, si instar alicujus pauperioris piscatoris ex littore maris piscem unum extraxisset. Nisi in libro Canonico extaret hæc historia, omnino pro fabulosa haberetur a mundo.

Genes. 26, 12. ex seminatione unius modii centum modios accepit Isaac ex benedictione divina, id qvod hodie vel qvovis anno faceret lubentissime, si non obstaret ingratitudo hominum. Nec enim ita natura cœli vel soli facta est deterior, nec decrevit manus & potentia Domini; nec obstat multitudo hominum, qvin, si centum essent terræ, eæq; omnes hominibus æq; plenæ, immo plenissimæ, tamen infinita & inexhausta potentia Domini plusqvam satis elargiri valeret. Etsi omnino ita in immensum, qvod non conceditur, natura soli & cœli facta esset deterior, tamen pingvendine Domini ex alto semper annuatim ita posset roborari, ne de hac qvicqvam conqveri haberemus. Ventum ad supremum est, nunqvam meliora seqventur, ajunt aliqvi, ego vero subinde de illa repono, ut Thren. 3, 23. *Qvodlibet mane novæ sunt misericordiæ Domini*, in qvolibet mane novæ sunt potentiæ Domini. Num. 11, 23. Esa. 59, 1. *Nunqvid manus Domini abbreviata est?* Nihil igitur qverelæ, nihil prætextus hominum, qvasi non omnibus annis æqvalem proventum dare possit terra, qvasi non uno anno terra & apva æqvaliter feraces esse qveant. In nobis, & in nostra impœnitentia & ingratitudine, & in negligentia precum assiduarum omne situm est momentum: qva de re, Deo volente, in Meteorologia sacra prolixissime agam. Sicut autem Deus interdum ad multiplicandam, ita vice inversa ad subtrahendum interdum est potentissimus. Tempore famis ut loqvuntur Sacræ Scripturæ, vel annonæ caritatis, ut loqvuntur alii, debebant singuli & universi ad hunc finem dirigere cogitationum & actionum suarum omnium nervos, ut turba pauperiorum, insignem divitum persentiscere posset commiseratio-

Qvidnā in caritate annonæ ditiores deceret.

tionem & benignitatem. At vice perversa, ibi unicum est gaudium, & unicus fervor, summumqve & unicum votum, ut frumentis & alimentis qvam maximo pretio divenditis ditescant. His opponendũ est vere paradoxum Theologicum illud: Daß kein einig Mensch beständiger weise reich worden sey in der theuren Zeit/ Non sunt diuturnæ divitiæ, qvæ tempore caritatis annonæ colliguntur. Rationes sunt in promptu: Qvia verissimum est illud ex totius Scripturæ visceribus desumtum, *Benedictio Domini divitias facit*, Proverb. 10. v. 22. Item, *qvi abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium*, Proverb. 11. v. 26. Jam vero tempore famis & frumenta non venduntur, aut non prius venduntur, nisi a teredinibus, vel alio pacto corrupta & mucida, & pulverulenta, & qvidem tunc non nisi maximo precio venduntur. His igitur temporibus maxima divitum turba in immensum pingvescit, curis, sudoribus, lacrimis, sangvine, ipsa vita pauperum.

Cur non sint stabiles divitiæ, qvæ tempore famis consarcinantur.

Etsi vero divites Deum pro benedictione talium divitiarum orabunt, tamen jamdudum respondit Dominus per Salomonem Prov. 21, 13. *Qvi obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.*

Qvin potius tunc sive cito sive tardius pro benedictione & multiplicatione annihilationem, decurtationem & corruptionem pedetentim & sensim experiri habent tales. Hic, si in campum historicum expatiari liberet, manifestam & mirabilem Dei vindictam pro tua, lector, experientia informanda adjicere liceret. Sæpenumero illustrium, generosarum & magnarum familiarum domibus Deus nullos dat hæredes, aut hæredes dat ejusmodi, qvi sint impientissimi, & tragœdias domesticas excitent, aut qvorum bona incendiis, bellicis apparatibus, luxu, ære alieno aliis dissoluto, propter sponsiones mutuo factas ad maximos numeros, nimis subito pereant.

Fragmenta nulla divitibus supererunt, nisi in fame suos panes indigentibus ita liberaliter communicabunt.

Vidi, nec in tota vita mea oblivisci possum, prælustrem familiam, qvæ ab altera familia prælustri sex, ut loqvuntur, tonnas auri tanqvam debitum liqvidum poscebat, sed non nisi sexagies mille florenos recuperare poterat, amissis qvinqve tonnis auri, cum qvadragies mille florenis, qvas ab eadem jam insinuata familia prælustri & adhuc valde divite percipere nunqvam potuit, sine dubio ex vindicta Domini, qvia sine dubio has summas tam immensas suspiria pauperum & maledictiones Domini per certamina mota forensia interceperunt, & in fumum converterunt.

Wolffgangus Lazius Historicus Cæsareus in suis operibus magnam illustrium Germanarum veterum familiarum multitudinem collegit, qvarum hodie ne una amplius conspici potest residua, vel qvoad villas & pagos, vel qvoad nomina,

Et qvid nostro tempore usitatius videmus, qvam qvod exturbatis veteribus possessoribus, subinde novi atq; novi multorum pagorum & ædium atqve agrorum veniunt & audiunt domini. Et hoc est, qvod *Salomon* dicit Proverb. 23. vers. 4. non esse laborandum, ut diteris, sed prudentiæ esse ponendum modum. Lutherus, Bemühe dich nicht reich zu werden / und laß ab von deinen Fündlin / hoc est, non esse per ejusmodi jam indigitata media & tempora cum crudelitate omnis commiserationis experte colligendas divitias.

Audi statim e vestigio eundem Salomonem v. 5. *Ne erigas oculos tuos ad opes, qvia facient sibi pennas similes aqvilæ, & volabunt in cœlum.* Lutherus, Laß deine Augen nicht fliehen dahin / das du nicht haben kanst / denn dasselbe macht ihm Flügel / wie ein Adler / und fleugt gen Himmel. Solent enim de ejusmodi divitiis male partis Scriptores & Concionatores usurpare similitudinem *ab aqvilæ pennis* petitam, a qvib9 consummantur aliarum avium pennæ appositæ. Hæc autem in rei veritate non accidere, docui in historia mea animalium sacra.

Divitiæ malæ partæ faciunt sibi pennas aqvilarum.

Unde autem originem habuerit illud vulgo ita creditum adagium, hoc ex capite 23. v. 5. Proverbiorum vel Parabolarum Salomonis evidentissime conspicietur. Divitias male partas Salomon dicit sibimetipsis facere vel comparare pennas aqvilinas. *Aqvilæ* non habent simplicem cum aliis avib9 communem volatum; sed celerrimum, & propemodum stupendum, de qvo in historia animalium videre licebit. Sic etiam, vult dicere & docere Salomon, male partæ divitiæ justo Dei maledicentis judicio non diuturnam habebunt mansionē apud injustum possessorem, sed qvasi in aves mutabuntur, & accipient pennas non simplicium aliarum avium; verum aqvilarum, & non abibunt ab injusto possessore, sed avolabunt, nec avolabunt simpliciter, sed citissime, & avolabunt non in alia terræ loca, sed in cœlum & in aerem, in qvem tam alte volatu suo sese confert aqvila, ut nec acutissimis oculis amplius ab ullo hominum videri qveat. Experientia vetusta & recentissima magno numero & magno consensu veritatem huj9 doctrinæ & hujus similitudinis Salomonicæ plusqvam nimio satis testatam facit.

Hoc etiam est, qvod Jobus ait cap. 5, 3. 4. *Ego vidi stultum radicatum, vel firma radice, & maledixi pulcritudini ejus statim, longe erunt filii ejus a salute, & conterentur in porta, & non erit, qvi eruat.* Horum, de qvibus loqvimur, hominum bona sunt similia telis aranearum, Job. 27, 18. Telæ aranearum magno qvidem labore ab araneis contexuntur & conficiuntur ex ipsis humoribus & succis horum animalculorum, & ita qvidem, ut exugantur animalcula illa penitus, & iccirco in suis nidis moriantur, & mortua reperiantur,

tur, attamen a qvovis puerulo facillime disturbantur, ut filiis araneorum nihil prodesse qveant. Unde iterum Job. cap. 8, 14. *Sicut tela aranearum fiducia ejus.* v. 15. *innitetur super domum suam, & non stabit, & fulciet eam, & non consurget &c.* Immo, ut Prov. 20, 15. *Ruina est homini devorare sanctos.* Erit ipsi impio diviti talis opulentia, & baculus arundineus, ut Prophetæ loqvuntur, qvi in casu necessitatis & frangitur, & manum tenentis lædit.

Porro, qvanta fuerit multiplicatio in præsenti miraculo Christi, circumstantiæ docebunt, Matth. 14. v. 20. *Saturantur qvinqve panibus qvinqvies mille viri, absq; mulieribus & puerulis.* Sint ad summum viri, mulieres, pueruli *decies mille*, & attribuas unicuiqve panem pro uno nummo, unde ferme conficientur 40. floreni Misnici. Supersunt autem duodecim corbes fragmentorum pro sex saltem florenis utcunqve computandi. Dederant discipuli igitur qvinqve panes pro qvinqve grossis, & recipiunt sex florenos ad minimum. 3.

Discipuli enim in casu necessitatis suppeditarunt liberaliter panes suos, & discipuli vicissim receperunt hoc præmiū, seu hanc recompensationem. Inde enim est, qvod docet Christus Marc. 8. v. 13. *Ibi Jesus abiit transfretum,* v. 14. *& obliviscuntur discipuli sumere panem, & nisi unum panem non habebant in navi* (ecce tenuissimam Oeconomiam Christi pro consolatione paupertimis sæpenumero inculcandam, v. 16. *ideoq; cogitabant, qvia panes non habemus.* v. 17. *Qvo cognito ait illis Jesus, qvid cogitatis, qvia panes non habetis,* v. 18 *nondum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? nec recordamini,* v. 19. *qvando qvinqve panes fregi in qvinqve millia, & qvot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.* v. 20. *Qvando & septem panes in qvatuor millia, qvot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis* v. 21. *Qvomodo nondum intelligitis?*

Christus iis, qvi panes communicarunt liberaliter, plus reddit fragmentorum, qvam ipsi dederant mutuo nno numero. Locus communis proprius tractantus vel historia de duodecim vel septem corbibus fragmentorum residuis, pro concionibus. Aliud exemplum multiplicationis divinæ.

Ita ergo Deus remuneravit illum, qvi qvinqve panes in casu necessitatis suppeditavit, & ita qvoqve benecupiet, benefaciet & benedicet illis & illorum posteris, qvi tempore famis pauperibus libenter vendent, justo pretio vendent, ex magna commiseratione vendent. Hoc enim singulariter & principaliter indicare voluit per corbes fragmentorum, qvæ post cibationem supererant. Econtra contrarium facientibus magnopere maledicet, tum ipsis, tum posteris.

Exiguum qvidem, qvod ad pretii supputationem, fuit hoc miraculum, longe illustrius est illud de manna in deserto. Ex Ægypto in terram Chanaan ad summum milliaria Germanica intercedunt sexaginta, qvæ paucis diebus hinc inde percurrebant frumenti causa filii Jacobi Patriarchæ, Gen. 43, 10. & alibi. Et si qvis unoqvolibet die, exceptis Sabbathis, unum solum-

 modo

modo milliare conficeret, tamen decem septimanis totum finiret iter: Immo, si qvis uno die tantum per qvartam partem unius milliaris Germanici progrederetur, iterum Sabbathis exceptis, tamen ante excurrentem annum unum itidem fine potiretur exoptato.

At in hoc spacio consumere Israelitæ debuerunt annos, vulgata computatione, qvadraginta.

Deinde sexcenta millia peditum, seu expeditorum ad bella & gladios idoneorum exierunt ex Ægypto, Exod. 12. vers. 37. præter senes, præter parvulos, præter servos, præter servas, præter magnam turbam Ægyptiorum simul egressam. Aliqvi propter fœcunditatem populi decem pro una familia computant, ideoqve in egressu sexagies centena millia numerant.

Si ex his tantum assumseris vicies centena millia, tantus prodibit numerus, ut in una linea recta seriatim collocati compleant totam intercapedinem inter Ægyptum, & inter terram Chanaan. Hi ergo exercitus numerosissimi, ut dixi, hæserunt inter Ægyptum & terram Chanaan per annos qvadraginta continuos (38 post rebellionem Deut. 2, 14. alter enim numerus continetur Josuæ 4, 13.) & cum armentis amplum spatium terræ semper occuparunt.

Tantis igitur exercitibus Deus per 40. annos pluit mannam de cœlo, & dedit in deserto aridissimo aqvas sufficientes. Si in unius personæ consideratione in diem unum tantũ reposueris duos nummos pro manna, tum in annum unum necessario reqviruntur grossi Misnici sexaginta, qvorum unus duodecim complectitur numulos. At pro vicies centenis millibus annuatim reqviruntur duæ tonnæ auri, qvarum qvælibet 100000 florenos continet, ita, ut in unam qvamlibet diem ferme ducenti floreni necessario computari debeant pro manna. Pro annis igitur 40. manna venisset tonnarum auri octuaginta, ut nihil dicatur de butyro, vino, caseo, lignis, aromatibus, vestibus, carnibus, fœno.

Siq; Deus uni angulo orbis terrarum, in qvo tunc temporis hærebant ex Ægypto egressi Israelitæ, soli tantos qvotidie & annuatim contulit ex cœlo sumtus, qvi, ut innui, Israelitæ sunt tantum una provincia ex tot innumeris provinciis totius orbis terrarum, qvid putas, optime lector, reqviretur sumtuum qvotidie & annuatim pro alendis hominibus tam immensarum propemodum provinciarum in toto mundo.

In deserto ex petris fluebant aqvæ, non sicut ex nostris canalibus in urbibus, sed sicut ex fontibus fiunt magna flumina, & talia etiam reqvirebantur pro tanto populo, qvi cum armentis forsan qvinqve milliaria Germanica,

nica, si non in circuitu, tamen in diametrali linea occupare necessum habuit. Sic enim Psal. 78,15. *Rupit petras in deserto, & potum dedit eis e voraginibus magnis, & descendere fecit tanqvam flumina aqvas.* Et huc alludit Apostolus de ipsissimo Christo loqvens 1. Corinth. 10, 4. *Bibebant omnes de CONSEQVENTE petra*, nimirum, qvia flumina late effluebant, novos nacta alveos. Petra est Christus, etiam Petra conseqvens est Christus, interim petra in deserto erat petra, & ex illa flumina descendebant.

Eodem pacto hodie qvoqve qvando Deus pluviis ex cœlo effusis irrigat unum aliqvem hortum bene spatiosum, omnino aqvæ istius pluvialis copia magna reqviritur. Interdum, qvando in magna ariditate coloni suos parvos hortos aqvis domesticis irrigare student, animadvertunt, comportandas fuisse aqvas tantas, qvæ vix continerentur aliqvot tonnis. *Pluviæ sunt miracula Dei.*

Qvot igitur tonnas aqvæ immittet Dominus super magnum hortum? sed qvot reqvirentur per agros unius pagi, unius civitatis, unius provinciæ; immo tandem multarum provinciarum, & omnium regnorum totius orbis terrarum? Tunc igitur *vocat Deus aqvas ex mari, & effundit eas super terram*, Amos 5. vers. 8. & cap. 9. vers. 5. Tunc *contignat aqvis superiora sua, & ponit nubes currum suum*, Psalm. 104, 3. qvibus qvasi vehitur per totum orbem terrarum, sicut Baruch 6, 6. dicitur, *nubes juberi permeare totum orbem*, tunc multiplicat ex cœlo aqvas suas, sicut etiam faciebat in diluvio, Genes. 7, 11.

Optime novi, sicut per fidem intelligimus constructum esse mundum, Hebr. 11, 2. qvod ita qvoqve non nisi per fidem intelligamus inexhaustam providentiam divinam, qvæ particulariter conspicitur in conservatione qvorumcunqve hominum & populorum, & in alimentatione qvotidiana & anniversaria, & per conseqvens, qvod nullius hominis cogitatio, nedum intellectus & ratio asseqvi possit profunditatem, latitudinem & altitudinem hujus ipsius providentiæ divinæ; immo qvod stultitia sit in oculis Domini illam abyssum scrutari, ac saltem de longinqvo enarrare velle. *Mundus per fidem constructus est.*

Interim tamen non modo nihil peccatur in ipsam pietatem, sed etiam saltem utcunq; ad majorem aliqvam & ad aliqvam promtiorem considerationem operum Dei nos exuscitat, & ad majorem reverentiam & attentiores preces exstimulat qvaliscunq; minima meditatiuncula, qvalem nunc, qvoad externa vestigia, nimis brevissimis saltem subjeci.

Hujus rei sanctas cogitationes susceperunt & instituerunt pii viri. Lutherus omnino noster in convivalibus sermonibus Jenensibus capite septimo de Creatione, sub titulo: GOtt wendet grosse Unkosten auf der

Vo-

Vogel Speise und Nahrung / wie solte er dann uns Menschen nicht auch speisen/ernehren und erhalten. *Verba ejus sese habent in hunc modum:* Kein Mensch ist auf Erden/ der da vermöcht zu bezahlen die Unkostung/ so unserm HErrn Gott täglich aufgehen/daß er nur die unnützen Vögel ernehret und speiset. Und ich gläube es gäntzlich/ daß der König in Franckreich mit all seinem Reichthumb/ Zinse und Renthe/ nicht vermöcht zu bezahlen/was allein auf die Sperling gehet/ Was sol ich dann von den andern Vögeln/als Raben/ Thalen/ Kreyen/ Zeisig/ Stiglitz/ Fincken/und dergleichen Vogel Speise sagen? So dann nun Gott die Vogel so reichlich und überflüßig ernehret/wer wolte deñ von Menschen verzweiffeln/ daß GOtt ihm nicht Nahrung / Futter/ Decke / und alle Nothdurfft geben solt? *Hæc Lutherus.*

Principaliter igitur docet istis XII. vel VII. corbibus fragmentorum Dominus, qvod singulariter benedicere velit illis, qvi in tempore necessitatis misericordia afficiuntur erga pauperes, thesauros suos liberaliter aperiunt, & justis modis vendunt & libenter communicant. Parum illud Deus ita benedicet, ut sicut discipulis panes multiplicabantur in manus, ita qvoqve crescant exigua divitiarum initia. E contra enim Deus pertusum faciet loculum illorum, qvi per fas & nefas colligere festinant tempore famis aut annonæ caritatis, ex lachrymis, sudore & vita pauperum.

Postea alterum locum communem libenter admitto, de parsimonia, ut serventur diligenter, qvæ supersunt. Et tantum de illis.

ORACULUM CXX.
SACRUM.

Joh. 8, v. 15.

Textus sacer Græcus:

Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

Amen, amen dico vobis, si qvis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.

Warlich/warlich ich sage euch/so iemand mein Wort wird halten/ der wird den Tod nicht sehen ewiglich.

AD DOMINICAM JUDICA in Ecclesiis nostris ita vocatam (Germanis der verworrene Sontag/ ubi olim monebatur, ut singuli pro

pro more papistico confessuri deinceps inciperent controversias suas seponere, qvemadmodum Christus in illo Evangelio non ad omnia respondit; sed ut pacis & purioris conscientiæ gratia levia ex animo condonaret proximis suis (ex Evangelio Joh. 8, 51. inter alia versus ille a Christo pronunciatur: **Amen amen dico vobis, si qvis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.**

Qvanqvam vero omne verbum Dei est verbum salutiferum; tamen de qvonam ibi potissimum intelligi velit Christus, ex contextu videndum venit. Incipias igitur, lector, a versu duodecimo, & pergas usq; ad finem capitis decimi, & videbis semper esse qvæstionem hanc inter Christum & inter Judæos, an hic Christus sit Messias.

Immo hæc qvæstio etiam in antecedentibus capitibus agitatur. Capite octavo inter alia exclamat aperte Christus, se esse Messiam, & qvi hoc crediturus est, illum vitæ æternæ compotem evasurum; v. 12. *Ego,* inqvit, *sum lux illa mundi, qvi seqvitur me, non ambulat in tenebris.* Et de hoc specialissimo articulo (*Ego sum lux mundi,* seu ego sum Messias) intelligenda sunt seqventia, v. 14. *Testimonium meum idoneum est* (qvod sim lux mundi) *qvia scio, unde venerim,* v. 24. *Nisi credideritis, qvod ego sum* (Lux mundi) *moriemini in peccatis vestris,* v. 28. *Cum exaltaveritis Filium hominis, tum scietis, qvod ego sum* (lux mundi illa) v. 31. *Si vos manseritis in sermone meo* (qvem dixi, qvod sim lux mundi) *vere discipuli mei eritis, & cognoscitis veritatem, & veritas vos vindicabit,* v. 43. *Qvare sermonem meum istum* (cum dixit, qvod sum lux mundi,) *non percipitis, qvia non potestis audire sermonem meum,* (eundem, qvod sim lux mundi) v. 45. *Qvia veritatem dico vobis,* (qvia confirmavi vobis, qvod sim lux mundi) *non creditis mihi,* v. 51. *Amen, amen dico vobis, si qvis sermonem meum* (qvod ego sim lux mundi, seu Messias) *servaverit, mortem non videbit in æternum.* Propriissime igitur verbis istis hoc testatur Judæis Filius Dei, qvod is ipse sit Messias dudum promissus, & ad hoc κεφάλαιον omnia reliqva dirigi debent, nec hoc in loco de verbo Dei in genere tractat Christus.

CXXI.

DE VETERE PENTECOSTE.

QVemadmodum de die festo Nativitatis Christi, & de Paschatis die aliqva superius retuli: ita qvoqve de festo Pentecostes aliqva adjiciam.

1. *An tunc fuerit Pentecoste, qvando Decalogus fuit promulgatus, qvod negatur.*

Initio constat, vulgo discrimen inter veterem & novam Pentecosten ab antiqvis Patribus constitui in hoc, qvod in *vetere* Pentecoste fuerit lata lex, in *nova* vero fuerit effusus visibiliter Spiritus Sanctus. Verum enimvero illo tempore, qvando lex fuit promulgata in monte Sinai, nondum Pentecoste erat divinitus instituta.

1. Decalogus promulgatur vel potius repetitur Exod. 20. v. 7. (id qvod vulgo factum esse dicunt die qvinqvagesimo post exitum ex Ægypto, de qva re postea videbimus.)

1. 2. Post promulgatum Decalogum ascendit Moses in montem ad Deum, qvem Israelitæ non amplius, ut in Dicalogo promulgato, loqventem audire poterant, Exod. 20. v. 21. & ex Deo audit in monte cunctas leges reliqvas ceremoniales & forenses, Exod. 21. & 22. & 23. ibiqve fuit dies 40, & noctes 40, Exod. 24. v. 18 & in descensu confregit duas tabulas, Exod. 32, 19.

2.

3. *Mentio Pentecostes veteris in MONTE.*

3. Iterum paulo post ascendit Moses in montem ad placandum JEHOVAM, propter abominandum aurei vituli cultum introductum, & iterum 40 dies & 40 noctes in monte mansit, Exod. 32, 30. 31. & 34, 28. Deut. 9, 18. & denuo audivit jam dictas sanctas leges.

Etsi vero Pentecoste cum aliis festis a Deo commendata Mosi in monte tunc, qvando prima vice ascendit in montem, ibiqve degit 40 dies, & 40 noctes, tamen de Pentecoste non constitit qvicqvam Israelitis post primum Mosis de monte descensum, siqvidem Moses post suum primum de monte descensum nondum Israelitis promulgavit ullas leges ceremoniales festorum; sed iterum altera vice ascendens in monte hæsit per alios 40 dies & 40 noctes, & post alterius vicis descensum, tunc ad Israelitas legis in monte auditas ceremoniales repetivit, Exod. 35, 36. 37. 38 39. 40. (cujus capitis summa finalis pertinet Num. 9.) ut etiam Levit. 1. 2. 3 4. 5. 6. 7. 8. 9 10. 11. 12. 13. 14. 15 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. ubi in ambobus etiam prima vice pentecostes facit mentionem *ad populum*; & tunc prima vice instituit Pentecosten veteris Testamenti Levit. 24. 25. 26. 27. Num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 8 9. 10. ubi etiam a a monte Sinai discedunt. Qvando igitur Pentecoste fuit per Mosen Israelitis ipsis mandata: tunc ab egressu ex Ægypto circiter elapsi fuere dies centum qvinqvaginta, aut ad minimum centum triginta.

Prima mentio veteris Pentecostes ad POPULUM.

Ab egressu ex Ægypto usq; ad promulgationẽ Decalogi.

Qvod attinet ad primos qvinqvaginta dies elapsos ab egressu ex Ægypto, res ita sese habet.

1. Ex Ægypto egressi sunt Israelitæ die decimoqvarto primi mensis, Exod. 12, 6. noctu. Inde Num. 33. v. 3. dicuntur egressi decimoqvinto die mensis primi, postridie Paschatis, qvod celebratur decimaqvarta, decimaqvarta desinebat in occubitu Solis, & cum hoc incipiebat decimaqvinta.

2. Ve-

2. Venerunt in montem Sinai tertio mense ipso, hoc est, primo die mensis tertii, Exod. 19, 1.

3. Tertio die post debuerunt esse parati ad audiendam legem, Exod. 19. v. 1.

Etsi autem accuratior (per mensium Judaicorum impares, modo majores, modo minoris numeros dierum) supputatio rem certius ostenderet, tamen uberioris doctrinæ gratia ascribantur ex hypothesi primo mensi 30. dies, mox auferantur ab eodem 15. qvo sunt egressi, & manent 15. superstites alii. Dentur secundo mensi etiam integri dies 30; addautur tres, qvorum tertio promulgata est lex: proveniunt qvadraginta octo dies. Concedatur autem unus dies, qvo castra metati sunt, & tres usqve ad diem promulgationis, & proveniunt tantum 49. Utut autem sit, qvando lex Decalogi fuit promulgata, tum nondum in rerum natura erat vetus Pentecoste, qvemadmodum invicte antea monstravi.

Deinde aspiciantur singuli textus de Pentecoste vetere loqventes qvam accuratissime. 2. *Qvæ sunt nomina, & qvæ materia veteris Pentecostes, & primo in Exodo.*

Exod. 23, 14. in MONTE DEUS sic dicit Mosi: *Tribus vicibus festum ages mihi in anno uno.* 1. vers. 15. *Solennitatem infermentatorum*, (sic vocat vetus Pascha.) 2. v. vers. 16. *Et solennitatem messis, primitivorum operum tuorum, qvæ seminasti in agro*, (sic vocat veterem Pentecosten) 3. *Et solennitatem collectionis in exitu anni, qvando collegeris opera tua ex agro*, (sic vocat scenopegia.)

Lutherus ita vertit: Drey mahl sollt ihr mein Fest halten im Jahr / Nemlich / daß Fest der ungesäuerten Brodt soltu halten / daß du sieben Tage ungesäuert Brodt essest (wie Ich dir gebothen habe) ümb die Zeit des Monden Abib / denn in demselbigen bistu aus Egypten gezogen / Erscheine aber nicht leer für mir. Und das Fest der ersten Erndten / der Früchte / die du auff dem Felde geseet hast / und das Fest der Einsamlung im Außgang des Jahrs / wenn du deine Arbeit eingesamlet hast vom Felde.

Iterum Exod. 34. v 18. & seqq iterum in MONTE DEUS inqvit ad Mosen: (Pascha vetus) *Solennitatem infermentatorum observabis*, v. 22. *Et solennitatem hebdomadum facies tibi in primitiis messis triticeæ*, (Pentecosten veterem) v. 22. *Et festum collectionis in revolutione anni.* (Festum tabernaculorum seu scenopegia.)

Lutherus ita vertit: Das fest der ungesäuerten Brodt solstu halten / sieben Tage soltu ungesäuert Brodt essen / wie ich dir gebothen habe / umb die Zeit des Monds Abib / Denn in dem Mond Abib bistu auß Egypten gezogen.

Alles was seine Mutter am ersten bricht/ ist mein/ was Mänlich seyn wird/in deinẽ Reich/das seine Mutter bricht/es sey Ochsen oder Schaaf/ Aber den Erstling des Esels soltu mit einem Schaaf lösen/wo du es aber nicht lösest so brich ihm das Genick. Alle Erstegeburt deiner Söhne soltu lösen/Und daß niemand für mir leer erscheine.

Sechs Tage soltu arbeiten / am siebenden Tage soltu feyern / beyde mit Pflügen und mit Erndten. Das Fest der Wochen soltu halten mit den Erstlingen der Weitzenerndte/und das Fest der Einsamlung/wenn das Jahr ümb ist.

Nomina & materia trium veterum festorum in Levitico.

Levit.23. vers. 4. Moses infra montem hæc ad populum dicit: *Istæ sunt solennitates JEHOVÆ, celebritates sanctæ, qvas CELEBRABITIS tempore suo*, 1. v. 5. *Mense primo, decima qvarta mensis, inter duas vesperas; Pesa JEHOVÆ*, v. 6 *Qvinto decimo die mensis hujus solennitas infermentatorum JEHOVÆ, septem diebus infermentata comedetis*, vers. 7. *Die primo convocatio sancta erit, nullum opus servile facietis, offeretis Omer in castrino Sabbathi*, 2. vers. 15. *Numerabitis vobis a postero Sabbathi, a die qvo obtuleritis Omer elevationis, septem hebdomades plenæ erunt, usq; ad posterum Sabbathi septimi numerabitis qvinqvaginta dies, & offeretis minham novam JEHOVÆ.* vers. 16. *Ex habitaculis vestris offeretis panem oblationis &c.* 3. vers. 24. *Mense septimo, primo die ejusdem erit vobis Sabbathum monimentum clangoris, convocatio sancta, In decimo die mensis hujus dies expiationem erit, &c.*

1. *Pascha vet9 Levit.23.*
2. *Pentecoste vet9, Lev.23.*
3. *Scenopegia seu festũ tabernaculorum Levit. 23.*

1. Alt Ostern *Levit. 23.*

Lutherus ita vertit: Diß sind aber die Feste des Herrn / die ihr heilige Feste heissen solt/da ihr zusammen kommt. 1. Am vierzehenden Tage des ersten Monden/zwischen Abends ist des Herrn Passah/und am funffzehenden desselben Monden ist das Fest der ungesäuerten Brodt des Herrn/ da sollt ihr sieben Tage ungeseuert Brodt essen / Der erste Tag sol heilig unter euch heissen/ da ihr zusammen kommt / da sollt ihr kein Dienstarbeit thun / und dem Herrn opffern sieben Tage / der siebende Tag sol auch heilig heissen / da ihr zusammen komt/da sollt ihr auch keine Dienstarbeit thun.

Eine Garbe gewebd im altẽ Oster-Fest / des andern Tags jm altẽ Oster-Feyertagẽ.

Und der Herr redet mit Mose / und sprach / Sage den Kindern Jsrael / und sprich zu ihnen / Wenn ihr ins Land kommt/ das ich euch geben werde und werdets erndten/so solt ihr eine Garben der Erstlinge euer Erndten zu dem Priester bringen / da soll ihr die Garbe gewebd werden für dem Herren/daß von euch angenehme sey. Solches sol aber der Priester thun des andern Tages nach dem Sabbath/und sol des Tages/da euer Garben gewebd wird/ein Brandopffer dem Herrn thun/von einem Lamb/daß ohn Wandel und jährig seyn/sammt dem Speißopffer/ zwo Zehen-

Zehenden Semmelmehl mit Oele gemenget/ zum Opffer dem Herren eins süssen Geruchs/dazu das Tranckopffer ein Vierteil Hin Wein. Und sollt kein neu Brodt/noch Sangen/noch Korn zuvor essen/biß auff den Tag/da ihr eurem Gott Opffer bringt/das sol ein Recht seyn euren Nachkommen/in allen euren Wohnungen.

Nota abstinentiam, Lector.

Darnach sollt ihr zehlen vom andern Tage des Sabbaths/da ihr die Webegarben brachtet/sieben gantzer Sabbath/biß an den ander Tag des sieben Sabbaths/ Nemlich funffzig Tage solt ihr zehlen/und neue Speißopffer dem Herrn opffern/und sollts aus allen euren Wohnungen opffern/Nemlich zwey Webebrodt von zwo zehenden Semmelmehl gesеuert und gebacken/ zu Erstlingen dem Herren. Und sollt herzu bringen neben euren Brodt/sieben järhige Lämmer ohn Wandel/und ein jungen Farren/und zween Widder/das sollen des Herrn Brandopffer/Speißopffer und Tranckopffer seyn/das ist ein Opffer eines süssen Geruchs dem Hearn / etc.

1. Alt Pfingsten/ *Lev. 23.*

Webebrodt im altẽ Pfingsten dem Herrn gebracht.

Und der Herr redet mit Mose/und sprach: Rede mit den Kindern Israel / und spricht / Am ersten Tage des siebenden Monden / sollt ihr den heiligen Sabbath des Blasens zum Gedächtnis halten / da ihr zusammen kommt / da sollt ihr keine Dienstarbeit thun / und sollt dem Herrn opffern.

2.

Das Fest der Lauberhütten mit seinẽ nechstẽ andern Festen / *Levit. 23.*

Und der Herr redet mit Mose / und sprach: Des zehendes Tages in diesem siebenden Monden/ ist der Versühne Tag/ der sol bey euch heilig heissen/daß ihr zusammen komt/ da sollt ihr euren Leib casteyen/ und dem Herrn opffern. Und sollt keine Arbeit thun an diesem Tage / denn es ist der Versühne Tag / daß ihr versühnet werdet für dem Herrn eurem Gott. Denn wer seinen Leib nicht casteyet an diesem Tagen/ der sol auß seinen Volck außgerottet werden. Und wer dieses Tages irgend eine Arbeit thut / den wil ich vertilgen aus seinem Volck / darumb sollt ihr keine Arbeit thun/das sol ein ewiges Reich seyn euren Nachkomen in allen euren Wohnungen. Es ist euer grosser Sabbath / daß ihr eure Leibe casteyet / Am neunden Tage des Monden zu Abend/solt ihr diesen Sabbath halten/von Abend an biß wieder zu Abend.

Und der Herr redet mit Mose/ und sprach / Rede mit den Kindern Israel/und sprich/Am funffzehenden Tage dieses siebenden Monden / ist das Fest der Laubhütten sieben Tage dem Herrn. Der erste Tag sol heilig heissen / daß ihr zusammen komt / kein Dienstarbeit sollt ihr thun/ sieben Tage sollt ihr dem Herrn opffern / der achte Tag sol auch heilig heissen/daß ihr zusammen kommt/und sollt euer Opffer dem Herrn thun/ denn es ist der Versamlung Tag/keine Dienstarbeit sollt ihr thun.

Pentecoste vetus, Num. 28. Num. 28. v. 26. iterum ad POPULUM dicit Moses: *Die primitiarum, qvando offeretis minham novam Jehovæ in hebdomatibus vestris, convocatio sancta erit vobis.*

1. *Pascha vetus, Deut. 16.* Deuter. 16. iterum ad POPULUM dicit Moses: 1. vers. 1. *Observa mensem Abib, ut facias Phase Domino DEO tuo: qvoniam in isto mense eduxit te Dominus DEUS tuus de Ægypto nocte.* vers. 2. *Immolabisq; Phasi Domino DEO tuo, de ovibus, & de bobus in loco, qvem elegerit Dominus DEUS tuus, ut habitet nomen ejus ibi.* v. 3. *Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes, absqve fermento, afflictionis panem; qvoniam in pavore egressus es de Ægypto, ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ.* v. 4. *Non apparebit fermentatum, in omnibus terminis tuis, septem diebus: & non remanebit de carnibus ejus, qvod immolatum est vespere, in die primo, usq; mane.* vers. 5. *Non poteris immolare Phase in qvalibet urbium tuarum, qvas Dominus Deus daturus est tibi:* vers. 6. *sed in loco, qvem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi: immolabis Phase vespere, ad Solis occasum, qvando egressus es de Ægypto.* vers. 7 *Et coqves, & comedes in loco, qvem elegerit Dominus Deus tuus: maneq; consurgens, vades in tabernacula tua.* vers. 8. *Sex diebus comede azyma, & in die septima, qvia collecta est Domini Dei tui, non facies opus.*

2. *Pentecoste vetus, Deut. 16.* 2. vers. 9. *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die, qva falcem in segetem miseris,* vers. 10. *& celebrabis diem festum hebdomadum, Domino Deo tuo, oblatiooem spontaneam manus tuæ, qvam offeres, juxta benedictionem Domini Dei tui: & epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & Levites, qvi est intra portas tuas, & advena, & pupillus, & vidua, qvi morantur vobiscum in loco, qvem elegerit Dominus Deus tuus; ut habitet nomen ejus ibi,* vers. 12. *& recordaberis, qvoniam servus fueris in Ægypto, custodiesq; & facies, qvæ tibi præcepta sunt.*

3. *Scenopegia, Deut. 16.* 3. vers. 13. *Solennitatem qvoqve Tabernaculorum celebrabis, per septem dies, qvando collegeris de area, & torculari fruges tuas* v. 14 *& epulaberis in festitate tua, tu, & fiilius tuus, & filia, & servus tuus, & ancilla, Levites qvoqve & advena, & pupillus, & vidua, qvi intra portas tuas sunt.* vers. 15. *Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco, qvem elegerit Dominus, benndicetq; tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manum tuarum, erisq; in lætitia.*

1. Alt Ostern. *Deut. 16. 1. seq.* *Lutherus ita vertit:* vers. 1. Halt den Mond Abib / das du Passah haltest dem HERRN deinem GOtt / denn im Mond Abib hat dich der HErr dein GOtt aus Egypten geführet bey der Nacht. vers. 2. Und solt dem HErrn deinem GOtt das Passah schlachten / Schaaf und Rinder / an der Stäte / die der HErr erwehlen wird / daß sein Name daselbst

selbst wohne. vers. 3. Du solt kein Gesäuert auff das Fest essen/sieben Tage soltu ungeseuert Brodt des Elends essen. Denn mit Furcht bistu aus Egyptenland gezogen / auff daß du des Tages deines Außzugs aus Egyptenland gedenckest dein Lebenlang. vers. 4. Es sol in sieben Tagen kein Gesäuerts gesehen werden / in alle deinen Grentzen. Und sol auch nichts vom Fleisch das des Abends am ersten Tage geschlacht ist / über Nacht bleiben biß an den Morgen.

vers. 5. Du kanst nicht Passah schlachten in irgend deiner Thor einem/ die der HErr dein GOtt gegeben hat. vers. 6. Sondern an der Stätt / die der HErr dein GOtt erwehlen wird/daß sein Nahme daselbst wohne/da soltu das Passah schlachten/des Abends/ wenn die Sonne ist untergangen/zu der Zeit/als du aus Egypten zogest. vers. 7. Und solts kochen/und essen an der Stät/die dir der HErr dein GOtt erwehlen wird/ und darnach dich wenden des Morgens / und heim gehen in deine Hütten. vers. 8. Sechs Tage soltu Ungesäuerts essen / und am siebenden Tage ist die Versamlung des HErrn deines GOttes/ da soltu keine Arbeit thun.

vers. 9. Sieben Wochen soltu dir zehlen/und anheben zu zehlen/ wenn man anfähet mit der Sichel in der Saat. v. 10. Und solt halten das Fest der Wochen dem HErrn deinem GOtt / daß du eine freywillige Gabe deiner Hand gebest/ nach dem dich der HErr dein GOtt geseegnet hat. vers. 11. Und solt frölich seyn für GOtt deinem HErrn / du / und dein Sohn/deine Tochter/dein Knecht/deine Magd/und der Levit der in deinem Thor ist/der Frembdling/ der Wäise / und die Witwen / die unter dir sind / an der Stät/ die der HErr dein GOtt erwehlet hat / daß sein Nahme da wohne. vers. 12. Und denck/daß du Knecht in Egypten gewesen bist/daß du haltest und thust nach diesen Gebothen. 2. Alt Pfingsten/ *Deut. 16.*

vers. 13. Das Fest der Laubhütten soltu halten sieben Tage/wenn du hast eingesamlet von deiner Tennen/von deiner Kelter. vers. 14. Und solt frölich seyn auff dem Fest/du/und dein Sohn/deine Tochter/dein Knecht/ deine Magd/der Levit/der Frembdlingt/der Wäise und die Witwe/ die in deinem Thor sind. vers. 15. Sieben Tage soltu dem HErrn deinem GOtt das Fest halten/ an der Stäte / die dir der HErr erwehlen wird / denn der HErr dein GOtt wird dich segnen in alle deinem Einkommen/ und in allen Wercken deiner Hände / darumb soltu frölich seyn. 3. Das Fest der Laubhütten/ *Deut. 16.*

Atqve ex his omnibus qvilibet ipsemet colligit, in Sacris litteris ne verbum unum perspicuum, clarum & speciale contineri, qvasi Pentecosten veterem instituerit Dominus in memoriam promulgatæ & mandatæ legis divinæ in monte Sinai. *Nuspiam in Sacris extat, Pentecosten veterem fuisse institutam.*

Deute-

in memoriale legis promulgatæ.

Deuteronomii qvidem 16. leguntur hæc verba versu 12. *Et recordaberis, qvod servus fueris in Ægypto, propterea facies & custodies statuta hæc.* Verum enim vero neqvaqvam ibi esse sermonem de Legis vel Decalogi, aut reliqvarum legum promulgatione, & qvidem *in genere*, plus satis liqvet: qvia legenti versum 9.10.11.12. apparebit, a Deo inculcari *in specie* ceremonias Festi Pentecostes veteris illas, qvibus jubentur venire ad locum arcæ Domini, & afferre juxta sufficientiam manus suæ, prout benedixerat eis Jehovah, indeq; convivia instruere, & lætari cum filio, filia, servo, ancilla, Levita, peregrino, pupillo, & vidua: & has Pentecostes veteris ceremonias, hæc statuta, hæc mandata diligenter exeqvi, has ceremonias, hæc statuta veteris Pentecostes nunqvam intermittere.

Jam poterat aliqvis mirari harum specialium ceremoniarum rigorem, qvod tanta itinera ex longinqvo facere, benedictionem Domini secum portare, & in alieno loco, inter tanta agmina aliorum hominum, ex toto orbe convenientium festivitatem hoc pacto colere jubentur. Et respondet Deus affertq; hanc causam: *Recordaberis, qvod in Ægypto servus fuisti, cui duri dominabantur alii, & qvem cogebant ad labores gravissimos, sicut mancipium; nunc vero eductus es in libertatem; non emta, sed donata est tibi terra, cum domibus & agris gratuito, ergo in hujus rei memoriam qvotannis in mense affer censum hunc ad locum arcæ, ubi sedet Dominus tuus inter Cherubim, & ibi cum reliqvis cunctis censum afferentibus, ex tota terra Chanaan, ut etiam cum tuis omnibus lætare, & propter hanc caussam HÆC STATUTA* (de his ceremoniis Pentecostalibus) *strictissime & sanctissime custodias & observes.*

Si qvis nostratium qvoad specialitatem mandati hic inculcati auctoritatem humanam reqvirit, is legat *Osiandrum* in magnis Paraphrasibus, *qvæ in hunc habent sese modum:* Custodiesq; seu observabis & facies diligenter qvæ tibi præcepta sunt, Heb. has ceremonias (niminum de celebrando festo septimarum) *Hactenus verba Osiandri.*

Hoc ipsum etiam Levit. 23,21. his verbis exprimitur: *Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atq; sanctissimum: Omne opus servile non facietis in eo: Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris.*

Cujus rei gratia fuerit instituta Pentecoste vetus.

His igitur præmissis, jam tandem qværitur, cujusnam rei gratia specialiter AB IPSO DEo Pentecoste vetus in sacris literis ipsamet instituta esse perhibeatur? Responsionem expeditam in manus tibi porrigent, lector benevole, ipsi textuus Dominici.

In Exodi locis allegatis Pentecoste cognominatur *Solennitas messis primitivorum operum, qvæ seminasti in agro.* Item, *Solennitas hebdomadum in primitiis messis triticeæ.*

In Le-

In Levitici & Numerorum locis allegatis appellatur *Solennitas septem hebdomadum plenarum, & oblationis minha nova facta Jehova.*

In Deuteronomio *Solennitas hebdomadum celebrata juxta sufficientiam spontanea manus, juxta benedictionem Domini.*

Et *primo* qvidem qvod attinet cognomen *festum*, vel *solennitas hebdomadum*, illo tantummodo denotatur tempus, qvo festum istud celebrari debet, nimirum, septima hebdomas plena a secunda die Paschatos antegressi celebratiq; numerata. Et hinc originem qvoqve sumsit vox Græca πεντηκοστή. Cum hoc enim cognomine, ut satis innui, nunqvam conjungitur limitatio aliqva, nimirum, *septima hebdomas plena promulgata vel data legis*, aut cognata vel similis expressis & apertis ejusmodi verbis constans alia.

Solennitas hebdomadum, id est, Pentecoste vetus.

Deinde reliqvæ descriptiones institutioni veteris Pentecostes adjectæ & connexæ tantummodo ad corporalia seu temporalia bona, & in specie specialissima ad *MESSEM primitivorum operum in agro seminatorum, ad PRIMITIAS MESSIS TRITICEÆ, ad oblationem minha nova*, vel, ut est in vetere versione, *ad oblationem sacrificii novi, ad oblatos panes primitiarum duos coctos in primitias Domine, ad data juxta sufficientiam manus*

Optime vero circumspiciendum est, pro hujus veteris Mosaicæ Pentecostes celebratione nuspiam in sacris literis determinari plures, præter unum diem, & tamen fuisse illam sanctissimam, celeberrimamq; (Levit. 23, 21.) seu proclamatissimam solennitatem. In hac igitur sanctissima & celeberrima solennitate incidente in illam anni partem, qvando in illis calidis regionibus solent primi fructus demeti, & ita falx mittitur in segetem, voluit Dominus una cum sacrificiis singulariter deputatis & spontaneis (Num. 28. v. 26. 27. 28. 29. 30. 31. eisqve satis amplis) publice, solenniter, sanctissime & celeberrime offerri & exhiberi *minham novam* JEHOVÆ, seu sacrificium cibatorium novum Domino, nimirum *panes duos* ex decimis duabus similæ vel farinæ fermentatæ coctos, in primitias Domino, ut coram Domino eleventur, posteaqve cedant in usum Sacerdotis.

Pentecoste vetus tantum celebratur uno die.

Ut hæc omnia adhuc clarius intelligas, revocabis tibi, lector pie, in memoriam, qvæ sint factæ ceremoniæ in reliqvis duobus magnis festis Mosaicis. Itaqve in Paschate 1. mactabatur agnus Paschalis annicu-lus, 2. per dies septem comedebantur panes non fermentati, 3. & primus dies panum non fermentatorum erat proclamatissimus, vel, ut habet vetus versio, sensum ex contextuum concatenatione exortum retinens, sanctissimus & celeberrimus dies. 4. Altero autem die post hunc primum

Ceremonia veteris Paschatis.

mum azymorum diem primitias qvasdam frugum offerabant Domino seu manipulos spicarum hinc inde collectos, in illa parte anni, cum sparsim aliqvæ in agris spicæ maturæ inveniri poterant. 5. ex illis fasciculis primitivarum spicarum manipulus unus a Sacerdote elevabatur, & hinc inde movebatur coram Domino, ut acceptabilis fieret Domino pro populo. 6. offerebantur singularia qvædam sacrificia, Levit. 23, 12. 13. Num. 28. a v. 16. ad 26. descripta. 7. Et cum primis optime notandum est, qvod Levitici 23. de Paschate additur versu 14. his verbis: *Panem & polentam & spicam & plenam* (vetus versio pultes) *non comedetis usqve ad hunc ipsum diem, donec obtuleritis* (hanc antecedentem) *oblationem Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus vestris, & cunctis habitationibus vestris.*

Statutum sapientissimum & pientissimum. Ergo nemini licitum fuit ante Paschatos festum, mature incipientibus frugibus, vel unam spicam comedere, vel panem, vel pultem conficere, nisi publice in templo solennissime prius fuisset oblatus manipulus unus novarum spicarum, & cum illa oblatione sacrificia singularia peracta, inter qvæ sacrificia cantiones & preces ad Deum miserunt ardentissimas & lætissimas pariter, qvibus gratias egerunt Deo pro nive, pluviis, frigore, ventis hactenus tam clementer & benigne suppeditatis & directis; ut ex illis benedictionem Domini largissimam jam sperare incipiant exoptatissimam, & simul rogarunt, ut qvod paterne cæpit, paterne confirmet: nec propter magnæ hominum partis impænitentiam & ingratitudinem vel nimio frigore, vel pluviis nimiis, aut etiam ardore nimio segetem enecet, aut numerosa vermium, erucarum, & similium ferarum, animalium & insectorum multitudine & pernicie perdat.

Ceremonia Pentecostes veteris. Sicut autem hoc in Paschate fieri debuit, ita qvoqve citra dubium nemini panum necessariorum domesticam copiam coqvere pro familia sua licitum fuit, nisi prius peractis illis ceremoniis pietatis sacrosanctæ, hoc est, nisi prius in loco solennissimo, & sanctis ceremoniis jam modo satis indicatis Pentecosten juxta institutionem divinam celebrassent, & novos panes obtulissent, Deoqve pro felicissimis messis copiis, & pro datis & conservatis frugibus gratias egissent.

Ceremonia Scenopegiorum. Sic in tertio specialiter sic dicto festo tabernaculorum seu scenopegiorum pro corporali beneficio gratiæ publicæ agebantur Domino, nimirum tunc per dies septem habitabant in scenis contextis ex frondibus, ut in memoriam sibi revocarent beneficia Domini, qvi per 40. annos in deserto populum Israëliticum citra domos & pagos & urbes conservasset, novam regionem ipsi donasset, agris ejusdem benedixisset, & nunc qvatannis fructus optimos creasset.

Expen-

Expendantur verba Levit. 23, 39. usqve ad finem. Deut. 16, 13, 14, 15. *A qvinto decimo ergo die mensis septimi, qvando congregaveritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus: die primo & die octavo, erit Sabbathum* (id est, reqvies) *sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathalasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini, coram Domino Deo vestro. Celebrabitisq; solennitatem ejus septem diebus per annum: Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festum celebrabitis. Et habitabitis in umbraculis septem diebus: Omnis, qvi de genere est Israel, manebit in tabernaculis: ut discant posteri vestri, qvod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti: Ego Dominus Deus vester. Locutusq; est Moses super solennitatibus Domini ad filios Israel.*

Solennitatem qvoqve tabernaculorum celebrabis per septem dies, qvando collegeris de area, & torculari fruges tuas: & epulaberis, in festivitate tua, tu & filius tuus, & filia, & servus tuus, & ancilla, Levites qvoqve & advena, & pupillus, & vidua, qvi intra portas tuas sunt. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco, qvem elegerit Dominus, benedicetq; Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in opere manuum tuarum, erisq; in lætitia.

Atqve ex his, qvæ breviter fuere proposita, satis apparet, qvænam causæ suppeditentur a sacris literis, propter qvas instituta fuerint tria festa. Has causas qvoties ego considero, considero autem vel qvotidie, ibi qvotidie in mentem mihi revoco seriam Dei voluntatem, qvi pro pane qvotidiano, pro felici rerum ex terra crescentium incremento, pro salubri aura, vento, frigore, pro pluviis & serenitate, rogari serio voluit, idq; 1. publice. 2. in magnis festis, 3. in maxime solennibus concursibus populi, 4 adhibitis singularibus & pietatis istiusmodi plenis ceremoniis.

Qvam serio, qvam continuo Deus voluerit honorari pro fertilitate terræ & prbceorum.

Horum autem pietatis excercitiorum numero etiam aggreganda sunt alia similia, & cumprimis illud, qvod Exodi 25. Levit. 24, 5. & seqq. singulis octiduis tenebantur Israelitæ in mensa purissima ponere duodecim panes, ut nimirum Sacerdotes ansam haberent & suis mentibus laudandi Deum pro his beneficiis, & extimulandi plebem seu totam Ecclesiam ad eandem pietatem.

Panes propositionum.

Sic igitur assuefaciebant sese omnes, ne tantum tempore grandinis aut ariditatis, aut nimiarum pluviarum qværerent Dominum, ubi plerumqve mora illa nimium qvantum est noxia; sed ut qvovis die in illam providentiam divinam intenti animos ad preces & ad gratiarum actiones, pro pane qvotidiano, pro fæcundatione terræ, pro avertendis detrimentis cunctis sationis & messis, indesinentes extollere satagerent.

Festum Calendarum.

Huc pertinet, qvod in qvovis capite mensis, seu in qvavis novæ lunæ die, Num. 38, 11. & seqq. jubebantur singulare parare sacrificium, ut a Deo impetrerent pro præcedente mense remissionem peccatorum, & peterent pro seqvente mense divinam, corporalem & spiritualem benedictionem & clementiam.

Vix duæ æstates, aut duæ etiam hyemes sibimetipsis sunt æqvales, ita Deo varietatem dispensante, ut discamus, qvod non ex astris & lunis dependeat tempestatum moderatio; sed ex omni verbo & jussu, specularique ordinatione Dei, & certo statuamus, primas & secundas & tertias partes felicioris œconomiæ in hoc unico consistere, si Ecclesia tota de his specialissimis providentiæ divinæ actionibus rite instituatur, & toto anno pro alimentorum proventu exoptato post singulas conciones, aut post singulos alios congressus Ecclesiasticos suspiria ad Deum seria emittere assuefiat.

Ethnicorum pietas pro fertilitate terræ impetranda.

Partim experientia, stultorum magistra, partim vero consvetudo & rumor ex vicinis Ecclesiis Patriarchalibus & Israeliticis hanc pietatem inter Ethnicos excitavit, & hoc est, qvod inter alia extat qvam plurima apud Plin. lib. 18. cap. 29. *qvia tria tempora fructibus metuebant, triplices instituerunt ferias, rubigalia, floralia, vinalia*, de qvibus consulatur ipse, ut etiam de *arvalibus Sacerdotibus*, lib. 18. cap. 2, Memorentur etiam & expendantur versus Virgilii in Georgicis:

Inprimis venerare Deos, atqve annua magnæ
Sacra refer Cereri - - - - - - -
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.

Qvam in sententiam, *σὺν Θεῷ*, in Meteorologia sacra pluribus longe agam.

Ergo qvod in vetere Pentecoste Ecclesia facere & recordari expresso Dei verbo jussa fuerit, jam satis ostendi.

In deserto nunqvam fuit celebrata Pentecoste.

Circa tempus illud anni, qvo celebratur festum pentecostes novæ promulgatus qvidem fuit Dicalogus in monte Sinai; at Lex de Pentecoste vetere celebranda illo tempore anni adhuc erat prorsus inaudita, qvin & per totos qvadraginta annos nulla Pentecoste vetus in deserto fuit celebrata; neqve extat vel in vetere, vel in novo Instrumento explicatio, qvod Pentecoste vetus fuerit instituta in memoriam promulgati Decalogi, vel etiam promulgatæ totius legis ceremonialis, vel forensis, vel utriusqve Mosaicæ. Tempore igitur promulgati Decalogi, & effusi Spiritus Sancti a pauperibus similiter possunt conferri, ut etiam Pentecoste vetus & nova, modo observentur illa, qvæ hactenus sunt dicta.

CXXII.

DE PENTECOSTE NOVA.

QVod ad Pentecosten novam attinet, textus pro die Dominicali præscriptus non sat convenit maximis rebus, qvæ Pentecostæ novæ proprie conveniunt. Illo die voluit CHRISTUS solenne, & jam modo plenum ipsissimum fieri principium Ecclesiæ novi Testamenti.

Qvo igitur pacto, qvo ordine, & qvibus miraculis novi Testamenti Ecclesiam plene exorsus fuerit & constituerit Salvator noster, Scripturæ sacræ ipsius Novi Instrumenti luculentissime commonstrabunt. Et sunt *tria* maxima, qvæ in illa vere prima Novi Testamenti die Dominica qvotannis expendi & inculcari operæ & curæ *pientissimæ* pretium sacratissimum fuerit, 1. Oratio nimirum Christi, 2. visibilis effusio Spiritus Sancti, 3. & stupenda Apostolorum μεταμόρφωσις.

Pentecoste nova est prima omnium dies Dominica.

I.

In Pentecoste nova Christi precatio ardens.

Qvod ad *primum* spectat, magna qvædam apparebit analogia inter constitutionem Ecclesiæ Israëliticæ veteris Testamenti, & inter constitutionem Ecclesiæ Christianæ Novi Testamenti jam insinuatam.

Vetus ministerium cum precibus inchoatum.

Exodi 29. v. 1. seq. Levit. 9. v. 2. seq. qvando constituendum est Sacerdotium Aaronicum seu ministerium veteris Testamenti, ibi præscribitur solennissimum sacrificium, & inter sacrosanctos ritus, atqve ardentissimas preces officium, tam qvidem divinum, sed tamen simul tam periculosum, hominibus istis commendatur, ut multas lucrifacere possent animas.

Christus orat qvando vult eligere Apostolos Nov. Test.

Æmulatus hunc pietatem fuit Dominus noster Jesus Christus, Luc. 6, 12. 13. de qvo idem Evangelista scribit in hunc modum: *Factum est in illis diebus, abiit in montem ad orandum, & pernoctavit in oratione. Et cum dies ortus esset, advocavit discipulos suos, & cum elegisset ex ipsis duodecim, qvos & Apostolos nominavit, tunc descendit cum eis, & stetit in loco campestri, &c.* Similiter Luc. 10, 1. 2. emissurus alios septuaginta ardenter orat: Sic enim textus sacer habet: *Post hæc designavit Dominus & alios septuaginta, & misit illos binos ante faciem suã, in omnem civitatem & locũ, qvo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis qvidem multa, operarii autem pauci: Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.*

Magna sunt opera, qvibus expediendis inservire debent ministri verbi, maxima & infinita a Diabolis & malis hominibus impendent pericula ministerio. Omnino igitur opus est imbecilli turbæ ministrorum verbi præsentissimo auxilio divino. Imbellis est turba servorum illorum Christi, qvi tamen pugnare debent cum omnibus hominibus impiis, eosq; ad meliorem mentem reducere. Omnia bene in mundo se habent, qvando ministri non

suntadulatores, ignavi, fuci, muti canes. Rectissime igitur a precibus ministeria, tum vetus, tum illud novi Testamenti primordiale inchoari necessum fuit.

Cur Christus pro Spiritus S. missione Patrem orare voluerit.

Jam vero animadmerte, optime lector, post ascensionem CHRISTI totus magnopere mundus in maligno erat positus, & tantum ethnicis opinionibus, & incredulis hominibus completus. Vere de ipso tunc dici poterat, qvod Psal. 14, 3. *Jehovah e cælis prospexit super filios hominum, ut videat, an sit intelligens, qvarens Deum, v. 3. omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qvi faciat bonum, non est usq; ad unum.*

Qvantæ fuerint idololatriæ, & qvanti Diabolorum ipsorum cultus in templis ethnicis, circa totum terrarum orbem supra & infra apud Antipodes, non oratione saltem prolixa, sed nec libro prolixo satis demonstrare possem. Hunc totum mundum, & in toto mundo cunctos Diabolos, & inter diabolos ipsam totius tunc generis humani prosapiam perditissimam vincere, mutareqve debebant duodecim viri seu XII. Apostoli. Merito igitur precandum hic qvoqve fuit ante exordium ministerii pleni horum XII. Apostolorum.

QvodChristus pro Spiritus Sancti missione Patrem orare voluerit.

Qvod autem CHRISTUS pro constitutione ministerii Apostolici Patrem rogare voluerit, testimonia ejusdem habemus sacrosancta. Sic enim dicit Joh. 14, 16. ad discipulos ante suam mortem tristissimos: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, v. 7. Spiritum illum veritatis, qvem mundus non potest recipere, qvia non videt eum nec novit eum: Vos autem cognoscitis eum, qvia apud vos manet, & in vobis erit.* Item Joh. 16, 7. *Veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.*

Ergo etiam sine omni dubio Christus Spiritus Sancti missione Patrem rogavit.

Porro, sicut Pater non tantum de Filio suo perscribi fecit Ps. 2. v. 8. qvod dederit ei possessionem suam terminos terræ; sed & cumprimis & multo magis de præsente in Jordane CHRISTO per vocem cœlitus demissam proclamat eam ipsam sententiam: *Hic est Filius meus dilectus:* ita CHRISTUS ante ascensionem promittit suam intercessionem ad Patrem suũ cœlestem directam pro mittendo super Apostolos Sp. Sancto, & eandem in cœlestibus repetivit citra omne dubium, non modo post ascensionem in cœlos, sed & cumprimis jam imminente actu mittendi Spiritus Sancti, h. e. secundum tempora secularia hujus mundi loqvendo, ante omnia illud fecit, in ipso die Pentecostes matutinis & antecedentibus horis, ut Patrem moveret ad largissimam beneficii istius super Apostolos communicationẽ & effusionem.

Deinde, qvod attinet ad ipsam effusionem visibilem Spiritus S. factam super Apostolos in die Pentecostes, ibi tanto miraculo, sicut etiã die ascensionis, CHRISTUS reipsa toti mundo plus satis testatum fecit, hostibusq;

cum-

cumprimis confirmavit veritatum illi9, qvod in extremo statu humiliationis dixit in ædibus Pontificis Caiphæ, in præsentia plurimorum hominum Matth. 26, 64. *Dico vobis, ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem a dextra potestatis vel virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Sicut enim die ascensionis nubes eum abstulit ex oculis discipulorum, ubi occupavit cœli dominium; ita in Pentecoste experimentum primum dedit, qvod occupasset cœlum, utpote ex qvo per ipsum hæc miracula in Pentecoste sunt facta. Hoc vero die Pentecostes fact9 est repente e cœlo sonit9 tanqvam ruentis flatus violenti, qvi replevit totam domum, ubi erant sedentes, & statim visæ sunt eis dispertitæ lingvæ instar ignis, & repleti sunt Spiritu Sancto, cœperuntq; loqvi aliis lingvis, prout Spiritus ille dabat eloqvi illis, Actor. 2, 1, 2, 4. CHRISTUS enim, ut dixi, ascendendo in altum cepit cœlum, occupavit imperium in cœlo & in terra, & ab eo tempore usurpavit omnem potestatem in cœlo & in terra, super amicos & inimicos.

Ubi fuerit domus, in qva super Apostolos venit Spiritus Sanctus.

Ecce in Pentecoste sedent Apostoli (si vera sunt, qvæ ab Historicis Ecclesiastis scribuntur, qvos ipse lector consules, qvos animadvertes in margine apud Adrichomium Numer. 6. in descriptione Hierosolymæ, qvi op9 suum Geographicum triginta annis confecit) in illa domo, qvæ domui Caiphæ erat qvam proxima, nimirum in eadem parte civitatis, & hic accipiunt ex cœlo sonitum ruentis flatus, & inter illum simul ipsa charismata Spiritus Sancti, adeo, ut Caiphæ prim9 omnium terror ex cœlo, si vera narrant Historici, incussus fuerit, qvemadmodũ prædixisse videri potest Christ9, qvod visuri essent Filiũ hunc hominis sedentem ad dextram Patris, & venientem in nubibus, qvemadmodum hæc verba & de effusione Sp. S. & de reditu ad ultimũ diem diem exponit etiam Lucas Osiander in Paraphrasibus majorib.

Verba Matth. 26, 64. de effusione Spirit9 S. exponuntur.

Similis historia non occurrit.

Similis historia non extat de ullo homiue in omni antiqvitate, imo in omni rerum natura, Gen. 5, 24. *Enoch*, & 2. Reg. 2, 11 *Elias* abeunt in cœlum, sed post abitum ne minimum ex cœlo opus amplius aliqvod exhibuerunt.

Præterea occupare terrenam aliqvam munitionem & provinciam, & hostibus dare detrimenta, & suis cibibus omnem salutem, maximum est opus, sicut ille dicit: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Magnum fuit, qvando Nimrodus fuit factus Imperator Monarchiæ Assyriacæ, qvando Alexander Magnus occupavit Assyriam seu Chaldaicam, & Persicam postea cognominatam Monarchiam; qvando legimus omnium factos Romanos rerum Dominos, gentemq; togatam.

Sed qvantulum illud fuit; & qvam diuturnũ fuit? & qvam potuerunt ipsi advers9 suos sese tueri hostes? At hæc una caro, hic un9 homo, Christ9, citra omnem exercitiũ angelicorum & humanorum opem, propria virtute exaltatur, considet in cœlestib9 ad dextram Dei omnipotentis, uno ictu

ocul

oculi,uno momento,citra omnem difficultatem accipit imperium, super supera & infera,super angelos & diabolos,super amicos & inimicos,super Solem, Lunam, stellas, aerem, nubes, fulmina, maria, super omnia animalia.

Et qvod ille nuper crucifixus, sed nunc ex mundo visibili exaltatus hanc majestatem revera habeat,hoc illustri primo miraculo effusionis Spiritus Sancti ex cœlo propalam potestatem facit, ut & seqventibus miraculis, de qvibus mox seqvetur.

Duodecim enim personas constituit ex alto reformatores super universum orbem terrarum,idqve visibili miraculo.Sic qvando Mosen prima vice facit Ducem populi Israëlitici,visibilibus miraculis clarum facit eum ad montem Sinai Deus,Exodi 4.v.6. Sic,qvando post grande aurei vituli peccatum,denuo Mosen confirmat ducem populi sui per desertum, cutem faciei ipsius resplendentem & radiatam (pro qva vulgus inepte cornua appingit,homini a juventute valde pulcro, Exod. 2, 1.) procuravit, Exod. 34, 29. Sic qvando Pater cœlestis Christum toti mundo constituit Doctorem & Dominum,etiam ex cœlo vox auditur, Matth.3.16.

Simul hoc die Pentecostes impletur illud, qvod de Christo Johannes Baptista dixerat, Matth.3,11. Marc.1,8. Luc.3,16. *Ipse vos baptizabit Spiritus Sancto & igne.*

Fit illa effusio in maximo festo, in maximis concursibus hominum ex omni loco sub Sole,ut maturius tanta res in totum orbem terrarum prædivulgaretur,& Apostolis insecuturis qvandam qvasi παρασκευὴν præpararet,sicut Deus sua miracula satagit in maximis edere cœtibus publicis,cum Diabolus suo more ludat veneficos & Magos in angulis per cribra, & per crystallos,siqvidem plenam & certam non habet potentiam.Hoc miraculo Christus suam resurrectionem toti mundo manifestiorem facit, & qvi resurgenti obicem juxta sepulcrum ponere ausi fuerant Judæi, delapsum Spiritus Sancti ex alto nulla arte prævenire vel impedire valuerunt.

Effunditur Spiritus Sanctus,non in alia,sed in ipsa Christo capitalissime inimica urbe, inter media agmina eorum, qvi erant Duces & antesignani hostium Christi. De externis signis FLATUS & IGNIS sedentis super lingvas Apostolorum nihil addo, ubivis locorum satis explicatis.

Deniq; qvanqvam antea discipulis suis duodecim CHRISTUS communicavit aliqva SPIRITUS sui SANCTI charismata; tamen nunc temporis in Pentecoste ejusdem SPIRITUS SANCTI flumina,seu plenissima omnia dona ita iisdem distribuit, ut uno momento faciat ex indoctis piscatoribus tam doctos Apostolos, qvos nihil ampliꝰ lateat divinæ veritatis per omnes articulos,per omnia Scripta Veteris & Novi Testamenti,ac si per triginta

3. Metamorphosis Apostolorum.

ginta annos & amplius Sacræ Theologiæ Professores ordinarios egissent, qvorum sapientiæ deinceps nemo hominum resistere poterat; facit ex meticulosis cordatissimos, qvi non amplius intra sua cœnacula delitescere poterant, sed qvasi igneis existmulati raptibus, per omnia totius orbis terrarum loca volare gestirent; qvi nullius Philosophi aut magi eruditionem, nullius tyranni metuerent sævitiam: sed per saxa, per ignes, per amicos & inimicos nomen Domini portare arderent; nulla extimescerent aut horrerent pericula, nullos cruciatus.

Spiritus S. est παράκλητος adhortator, ein Getrostmacher / Treustmacher.

Refert autem Chrysostomus super cap. 24. Matthæi, qvod hi duodecim viri spatio xx. aut ad summum triginta annorum officiis istis suis defuncti fuerint, ita, ut anno tricesimo post ascensionem Christi in cœlos nullus restaret angulus in orbe terrarum, in qvem, sive ipsorummet Apostolorum voce, sive ministerio eorum, qvi per Apostolorum viva ora fuerant conversi, nomen crucifixi, & iterum exaltati Domini nostri Jesu Christi non pervenerat: sicut Coloss. 1, 23. Apostolus suo tempore *Evangelium prædicatum esse scribit omni creaturæ, quæ erat sub cœlo.*

Qvanto tempore Apostoli orbem terrarum perlustrarint.

Nullus unqvam Monarcha, qvatumvis potentissimus, dimidium saltem orbem terrarum sibi subjugare potuit; At hi duodecim antea maximam partē illiterati & infimi laici, tantillo tempusculo tantas res in toto orbe terrarum supra & infra horizontem non modo moliuntur, sed perficiunt plenissime, adeo, ut fructus laborū Apostolicorū ab illo tempore in omniū succedentiū seculorū homines, & ab his ad nos hodie qvoq; derivati fuerint.

Noluit Imperatores, noluit Oratores, noluit doctissimos Judaicos Sacerdotes, noluit exercitus militares emittere, sed duodecim istos ablegare placuit, ut nobiles pudefierent ab ignobilibus, & qvi aliqvid erant, vincerentur a contemtis. Hi sunt illi, qvi Jericho magnam & munitissimam urbem circumeuntes & tubis clangentes, effecerunt, ut tantæ munitionis & idololatriæ mundanæ muri sponte collaberentur, Jos. 6. His sunt similes trecenti viri gerentes tubas, hydrias vacuas & lampadas, & frangentes hydrias, unde ingentem exercitum terruerunt & fugarunt, Jud. 7, 16. & seqq.

Revelasti ea parvulis, Matth. 11. Apostoli similes sunt 1. Sacerdotibus Jericho circumeuntibus.

2. 300. viris tubas gerentibus,

Gen. 24. Abrahami servus filio illius Sponsam procuraturus, secum sumit decem camelos, & plurima pretiosa de bonis Domini sui Abrahami, ut ex illis appareret, qvod non esset Domini pauperis servulus, adeoq; Sponsam seqvaciorem nancisceretur. Simili pacto, qvando Filius Dei voluit Ecclesiam novi Testamenti, Sponsam suam sibi adducere per Apostolos, dedit his servis suis de bonis Spiritus Sancti sui pretiosa cuncta, idq; ex alto seu cœlo. Sic enim animi cunctorum etiam sævissimorum facilius vincebantur.

3. Abrahami servo.

Longe autem plura in hanc sententiam erant proferenda; sed digitum tantummodo intendere volui ad ea, qvæ in ipsa prima feria Pentecostali

annuatim jure suo meritoqve inculcari & expendi debent qvam accuratissime.

Dominica dies est benedicta per primam Pentecosten.

Qvod autem in prima feria Pentecostali *tanqvam in omnium dierum Dominicarum prima Dominica die* fecit Christus, hoc fecit hactenus per cunctas alias cumprimis Dominicas, & faciet usq; ad finem mundi per cunctas dies Dominicas. In Die Dominica Pentecostali effudit Spiritum Sanctum super Apostolos, hoc fecit & faciet qvavis Dominica die, non qvod alligata sit gratia Dei uni certæ diei, siqvidem, sicut in omni loco, ita qvoq; omni tempore preces exaudit & illuminat. Interim tamen septimum diem in creatione & lege sanctificaverat Dominus: ita qvoqve nunc diem Dominicam sanctificavit; & ut in ea nos vult qviescere, ita in eodem ipse vult in nobis agere & operari.

Diabolos ad sonitum campanarum terreri.

Qvidam historiam de Veneficis scripsit, & ipse ultra 800. veneficas examinari curavit, & ex illis cognovit, ad sonitum solennem campanarum Diabolos terreri. Hoc si ita est, multo magis cunctos homines ad dierum Dominicalium campanas, matutinis seu antemeridianis potissimum horis, qvibus effusus fuit Spiritus Sanctus super Apostolos, sed & reliqvis omnibus temporibus cum singulari lætitia excitari & accurrere decet.

Qvi textus inciderint in veterem Pentecosten.

Cæterum, si qvis qværat, qvosnam textus in Israëliticis Ecclesiis intra Judæam explicarint in Pentecoste veteri pii homines? Ille responsionem invenit ex distributione qvinq; librorum Mosis, qvos unoqvovis anno circularibus lectionibus absolverunt, qvam licebit cernere post finem in plerisq; Bibliis Hebræis. Eandem distributionem Mosis totius in suis Bibliis annotavit Pelecanus in suis Bibliis.

Sub exitum Festi Tabernaculorum qvotannis Mosen de novo sunt exorsi in Sabbathis proponere Ecclesiis. Ergo in festum tabernaculorum incidunt postrema capita qvinti libri Mosis. Retrorsum igitur ad Pentecosten si numeraveris septimanas circiter sedecim, & ita sedecim textus ultimos usitatæ distributionis decurtaveris, præter propter incides in Parascha seu distinctionem tricesimam septimam, qvæ habet textus ex libro qvarto Mosis capite 16. & 17. & 18. comprehensos.

Interim tamen fieri potest, qvod in ipsa Pentecoste simul in memoriam sibi & Ecclesiæ revocarunt, qvod eodem tempore venerint in Sina ad audiendam promulgationem Legis, qvemadmodum nostri majores olim in nostra Pentecoste qvotannis populo in mentem revocarunt captivitatem Constantinopolitanæ urbis, qvæ in ipsis feriis Pentecostalibus in manus Turcarum venit, anno CHRISTI 1453.

Et qvia tempore illo, qvo venerunt ad montem Sinai Israelitæ, ad promulgationem Legis, tellus plena fuit graminibus & floribus & frondibus viren-

virentibus: hinc adeo factum fuit, qvod templa, & domos gramine & floribus & frondibus ornare in Pentecoste gestierunt, qvi ritus etiam manserunt usqve inter Christianos. Sed de his satis pro instituti hujus ratione.

CXXIII.

DE HOMINE DESCENDENTE IN JERICHO, Luc. 10.

AD Dominicam XIII. Trinitatis in Ecclesiis nostris proponitur Evangelium inter alia de peregrinante ex Jerusalem in Jericho, & incidente in latrones, Luc. 10.

Hic a concionatoribus statim confugi plerumq; solet ad allegorias, qvasi docuerit CHRISTUS de primo homine Adamo, ex statu felicitatis in statum peccati miserrimum aberrante, & incidente in Diabolos, qviqve nec a Levitis, nec a Sacerdotibus, sed tantum a Christo olim in scala in campis Samariæ Jacobo Patriarchæ apparente sanari potuerit.

Genuinus scopus narrationis de peregrinante incidente in latrones, &c.

Verum enim vero ad illam allegoriam tum Christus non respexit; sed potius ad Levitas, Sacerdotes, & exteros Samaritanos, inter sese conferendos. Et *primo* exiguum est iter inter Jerusalem & Jericho, qvod tamen vir qvidam bonus negotiorum suorum causa suscipere, & simul molestias experiri necessum habuit; qvemadmodum cives non semper possunt domi qviescere, neqve in via absqve periculis peregrinari possunt.

Deinde magnam arguit magistratuum politicorum istius temporis negligentiam, per qvam securitati & salvo conductui peregrinantium juxta viciniam Jerosolymæ, loci tam nobilis, non satis prospectum fuit.

Tertio, Levita & Sacerdos, hoc est, Clerici, multa deblaterarunt pro concionibus ad populum, attamen ipsimet digito ea non tangebant: & est hic politicus & qvasi Papista qvidam (ita respectu Judæorum tunc consideratus) his Clericis longe sanctior, qvemadmodum Luc. 18. v. 14. Publicanus, homo politicus præ Pharisæo, Ecclesiastico homine, abit justificatus in locũ suum. Politicus igitur extraneus ille juxta mentẽ & admonitionem legis Mosaicæ, Deut. 22. v. 1. 2. 3 4. descendit de suo jumento, de suis linteis accipit, qvibus vulnera obliget, in hominem miserum statim effundit & confert, qvæ Hierosolymis emerat pro se, postea hominem ægrotum magnis & multis molestis elevat, imponit jumento, ipse pedes incedit, vacillandem una manu servat, altera dirigit jumentũ, in diversorio ipsemet ejus curam habet, reclinando & purgando; deniq; hospiti commendat, & qvo ipso pecuniam exponit, qvin & spondet. Et si semimortuus fuit Judæus, tũ Samaritanus erga dissentientẽ in religione; adeoq; erga inimicũ talia dilectionis officia exercuit,

Hæc est litteralis sententia istius concionis Dominicæ, plena aureis doctrinis & locis communibus, qvorum nullum ego tangam, sed lectori rem omnem commendo.

Allegoriæ qvid sint. Qvod ad allegorias attinet, illæ sunt similes picturis, explicationes vero litterales similes muris lapideis. Domus suam magnum habet firmitatem ex muris lapideis: picturæ domui nec minimam dabunt firmitudinem. Omnibus igitur modis providendum est, ut Ecclesia litteralibus expositionibus instruatur, fundetur, ædificetur. Allegoriæ qvam in immensionem olim sub Papatu creverint, ita, ut etiam sub illarum immodicis coacervationibus textuales & litterales expositiones perierint, & falsa dogmata subintrarint, notius est, qvam ut prolixius commemorari debeat.

Idem studium hodie est gratum Jesuitis plurimis, adeoq; tendit ad unicum illum finem, ut littera textus ex oculis hominum tollatur. Omnes igitur gloriæ Dei & veritatis studio serio ardentes, literam textuum unice maximeqve spectare, expendere, proponere, explicare & inculcare satagent. *Tale textuales Theologos esse optimos Theologos, cum sapiente vetustate dicere solitus fuit D. Lutherus,*

Parabolæ & tropi scripturæ sunt explicandi. Parabolæ allegoricæ sunt a Christo propositæ, fateor: sed & illæ ipsæ Parabolæ a Christo propositæ debent diligenter enucleari, non novis Parabolis in immensam crassitiem investiri, qvo pacto Parabolarum allegoricū exercitium in immensum cresceret, & ipsas Parabolas Christi obscuraret. Tropos allegoricos habent omnia scripta vet. & nov. instrumenti; illi igitur cumprimis exponantur, non infiniti alii cumulentur, & subinde novi excogitentur. Videmus autem a multis nec semel attingi tropos Propheticos, interim vero alios colligi, & vel primo loco haberi. Sit modus in his qvoq; rebus; sint certe deniqve metæ. Malo autem non meis pluribus, sed D. Lutheri verbis solidum & pium judicium de allegoriis benevolo lectori suppeditare, idqve duobus verbis. *Sic igitur divinus Lutherus super caput 13. E-*

Judicium Lutheri de allegoriis. *saiæ: Ego simplices historias maximi facio, allegorias non valde probo. Allegoriæ enim ceu ornamenta & amplificationes adhiberi debent. Et sunt plane hoc in docendo, qvod est color in ædificio, color nec ædificat, nec sustentat domū, sed ornat tantum. Sic etiam est allegoria. Historia autem, qvia semper servatas aut minas Dei, aut promissiones testantur, tum fidem, tum timorem Dei alunt in cordibus.* Hæc ibi. Omnino immodicum studium allegoriarum sub Papatu perdidit puritatem religionis, & qvando puritatem religionis renovavit Lutherus, ibi allegoricum studium ablegavit. Cavendum igitur hodie qvoq; est, ne qvi allegorizando veterem religionis impuritatem in agrum Ecclesiæ reducant. Alia judicia Lutheri de allegoriis nun prætermitto, Es sind Schaueſſen / unde substantia hominis ali neqvit.

CXXIV.
DE ABOMINATIONE DESOLATIONIS.

AD Dominicam XXV. Trinitatis ex Matthæi cap. 24. v. 15. proponitur inter alia locus de abominatione desolationis stante in loco sancto; & non male, sed recte inqviritur, qvænam sit illa.

Initio autem recensebo, qvæ de de hac re scripsit *Hieronymus*, *hujus hæc super caput 24. Matthæi sunt verba*: Potest simpliciter *aut* de Antichristo accipi; *aut* de imagine Cæsaris, qvam Pilatus posuit in ne templo; *aut* de Hadriani eqvestri statua, qvæ in ipso Sancto Sanctorum loco usqve ad præsentem diem stetit. Abominatio qvoqve secundum veterem Scripturam, idolum nuncupatur, & iccirco additur desolationis, qvod in desolato templo atqve destructo idolum positum sit. *Hæc ille*, triplicem afferens conjecturam, de abominatione desolationis, nimirum 1. qvod possit exponi de Antichristo, 2. de imagine Cæsaris in templo, 3. de Statua Hadriani in loco Sancti Sanctorum.

Hieronymus de abominatio desolationis.

De PRIMO nihil est qvod curemus, siqvidem omnibus hodie certum est, de Antichristo ea verba non posse intelligi.

Qvod ad imagines attinet, varia recensentur in Josepho Historico Hebræo. *Et primo* qvidem una imago aurea aqvilæ magni ponderis fuit in honorem Tiberii collocata super majorem portam templi Hierosolymitani, qvam juvenes Studiosi ductu Professorum Judæ Sariphæi filii & Matthiæ Margalothi doctissimorum interpretum legis demoliti sunt, cujus rei caussa auctores & socii vivi sunt exusti.

An abominatio desolationis fuerit Aqvila aurea.

Cum autem operæ pretium esse existimem, ut lector hæc omnia in hac materia ex fundamentis historicis ipsemet cognoscat, æstimet & dijudicet, idcirco ipsamet verba Josephi & nunc & postea adscribere placet.

Antiqvitatum igitur Judaicarum lib. 17. cap. 8. in hunc modum scribit Josephus Historicus Hebræus fol. 464: Judas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctissimi erant Judæorum, & interpretes patriæ legis præstantissimi, ob idqve chari populo, qvod juventutem disciplinis instituerent. Totis enim diebus eis dabant operam, qvotqvot cupiebant in virtute proficere. Hi, postqvam cognoverunt morbum Regis esse incurabilem, concitaverunt juventutem, ut sublatis operibus, qvæ Rex præter patriam consvetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmium. Nam hanc esse Regi caussam, cum

Josephus de Aqvila aurea.

calamitatum domesticarum, tum postremo præsentis morbi, videliet qvod contemtis legibus multa novare ausus sit. Nam hac parte multis in rebus pietatem Regis hi doctores desiderabant. Inter cætera *super majorem portam templi* dedicaverat donum preciosum, *aqvilam auream magnipenderis*, cum lex nostros homines vetet imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. Qvamobrem doctores hi autores erant suis discipulis, ut aqvilam illam detraherent. Etsi enim res videbatur non carere periculo, tamen etiam jucundæ vitæ præponendum esse obitum, si contemnatur propter tuendas leges patrias, qvandoqvidem sempiterna fama nullo seculo passura sit gloriam eorum intermori. Et alioqvin ignavos juxta ac fortes eundem manere interitum: proinde recte facturos virtutis cultores, si ex communi necessitate honorum sibi decerperent, & cum hoc solatio e presenti vita discederent. Magnum enim levamen esse honestis conatibus immori, & periculi non contemnendum præmium, laudem transmissam ad nepotes ac posteros, cujus in partem tota cognatio tam viri qvam fœminæ veniant, qvo qvid possit esse optabilius? Hac exhortatione accensis juvenibus rumor supervenit extinctum Regem nuncians, & propensos jam ad facinus perpulit. Itaqve *claro meridie ascendentes detractam aqvilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine.* Qvod ut renunciatum cognovit dux regius, majorem aliqvam conspirationem metuens, occurrit eo cum valida suorum manu cohibiturus demolitores aqvilæ: & irruens in vulgum rudem & imparatum ac conglobatum temere, facile reliqvis disjectis & cedentibus circiter XL. juvenes resistere ausos comprehendit, cumqve his autores facinoris, Judam & Matthiam, turpe putantes cedere; omnesqve ad Regem perduxit. Qvo rogante, qvo freti ausi sint sacratam imaginem demere, ajunt se & deliberasse id multo antea, & deliberatum exsecutos, ut fortes viros decuit. Nam & honori divino, inqviunt, succurrimus, & legem, cujus discipuli sumus, vindicavimus. Nec est, qvod mireris, si tuis decretis leges proponimus, qvas nobis Moses autore & doctore Deo, protulit: nec recusamus mortem ac supplicium qvodcunqve nobis intuleris, conscii nos non ob maleficium, sed pietatis causa hæc perpeti. Hæc illi non minorem animo, qvam verbis præferentes fortitudinem, æqve tum ad constanter patiendum alacres, atqve ante ad fortiter agendum fuerant. Eos Rex vinctos misit Hierichuntem: moxqve accitis Judæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cæpit commemorare labores suos exhaustos pro Repub. tum instauratum templum impendiis ingentibus, qvale opus per cxxv. annos nemo Asmonæorum Regum ad honorem Dei

Dei valuisset perficere. Nec exstructum id tantum a se, verum etiam ornatum votivis muneribus ac donariis templo dignissimis. Ob hæc facta sperasse se vel post obitum sempiternam & memoriam & gloriam. Nunc, proh nefas, vivo etiam ac superstiti pro beneficiis reponi injuriam: & medio die inspectante multitudine sua dona sacrata violari ac detrahi: qvæ injuria licet in ipsum intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cujus sacra compilata sunt. Tum honoratiores qviqve veriti crudelitatem ejus, ne forte efferatus in se qvoqve gravius animadverteret, negaverunt hæc facta ex ipsorum sententia, videriqve sibi, admissam esse rem dignam supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ Pontifici ademit Sacerdotium, qvasi non alieno ab hoc consilio, eiqve successorem dedit fratrem uxoris suæ Joazarum. Hujus Matthiæ Pontificatu accidit etiam alium Pontificem ad unam diam substitui, qva Judæi populariter jejunium celebrant. Nam Matthias ea nocte, qvæ præcedebat diem jejunii, visus est sibi per sommum cum uxore congredi: & cum ob hoc ad rem divinam faciendam non esset idoneus, Josephus Ellemi filius adjutor vicarius propter cognationem ei datus est. Cæterum Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditionis autorem ejusqve socios vivos exussit: in qvam noctem etiam defectus Lunæ incidit. *Hactenus verba Josephi Historici.*

Ergo hæc aurea aqvila stetit non tantum longe extra Sanctum, & extra Sanctum Sanctorum; sed etiam extra atrium Judæorum, & extra atrium gentium in porta majore seu Orientali, qvæ etiam speciosa dicebatur, de qva legantur plura apud Adrichomium in Hierosolyma Porta autem major erat, sicuti prima porta alicujus maximæ arcis. Ideo autem de hac imagine non possunt intelligi verba CHRISTI, qvia hæc demolitio aqvilæ aureæ incidit in mortem Herodis illius, cui successit Archelaus, adeoqve contigit ante duodecimum annum ætatis CHRISTI. Qvæ omnia colliguntur ex Josepho lib. 17. cap. 8. 9. 10 11. Abominatio desolationis a CHRISTO prædicitur ultimo anno conservationis suæ terrenæ cum discipulis, & iccirco adhuc erat futura. *Sententia autoris negativa.*

Deinde lib. 18. antiqvit. Jud. cap. 4. alterius imaginis fit mentio sub Pilato Præside, *de qvs audiantur hac ejus verba:* Cæterum Pilatus Judææ Præses a Cæsarea Hierosolyma traducto in hyberna milite, *signa cum affigie Cæsaris in urbem intulit*, ad legis nostræ contumeliam, qva cautum est, ne habeamus hujusmodi effigies. Et ideo, qvi ante hunc fuere præsides, cum signis aliter insignitis solebant urbem ingredi. Primus Pilatus ignaris omnibus noctu *illatas effigies Hierosolymis* statuit. Qvod ubi cognitum est civibus, magno agmino petierunt Cæsarem, ubi per multos dies sup-

supplices oraverunt Præsidem, ut transferret illas imagines alio. Pilato vero pernegante, se facturum, qvod conjunctum esset cum injuria Cæsaris, cum Judæi precari non desinerent, sexto post die jussis clam in armis esse militibus, sedet pro tribunali in stadio, captata loci opportunitate, qvod aptissimus esset insidiis. Ibi compellatus iterum de eodem negotio, signum dat militibus, ut eos circumveniant, mortem minitans, nisi qvam primum qviescerent, & suam qvisqve domum discederent. At illi procedentes humi, & exortos præbentes jugulos, manifeste præ se ferebant, *vita sibi chariorem esse observationem legis patriæ.* Tum Pilatus admirans tam constans legum studium, continuo reportavit eas imagines Cæsaream ab Hierosolymis. *Hactenus verba Josephi Historici.*

Sententia autoris negativa. Sed qvia abominatio vastationis qvam proxime debuit cohærere cum initio vastationis Hierosolymæ, & qvia ante eam Evangelium debuit prædicari in universa terra, ut docetur Matthæi 24. ab initio ad versum 15. & qvia vastatio contigit tempore Vespasiani, utiqve abominatio de Pilati tempore & imaginibus intelligi neqvit, præsertim qvia ex Hierosolyma easdem imagines Pilatus reportavit Cæsaream, ut usqve ad tempus destinatum vastationi manere in urbe non possent. Non enim eis competit, qvod dicitur in Matthæo, qvi in agro non revertatur, ut tollat vestimenta sua.

An Effigies Caligulæ steterit in loco sancto. Tertio recensetur alia imago sub successore Tiberii Cajo nimirum Cæsare Caligula. Qvod attinet ad imaginem Caji Cæsaris, audiendus iterum est de eadem *Josephus Historicus, qvi libro antiqvit. Judaicarum decimo octavo, capitibus decimo & undecimo rem omnem dat expeditam, nimirum,* 1. qvod Cajus Cæsar jusserit qvidem suam imaginem poni in templo Hierosolymitano, & 2. qvod Petronius nomine & jussu Caji Cæsaris illam rem modis extremis omnibus perficere allaboraverit, 3. attamen qvod Judæi mori omnes maluerint, qvam intromittere imaginem Cæsaris in templum, 4. qvod, ut illud suum decretum Cajus Cæsar retractaret, per Agrippam mature effectum fuerit, 5 qvod post scriptas literas in gratiam Agrippæ pro mutando decreto reponendæ imaginis in templum Cajus acceperit literas a Petronio de magna hactenus Judæorum imaginem recusantium pertinacia, 6. qvod mutato consilio Cajus minacem epistolam ad Petronium rescripserit de imponenda imagine, 7. quod interim mortuus fuerit Cajus Cæsar, 8 adeoqve, qvod Petronius prius acceperit literas Roma de morte Cæsaris, qvam illas alteras minaces. Certum igitur est, qvod Caji Caligulæ imago nunqvam a Romanis importata fuerit in templum Hierosolymitanum, & qvod multo minus unqvam a Judæis fuerit intromissa.

Audi-

Audiantur verba ipsa Historici Josephi, qvanqvam prolixa, tamen judicatu necessaria. *Lib 18. cap. 10 antiqvit. ita scribit Josephus:* Cumq; inter Judæos & Græcos Alexandrinam habitantes, exorta esset seditio, terni ab utraqve parte delecti ad Cajum missi sunt. Appion vero Alexandrianorum legationis Princeps, multa in Judæos jactavit crimina, interq; cætera, qvod Cæsarem non proseqverentur debitis honoribus. Nam cum, qvam late patet orbis Romanus, Cajo exstruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cæteris numinibus, solos istos turpe putare, dedicare illi *statuas*, aut jurare nomen Cæsaris. Hic acerbe invecto Appione, multisqve aliis, qvæ ad exasperandum Cajum facerent, Philo e Judæorum legatis potior, vir per omnia clarissimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus Philosophiæ, parabat caussam suæ gentis agere. Sed repulsus est a Cæsare jubente illum abire, & per iracundiam vix temperante ab injuria. Qvapropter ejectus convivio, versus ad Judæos assectatores, nunc, inqvit, oportet bono esse animo, qvando Cajus iratus est, nunc enim Deus nobis contra illum aderit. *Hæc ibi.*

Et iterum *Lib. 18. cap. 11. antiqvitat. ita scribit idem Josephus:* Cajus porro indigne ferens a solis Judæis ita se despici, legatum in Syriam mittit Petronium successurum Vitellio: jubetqve, ut cum valido exercitu invadat Judæam: & si sponte id admittant, *statuam ejus in templo Dei collocet.* Qvod si detrectent, bello devictos imperata facere adigat. Is assumta administratione rerum Syriæ, dedit operam, ut exseqveretur mandata Cæsaris: contractisqve qvantam poterat auxiliis, cum duabus Romanis legionibus hybernavit apud Ptolemaidem, primo vere illaturus: qvod & Cajo significavit per literas. Qvi collaudata ejus industria, hortatus est eum ad agendum gnaviter, & frangendam bello gentis contumaciam. Interim Judæorum multa millia venerunt Ptolemaidem ad Petronium, deprecaturi, ne qvid facere cogerentur contra leges patrias. Qvod *si omnino decretum sit statuam in fano ponere, ipsos primum interficeret, ac tum demum suo arbitratu rem perageret.* Nam qvantisper superessent, non posse ferre violari legislatoris sui decreta, tot retro seculis observata ab optimis patribus. Ad hæc Petronius commotior. Hæc, inqvit, qvæ affertis, forte valerent apud me aliqvid, si meis ipsius consiliis & auspiciis rem gererem: nunc necesse est me subservire decretis Cæsaris, qvibus contravenire impune non licet. Ad hæc Judæi. Si tibi, Petroni, certum est a præscripto Caji non discedere, neqve nos transgrediemur legis nostræ mandata, freti divina potentia, & majorum nostrorum virtutis æmuli. Neqve enim sumus adeo pusillanimes, ut qvæ nobis cœleste numen imparavit, proposito felicitatis præmio, ea prævaricemur intem-

pestiva vitæ cupidine. Qvapropter feremus fortunam qvamlibet, dummodo patriæ legis religio maneat incolumis: & parati sumus subire pericula, sperantes DEUM nobis non defore, propter cujus honorem non reformidamus ancipitem fortunæ aleam. Hoc malumus, qvam tibi per ignaviam parendo incurrere perpetuam ignominiam, simulqve ob neglectas legis indignationem numinis, cujus vel te judice potior, qvam Caji, habendo ratio. Ibi *Petronius animadvertens eorum obstinatam pervicaciam, neqve se posse sine certamine & cæde statuam dedicare Cæsaris,* cum amicis & famulitio properavit Tiberiadem, ut ex propinqvo melius res Judæorum disceret. Judæi vero magnum timentes e Romano bello periculum, sed majus ex violatis legibus, iterum multorum millium numero occurrunt Petronio Tiberiadem, supplicantes ne se ad eam necessitatem cogeret, neve sacratam urbem pollueret vetitis imaginibus. Tum Petronius: Pugnabitis igitur cum Cæsare, nec illius opes, nec vestram imbecillitatem adhibentes in consilium? Non pugnabimus, inqviunt, sed moriemur citius, qvam discedamus a legibus. Simulqve procumbentes ac nudantes jugulos, paratos se abjebant ad excipiendos gladios. Atqve hoc pacto perduratum est per qvadraginta dies continuos, neglectis interim agriculturæ operibus, cum maxime sementis essent tempora, qvandoqvidem certissimum illis erat propositum, mortem potius, qvam statuam illam admittere. In hoc rerum statu Aristobulus Agrippæ Regis frater, & Elias Magnus cognomine, cum optimatib9 cæteris ejus familiæ, Judæorumq; primatibus accedunt Petronium, rogantes, ut consideraret obstinationem populi, neve illis desperandi ansam præberet, qvin poti9 *Cajo scribat, qvanta pervicacia reclametur dedicationi statuæ:* utq; relicto agriculturæ studio, de bello qvidem ulla virium fiducia non cogitent: sed parati sint mori potius, qvan tantum religionis labem in se admittere. Adhæc semente omissa instare latrocinia, dum non est, unde possint persolvi vectigalia. Forte enim flecti posse Cæsarem, ne qvid sævius in eam gentem statuat, neve illi rebellandi materiam præbeat. Qvod si non moveatur ab inferendi proposito, tum demum aggrediendum esse negotium. Atqve hæ fuerunt præces Aristobuli. Petronius vero partim deprecatoris respectu enixe urgentis, & ipsius rei magnitudinis, partim contentiosi Judæorum propositi, ratus indignum tam multa hominum millia in gratiam insanientis Caji perdere, & cœleste numen, suamqve ipsius conscientiam reveritus, maluit absurditatem rei per literas docere Imperatorem vel suo periculo, non ignarus qvam ille esset iracundo ingenio, & ad vindicandum prono, nisi qvis qvam primum furenti morem gesserit.

Sic

Sic enim existimabat, etiamsi ille non decedat de sententia, & fortasse indignationem in ipsum vertat cunctantius mandata exseqventem: esse tamen boni viri officium, pro incolumitate insontis tam numerosi populi vel certum interitum non refugere. Ergo indicto Judæis conventu ad Tiberiadem, postqvam adesse vidit multa millia, progressus in concionem, ait expeditionem non a se ultro susceptam, sed mandato Cæsaris: cujus exsecutionem differri periculosum esse, propter indignationem summæ potestatis: & alioqvi conveniens esse, ut ipse ab autoritate illius pendeat, per qvem ad tantum dignitatis fastigium evectus sit. Attamen vestræ, inqvit, saluti meam securitatem aut existimationem non præferam, qvos scio merito pro patriis legibus contendere. Imo, ne mihi qvidem probatur, summi Dei templum temerari Principum licentia. Qvamobrem *legatos ad Cajum missurus sum, per qvos cognoscat vestram irrevocabilem sententiam, qvantumq; in me erit, hortabor, ut honestissimæ vestræ voluntati assensum suum præbeat.* DEus, cujus potentia superior est omnibus conatibus humanis, faxit, ut & religio vestra integra ac inviolata maneat, & ille per immodicam honoris cupiditatem nullum sibi contrahat piaculum. Qvod si offensus iram omnem in me verterit, patiar qvodvis periculum, sive in corpus, sive in vitam illi sævire libeat, modo ne tam ingentem vestram multitudinem propter constantem bonam voluntatem perire videam. Abite igitur, qvo suum qvemqve vocat negotium, & terram labore vestro colite. Legationem autem ipse in urbem missurus sum, & qvicqvid in rem vestram potero, tam per me agam, qvam per amicos meos & necessarios. His dictis concionem dimisit, hortatus ut agros colerent interim, & bono essent animo. Et ille qvidem sic populum pro sua virili consolatus est. Deus autem manifeste ostendit Petronio suam providentiam, qvodq; omnibus juste atqve honeste cæptis propitius faveat. Vix enim orationem finierat, cum repente imber præter omnium opinionem decidit, nullis tam serena die signis præmonstratus, & hominibus propter diuturnam ac continuam siccitatem cœlitus pluviam pene desperantibus, etiamsi nubes viderent, qvæ toties spem eorum frustratæ fuerant. Qvapropter terra tum præter solitum præterqve exspectationem rigata largis imbribus, Judæas spes facta est, non irritas fore preces Petronii. Qvin & ipse præses magis etiam obstupefactus est, evidenter cernens, curæ esse DEo res Judaicis, attestante tam insigni prodigio, ut nemo, nisi impudens posset contradicere. Cumqve *accurate super hoc negotio scripsisset ad Cajũ, dehortans, ne tam multa millia in extremã desperationem atq; perniciem adduceret*, neqve enim nisi bello compulsos discessuros a religione patria:

neve seipse mulctaret luculentis ex ea gente proventibus, æternumqve apud eam sibi pararet improperium, id qvoqve adjecit, qvam charus sit Deo populus, qvamqve manifestis signis declaret suam ergo illos benevolentiam. Hæc Petronius. *Rex autem Agrippa*, qvi tum forte Romæ degebat, *indies Cajo reddebatur familiarior:* qvando etiam convivium tale illi exhibuit de industria procurato apparatu sumtuosissimo, adhibitoqve omni exqvisitissimarum lauticiarum ac voluptatum genere, ut omnes à tergo relinqveret in hoc certamine, atqve ipsum etiam Cæsarem. Tantum illi studium fuit demerendi principis per omne obseqvium. Is demiratus ejus tam animum, qvam magnificentiam, qvi etiam supra vires ac facultates placere sibi condenderet, volensqve cum eo certare mutuis officiis, jam vino qvoqve factus hilarior, Agrippam ad lætitiam provocantem sic allocutus est: Eqvidem & ante expertus sum tuam benevolentiam, qvando vivo etiam tum Tiberio, ne periculis qvidem à me colendo deterritus es; & nunc video, te, modo mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatum qvidem tuarum ratione habita. Qvare cum turpe mihi sit, a te vinci officiis, qvicqvid hactenus per me cessatum est, jam pensabitur: tantumqve ad pristinam meam erga te liberalitatem accedat enixe dabo operam, ut maximum ad futuram tuam felicitatem momentum allaturum sit. Sic ille benigne promittebat, ratus ampla latifundia postulaturum, aut urbium aliqvarum vectigalia. Ille vero qvamvis jam pridem preces paraverat, tamen hactenus dissimulata tum demum per occasionem aperuit, dicens, neqve olim propter privatum commodum præter mandatum Tiberii se illum coluisse: & nunc nihil aliud captare præter ipsius gratiam. Nam & priorem munificentiam uberiorem fuisse, qvam unqvam spe concipere potuisset, qvantumvis improba. Etsi enim tu, inqvit, majora præstare valeas, meis tamen non solum meritis, sed cupiditatibus etiam abunde satisfactum est. Ibi Cajus attonitus hominis modestia, magis urgere cœpit, ut vellet uti sua beneficentia, nihil non polliceri perseverans. Tum Agrippa: qvandoqvidem, domine, liberalitatem tuam tam benigne mihi offers, eqvidem petam, sed nihil, qvod ad divitias attineat, qvibus jam per tuam gratiam abundo. Illud potius postulabo, qvod impetratum & pietatis opinionem, & perpetuum favorem numinis tibi conciliet. Mihi qvoqve gloriosum erit, si post innumeras alias hanc unam etiam mihi feceris gratiam. *Rogo igitur, ut mandatum revoces, qvod Petronio dedisti de statua in Judæorum templo ponenda.* Hæc ille velut aleam jaciens, non ignarus qvantum subesset periculum, qvodqve capitale esset placitis Caji contradicere. Imperator autem simul officiosa liberalitate delinitus, simul pudendam

dam vanitatem ducens, si coram tot testib9 ultro ad petendum provocato, repente mutatus denegasset gratiam: suspiciens etiam virtutem hominis, qvi pluris faceret pietatem, suæqve gentis tranqvillitatem, qvam incrementum dominationis aut redituum, fecit eum voti compotem. Scripsit igitur Petronio, collaudans ejus industriam in comparando exercitu, & in exseqvendis mandatis, qvæ acceperat. *Qvod autem ad statuam attineat, siqvidem dedicata sit & posita, sinendam esse, sin minus, non esse cur in eo negotio plus laboris capiat:* sed debere eum soluto exercitu reverti ad intermissa officia. *Remissum enim esse hoc Judæis in Agrippa gratiam,* cui tantum honoris a se habeatur, ut non possit voluntati ej9 contradicere. In hunc modum Caj9 scripsit Petronio, priusqvam ad defectionem spectare Judæos cognosceret. Allatis postea de rebellatione rumoribus, indigne ferens gentis audaciam, & contemtum imperii, homo omni dedecori obnoxi9, nullamq; rationem honestatis habens & impetu iracundiæ qvovis abripi solito, qvem refrenare nunqvam studuit, imo ad felicitatem suam pertinere putans, si qvam maxime affectioni huic indulgeret, denuo scribit eidem in hanc sententiam. Qvoniam plus apud te valuerunt Judæorum munera, qvam mea mandata, qvibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet judicem facio, qvid de ipso statuere debeas, semel indignationem meam meritus. Volo enim te exemplum fieri & præsentibus & posteris, nullo modo irrata habenda mandata imperatoria. Hæc epistola missa qvidem est a Præsidem, non tamen Cæsare vivo reddita, qvi perferebant tradius navigantibus, ita, ut prius ille alias acceperit literas, nunciantes de Caji exitio. Deus enim non fuit immemor Petronii, & periculorum, qvæ propter ipsius honorem atq; Judæorum religionem subiit: sed amoto a Reipub. habenis Caji propter impie affectatos divinos honores, tanto major habita est illi gratia tam a Romanis, qvam a provincialibus, maximo favore præcipuis Senatoribus eum proseqventib9, in qvos potissimum Cajus debacchari est solitus. Is extinctus est non multo post, qvam Petronio scripserat illam mortis denunciatricem epistolam. Caussam autem, propter qvam Cajus sublatus est, & qvemadmodum comparatæ sint in eum insidiæ, procedente stylo significabimus. Cæterum Petronio ocyus redditæ sunt literæ de cæde Imperatoris, ac tum demum supervenerunt illæ, qvibus jubebatur mortem sibi consciscere. Qvare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei providentiam, qvi sine dilatione mercedem habiti sibi honoris persolverit, & Judæis præsentem opem attulerit. Et ille qvidem miro hoc modo evasit mortis periculum. *Hactenus verba ejusdem Josephi*, unde apparet, Cajum Caligulam nunqvam obtinuisse, ut imago sua in templo sancto collocaretur.

Omnium vero eruditorum lectione perqvam dignissimus est liber Philonis,

lonis, cujus titulus est, Philonis Judæi de virtutibus & legatione ad Cajum, in qvo prolixe commemoratur, qvo pacto Agrippa ab invito Cajo impetrarit retractationem istius decreti, & qvod Agrippæ petitioni qvidem annuerit tunc Cajus, verum clam Romæ aliam statuam suam formari curaverit, iterq; in Ægyptum ideo molitus fuerit, ut in itinere tamen ex abrupto novam illam Judæis imaginem suam obtruderet.

Taciti verba.

Sed audiatur Tacitus, qvem Andreas Alciatus omnibus aliis Romanæ historiæ scriptoribus præfert, qviq; sub Vespasianis vixit, adeoq; hujus rei accuratam veritatem ignorare non potuit. Is igitur libro ultimo seu XXI. *in hunc modum scribit de Judæis:* Sub Tiberio qvies, deinde jussi a C. Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumsere, QVEM MOTUM CÆSARIS MORS DIREMIT. *Hæc ille.*

Eberi testimonium.

Eberus in sua Postilla in eam concedit sententiam, ut censeat inqvirendum, num vera scripserit de Caji imagine intra templum non recepta Josephus historicus Hebræus. Scribunt (*inqvit*) Ecclesiastici historici, Caligulam collocasse statuam suam in templo Hierosolymæ. Etsi autem Josephus gratificans suæ genti, dicat mandatum hoc qvidem ab Imperatore Petronio, Præfecto Judææ, sed a Judæis non concessum fuisse, tamen libentius credo Eusebio, Orosio, & aliis scriptoribus, qvi affirmant statuam Caligulæ, templo impositam fuisse, sicut Christus hoc tanqvam signum prædixerat, inqviens: Cum videritis abominationem, vastaturam, vel vastationi proxime anteeuntem, hinc fugite, qvia tunc proxime imminebit destructio templi & totius gentis. *Hactenus verba Pauli Eberi.*

Verum enimvero, an hæc aliqvem movere debeant, qvod dicit Eberus, Eusebium & Orasiũ aliter sentire, qvam Josephum, illud judicandum suppeditabo benevolo lectori ex ipsismet horũ auctorum nominatorũ verbis.

Sic igitur habent verba Eusebii lib. 2. hist. Ecclesiasticicæ cap. 6. fol. 19. Post mortem vero Tiberii, Cajum principatu potium multos qvidem multis & innumeris affecisse contumeliis, omnium vero potissimum Judæorum gentem admodum adflixisse narrat, qvæ ex ipsius verbis paucis cognosci possunt, qvibus ista ad verbum scribit. Tanta, inqvit, erat Cajo morum ergo cunctos asperitas, præsertim adversum Judæorum gentem, cui graviter erat infensus, ut cum in aliis civitatibus ab Alexandria orsus, vota sibiipsi vendicaret, multiplicatis passim formæ suæ imaginibus & statuis (qvi namq; aliis rejectis succedit, seipsum potenter statuit) templum in civitate sancta, ad id usq; temporis intactum, omnimoda libertate donatum, sibiipsi adaptavit, & in proprium templum transmutavit, ut Jovi illustri novo Cajo nuncuparetur. *Hactenus verba Eusebii.*

Eusebius citat Philonis verba.

Jam vero, qvia Eusebius sua descripsit ex Philone, *audiat lector ipsum*

qvoq;

-qveqve Philonem. Qvanqvam vero jam modo ex eodem Philone rem illam attigi; tamen ex abundanti expendantur hæc seqventia, qvæ scribit in libro de legatione ad Cajum, non longe a fine libri fol. 658: Hæc fuit ejus morum inæqvalitas atqve inconstantia, præsertim erga Judæos, sibi exosos maxime, qvorum proseuchas exorsus ab Alexandria sibi usurpavit, & replevit statuis, effigiem suam referentibus, nemine non cedente ipsius autoritati atqve violentiæ. Supererat unum sanctæ civitatis templum cum jure asyli, id conabatur in suum proprium templum demutare cum titulo, Novi Jovis Illustris Caji. Qvid ais? tu cum sis homo, ætherem & cœlum qværis insuper, non contentus imperio tot provinciarum, insularum, gentium? *Hactenus verba Philonis.*

Verba Græca Philonis: Τοσαύτη μεν ὖν τις ἡ περὶ τὸ ἦθος ἦν ἀνωμαλία πρὸς ἅπαντας. διαφερόντως δὲ πρὸς τὸ ἰυδαίων γένος, ᾧ χαλεπῶς ἀπεχθανόμενος, τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόκεσι προσδέχας ἀπὸ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀρξάμενος σφετερίζεται, καταπλήσας εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων τῆς ἰδίας μορφῆς. ὁ γὰρ ἑτέρων ἀναλιθέντων ἀφεὶς, αὐτὸς ἱδρύετο δυνάμει. τὸν δὲ ἐν τῇ ἱεροπόλει νεὼν, ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυστος ἀσυλίας ἠξιωμένος τῆς πάσης, μεθηρμόζετο καὶ μετεχημαλιζεν εἰς εἰκεῖων ἱερὸν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου. Ecce μεθηρμόζετο καὶ μετεχημάτιζεν in præterito imperfecto dicit, qvia in FACERE versabatur, non autem COMPLEVIT Cajus, qvemadmodum totus liber de Cajo ostendit, & præterea Cornelius Tacitus gravissimus confirmat.

Verba Pauli Orosii in historia ad Aurelium Augustinum scripta lib. 7. sunt hæc seqventia: Sed Caligula cum omnibus hominibus, tum præcipue Judæis esset infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Judæorum sacras ædes, atq; inprimis antiqvum illud in Hierosolymis sacrarium prophanari sacrificiis gentilium, ac repleri statuis simulacrisq; imperavit, seq; ibi ut Deum coli præcepit. *Hactenus verba Orosii.*

Apparet ex his omnibus plus satis, Eusebium & Orosium a Josepho non discrepare; siqvidem Eusebius dicit, qvod imperaverit, & Orosius, qvod præceperit, & Philo, qvod conatus fuerit seu speraverit hoc suum factum complere Caligula.

Eadem in suas historias retulit qvoqve Nicephorus lib. secundo, capite nono & decimo.

QVARTO sunt aliqvi, qvi abominationem vastitatis referunt ad statuam Hadriani Imperatoris.

Et qvod attinet ad statuam Hadriani, de ea sic refert *Nicol. de Lyra super Matth. 24.* Hoc impletum est, qvando Ælius Adrianus imaginem suam fecit statui, ubi steterat arca Testamenti, ut scribitur in Scholastica Historia.

Item

Item glossa ordinaria: Pilatus posuit imaginem Cæsaris in templo desolato, vel hoc dicitur de statua Adriani eqvestri, qvæ in ipso Sanctorum loco longo tempore stetit. *Hæc ille.*

Ex Aventino lib. 2. Annalium Bojorum Zwingerus volum 17. lib. 9. Hadrianus Cæsar, Hierosolymam pridem eversam rursus habitari jussit, atqve urbem Æliam Capitolinam appellavit. Jovi item ex adverso templi ædem excitavit, in aditu qvondam templi statuam suam eqvestrem dedicavit. In loco resurrectionis Christi simulacrum Jovis, in crucis vivificæ rupe statua Veneris marmorea a cultoribus Deorum posita, & ubi Christus terrarum Deus natus est, cultus Adonidis amasii Veneris institutus est. *Hæc ille.*

Verum enimvero seipsam destruit illa sententia. Abominatio enim vastitatis debet præcedere interitum Hierosolymæ, ut pii fugere possint. Sed hæc statua Adriani incidit post annum Christi centesimum, cum jam dudum interitus Hierosolymæ & politiæ contigisset; sicut profanatio templi per Antiochum, qvæ legitur 1. Macc. 1. contigit plusqvam centum annis ante nativitatem Christi.

Qvid qvod sub Tiberio & sub Cajo Caligula, & post C. Caligulam Apostoli præcipui adhuc fuerunt in vivis, & cumprimis Apostolus Paulus, qvi altero anno post Christum exaltatum conversus fuit, & postmodum adhuc per 63. annos vixit, neqve sibi unqvam ab Hierosolymitano itinere temperavit, qvod utiqve fecisset juxta admonitionem Christi: Tunc enim qvi in Judæa sunt, fugiant ad montes, & qvi in agris, non ingrediantur in Hierosolymam, Matth. 24, 16. Luc. 21, 20.

E contra Act. 20, 22. instinctu Spiritus proficiscitur in Jerusalem. Rom. 15. v. 25. proficiscitur Hierosolymam ministrans sancti. Gal. 1, 18. Apostolos tribus annis post conversionem rediit in Hierusalem, ut viseret Petrum, & mansit apud eum qvindecim diebus. Gal. 2, 1. Deinde interjectis annis qvatuordecim rursum ascendit Hierosolymam. Hæc igitur facta sunt circiter qvinqvagesimo secundo anno post natum CHRISTUM; qvod tempus incidit in finem vitæ Caligulæ.

Ergo ex his omnibus historicis luce meridiana clarius constat, qvod in templum ipsum, seu, stante templo, in Sanctum, aut in Sanctum Sanctorum nulla unqvam importata fuerit steteritq; imago vel Tiberii, vel Caligulæ, vel alterius hominis.

Postqvam igitur ostensum est, qvod abominatio vastitatis non possit congruenter ad ullam applicari Imperatorum & Præsidum Romanorum imaginem vel effigiem; jam tandem restat videndũ, qvidnam sibi velit textus sacer apud Matthæum & apud Marcum Evangelistas. Et qvi hoc apprime definire volet, is inter sese conferat trium Evangelistarum verba, ubi statim Evangelista unus ex altero Evangelista lucem accipiet clarissimam.

Verba

Verba apud Matthæum cap. 24. v. 15. sese habent in hunc modum: Cum videritis abominationem desolationis, qvæ dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto (qvi legit, intelligat) Tunc qvi in Judæa sunt, fugient ad montes.

Verba apud Marcam cap. 13, 14. Cum videritis abominationem desolationis, stantem, ubi non debet, (qvi legit, intelligat) tunc qvi in Judæa sunt, fugiant in montes.

Verba apud Lucam cap. 21, 20, 21. Cum videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote, qvia appropinqvavit desolatio ejus. Tunc qvi in Judæa sunt, fugiant ad montes, & qvi in medio ejus, discedant, & qvi in regionibus, non intrent in eam.

Qvia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, qvæ scripta sunt.

CHRISTUS videtur verba sua depromsisse ex Danielis nono capite, versu 26.27. unde interlineatum Benedicti Ariæ Montani, tum Græcam & Latinam vulgatam versionem, adjicere placet.

Interlinearis Benedicti Ariæ Montani habetur in hunc modum:

Et roboravit pactum multis hebdomata una: & dimidio hebdomade cessare faciet sacrificium, & oblationem, & super alam (extensionem) abominationum stupefaciens (admirari faciet) & usq; ad consumationem & decisam (decisionem) efundent super se obstupescentem, (admirantem.)

Græca Versio LXX. interpretum hæc est:

Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἥμισο τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀπ' ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ, καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδὴ, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν.

Vulgata Latina est hæc:

Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio.

Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

Porro ax hac collatione *Evangelistarum* apparet e duobus primis Evangelistis illud nominari βδέλυγμα ἐρημώσεως, qvod tertius Evangelista vocat κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων ἱερουσαλήμ: & per conseqvens, immo non per conseqvens; sed ex ipsamet interpretatione Christi per abominationē desolationis, nihil esse aliud intelligendum, qvam ipsamet obsessionem urbis *Ex collatione patet vera explicatio.*

Hierosolymæ: qva ipsa expositione nihil brevius, nihil facilius, nihil certius, nihil planius dici potuit, & sic uno verbo præcisa est omnis ansa omnibus prolixis disputationibus.

Emphatico vocabulo utitur Lucas Evangelista *κυκλουμένην* nominans *τὴν ἱερουσαλὴμ*, qvia sicut idem Christus apud eundem Evangelistam explicat, cap. 19, 43. circumdabunt inimici vallum, & circumcingent eam, & coangustabunt eam undiqve, *περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν*, ut sonant iterum emphatica verba Græca.

Abominatio desolationis est Hebraismus Hebræi adjectiva circumscribunt per genitivum substantivi alterius.

Hinc igitur non potuit non abominatio desolationis exoriri, qvi est Hebraismus, hoc est, abominanda desolatio; qvia sicut Christus cum fletu explicat, ad terram prosternetur Jerosolyma, & filii ejus, qvi sunt in ea, & non relinqvetur lapis super lapidem, qvemadmodum loqvitur ipsa tristissima experientia ad hunc usq; diem, per annos plusqvam sesqvimille. Sic etiam prædictum fuit in Daniele, cap. 9, 27. In templo erit abominatio desolationis, & usqve ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

Qvi freqvens in scripturis in V. T.

Qvod ad Phrasin attinet, ea est veteri & novo Instrumento usitata. Sic Gen. 23, 6. filii Heth ad Abrahamum dicunt de mortua sua Sara, *in electione sepulcrorum* sepeli mortuum tuum, Lutherus, **Begrab deinen Todten in unsern ehrlichsten Gräbern**/ id est, in selectissimis sepulcris nostris. Psal. 1, 1. *Beatitudines Viri*, pro, Beatus vir. Esa, 2, 20. In ista die projiciet homo *idola argenti sui & simulacra auri sui*, id est, idola argentea & aurea.

His similia sunt, Psal. 17, 1. Audi Domine *justitiam*, id est, justum. Psalm. 68, 19. Eph. 4, 8. Cepisti *captivitatem*, id est, captivos. Deut. 13, 15 Percuties habitatores urbes illius, in *ore gladii*, pro gladio, Psal. 20, 2. Protegat te *nomen Dei* Jacob, pro, Deus ipse. Exod. 4, 10. Non sum *Vir verborum*, id est, eloqvens. Gen. 9, 19. Noah cepit *esse vir terræ*, id est, agricola. Psal. 6, 9. Audivit Dominus *vocem fletus ejus*, hoc est, vocem flebilem.

In N. T.

Addantur alia ex Novo Testamento. Rom. 9, 31 Israel sectans *legem Justitiæ*, pro legalem justitiam. 1. Cor. 1, 21 Placuit Deo per *stultitiam prædicationis* salvos facere credentes, pro, per stultam prædicationem. Ephes. 1, 9. Notum facit nobis *mysterium voluntatis suæ*, pro, sacram voluntatem suam. Luc. 16, 9. *Mammona iniqvitatis*, pro, Mammona iniqvum. Gal. 3, 14. Ut *promissionem Spiritus* per fidem acciperemus, id est, Spiritum promissum. Luc. 16, 8 *OEconomus injustitiæ*, pro; OEconomo injusto. Matth. 5, 22. *Gehenna ignis*, pro gehennali igne Rom. 7, 24. Qvis liberabit me *de corpore mortis hujus*, hoc est, hoc corpore mortali.

Ne autem difficile sit lectori benevolo aut observare, aut invenire ejusmodi ferme infinita alia exempla, consulat Biblia Hebræa Benedict. Ariæ Montani, ubi prorsus aliis minimis litteralis expressæ sunt illæ differentiæ,

ubi substantivum alterum cum substantivo conjunctum pro adjectivo exponi & resolvi necesse est.

Ergo constat, per abominationem desolationis, durch den Greuel der Verwüstung/denotari & significari ex ore & interpretatione Domini Jesu Christi, nihil aliud, qvam *abominandam desolationem*, eine greuliche Verwüstung / *talem tribulationem, qvalis non fuit ab initio mundi*, sicut iterum Christus interpretatur, Matth. 24, 21. *Erunt dies illi tribulationes tales, qvales non fuerunt ab initio creaturæ, qvam condidit Deus, usq; nunc neq; fient*, ut extat apud Marcum 13, 19.

Probatur hæc explicatio.

Hæc ego latissime explicare poteram, *primo* ex omni antiqvitate sacra & profana in medium adductis exemplis historicis miserabilissimarum obsidionum & pugnarum bellicarum: *Deinde* instituta collatione cum iis, qvæ in bello Judaico seu Hierosolymitano contigerunt; unde non modo scripti hujus cresceret prolixitas, sed & novus, illeqve magnus liber prodire necessum haberet.

Ipse Titus Imperator super excidio Hierosolymæ confessus fuit, non esse suum, sed Dei illud factum. *Sic enim habent Josephi verba:* Valles circumiens, ubi plenas cadaveribus vidit, & magnam saniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit, & extentis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. *Et iterum lib. 6. c. 16. de bello:* Non eqvidem recusabo dicere, qvæ dolor jubet. Puto si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terræ devorandam fuisse civitatem, aut diluvio perituram, aut fulmina ac Sodomæ incendia passuram.

Josephus item dicit, intra tempus, qvo urbs obsessa est & capta, decies centena hominum millia interfecta, ac lue pestifera absumta, nonaginta septem millia capta esse. Omnium urbium Orientis longe clarissima fuit urbs illa, Plin. l. 5. c. 15. Et citius non debuit obsideri urbs a Cæstio, qvia huic favebant proditores, & ita mitiora Judæi fata fuissent experti, Joseph. l. 2. de bello, c. 24.

Sed omnibus reliqvis omissis unicum illud notari debet ex Joseph. lib. 6. cap. 13 & 7, 17. *ubi sicut loqvitur Josephus*, divinus impetus qvidam militibus incidit, ambitumqve partiti non solum rectores inter se, verum ipsi etiam ordines certabant. Murus uno minus 40. stadiorum erat. Ad hoc autem foris castella tredecim ædificata sunt, eorum gyrus denis stadiis numerabatur. Totum autem opus triduo constructum est, ut id qvidem dignum mensibus videretur, celeritas vero fide careret. Muro igitur civitas conclusa fuit per castella custodibus collocatis. *Hactenus verba Josephi.*

Et sic Judæi intra Hierosolymam ex omnibus locis sub Sole profecti ad Pascha tanqvam intra muscipulam, per hunc murū extra urbem in circuitu ædificatū fuere conclusi, ut nemo nec intrare, nec exire valeret. Ne igi-

tur piis obsidio Hierosolymæ ista detrimontosa esset, iccirco in alligato hoc loco Christus monet, ut qvam primum de exercitibus Hierosolymam cogitantibus audierint, sciant obomtnanandam & perfectam ac æternam futuram excidionem, ideoq; in eo ipso momento, qvo hæc oudiant, urbem & regionem illam relinqvant & fugiant.

Verum de reliqvis de abominandam desolationem pertinentibus malo tacere, qvam nimis pauca dicere; & sufficiat de eo, qvid ABOMINATIO DESOLATIONIS, viris eruditis ac doctis hoc thema ad ulteriorem inqvisitionem proposuisse.

ORCULUM CXXV.

SACRUM.

1. Reg. 8, 27.

Cœli cœlorum te capere non possunt.

QVI pro concionibus & in Scholis ubiqvitatem & omnipræsentiam Dei docent, ii ed eandem confirmandam allegare solent hæc qvoq; verba, qvæ extant 1. Reg. 8, 27. *Cœli cœlorum te capere non possunt.* Pagninus convertit: *Cœli cœlorum te non continent.* Germanice sermocinantes eadem verba, hocce modo proferre solent: Aller Himmel Himmel können dich nicht begreiffen. Verum hac ratione Germanica in ipsis Lutheri Bibliis hæc jam dicta verba & vocabula non inveniuntur.

Lutherus enim & mox ab initio, & postoa in iteratis suis correctionibus & editionibus omnibus paulo aliter eanden sententiam Regis & Prophetæ Salomonis interpretatus est & edidit:

1. Regum 8, 27.

Aller Himmel Himmel mögen dich nicht versorgen.

2. Paralip. 2, 6.

Aller Himmel Himmel mögen ihn nicht versorgen.

2. Paralip. 6, 18.

Aller Himmel Himmel kan dich nicht versorgen.

Pagninus convertit 1. Reg. 8, 27. *Cœli cœlorum te non continent.* 2. Paral. 2, 6. *Cœli cœlorum non comprehendunt eum.* 2. Paralip. 6. 18. *Cœli cœlorum non capiunt te.*

Versio Græca ita habet 1. Reg. 8. 27.

ὁ ὀυρανὸς τοῦ ὀυρανοῦ ὀυκ ἀρκέσουσί (non sufficiunt, non sunt pares, tibi.)

2. Paralip. 2, 6. (qvod tamen extat cap. 1. juxta Græcorum distributionem) ὁ ὀυρανὸς τοῦ ὀυρανοῦ ὀυκ ἂν φέρουσι τὴν δόξαν αὐτοῦ.

2. Para-

2. Paralip. 6, 18. (qvod tamen extat cap. 3. juxta Græcorum distinctionem) Ο᾽ ὀυρανὸς τοῦ ὀυρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι.

Vulgata Latina antiqva habet sese ita, 1. Reg. 8, 27. *Cœli cœlorum te capere non possunt.*

2. Paral, 2, 6. *Cœli cœlorum eum capere neqveunt.*

2. Paral. 6, 18. *Cœli cœlorum te capere neqveunt.*

Conferantur autem cumprimis & diligentissime etiam inter sese textus sacri Hebræi, qvibus addi potest interlinearis versio Benedicti Ariæ Montani.

1. Regum 8, 27.

te continent non cœlorum cœli &

וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלוּךָ

2. Paralip. 2, 6.

capiunt

eum comprehendunt non cœlorum cœli &

וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלֻהוּ

2. Paral. 6, 18.

capiunt

te sustinebunt non cœlorum cœli &

וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלוּךָ

In his textibus sacris continetur vocabulum ejusmodi, qvod autor Concordantiarum Hebræarum derivat a radice כּוּל, qvæ significat & continere & sustentare simul. כּוּל *radix duplicata.*

Ego ex Concordantiis qvædam loca huic interpretationi Lutheri similia inqviram, & ex illis hunc qvoqve textum, qvoad interpretationem Lutheri salvandam, æstimare docebo: Radix autem duplicata in exemplis occurret.

2. Samuel. 19, 32. *Et Barzillai senex valde octoginta annorum & ipse PAVIT* כִּלְכַּל *Regem in conversione ejus in Machanaim. Lutherus:* Hatte den König versorget/ weil er zu Machanaim war.

1. Regum 4. 7. *Et ipsi Salomon duodecim præfecti super omnem Israel, & alebant* וְכִלְכְּלוּ *Regem, & domũ ejus, per mensem in anno uno intererat super unumqvemqve* alere לְכַלְכֵּל.

Lutherus: Salomon hatte zwölff Ampleute über gantz Israel/ die den König und sein Hauß versorgeten/Einer hatte des Jahrs ein Mond lang zu versorgen.

1. Reg. 17. 17, 4. *Et corvis præcepi ad* alendum te לְכַלְכֶּלְךָ *ibi Lutherus:* Ich hab den Raben geboten/daß sie dich daselbst sollen versorgen. *Et v. 9.*

Præcepi ibi mulieri viduæ ad alendum *te* לְכַלְכְּלֶךָ. *Lutherus*: Ich hab daselbst einer Witwen geboten/ daß sie dich versorge.

1. Reg. 20, 27. *Filii Israel numerati sunt, & in calculum redacti* וְכָלְכְּלוּ. *Lutherus*: Die Kinder Israel ordneten sich auch/ und versorgten sich. *Antiqua versio*, acceptis cibariis profecti sunt, *pro*, Et in calculum redacti.

Ezech. 23, 32. *Ad continendum* לְהָכִיל. *Lutherus*: Du solt zu grossem Spott und Hohn werden/ daß untreglich seyn wird. *Antiqua*, Ad subsannationem, quæ est capacissima.

Ruth. 4, 15. *Et ad* alendum *senectutem tuam* וּלְכַלְכֵּל אֶת־שֵׂיבָתֵךְ.

Malach. 3, 2. *Quis*, sustinens, seu, ferre *poterit* וּמִי מְכַלְכֵּל *adventus sui, & quis poterit stare cum apparuerit*. Wer wird den Tag seiner Zukunft erleyden mögen/ Und wer wird bestehen/ wenn er erscheinen wird.

Psal. 55, 23. *Projice super Dominum onus tuum, & ipse feret*, vel educabit te יְכַלְכְּלֶךָ. Wirff dein Anliegen auff den Herrn/ der wird dich versorgen.

Zach. 11, 16. *Stantem non* sustentabit לֹא יְכַלְכֵּל. *Lutherus*: Das Gesinde nicht versorgen werden.

Jerem. 20, 9. *Laboravi* sustinendo, *seu*, ad ferendum כַּלְכֵּל. *Lutherus*: Daß ichs nicht leyden kundte.

Gen. 45, 10. *dicit Joseph fratribus, ut nuncient Patri, Et alam te ibi*, וְכִלְכַּלְתִּי *Lutherus*: Ich wil dich daselbst versorgen.

Gen. 47, 12. *Et Joseph* aluit וַיְכַלְכֵּל *patrem suum, & fratres suos & omnem domum Patris sui. Lutherus*: Und er versorget seinen Vater.

Gen. 50, 21 *Et nunc ne timeatis, ego alam vos* אֲכַלְכֵּל. *Lutherus*: Ich wil euch versorgen.

Proverb. 18, 14. *Spiritus viri sufferet* יְכַלְכֵּל *infirmitatem viri*. Wer ein frölich Hertz hat/ der weiß sich in seinem Leyden zu halten.

כול *radix non duplicata.*

Alibi locorum citra duplationem radicalis τὸ כול significat *continere, capere, comprehendere*, cujus rei exempla non adduco, committens hanc operam erudito & benevolo lectori; & tamen interdum a Luthero similiter, ut jam exposui, redditur.

Amos 7, 10. *Non poterit tellus continere omnia verba ejus*, Das Land kan sein Wort nicht leiden.

Jerem. 6, 11. *Ira Domini plenus sum, laboravi ad continendum* הָכִיל. *Lutherus*: Ich bin des Herrn drewen so voll/ das ichs nicht lassen kan.

1 Reg 7, 28. *bis mille bathos capiebant* יָכִיל giengen darein.

2. Paral. 4. 5. Es fasset drey tausent Bath. Sic 2. Paral. 7, 7.

Jerem. 2, 13. *Quæ non continebunt aquas. Lutherus*: Und kein Wasser geben.

Joël.

Joël.2,11, *Qvis potest sustinere illum*, Wer kan ihn leyden יְכִילֶנּוּ.

Derivunt autem verba Hebræa hactenus examinata docti Lexicographi a radice כּוּל. Jerem.10,10. *Non sustinebunt gentes indignationem ejus.* *Lutherus:* Die Heyden können sein drewen nicht ertragen.

Contextuum series.

His ita præmissis juxta *primam* regulam meam de Lingva Spiritus Sancti, nunc juxta *secundam* regulam meam contextuum in loco tam insigni aliqvantum altius inchoatorum rationem circumspiciam.

Et initio post exitum ex Ægypto Exod. 25, jubet sibi Deus fieri habitaculum, & in habitaculo arcum cum Propitiatorio & Cherubim, & vers.22. *Conveniam* (inqvit) *tecum illud, & loqvar tecum e propitiatorio, qvacunq; præcipiam tibi dicendo filiis Israel. Et ad hunc locum qvotannis semel ingrediebatur Aaron, ut portaret illuc nomina 12. filiorum Israel*, Exod.28,21. Levit.16.14. Et sic Deus volebat habitare & habitabat *in medio filiorum Israel*, Ex.29,45.

Deinde post alıqvot secula 2. Sam.7.v.3. seq. *David habitans in domo cedrina splendida, cogitationem suscipit de tenuitate cortinarum in tabernaculo Mosaico, & de ædificando splendido templo, ut in ea arca Domini reponeretur, ne amplius sub cortinis & pellibus, ut hactenus, detineretur: sed hoc facere a Domino prohibetur, devoluto hoc ipso negotio ad filium ejus Salomonem, qvi ipse templum splendissimum extruxit.*

In hujus igitur templi inauguratione 1. Reg.8. Salomon recordatus illius, qvod Deus in Exodo promiserat, se in Sancto Sanctorum habitaturum inter medios Israëlitas; & conferens inter se Mosaicum tabernaculum & hoc templum Salomonicum ita infit: *Verum ne est, qvod Deus habitet super terram?* Qvasi diceret; qvomodo hoc intelligi debet, qvod Deus dixit, se habitaturum in medio Israëlitarum in Sancto Sanctorum? Potestne in terra, vilissima mundi parte, constitui habitaculum majestate Dei dignum? Utiqve non: qvin, *si cœli omnes hanc ad rem usurparentur*, ut in ipsis habitaculum Dei parari posset, tamen nondum in cœlis illis habitaculum tanta potentissima majestate sufficienter dignum procurari posset.

Sic enim (exempli parvi gratia) dicimus & statuimus, *parva oppida non posse suis exiguis habitaculis sufficere pro Regibus*, Man kan in ihnen und mit ihnen keinen Käyser oder König gnugsam versehen / bewirthen und versorgen. *Pagus Cæsarem aut Regem magnum sustinere, sustentare, recipere neqvit:* Si cœli cœlorum non possunt Deum sustinere & ferre, qvando minus hoc potest fieri a tam parvo & contemto ædificio, qvantulum erat templum Salomonis, respectu omnium cœlorum.

Etsi vero hæc ita se habent, tamen ibidem ardentissime rogat Salomon, ut, cum eligere velit Deus in templo illo, & qvidem in Sancto ejusdem Sanctorum habitare, iccirco clementer & semper omnium hominum preces divinitus ex eodem loco isto exaudire dignetur.

Hæc

Hæc est brevis indigitatio contextuum, & genuina sententia loci istius, & cumprimis ratio interpretationis seu versionis Germanicæ D. Lutheri. Et verissimum est, qvod pro Dei majestate nulla in ullo loco, sive cœlesti sive terrestri, extrui possit domus, qvæ ista ipsa majestate Dei digna censeri valeret.

De infinitate, immensitate, ubiqvitate, & omni præsentia Dei.

Porro jam qværitur, annon igitur ex hoc loco probari possit *infinitas, immensitas, ubiqvitas & omnipræsentia Dei?*

Anteqvam ad hoc ipsum respondeam, qvædam sunt præmittenda. Qvod igitur attinet ad hæc vocabula: *Deus est infinitus*, aut, *Deus est immensus*, ea in sacris literis non ita reperiuntur, ut in aliis Scriptis.

Philippus Melanchthon in Examine Theologico, & in Locis Theologicis, Deum definit inter alia *immensæ sapientiæ & potentiæ*, adeo, ut tum ipsius sapientiæ divinæ, tum ejusdem qvoqve potentiæ epitheton faciat τὸ *immensum.* Omnibus autem modis hinc excludantur omnes phantasiæ humanæ, de qvadam substantia exspansa, extensa, ex hoc loco per alia infera, supera, dextera, sinistra loca omnia extra & intra hoc cœlum aspectabile, qvæ substantia, ut ut hoc pacto infinita dici posset, tamen habeat qvædam media, qvædam etiam extrema, unde in hac qvæstione simul hinc facessere jubeamus illas speculationes, qvasi hoc loco infinitum vel immensum sit & definiri debeat, cujus extrema dari non possunt. Hic enim nulla debet audiri mentio vel medii, vel extremorum.

Infinitum & immensum in Deo qvid sit appellandum.

Legi apud qvosdam, qvi *infinitum* in Deo vocant, actualitatis & perfectionis immensitatem in Deo, id qvod videtur in illam sentiam interpretandum, nimirum, *infinitum* esse, qvod ita in sese secundum omnia sit absolutissimum, consummatissimum, perfectissimum, plenissimum, ut nullius vel minimæ rei additiunculam admittat.

Declarabo rem ulterius. *Simsonem* supra communem aliorum hominum sortem maxima fortitudine & maximo robore præditum fuisse, ex historiis ejus in libro Judicum constat. Ita qvoqve Salomonem fuisse sapientiorem omni homine, constat ex 1. Reg. 4, 29, 30, 31. ubi dicitur dedisse ipsi *Deus sapientiam & intelligentiam multam valde, & latitudinem cordis, secundum arenam, qvæ est in littore maris.*

Utut autem in hisce duobus fuerit, in *illo* robur, in *hoc* sapientia, sine numero, ut ita loqvar, tamen nondum fuit infinita seu immensa, in ea significatione accepto vocabulo, de qva jam dicimus. Siqvidem nemo negabit, qvod longe longe plures partes fortitudinis & sapientiæ tum robori *Samsonis*, ut etiam sapientiæ *Salomonis* Deus adjicere potuisset, hoc est, qvia robur Samsonis & sapientiam Salomonis propemodum

infi-

infinitis incrementis majorem facere, & augere Deus, si voluisset, valuisset. Et hoc respectu omnia dona in omnibus hominibus sunt finita, & tantum particulæ qvædam minutiarum maximarum, qvia nullum ita est absolute plenum & perfectum, qvin non posit admittere additionem seu augmentum aliqvod.

Si Deus omnium hominum (qvotqvot in extremo die exsuscitabuntur) sapientiam colligeret in unum, & in unum collectam infunderet in unum hominem, utiq; homo ille futurus propemodum esset qvidam Deus, propter tantum infinitum numerum sapientiæ. At nondum talis homo assequeretur ipsam sapientiam Dei, qvæ longe, longe, longe pluribus modis, qvam sunt pulvisculi arenarum per totum orbem terrarum, infinities, infinities, infinities superat illam exiguam sapientiam in uno ex omnibus hominibus conformato homine.

Dicerem aliqvid, si omnium hominum in extremo die sapientiam conferrem cum dimidia guttula aqvæ, Dei vero sapientiam cum omni mari: immo si vel decem myriades mundi & maria essent cum omnibus eorundem mundorum maribus. Simpliciter tantus est numerus (ut ita docendi causa loqvar) sapientiæ divinæ, cui ne minutissima minutia, augmenti causa, succedere posset. Infinita igitur est *sapientia* Dei, qvia ipsi plane nihil addi potest, infinita *potentia*, qvia iterum ipsi ne minima portiuncula vel cogitando saltem adjici potest.

Qvomodo sapientia & potentia Dei sit infinita.

Sicut autem cogitatione æternitatem (carentem principio & fine omni,) intellectus meus asseqvi neqvit, ita qvoqve hanc inexcogitabilem, ineffabilem, incomprehensibilem sapientiam & potentiam Dei nemo, nemo vel ex minima portiuncula asseqvi potest. Vides igitur, lector optime, qvanta sit perfectio in Deo, ad qvam perficiendam vel consummandam nihil qvicqvam adjici potest.

Et qvia ista in Deo sunt infinita & immensa, in signifisiatione jam dicta, multa magis interna divina essentia in sese est infinita, immensa, perfectissima, cui ad omnem suam existentiam nihil existentiæ, ad omnem plenitudinem & perfectionem, nihil plenitudinis vel perfectionis, ad omnem bonitatem nulla guttula bonitatis, constantiam, vivacitatem, permanentiam nulla mica constantis permanentiæ, & permanentis vivacitatis unqvam adjici potest.

Essentia Dei infinita.

Porro ad maximam sapientiam capiendam non indiget homo majore capite, Matth. 8 Marc. 5. v. 9. qvidam staturæ vulgatæ homo legionem Diabolorum in se habet; & videmus sæpenumero parvulos viros crassissimis aqvaliculis, & longissimis viris longe longe esse doctiores & sapientiores.

Spiritualia non mensurantur loco & substantia, vel majore vel minore.

Poteft igitur ingens ſapientia regis alicujus vel puncto loci unico minimo contenta eſſe, & tamen inde ſeſe extendit ſuo modo ad finita loca totius ampliſſimi regni ſui, cujus incolas habet notiſſimos. Id qvod multo magis de divina ſapientia & potentia ſtatuendum eſt, qvod debeat conſiderari citra omnem vaſti corporis molem, ne qvis pro omni in ſeſe infinities infinita, mentibus incomprehenſibili, lingvis ineffabili ſapientia & potentia Dei fingere incipiat, ſi non corpoream, tamen corporeæ ſimilem qvandam, in omnes qvatuor mundi plagas, & ultra, & infra & ſupra expanſam, extenſamq; ſubſtantiam & eſſentiam divinam.

Angeli vident faciem Patris mei cæleſtis.

Et qvod ad eſſentiam divinam attinet, ſi *ex hypotheſi* nunc ab angelis beatis cerni ipſam conjecerimus, qvalis qvalis ipſa eſt, juxta illud Chriſti Matth. 18. verſ. 10. tum neqvaqvam qvaſi infinities expanſum corporeum qviddam cernit unus angelus. Hac enim alioqvin ratione non eſſentiam divinam, ſed qvemadmodum nos de Stellis hemiſphærium, ita ipſe partem qvandam eſſentiæ divinæ cerneret, qvod nemo, ut puto, concedet. De qva re non poſſum aliud proferre qvicqvam, qvia nihil aliud hac de re occurrit in ſacris literis, *modo certum maneat hoc*, Dei eſſentiam non eſſe chaos qvoddam & molem inſtar corporis per cœlos & terras extenſi, expanſi & diffuſi, nihilominus autem ubiq; locorum totam præſentem.

Cum igitur hæc ita ſeſe habeant, utiqve in loco, qvem præ manibus habeo, qvod templum Domino extruendum, rectiſſime dixit Salomon, qvod tam perfectæ eſſentiæ majeſtate ineffabili non poſſit ulla ſat digna habitatio conformari, ſi qvis illam vel in cœlis cœlorum, tanqvam in uno aliqvo integrali loco ex hypotheſi conſideratis præparare annitteretur.

Ex hi l. per illationem probatur infinitas Dei.

An vero, unde & qvomodo ex loco illo ipſo & ſermone Salomonis probetur iſta jam indigitata immenſitas, qvilibet optime intelliget, nimirum per illam illationem: Si Dei majeſtate dignum templum ſtatui non poteſt, etiamſi illud occuparet omnes cœlos cœlorum, utiqve eſſentiam divinam modo ſuperius dicto infinitam, immenſam, & omnipræſentem eſſe oportet. Sed prius veriſſimum: Veriſſimum igitur & poſterius. Oportet enim nos tales probationes rite inſtituere: Siqvidem (qvod ego pro regula, ſeu, ut loqvuntur in Scholis, pro Maxima piis ſingulis habendum eſſe judicio,) *in tota ſacra Scriptura neqvidem minima una particula eſt revelata nobis divinitus, qvæ pertineret ad intelligendam ipſam intrinſecam qviddita-tem eſſentiæ divinæ*; ut ſupra de vocabulo Jehovæ prolixius docui, qvæ huc ſunt aſſumenda.

Homo

Homo dicitur ab humo, qvæ vox ostendit internam corporis hominis essentiam esse terream. Tale qvippiam de divina essentia nobis ne qvoad unam literulam ex sacris constat.

Qvod ad illud hoc in loco simul assumendum attinet Jer. 23, 24. *Nonne cælum & terram ego impleo*, & qvidem ad ipsum vocabulum מלא, hoc duplicem habet significationem, *implendi & operandi.*

Verbum מלא significat & implere & operari.

De priore non labore, qvæ est notior.

Qvod ad posteriorem significationem attinet, in Concordantiis qværantur exempla.

Deut. 1, 36. *Ipsi dabo terram, qvam calcavit, & filius ejus, qvia* adimplevit *post* JEHOVAM, juxta Pagninum: qvia *secutus est* Dominum, juxta vulgatam latinam; daß er dem HErrn treulich gefolget hat/ ut Lutherus vertit; διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτὸν τὰ πρὸς κύριον, ut habent Græci, qvia appositus, addictus fuit Domino.

Esa. 14, 21. *Ne hæreditate accipiant terram, & impleant superficiem orbis inimicis*, juxta Pagninum; *neqve implebunt faciem orbis inimicis*, juxta vulgatam Latinam; den Erdboden voll Städte machen / juxta Lutherum, ἐμπλήσωσι τὴν γῆν πολεμίων, juxta versionem LXX. Græcam.

Implere pro operari.

Jerem. 5. v. 27. *Sicut cavea plena avibus, sic domus eorum plenæ sunt dolo.* Utrobiqve est idem thema מלא, ὡς παγὶς ἐφεσταμένη πλήρης πετεινῶν, οὕτως οἱ οἶκοι αὐτῶν πλήρεις δόλου, juxta LXX. Interpretum versionem. Lutherus, Ihre Häuser sind voller Tücke / wie ein Vogelbauer voller Vögel ist.

Jer. 8, 16. *Terram & plenitudinem ejus*, τὴν γῆν καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, Græci, Lutherus, das Land mit allem/ das darinnen ist.

Vide similia Psalmo 24, 1. *Jehovæ est terra &* plenitudo ejus (audi vero more Prophetico, & periphrasin seu ἐξήγησιν, qvid sit illud PLENITUDO) *orbis, &* HABITANTES *in eo.* Idem eodem modo habetur Jerem. 47. v. 2. & qvidem hic clarissime annectitur, qvid sit plenitudo. Audi verba S. S. lector; *Invadent terram & plenitudinem ejus, urbem, & habitantes in ea.* Ecce, qvid sit plenitudo terræ, *nimirum*, qvicqvid in terra est genitum, ædificatum &c.

Jerem. 15. v. 17. *Indignatione replevisti nos.* Lutherus: Du zürnest sehr mit uns.

Jerem. 19, 4. *Repleverunt locum istum sangvine innocentum.* Lutherus, Haben diese Stät unschuldiges Bluts gemacht.

Jerem. 23, 10. *Adulteriis repleta est terra.* Lutherus, Das Land so voll Ehebrecher ist.

Jerem. 31, 25. *Omnem animam tristem implevi.* Lutherum, Ich wil die bekümmerten Seelen sättigen

Jerem. 33, 5. *Ad implendum eas cadaveribus hominum, qvos percutere fec in furore meo, & ira mea.* Lutherus, Daß sie dieselbigen füllen müssen mit todten Leichnamen.

Jerem. 44, 25. *Vos & uxores vestræ locuti estis ore vestro & manibus vestris* implestis *dicendo, Faciendo faciemus vota nostra, ut suffiamus Reginæ cœli, & libemus ei libamina, confirmando confirmastis vota vestra, & faciendo fecistis vota vestra.* Lutherus: Ihr und eure Weiber habt mit eurem Munde geredt/ und mit euren Händen vollbracht/ daß ihr saget/ ꝛc.

Rom. 15. 19. *A Jerusalem & circumjacentibus usq; ad Illyricum* implevi *prædicando Evangelii munus*; ubi in Syriaco est idem vocabulum, qvod extat Jerem. 23, 24. In Græco πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον Θεȣ̃. Lutherus, Alles mit dem Evangelio Christi erfüllet habe/ und mich sonderlich beflissen, das Evangelium zu predigen/ wo Christus Nahme nicht bekant war.

Ex his omnibus, & potissimum ex eodem Jeremia Propheta adductis satis evadit clarum, qvod *implere* sit simul idem, qvod *operari*: *Terra & plenitudo ejus*, hoc est, ut Spiritus Sanctus interpretatur Jer. 47, 2. urbes & homines in terra. *Replere locum sangvine* utiqve est, operari homicidia; *Replere loca Evangelio* est evangelizare. Et ad has veteris instrumenti phrases respexit sine dubio Lutherus, qvando Ephes. 1. in fine ad illa verba, ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτȣ̃. τὸ πλήρωμα τȣ̃ πάντα ἐν πᾶσι πληρȣμένȣ: *Qvæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus, qvi omnia in omnibus adimplet*, hoc Scholion marginale adjicit.

Verba Scripturæ ejus loci in Epistola Paulina sunt hæc: v. 15. Darum auch ich/ nach dem ich gehöret habe von dem Glauben bey euch an den HErrn Jesum/ und von euer Liebe zu allen Heiligen/ v. 16. höre ich nicht auff zu dancken für euch/ und gedencke euer in meinem Gebet/ v. 17. daß der Gott unsers Herrn Jesu Christi/ der Vater der Herrligkeit gebe euch den Geist der Weisheit und Offenbahrung/ zu seiner selbst Erkäntniß/ und erleuchtete die Augen euers Verständniß/ daß ihr erkennen möget/ welche da sey die Hoffnung euers Beruffs/ und welcher sey der Reichthumb seines herrlichen Erbes an seinen Heiligen/ v. 19. und welche da sey die überschwengliche Grösse seiner Krafft/ an uns/ die wir gläuben/ nach der Wirckung seiner mächtigen Stärcke/ v. 20. welche er gewürcket hat in Christo/ da er ihn von den Todten aufferwecket hat/ und gesetzt zu seiner Rechten/ im Himmel/ v. 21. über alle Fürstenthümb/ Gewalt/ Macht/ Herrschafft/ und alles/ was genant mag werden/ nicht allein in dieser Welt/ sondern auch in der zukünfftigen. v. 22 Und hat alle Dinge unter seine Füsse gethan/ und hat ihn gesetzt zum Häupt der Gemeinen/ über alles/ v. 23. welche da ist sein Leib/ nemlich die Fülle des/ der alles in allen erfüllet. Ubi

Ubi tandem Lutherus: Erfüllet) Christus ist und würcket alle Wercke in allen Creaturen/darumb ist sein alle Creatur voll / Also ist auch seine gemeine Christenheit seine Fülle/daß sie sambt ihm ein gantzer Leib und völliger Hauffe ist.

Ulterius qvotiescunq; in N.T. dicitur, aliqvid factum esse, ut *impleretur* Scriptura, ibi idem significat τὸ *impleri*, nempe, ut *perficeretur*, qvod in Scripturis fuit prædictum, Matth. 1, 22. & 2, 23. & 4, 14. & 8, 17. & 13, 35. & 21. v. 4. & 26, 54. 56. & 27, 9. 35. &c. Luc. 1, 20.

Alia exempla τȣ̃ מלא *IMPLERE pro* τῷ *OPERARI.*

Sic *impleri* dicuntur tempora, Luc. 21, 34. id est, finiri, vel perfici, ut etiam Levit. 25, 29. Sic Joh. 7, 8. *Meum tempus nondum est impletum*, id est, nondum perfectum. Joh. 3. v. 29. & 15, 11 & 17, 13. *Gaudium meum completum est*, Act. 7. vers. 28. 13 *Expletum est ei tempus*, id est, factum est ipsi nunc tempus qvadraginta annorum, & 9, 23. *Expleto multo tempore*, id est, postqvam decurrisset multum tempus. Act. 19, 21. *Hinc expletis* (perfectis) *proposuit Paulus proficisci*, &c.

Rom. 1, 29. *Oppleti omni injustitia*, id est, exercitati, & 8, 4. *Jus legis impletur* (perficitur) *in nobis*, & 15, 14. *Pleni bonitate, impleti cognitione*, 1. Cor. 7, 4. *impletus consolatione*, & 10, 6. *Postqvam impleta fuerit vestra obedientia.* Galat. 5, 14. *Tota lex* impletur *hoc, Diliges proximum*, Ephes. 1. vers. 23. *Ecclesia est* complementum *Christi.*

Ephes. 3, 14. &c. *Hujus rei gratia flecto genua*, v. 17. *ut inhabitet Christus in cordibus vestris, & cognoscatis excellentiorem illam, qvam ut cognosci possit, charitatem Christi*, v. 16. *ut* impleamini *ad omnem* plenitudinem *illam Dei*; & 5. v. 18 *ut* impleamini *Spiritu.* Philip 4, 18. *Accepi omnia, abundo*, expletus *sum acceptis a vobis, qvæ misistis.* Colofs. 1, 9. *ut* impleamini *omni agnitione voluntatis ejus cum omni sapientia & intelligentia spirituali*; & 2; 10. *Estis in eo* completi; & 4, 12. *ut stetis PERFECTI & COMPLETI in omni voluntate Dei.* 2. Johan. v. 12. *Spero me venturum ad vos, & præsentem præsentibus locuturum, ut gaudium vestrum sit* completum. Apoc. 3, 2. *Non inveni opera tua* plena (perfecta) *coram Deo* (nimirum dicebatur Sardensis Episcopus vivere, sed erat mortuus, v. 4.) Apoc. 6, 11. *Usq; dum* compleantur *conservi eorum, & fratres, qvi trucidandi sunt.* Actor. 13. v. 52. *Discipuli* replebantur *gaudio & Spiritu Sancto.*

Iterum satis ex his patet, qvod τὸ *impleri* sit exerceri, intentum esse, perfici &c. Sunt autem etiam loca, ubi proprie pro corporea impletione accipitur, Joh. 12, 3. Domus impleta est odore ungventi, Matth. 13, 48. *Sagena* impleta *est in mari omni genere rerum bonarum & putrium.* Gen. 24, 16. *Rebecca* implevit *hydriam suam*; & 44, 1. *Sacci fratribus Josephi* implentur. 1. Reg. 8, 10. *Nebula* implevit *domum a Salomone extructam.*

מלא *Implere pro completione vulgata.*

Qvomodo Deus impleat cœlum & terram.

Postqvam igitur constat vocabuli IMPLERI duplicem dari significationem, jam qvæstio restat de accommodatione ad locum Jerem. 23, 24.

Qod ad significationem illam attinet, ubi *implere* est *complere* corporali impletione spacia, eandem huic loco dare non possumus.

I. Non impletione corporali, probatur. (1) ab essentiæ divinæ descriptione.

Primo nuspiam in Scripturis essentia divina nobis describitur, qvod sit ejusmodi corporea essentia, qvæ in infinitum expandatur, instar cœli cœrulei. Non igitur Deus implet cœlum & terram, sicut aqva implet hydriam, sicut odor implet totam domum, sicut nebula implet templum Salomonis, sicut aër implet omnia intervalla in mundo supra & infra horizontem, ab oriente usqve in occidentem. Talis completio tantum competit corporibus, non spiritibus, cum Deus non sit corpus, sed spiritus, id qvod utrumq; apud omnes est in confesso.

(2) ab absurditate.

Et si Deus hoc pacto statueretur ubiqve, tum IPSEMET totus non esset ubiqve; siqvidem aer inter orientem & occidentem ubiqve est, sed non nisi secundum partes, secundum qvas partes ubiqve aer diffusus ita sese habet, ut illa pars aeris, qvæ ambit Hispaniam, non simul ambiat Indiam orientalem, sed sit alia & distincta pars aeris, ab aeris Indianici parte. Sic si Deus per ejusmodi expansionem, extensionem, diffusionem ubiq; esset, haberet etiam diversas & multiplices partes corporeas, & semper haberet unam partem extra aliam partem, & alia ejus pars constitueretur apud Constantinopolitanos, qvæ longissime abesset a Parisiis Galliarum, alia vero ejus pars constitueretur apud urbem Parisiensem, qvæ a Constantinopoli qvam longissime distaret, nec ipse idem Deus totus ut spiritus immensus esset apud Constantinopolitanos, & totus apud Gallos.

II. Nec pro nuda sumitur operatione.

Deinde neqve τὸ *implere* possumus pro nude capere operatione, qvia Scriptura præsentiam Dei simul astruit manifeste, adeo astruit, ut eam prorsus infinitam constituat, Esa. 66. v. 1. *Cœlum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum*, q.d. Cœlum qvamvis longe lateq; altissimum, spaciosissimum, diffusissimum, tamen saltem mihi est loco throni, non loco domus; & tota vastissima terra vix, ut scabellum pedibus meis.

Unde tamen iterum non est deveniendum in vastissimam Giganteam corporalem qvantitatem Dei, sed ita statuendum, qvod Dei essentia propter infinitæ æstimationis majestatem, & propter substantiæ antea indigitatam inæstimabilem immensitatem, non capiatur a cœlo & terra, & ab omnibus, qvæ intra cœlum & terram sunt. Qvomodo hoc fiat, illud ego neqveo indicare ex Scripturis, qvia nullibi est revelatum.

Exemplum terrenum tenuissimum in re prorsus inæstimabile,

Hodie habentur catoptræ seu conspicilla nova pulcerrime & artificiosissime fabrefacta, qvibus ad oculū adhibitis res longissime dissitæ, & visum omnem etiam acutissimum effugientes, tam fiunt homini propinqvæ, ac si

qvam

qvàm proximè juxta corpus ipsius consisterent, tam claræ, ut cum antea non agnosci possent, an, aut qvidnam essent, jam præclarissime agnoscantur, distingvantur, & secundum omnia lineamenta expendantur.

Si vitrum, minima creatura Dei una, talia potest præstare, si Sol imaginem suam in mille particulas confracti speculi spargit, ut ibidem in singulis imago integra videri qveat; si Sol in omnibus propemodum innumeris aqvis & fluminibus, & in singulis particulis singulorum littorum uno & eodẽ tempore, simul & semel, qvasi infinities infinitis modis eandem imaginem suam imprimere & præbere potest, qvanto magis Creator tantus habebit tantam inæstimabilem & immensam vim & potentiam, ut secundum essentiam suam, sicut olim ante conditas creaturas, ita nunc post conditas creaturas ubiq; rerum & locorum præsens fit ipse, & præsentissima sibi habeat omnia loco, & omnia illa, qvæ in illis locis continentur.

His igitur ita sese habentibus & præmissis, necesse est, ut hoc qvoq; in loco *τὸ implere accipiamꝰ* pro PRÆSENTER OPERARI, qvia Deus replet cœlum & terram, seu omnipræsenter operatur omnia in cœlo & in terra. *III. Sed præsenti potentia & operatione.*

Operatio divina similis, licet in minore negotio, & in uno loco terræ, patet etiam dici in illo loco Daniel. 9, 2. *Factum est verbum Domini ad Jeremiam Prophetam, qvod* impleret *desolationibus Jerusalem septuaginta annis.* Ecce in his verbis illud dicitur, qvod Deus impleat desolationibus Hierosolymam, & qvod impleat his desolationibus Hierosolymam totos annos septuaginta. Verbum igitur IMPLENDI de Hierosolymæ desolationibus dicitur, sed qvod IMPLERE sit OPERARI, immittere, perficere desolationes, illud ex antecedentibus & consеqventibus Biblicis, hoc est, ex similibꝰ textibus est animadvertendum.

Qvid igitur sit illud *implere*, docetur Jerem. 15. 8. 9. 10. 11. 12. 13. hisce seqventibus verbis. v. 8. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo, qvod non audistis verba mea,* v. 9. *ecce, ego mittam & assumam universas cognationes Aqvilonis, ait Dominus: & Nabuchdonosor, Regem Babylonis, servum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores ejus, & super omnes nationes, & qvæ in circuitu illius sunt, & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilũ, & in solitudines sempiternas.* v. 10. *Perdamq; ex eis vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ & lumen lucernæ.* v. 11. *Et erit universa terra hæc in solitudinem & in stuporem, & servient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis.* v. 12. *Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam dicit Dominus, iniqvitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas.* vers. 13. *Et adducam super terram illam omnia* *Qvomodò Deus impleat Hierosolymam desolationibꝰ.*

Verba

verba mea, qva locutus sum contra eam, omne, qvod scriptum est in libro isto qvacunq; prophetavit Jeremias adversum omnes gentes.

Ecce *implere Jerusalem desolationibus* ex mente ipsius Spiritus sancti est, mittere hostes, adducere inhabitatores, interficere eosdem, ponere eos in sibilum & solitudines perpetuas, auferre vocem gaudii.

Capiatur simile aliud Matth. 3, 15. Sic oportet nos *implere omnem justitiam.* Matth. 23, 32. *implere mensuram patrum.* Coloss. 4, 17. *Vide, ut ministerium, qvod accepisti in Domino*, impleas.

Implendi significatio talis probatur. Si igitur in his datis exemplis IMPLERE est præsenter operari, qvanto magis in loco Jeremiæ annotato τὸ implere cœlum & terram, erit præsentissime adesse, & præsentissime omnia operari in cœlo & in terra, per qvam singularem majestatem sacra Scriptura Deum nunc post creationem cœli & terræ describere gestit.

1. *Testimonio Flacii.* Agnovit illud jamdudum *Flacius* in Clave Scripturæ sub vocabulo impleo, *ubi hæc habet verba: Implere se omnia, cœlum & terram, dicit Deus*, Jer. 23. pro, infinitum esse. Videtur tamen simul etiam Dominium significare, sicut Christus dicitur ascendisse super omnes cœlos, ut omnia impleret, scilicet sua majestate ac potentia. *Hactenus verba Flacii.*

2. *Wigandi.* Agnovit hæc eadem jamdudum Joannes Wigandus Episcopus Pomezaniensis in libro de Ubiqvitate fol. 79. *his verbis:* Nam substantia Dei implet omnia, id qvod extra controversiam est ex dicto Jeremiæ: Cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus. Sed tamen inde non seqvitur, eum sua essentia esse in Sole, in Luna, in stellis, in lignis, in lapidibus, in gramine, in bufonibus, serpentibus, crocodilis, &c. qvasi ibi sit inclusus. Nam est alius modus, qvo Deus implet omnia, nempe suæ præsentia, qvod adest omnibus creaturis, & sua efficacia atq; operatione pro suo placito, juxta versum:

Modus autē hic est hominibus ideo incognitus, qvia essentia divina interna nobis est incognita.

Enter PRÆSENSER DEUS hic & ubiq; potenter,

Idq; ex verbo Dei illustri patet. Peculiari autem ratione, & gratia, implet Deus bonos angelos, & homines in Christum credentes, ut suo loco expositum est.

Deinde vero ludi aguntur in verbo IMPLERE. Nam hic in Majori, hoc somnium in suis capitibus volvunt illi homines, qvod IMPLERE significet talem impletionem, ac si stramen aut frumentum impleat saccum, vinum impleat dolium, aqva impleat lagenam. Et hinc adstruunt suū illud principium in Majori, qvasi v. Deus non haberet plures implendi omnia modos, qvam ipsi suis capitibus spirituosis possint comprehendere. Sed ut dixi: Deus sua essentia implet qvidem omnia in cœlo & in terra, ut os Dei pronunciat: sed non implet omnia, ut stramen saccum implet, aut ut ventus inspiratus vesicam implet, &c. Verum sua omnipræsentia adest omnibus creaturis, & in cun-

cunctis operatur qvæcunqve vult, vel ex gratia, vel ex ira, idqve liberrime. *Hactenus verba Johannis Wigandi.*

Ergo in loco 1.Reg.8,27. hoc dicitur, *qvod majestatis divinæ ineffabili infinitate & immensitate satis dignum templum exædificari non possit, si omnes cœli pro uno computarentur spacio, & simul indicatur, DEUM omnino ubiq; præsentissimum esse, pariter & ubiq; locorum omnia facere, conservare cœlum & terram. & omnia qvæ sunt in cœlo & terra.* *Sensus dicti verus.*

Cum autem hæc ipsissima Ubiqvitas etiam carni Christi per communicationem idiomatum realissime competat, & hac de re ipsa a me ante aliqvot nnnos, nimirum anno Christi 1611. disputatio singularis sit conformata, propter cognationem hoc loco eandem totam inserere volui pro gloria Dei, & ut ansa præbeatur nova doctis viris, de eadem cogitandi luculentius, & si veritatem adversantes viderint, ut in ea acqviescant, aut SOLIDE jam tandem respondeant, ut tandem his conflictibus liberari possint nostri seculi Ecclesiæ. Hactenus ipsi apversarii nihil impagnarunt, nisi expansam expansi corporis ubiqvitatem, qvam nostræ qvoqve Ecclesiæ per omnia ad infernum usqve damnant.

Seqvitur erga illa paulo ante indigitata Disputatio de Majestate omnipræsentiæ divinæ, carni CHRISTI communicata.

THESIS I.

Vix est inter articulos Christianæ religionis alius. qvem Jesuitæ & Calviniani tot scommatibus exceperunt, totq; libris lapidare sategerunt hactenus, qvam iste *de Majestate omnipræsentiæ carnis Domini ac Fratris nostri JESU CHRISTI.* Vix etiam in ullo turpius & gravius impegerunt illi ipsi, qvam in hoc eodem, dum singularem monstrosam excogitarunt ubiqvitatem, qvam sannis & argumentis suis jocosis false exagitarent.

II. Sed cum de communicata majestate omnipræsentiæ carnis Christi (qvam odiose adversarii vocari solent ubiqvitatem) utiliter disserere nemini liceat, nisi qvi prius ipsam Majestatem omni præsentiæ divinæ æterni τῦ λόγυ probe & absolute cognitam habet: iccirco nobis qvoqve necessario de ipsa aliqvid hoc loco præmittendum venit.

De Majestate omnipræsentiæ DEI.

III. Et primo qvidem, qvanqvam omnipræsentiæ Majestatem, seu *ut alii loqvuntur*, Ubiqvitatem *Dei proprium esse*, extra controversiam apud vere Christianos positum est; tamen majoris perspicuitatis & certitudinis gratia in conspectu piorum semper versari debent hæc seqventia oracula, omnipræsentiæ divinæ majestatem expresse comprobantia. AN SIT DEUS *omnipræsens.*

IV. Sic enim Rex, Propheta & Patriarcha David ex Ecclesiarum Patriarchalium fide confitetur Psal.139. v.7. & seqq. *Qvo ibo a Spiritu tuo, & qvo a*

facie tua fugiam, *si ascendero in cælum*, Tu *illic es*, si descendero in infernum, ades, seu *ecce* Tu.

V. Sic filius istius, rex Salomon, coram innumera pene multitudine Israelitarum in consecratione templi Jerosolymitani exclamat, 1. Reg. 8, 27: *Ergone putandum est, qvod vere Deus habitet super terram? Si enim cæli cælorum te capere non possunt, qvanto minus domus hac ædificavi.*

VI. Eodem modo apud Esaiam cap. 66, 1. ipse dicit Dominus, *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum, qua est ipsa domus, qvam ædificabitis mihi, & qvis est iste locus reqvitionis meæ.*

VII. Sic apud Jeremiam c. 23, 23. 24. revocans Deus israelitis in animos doctrinam de Deo, ubiqve omnia vidente, utiq; non nisi Catholicam veterem & tritissimam, v. 23. *Putasne* (inqvit) *Deus e vicino ego sum, dicit Dominus & non de longe?* v. 24. *Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus, Nunqvid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?*

IIX. Cum his congruunt illa Sopharis Naamathitæ apud Jobum c. 11. v. 8, 9. *Excelsior cælo est, & qvid facies, profundior inferno, & unde cognosces, Longior terra mensura ejus, & latior mari.*

IX. Huc illud Christi Matth. 5, 34. *Ego dico vobis, Non jurate omnino, neq; per cælum, qvia thronus est: neq; per terram, qvia scabellum pedum ejus.*

X. Hoc illud ex veteri Scriptura repetitum Actor. 7, 49 50. *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum: qvam domum ædificabitis mihi, aut qvis locus est reqvietionis meæ?*

XI. Huc illud Apostoli, Actor. 17, 27 28: *Qværere Deum, si forte attrectent eum, aut inveniant. Qvamvis non longe sit ab unoqvoq; nostrum, In ipso enim vivimus, & movemur & sumus.*

XII. Atq; per hæc testimonia satis firmiter orthodoxæ concludunt Ecclesiæ, qvod Deus in sese ubiqve adeoqve omnibus creaturis in universo mundo a se creato in cœlo & in terra, sua essentia omnipræsentissimus adsit, possit, omnia creet, omnia sustentet, omnia moveat, omnia gubernet. Idq; Veteres hoc versiculo qvalicunqve comprehensum proposuerunt:

Enter, præsenter DEUS hic & ubiq; potenter.

Object. 1. cum Resp. XIII. Etsi autem sacrarum Scripturarum aphorismi hactenus propositi omnino evidenter convincunt, Deum sua essentia simul omnipræsentem esse in cœlo & in terra, tamen pro more in aliis plurimis sibi usitato sacer codex qvandoq; unum saltem nominat *cælum* κατ' ἐξοχὴν, & in illo uno Deum omnipræsentē pronunciat, ita tamen ut velit subintellectum alterū.

XIV. Sic enim Psal. 2, 4. scribitur, *Qui habitet in cælis, irridebit eos*. Sic, 1. Reg 8, 32. 34 36. *petit Salomon a Deo, ut Hierosolymis in templa rogaturos exaudiat ipse* in cœlo, *exaudiat* de cœlo. Sic Christus Matth. 6, 9, *oraturos jubet*

bet dicere: *Pater noster qvi es* in cœlis, Ps.123,1. *Ad te levavi oculos meos, qvi habitas* in cœlis, Eccl.5,1. *Deus* in cœlo *& tu super terram.*

XV. Etsi igitur illi in his allegatis exemplis Deum orant, ut exaudiat *de cœlo*, tamen & ipsi & omnes patriarchales Ecclesiæ certo subintelligebant & certo credebant, Deum ipsis in terra, & tandem in specie Hierosolymis omnipræsentissimum adesse.

XVI. Sic enim de *templo* & cumprimis de *Sancto Sanctorum* extruendo mandata Salomoni filio promulgans Propheta David ait 1.Paral.28,2. *Cogitavi, ut ædificarem domum, in qva reqviesceret arca fœderis Domini*, & scabellum pedum Domini Dei nostri, &c.

XVII. Item Psal 76,2: *Cujus tugurium est in Schalem*, & habitatio ejus in Sion. Sic Psalm. 96,5. *Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate* scabellum pedum ejus, *qvoniam sanctum est.*

XIIX. Sic de eodem Jeremias in Threnis c.2,1. *Qvomodo obscuravit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, projecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus* scabelli pedum suorum *in die furoris sui.* Legantur etiam omnia conseqventia ibidem.

XIX. Qvod hæc, inqvam, subintellexerint, utiqve clarius evadit ex illo Psal.11,4. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus:* ubi nimirum conjunctim cum templo cœlum proponitur.

XX. Etsi *præterea* sacræ litteræ convincunt, Deum ubiqve esse, tamen qvoties manifestat vel subtrahit Deus auxilium suum conspicuo qvodam opere, toties dicunt *Deum egredi de loco suo, vel reverti ad locum suum.* Id qvod fit κατ᾽ ἀνθρωποπάθειαν vel ἀνθρωποπρέπειαν. Oseæ 5,15. *Ibo & revertar* ad locum meum. Esa.26,21. *Jehova egredietur* de loco suo. Micheæ 1,3. *Ecce Jehova egredietur* de loco suo. Huc illud Gen.28,17. *Vere Dominus est* in loco isto, *& ego nesciebam.* Item, *qvam terribilis est locus iste?* Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cœli.

Objectio cum Resp.

XXI. POSTQVAM qvæstionem vulgatæ methodi illam, AN SIT? sacri libri nobis expediverunt, mox DE FORMA, ut vulgariter appellant, seu de ratione vel modo istius divinæ Majestatis seu divinæ omnipræsentiæ scrupulosius edoceri plurimi cupiunt.

Qvomodo Deus sit ubiq; seu omnipræsens.

XXII. Illos ante omnia (*juxta istam Eliæ Cretensis Episcopi super Orationem Gregorii Nazianzeni ad Eunomium prolatam admonitionem*) monemus, ut in meditationibus Theologicis hisce de Deo, notas rerum inferarum, qvæ animis nostris impressæ sunt, prius & penitus aboleant, & ut (*juxta auream παραίνεσιν August.l.1.c.6. de Trin.*) eo visu videre assuescant, qvo qvi vident, non homines sunt, sed ultra homines.

XXIII. Etsi enim Scripturæ de Deo loqventes utuntur pro captu nostro vocabulis ex humanarum conditionum cursu accommodatis, totis tamen

Attributa aliter sunt in Deo, ac in hominibus.

vel infinitis cœlis differt; qvæ in Deo est infinita potentia, scientia, præsentia, bonitas, vita, ab illis qvæ in hominibus vocantur potentia, scientia, bonitas, vita.

XXIV. Non enim differt in Deo bonitas, justitia, potentia ab ipsa essentia Dei, sicut in angelis & malis hominibus, qvi defecerunt, differebat sanctitas ab essentia, unde sanctitatem tandem amiserunt, retenta essentia, nec in Deo bonitas, & justitia vel intenditur, vel remittitur, ut in creaturis.

XXV. Hoc igitur stante, utiqve non ita in Deo dicitur justitia, *sicut in* homine justitia. In homine qvippe justitia est qvalitas, in Deo essentia, & iccirco Deus est justitia sine qvalitate.

XXVI. Hinc in Scripturis *talia* Deo, tanqvam perpetua & tanqvam *soli* propria (qvod aliter ei, qvam homini propria insunt) attribuuntur, & qvidem *citra omnem mutationem, finitatem & defectum* compositis usu venire solitum 1. Reg. 8, 39. 2. Paral. 6, 30: Tu nosti *solus* cor filiorum hominū. Esa. 40, 38: Nunqvid nescis, aut non audivisti, Deus, sempiternus Dominus, qvi creavit terminos terræ, ***non deficiet***, neqve laborabit, nec est *investigatio* Sapientiæ ejus. Roman. 16, 27: *Soli* sapienti Deo. Jud. 25: *Soli* Deo Servatori Psal. 102, 27. 28. Hebr 1, 12: Tu idem ipse es, & anni tui non *deficient*. Dicitur eadem de caussa Deus *verus*, & *vivens* in hisce: Jerem. 10, 10. Dan. 6, 26. 1 Thess. 1, 9. 1. Tim. 3, 15. & 4, 10. Hebr. 6, 14. & 10, 31. Apoc. 10, 6. nimirum qvia vita & infinita essentia ipsi9 a vita & essentia omnium rerum aliarum plusqvam longissime differt.

XXVII. Non autem extat in omni Scriptura sacra 1. vel nomen aliqvod Dei, hoc est, vocabulum aliqvod aut Hebræum aut Græcum, aut alterius cujusqve lingvæ, 2. nec reperitur in sacris contextus aliqvis, qvo innueretur saltem, & indigitaretur intimæ illius naturæ Dei (ut ita loqvamur) hoc est, intimæ & infinitæ illius essentiæ divinæ interior & a priore specialior sic vocata qvidditas, ut cum Philosophis ita sermocinemur.

Dicitur ignis. XXIIX. Dicitur qvidem Deus *ignis* consumens Deut. 4, 24. & 9. 3 Heb. 12, 29. sed ut ibidem continue annectitur & ex conseqventibus locis optime colligitur, *ratione earum*, qvas infligit ex zelo, *pœnarum*; qvemadmodum ex Sodomitis notum est, qvemadmodum etiam in deserto viderant exempla Levit. 10, 1. 2. Num. 16, 33. 34. 35. combustorum ab igne miraculoso.

Deus dicitur lux. XXIX. Dicitut etiam Deus *lux* 1. Joh. 1, 5. sed ratione puritatis & innocentiæ, qvod (sicuti lux) nihil impuri ferre possit. Unde continue subjiciuntur *impuritates* & vocantur *tenebræ*: & additur ibidem admonitio: ***Si dixerimus, qvod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus, si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus ad invicem.***

XXX. Pa-

XXX. Patres qvi DEUM *summum lumen* ex hac occasione appellare qvandoqve tentant, tamen illud nulla cogitatione, qvale sit, explicari posse e vestigio addunt, & vocant *lumem immateriatum*, imperscrutabile, invisibile, inaccessum.

XXXI. Dicitur DEUS *charitas* 1. Joh. 4, 8: sed additur itidem caussa in conseqventibus: .. In hoc enim apparet charitas Dei, qvod Filium suum unigenitum misit Deus in mundum. Dicitur Deus *Spiritus*, Joh. 4, 24: nimirum, qvod non sit carnalis vel corporalis essentia. *Charitas.*

XXXII. De tetragrammato nomine seu vocabulo Jehovæ recenset Petrus Galatinus l. 2. c. 2. ex communi sententia Hebræorum, qvod Deum non per effectum, sed per essentiam designet.

XXVIII. At nondum qvæstioni propositæ per hanc explicationem satisfieri potest. Etsi qvidem concedetur, Jehovæ notionem designare DEUM per Essentiam, tamen hoc ex illo nomine derivari neqvit; QVÆNAM SIT ILLA DEI INTERIOR ESSENTIA: id qvod omnes docti haud ægre largiuntur.

XXXIV. Audiantur enim qvæ super orationem Gregorii Nizianzeni secundam in Pascha hac de re commentatur Nicetas. *Nec vero ex omnibus nominibus, qvæ de Deo prædicantur, ullum æqve proprium videtur, atq;* ENTIS *nomen*, QVOD IPSAM QVIDEM ESSENTIAM INDICAT, NON AUTEM QVÆNAM EA SIT. *Hucusq; verba Nicetæ*, qvibus dicit, vocabulum ENTIS, id est, JEHOVÆ indicare qvidem essentiam, sed non explicare, qvænam sit ea essentia.

XXXV. Consentiunt cum his ea, qvæ habet Galatinus ipse loco superius indigitato: *Sed qvoniam divina essentia*, SECUNDUM PROPRIUM EJUS ESSE, *mente nullatenus excogitari potest; iccirco apud Judæos nefas esse censetur, nomen ipsum ore pronunciari, uti literæ ipsæ sonant, ex qvibus componitur.* Hæc ille.

XXXVI. *Homo* apud Latinos, & *Adam* apud Hebræos ab humo, vel terra nomen habet, qvo nomine indicatur hominis ESSE seu qvædam materia, seu Essentia, qvænam sit, vel ex qvonam sit. At secundum auctores jam allegatos non ita in vocabulo JEHOVA latet simile Esse, vel similis ESSENTIA. Tantummodo enim per illud hoc innuitur, [qvod etiam Nazianz. εἰς Θεοφανίαν his verbis docet: (TOTUM ESSE *nunqvam incipiens, neqve desinens, in seipso comprehendit, tanqvam mare qvoddam essentiæ infinitum, & nullis finibus circumscriptum, omnem excedens temporis & naturæ cognitionem.*) Hæc ille.

XXXVII. Expendatur etiam illud Eliæ super Orationem Nazianzeni primam de Filio (in Pascha.) *Nam de DEO, qvid ille essentia suasit,*

dici nihil potest: adeoq; potius est de ea sic loqvi, ut ipsi omnia adimas. Nihil enim est eorum, qvæ sunt in rerum natura. Qvod qvidem accipi debet non ita qvasi non existat: sed qvod existat supra res omnes existentes, & qvod sit supra ipsum esse. Nam si sub cognitionem tantum eæ res cadunt, qvæ sunt; nimirum seqvitur, id, qvod supra cognitionem positum sit, etiam supra essentiam esse: *ac vice versa, qvod positum est supra essentiam, etiam est supra cognitionem.* Hæc ille.

XXXIIX. Sed audiamus de hoc ipso capite etiam Patrum qvorundam sententias & argumentationes pias. Anima (*inqvit Augustinus l. 6. c. de Trinit. citante Lombardo distinct. 8. c. 8.*) tanqvam creatura Spiritualis, in comparatione qvidem corporis est simplex, sine comparatione vero corporis est multiplex, & non simlpex, qvia in ipsa tota animam non est vera simplicitas. Qvum enim (*inqvit idem*) aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem: aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia, possintqve hæc & alia hujusmodi innumerabilia in animæ inveniri natura, & alia sine aliis, & alia magis, alia minus, manifestum est animæ non simplicem, sed multiplicem esse naturam. Nihil enim simplex mutabile est, omnis autem creatura mutabilis est; Nulla ergo creatura *vere simplex est.*

XXXIX. Deus vero etsi multipliciter dicitur (*inqvit ille ibidem*) vere tamen & summe est simplex: Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, & qvicqvid aliud non indigne dici videtur, sed eadem est ejus magnitudo, qvæ sapientia & magnitudo & veritas, & non est ibi aliud ipsum beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, *aut omnino* ESSE.

XL. Deo est hoc ESSE, qvod est fortem esse, vel sapientem esse, vel justum esse, *inqvit idem* l.6.c.4. de Trin.

XLI. Hilarius l.7. de Trin. paulo post medium, *Non ex compositis & inanimis Deus, qvi vita est, subsistit, neq; qvi virtus est, ex infirmioribus continetur, neq; qvi lux est, ex obscuris cooptatur, neq; qvi spiritus est, ex disparibus formabilis est: totum qvod in eo est, unum est.*

XLII. Idem Hilarius l. 9. *Cæterum natura Dei non eget compositis humani officii necessitatibus, lingvæ motu, temperamento oris, Spiritus nixu, aeris pulsu. Deus simplex est. Religione nostra intelligendus est, pietate profitendus est*, sensu vero non perseqvendus est, *sed adorandus est. Non est itaq; diversus compositæ divinitatis partibus, ut sit in eo aut post stuporem voluntas: aut post silentium sermo &c. Non subjacet naturæ legibus, a qvo legem omnis natura sortitur.*

XLIII Augustinus tractatu 92. in caput 16. Johannis disputat, qvum dicatur illic de S.S. Non enim loqvetur a semetipso, sed qvæcunqve audiet loqve-

qvetur, a qvo illa audiat, qvæ loqvetur: Utrum illi sit aliud essentia, aliud sapientia, vel, utrum illi sit aliud scire, ac audire, qvam ESSE: & inter alia habeat verba hæc: *Et ideo non est ista substantia verissime simplex, cui non hoc est Esse, qvod nosse. Potest enim esse, nec nosse. Atqvi illa divina non potest, qvia id qvod habet, est, ac per hoc non sic habet scientiam, aut aliud sit scientia, qva scit, aliud essentia qva est, sed utrumq; unum*: Et postea: *audire illi scire est, scire vero esse.* Et deinde: *Sicut jam diximus, hoc est illi audire, qvod scire, & scire illi hoc est, qvod nosse.* Hæc ille.

XLIV. Hic etiam facile caussam hariolari licet, cur nec DEus ad prædicamentum ullum referri possit. Recte enim Augustinus in libris Confessionum errores retractans: *Qvid hoc enim proderat, qvando & oberat, cum etiam te Deus meus, mirabiter simplicem atqve incommunicabilem, illis decem prædicamentis putans, qvicqvid esset omnino, comprehendi, sic intelligere conarer, qvasi & tu subjectus esses magnitudini tuæ, aut pulchritudini, aut illa essent in TE qvasi in subjecto, sicut in corpore, cum tua magnitudo, tua pulchritudo, tu ipse sis &c.*

XLV. Ergo si de ulla re Teheologica, utiqve de hac vere dici potest illud 1. Cor. 12, 13. *Ex parte cognoscimus.* Essentia enim intrima Dei in verbo nobis non modo non perfecte revelatur, sed penitus tacetur, & de ea vix aliqvid parcissime, non a priore, sed posteriore describitur. *Ex his concluditur;*

XLVII Concludere igitur necesse habemus ex hactenus dictis, essentiæ Dei qvidditatem internam (a prore) nobis plane occultatam esse, nec ullibi revelastm: Et, per conseqvens, ut præter alios in plagam grandinis loqvitur Nicetas, ἀσχημάτιστον, nulla figura exprimi posse, ut ut Deo ἀνθρωποπρεπῶς humana membra qvandoqve asignet Scriptura, tum alibi, tum præsertim in visionibus Propheticis. *1. non esse revelatam internam essentiam.*

XLVII. Concludere item necesse habemus, qvod cum ipsam essantiam diviеam nemo cogitatione comprehendere qveat, multo minus aliqvis humana cogitatione complecti & asseqvi valeat, qvomodo sese habeat essentiæ divinæ immensitas, vel infinitas, & qvomodo sese habeat infinita omnipotentia omniscientia, omnibonitas, omnipræsentia divina. *2. non posse comprehendi,*

XLIIX. Concludere item necesse habemus, eandem divinam essentiam & omnipræsenriam secundum Physica interstitia, & secundum Physice descripta locorum seperamenta non esse æstimandam, qvia Deus non est ποσόν τι, non fumus, non aer. *3. non esse secundum Physicam æstimandam.*

XLIX. Concludere deniqve necesse habemus, Deum ubiqve totum esse non localiter, sed, qvia illud opponere non possumus, illocaliter, non *4. ubiq; esse Deum illocaliter.*

non ex una parte in superiore cœlo, ex alia in inferiore mundo, qvia est Spiritus invisibilis simplicissimus, invisibilis, non habens partim extra partem, non admittens localis qvantitatis, spaciosæ commensurationis, Physicæ vastitatis, inclusionis finitæ, exclusionis circumscriptæ considerationes humanas, sed esse ubiqve totum, & totum ubiqve.

L. Scholastici modum, qvod divinitas essentiæ præsentiæ ubiqve, est, disputarunt consistere *in actualitatis & perfectionis immensitate.* Augustinus in Epistola 17. ad Dardanum *dicit* Deum magnum esse *non mole, sed virtute & potentia*, item Deum *extra tempus, & locum*, & ita *in seipso* ubiqve esse.

August.

LI. Aliqvid ab illis dicitur, sed hoc aliqvid nihil est, & hic non tam *modus*, qvam *non modus* dici debet: ut loqvitur pererudite *Jacobus Faber Stapulensis*; & non immerito iterum e vestigio qværitur *qvis sit modus immensitatis, actualitatis, & perfectionis, qvis sit modus virtutis, & potentiæ, qvis sit modo in se ipso ubiq; præsentis* Dei, *qvis sit modus actus*, qvo Deus sibi præsentissimas habeat omnes creaturas, & qvo Deus omnibus præsentissimus est, simul & semel in terra, in mari, in aëre, in inferno.

Jacob Faber Stapulens.

LII. Ideoqve valde pie, & iterum non minus erudite Jacobus Faber Stapulensis (*in commentariis suis super 4. Evangelistas concinnatis & absolutis anno Christi 1521. & qvidem super illa verba Johannis 14, 20. In illo dies vos cognoscetis, qvia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis*) docet mysteria divina esse supra omnem modum, & qvi modum rerum talium cognoscere cuperet, perinde fatigari in vanum ac frustra laborare, ac si oculus contenderet videro sonum, qvi ipsi est invisibilis.

Idem Faber.

LIII. Immo in hoc articulo homo non incommode comparabitur cum cœco, sicut enim cœcus calefactionem Solis sentit, ast corpus Solis videre neqvit; ita propter Scripturæ oracula omnipræsentiam Dei credere omnes pios homines decet, etsi modum & essentiam Dei intimam intelligere neqvimus.

Homo cæcus in hoc myster.

LIV. Etsi autem omnipræsentiæ divinæ modum ipsa nobis nullum demonstrare & aperire voluit Scriptura: tamen nihil facilius esse DEO, qvam omnipræsentem esse, & omnipræsenter omnia videre, audire, sustentare, comprehendere, alicubi eadem docet.

LV. Sic enim habetur Esa. 40. 12, 15, 17; ex Pagnini versione: *Qvi mensus est pugillo suo aqvas, & cælos palmo direxit, mensusq; est mensura pulverem terræ, & libravit in statera montes & colles in bilance. En gentes sicut stillæ situlæ, & pulvis tenuis statere reputantur. En Insulas tanqvam pulverem projicit. Omnes gentes tanqvam nihilum sunt coram eo, minus qvam nihilum & inane reputantur præ ipso.*

56. Expli-

L VI. Explicatur hoc Sap. 11, 23. his verbis: *Tanqvam momentum stateræ universus coram te mundus est, & qvasi gutta roris matutini in terram delapsi.*

LVII. Respectu igitur Majestatis & potentiæ Dei tota cœli circumferentia non est nisi ἀνθρωποπρεπῶς, uniꝰ palmi ejus, qvia uno palmo potest totum cœlum complecti, tribus digitis totum orbem terrarum comprehendere, omnes gentes sunt coram ipso qvasi guttula aqvæ, qvæ adhæret vasculo, per qvod aqva hauriri solet, ubi nulla est proportio inter guttam adhærescentem & inter vasculum, cui adhærescit. Immo omnes gentes sunt coram illo qvasi visu vix notabilis tenuissimus pulvisculus, aut atomus in lance stateræ altera hærens, & neq; in hoc, neq; in illud latus stateram inclinans. Immo potius omnes gentes sunt respectu Dei, tanqvam nihilum. *Cœlū palmi instar est.*

LIIX. Adferre solent eruditissimi & pientissimi qvidam viri, qvi toti in eo sunt, ut hujus rei mysterium Ecclesiæ qvam facilimum, qvantū fieri potest, exponant, similitudinem ab anima rationali, qvæ intra corpus manens, intra sese, in seipsa interim (sed imaginarie tantum) pervolitat cœlum & terram, & omnia in eis contenta, per modum illocalem, citra diffusionem, dilatationem, expansionemq; sui ipsius, & inde conantur adumbrare, qvomodo Deus (*non tamen ita imaginarie, sed realiter, cum enim anima possit tantas res imaginarie, cur non multo magis DEUS posset realiter longe sublimiores*) ubiqve præsens sit per modum illocalem, citra inclusionem, citra diffusionem, citra dilatationem, & insit ubiqve exterior, excedat ubiqve interior, sit super omnia non localiter elatus, sit infra omnia non localiter prostratus, sit intra omnia non localiter inclusus vel contractior factus, sit extra omnia non localiter exclusus vel extensus, repleat omnia, nec tamen ullam inde sustineat dilatationem Geometricam vel expansionem localem. *Mysterium hoc similitudine ab anima rationali explicatur a nonnullis.*

LIX. Et habent ac usurpant illam similitudinem Lactantius in libro de opificio DEI capite sexto, & Augustinns in libello de spiritu & anima cap. 2. & 11. Item lib. 5. de Trinitate cap. 1. Item contra Epistolam Manichæi qvam vocant fundamentum, cap. 17. & 19. Item tractatu 23. in Johannem & alibi. *Lanctantius & August.*

LX. Verum enimvero nulla similitudine, nullaq; alia ratione rem tam abstrusam satis exponere & planam facere licet, & merito solis habere fidem decet nobis hæc litteraliter inculcantibus Scripturis, adeoq; ex Augustino lib. 7. c. 4. de Trinitate est dicendum: Verius COGITATUR DEUS, qvam dicitur, & verius EST, qvam cogitatur. *VERIUS cogitatur qvā dicitur, verius Est qvā cogitatur Deus Aug.*

LXI. Removeantur igitur procul ex animis Christianorum humana somnia; 1. Qvasi Deus non aliter adesset creaturis suis, qvam sicut princeps

Romoventur hic humana somnia.

adest oppidis sibi subjectis, scilicet consilio imperioq; per internuncios administrando, & exeqvendo interim dum suo corpore circumscribitur unius alicujus certæ arcis terminis. 2. Qvasi Deus non aliter adesset creaturis suis, qvam sicut anima phantastice & immaginarie adest in illis locis omnibus, a qvibus tamen corpus (in qvo versatur ipsa anima illa) infinities mille parasangis abest. 3. Qvasi Deus ubiq; esse non posit, nisi per diffusionem, completionem & extensionem essentiæ suæ crassam.

LXII. Admodum igitur delirarunt tum veteres tum recentes, qvotqvot Dei omnipræsentiam, ex creaturarũ corporearum præsentia æstimare sumserunt, qvorum exempla sunt in promtu.

Veterum Anthropomorphitarum ab Origene.

LXIII. Sic enim Origenes Adamantius, qvi vixit circa annum Christi 235 super Genesin, capitis primi versum 27. de qvibusdam Anthropomorphitis scribit, *Carnales isti homines, qvi intellectum divinitatis ignorant, sicubi in Scripturis de DEO legunt, Qvia cœlum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum, suspicantur Deum tam ingentis esse corporis, ut putent eum sedentem in cœlo, pedes usq; ad terram protendere. Hoc autem sentiunt, qvia non habent illas aures, qvæ possint audire verba Dei de Deo, qvæ per Scripturam referuntur.* Hæc ille.

Augustino.

LXIV. Augustinus in Epistola ad Volusianum etiam recenset qvorundam hominum speculationem de Omnipræsentia DEI his verbis, *Non sic DEUS dicitur implere mundum, velut aqva, velut aer, velut ipsa lux, ut minore sui parte minorem mundi impleat partem, & majore majorem.* Hæc ille.

Manichæorum de omnipræs. Dei sentent. rejicitur ab August.

LXV. Qvæ Manichæorum de Dei omnipræsentia fuerint opiniones, commemorat Augustinus lib. 25. contra Faustinum hisce verbis: *Heresis vestra nihil aliud novit, qvam & corpus, & animam, & Deum per locorum spatia vel finita distendere.*

LXVI. Idem contra Epistolam Manichæi cap. 19. *Qvi tamen (DEUS) si, ut Manichæorum phantasmata perstrepunt, locorũ ex una parte determinato, ex aliis immenso spatio tenderetur: qvantalibet in eo particulæ, & innumerabilia frusta, alia majora, alia minora pro cogitatis arbitrio metirentur: ut bipedalis in eo (verbi gratia) pars, octo partibus minor esset, qvam decempedalis, Id enim necesse est contingat omnibus creaturis, qvæ per talia spatia diffusæ, ubiq; totæ esse non possunt, qvod in ipsa anima non invenitur. Sed in eis, qvi considerare hæc non valent, deformiter de illa & turpiter creditur.* Hæc ibi.

ab Hilario.

LXVII. Hilarius in libro de Synodis adversus Arianos prope in medio seu fol. 319 num. b anathematismum in qvosdam hunc stringit: *Si qvis substantiam Dei dilatari & contrahi dicit, Anathema sit. Conrahi & dilatari corporalis est passio: Deus autem qvi spiritus est, & spirat ubi vult, non seper demutationem*

tionem substantiæ aut dilatat aut contrahit. Extra corporalis enim naturæ necessitatem liber manens qvod vult, id præstat ex sese. Impium ergo est supstantiæ demutationem libertati tantæ virtutis asdcribere. Hæc ille.

LXIIX. Ex his constat multos olim in hac fuisse opinione, DEUM omnipræsentem esse per protensionem, qvorum a sanctis & orthodoxis qvibusq; patribus opinionem fuisse damnatam & ex Ecclesiæ pomœriis proscriptam, & recte, inde simul apparet. *Deus non omni præsens est per protensionem.*

LXIX. Sed & his Veteribus an non similes sint hodierni ex Calvinianis multi, qvi verba & similitudines usurpant, qvæ Veteribus jam allegatis omnino patrocinantur, qvilibet judicet. Sic enim *Petrus Martyr Vermilius* in Dialogo de corpore Christi non longe ab initio dicit, *divinam naturam esse ac subsistere cum DIFFUSIONE ac COMPLEMENTO LOCORUM OMNIUM.* *Recentiorũ nempe Calvin. similitudines in hoc mysterio rejiciuntur. Petri Mart.*

LXX. Ejusdem farinæ sunt crassiores similitudines de Oceano & Antuerpia, de annulo & gemma, de Sphæra Solis, & de corpore Solis, qvasi indigitantes, credendum esse, qvod Divinitas instar Oceani cærulei, instar Sphæræ Solis amplissimæ localiter & Physice & palpabiliter extenderetur, & in certa parte istius ita depictæ divinitatis λόγῳ uniretur caro, ut Antuerpia Oceano, ut gemma suo circulo, ut Sol suo orbi.

LXXI. Hinc perpendatur qvod habet Danæus contra Chemnit p. 88. *Non valet copulatio tam arcta, tamq; inseparabilis duarum Christi naturarum, ut propterea, qvemcunq; in locum divina λόγȣ natura DIFFUNDITUR, eo qvoq; humana & assumpta natura COEXTENDATUR.* *Danæi.*

LXXII. Sed omnino facessere hinc decet cum omnibus suis mathematicis instrumentis & regulis, & circinis, & qvadrantibus & decempedis & numerationibus & mensurationibus omnes Thaletes, Pythagoras, Eudoxos, Architas, Euclides, Archimedes, Hipparchos, Ptolomæos, Cleomedes, Vitelliones, &c. Hic jubemus Platonem qviescere, Hic nec ultra crepidam Aristoteli aliqvid permittimus, ut nec ullis Philosophis.

LXXIII. Disputationis lex esto illa: In hanc Scholam Theologicam *ὐδεὶς γεωμέτρης εἰσίτω:* Relinqvatur ratio vel asinus sub monte, & cum Abrahamo immolaturo ascendamus in montem, de Deo non nisi ex Deo audire, & a Deo nos edoceri satagamus.

LXXIV. Si Dei essentia fingatur ubiqve seu Omnipræsens per protensionem, extensionem, dilatationem, expansionem, diffusionem, qvemadmodum cœlum expanditur instar cærulei panni, tum necessario conseqvitur, Deum non esse ubiqve totum, sed habere partem extra partẽ, & habere inumerabilia frusta, id qvod pugnat cum illo Psalmi 139, 8. & cum Act. 17, 27. 28.

LXXV. His gravi ex necessitate de majestate omnipræsentiæ divinæ præmissis, nimirum qvod certe Deus sit omnipræsens, & qvod modus istius omnipræsentiæ nobis nuspiam in Scripturis reveletur, qvodqve non sit crasso pacto modus fingendꝰ, nunc faciliores erunt meditationes de majestate omnipræsentiæ divinæ, qvantenus carni Christi est communicata illa.

1. Qvæstionis τὸ ὅτι, An caro Christi sit omnipræsens.

LXXVI. *Omnipræsentiam carnis CHRISTI* intelligimus, qvod non naturaliter vel essentialiter ut Λόγος, sed propter unionem personalem cum Deitate & in Deitate seu Λόγῳ caro Christi omnibus rebus in cœlo & in terra omnipræsens adest, idq; ut jammodo innuimus, per majestatem omnipræsentiæ λόγου in unione sibi communicatam.

2. διότι seu fundamenta.

LXXVII. *Fundamenta hujus maiestatis* omnipræsentiæ carnis Christi ponimus hæc seqventia, *& ante* omnia personalem unionem duarum naturarum & inde dependentem communicationem divinorum idiomatum λόγου factam carni Christi in unione duarum naturarum personali, penitissima, intima & ineffabili. Unitæ siqvidem sunt naturæ ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως.

Omnipræsentia carnis Christi simili de ignito ferro explicatur. ab Athan.

LXXIIX. Sicut igitur *juxta piorum veterum eruditam & adversariis partim non intellectam, partim impie exsibilatam similitudinem* aliqva massa ferri, qvamdiu in igne posita manet, omnibꝰ suis poris, extra & intus, omnibus meatibus & venis ignem recipit, & tota ignescit, nec ab igne separari potest, sed ignis virtutē exerit, ita qvoqve caro Christi assumta intra ipsam illocalē hypostasin Filii Dei seu in Deum, ut loqvitur in Symbolo Athanasius, & simul evecta supra & extra omnem locum in unione cum Λόγῳ repletur omni divina impartibili divinitatis augstissimæ majestate, modo non transitorio, sed permanente & intimo penetrantissimoq;, sicq; semper est in Λόγῳ toto eam ipsam nuspiam non sibi longe præsentissimam habente, & longe præsentiorem qvam ullam aliam creaturam, citra tamen omnen locorum respectum, sicut nec localiter illam sibi univit, semper inqvimus, ea est semper in omnipotentia Dei, semper in omnipræsentia Dei, semper in omniscentia Dei, semper in sapientia Dei, semper possidet ignita ex unitate λόγου omnem Deitatis omniplenitudinem.

LXXIX. Et ne qvis omnipræsentiæ infinitatem sibi scrupulum parere & vel solam excipiendam putet, jammodo obtinuimus, divinam essentiam esse simplicissimam, esse invisibilem, in partes secari non posse, non habere partem extra partem, omnipotentiam, & omnipræsentiam, & omniscientiam, & omnisapientiā converti cum ipsa essentia divina, adeo, ut necessario recepta caro intra complexum & penetrantissimam unionem λόγου, dicenda sit recepta intra majestatem divinæ omnis potentiæ, scientiæ, ita qvoq; præsen-

præsentiæ,& dicenda sit cum λόγῳ exercere ea,qvæ ab omnipotentia & simul omnipræsentia divina exeruntur.

LXXX. Utiqve enim non conjuncta est divinitati humanitas, sicut conjunguntur duæ laminæ,duæ membranæ,duo lateres,duo lapilli,vagina,& culter,ubi nulla fit penetratio & immeatio mutua.

LXXXI. Huc pertinent Oracula sacra ista Joh. 1. v. 14. *Verbum caro factum est*,Joh.3,34,*Non ad mensuram dat Deus spiritum*.2.Cor.5,19 *Deus erat in Christo*. 1. Tim.3,16: *Deus manifestatus est in carne*. Col. 1, 19: *Qvoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare*. Col.1,9. *Qvoniã in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Coloss. 2, 3: *In ipso absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ*, Joh. 4, 2: *Filius Dei venit in carnem*. *Carnem Christi unitam λόγῳ probant 1. dicta.*

LXXXII. Hæc igitur Oracula evincunt,unitam esse carnem λόγῳ,&per necessarium conseqvens,totum λόγον cum tota omniplenitudine divinitatis suæ incarnatum esse, absqve sui ulla excidentia, exceptione, divisione, restrictione. *2. Sessio ad dext.patris.*

LXXXIII. Non punctim, non superficialiter, non ex contactu,non angulatim, non sectim, non divisim, non minutim, non ex parte, sed plene, sed totaliter in carne Christi est majestas Deitatis,non parte aliqva (sicut nec in partes dividi potest) magna intra carnem, vastissime vero altera parte est extra carnem,vel qvasi infinitis locorum interstitiis a carne separatur.

LXXXIV. *Deinde* huc accersimus collocationem & sessionem Christi ad dexteram æterni sui Patris, hoc est,non ad locum,sed ad divinam omnem nulli loco inclusam,nec ab ullo loco exclusam potentiam & gloriam, ad omnem potestatem in cœlo & in terra. Ps.110,1. Hebr.1,3: *ubi dicitur dextra τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς*, *sicut* Matth.26,64: *dextra δυνάμεως*, Luc.22,60. *Dextra virtutis Dei*, Hebr.8.v.1. *Dextra majestatis in throno Dei*, & nihil aliud est qvam ut alibi vocatur Matth.28,18: *Omnis potestas*, Eph.4,10: *Impletio omnium*. Ps.8: *Imperium super omnia*. Apoc.2: *Scrutatio rerum & cordium* 1.Petr.3,22: *Dominium in angelos, potestates & virtutes*. Dan.7,14: *Gubernatio omnium populorum, lingvarum, tribuum*. 1.Cor.15,28: *Potentia cui omnia subjiciuntur, excepto Deo*. Act. 2, 3: *Effusio S.S.* Marc. 16, 17: *Dona miraculorum*. Apoc.1,18: *Claves inferorum & mortis*.

LXXXV. Dextera igitur Dei ἀνθρωπίνως ita dicta,sed extra omnem localitatem consideranda.non est extra Deum, qvi totus est incarnatus, unde sedere ad dexterã Dei est omnem localitatem infinitis & ineffabilibus modis transcendere,semper & ubiq;,non vero in uno tantum aliqvo loco, aut uno etiam tantum tempore esse σύνθρονον Deo, omnes infinitæ majestatis

virtutes & actiones omnipotenter& ubiq; exeqvi, dominari omnibus cum Deo & in Deo, & ita implere omnia, hoc est, omnes creaturas, in illa veteribus sic appellata profundissima, secretissima& inaccessa λόγϐ luce conspicari, habere & complecti (Esa.40.) illocaliter præsentissimas, qvi λόγος in seipso circumscribit illocaliter omnia totius mundi loca & locata, omnia continet, a nullo continetur, omnibusq; dominatur secundum modum & virtutem dexteræ suæ, non secundum conditionem&sortem terrenã imperatorum hujus mundi.

Dicta speciáliora.

LXXXVI. *Tertio* huc accersimus alia testimonia specialius majestatem omnipræsentiæ carni Christi assignantia. Et qvidem Apostolus ad Ephesios capite primo, versu 23. his verbis eam eidem ascribit, cum inqvit, QVI OMNIA IN OMNIBuS IMPLET.

LXXXVII. Postqvam enim recensuit, qvomodo Deus Christum suscitaverit ex mortuis, & constituerit ad dexteram suam in cœlestibus, longe supra omnenPrincipatum ac potestatem ac virtutem& dominium, &omne nomen qvod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subjecerit sub pedibus ejus, & ipsum dederit caput super omnem Ecclesiam: ibi e vestigio partem unam majestatis communicatæ hanc qvoqve in conclusione subjicet, & carni Christi tribuit, qvod omnia in omnibus implet.

LXXXIIX. Repetit illud ipsum Ephes.4,9,10: de Christo his verbis, *Qvod ascendit, qvid est, nisi qvia & descendit primum IN INFERIORES PARTES terræ, Qvi descendit, ipse est, & qvia ascendit SUPRA OMNES COELOS*, ut impleret omnia.

LXXXIX. Qvando de impletione Prophetiarum vel typorum Veteris Testamenti Scriptura tractat, ibi stylum adhibet alium, Matth.1,12: *Hoc totum factum est, ut adimpleretur, qvod dictum est a Domino per Prophetam dicentem.* Joh.19,36.37: *Facta sunt hæc, ut Scriptura impleretur, os non comminuetis ex eo. Et alia Scriptura dicit, Videbunt inqvem transfixerunt.*

XC. Citatur qvidem versu 8. etiam vetus Scriptura, nimirum *Psalmus sexagesimus octavus*, & fit applicatio vel explicatio versu undecimo. Atqvi in parenthesi ponuntur *versus nonus & decimus*, ab illa allegatione penitus differunt, idqvod lector non oscitans facilime deprehendet, qvi cohærentiam antecedentium & conseqventium nativam non negligit.

XCI. Versus igitur *nonus& decimus* qvoad stylum& phrasin conveniunt cum illo, qvo apud Jeremiam cap.23.v.24. Deus ipse suæ omnipræsentiæ, omniscientiæ majestatem enunciat: Nunqvid non cœlũ& terram ego impleo. Qvapropter dubium restat nullũ, immo cogimur illud IMPLERE interpretari de speciali illa omnipræsentiæ communicatæ majestate.

XCII. *Deniq.*

XCII. *Deniq;* huc vocamus suffragia Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Theophylacti, Chrysostomi, Oecumenii, Paschasii, Hugonis, Bernhardi, & Hofmeisteri tanqvam unius ex recentissimis Pontificiis, cum Fabri Stapulensis assertio pro hac re omnibus sit nota, qvam icci rco omittemus. 4. *Testimonia Patrum:*

XCIII. AMBROSIUS lib.2. in Lucam c.1. fol.19. super verba Angeli, Hic erit magnus, *ostendit, qvomodo non* Λόγος *absolute,* sed Christus, natus sit magnus: *Bene ergo magnus. Late enim funditur Dei virtus, late cœlestis substantiæ magnitudo porrigitur. Nihil præscriptum, nihil circumscriptum, nihil emensum, nihil dimensum Trinitas. Non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æstimatione clauditur, non ætate variatur. Dedit qvidem Dominus JESUS hominibus magnitudinem, in omnem enim terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, non fines tamen mundi, non in fines cœli, non ultra cœlos.* At vero in Domino Jesu omnia condita sunt in cœlis & in terra, visibilia & invisibilia, cum ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: cœlum aspice, Jesus illic est: terram intuere, Jesus adest: ascende verbo in cœlum: descende verbo in infernum, Jesus adest: Etenim si ascenderis in cœlum, Jesus illic est: si descenderis in infernum, adest: Hodie cum loqvor, mecum est, intra hoc punctum, intra hoc momentum: Et si in Armenia nunc loqvitur Christianus, Jesus adest. Nemo enim dicit Dominum Jesum, nisi in Spiritu S. *Abyssos opinione si penetres, illic qvoq; videbis Jesum operari. Scriptum est enim: Ne dixeris in corde tuo, qvis ascendit in cœlum? id est, Christum deducere, aut qvis descendit in Abyssum, hoc est, Christum a mortuis reducere.* Ubi ergo non est, qvi cœlestia, inferna, terrena complevit? *Bene ergo magnus, cujus virtus mundum replevit, ubiq; est, & erit semper, qvia regni ejus non erit finis.* Hæc ille, qvi de fide resurrectionis dixit, non despiciendam carnis humanæ naturam, qvæ in substantiam atq; consortium sanctæ Trinitatis per Dominum nostrum Jesum Christum ingredi meruit. *Ambrosii.*

XCIV. HIERONYMUS Tomo 3. pag. 138. de Epistola ad Marcellam, qvæ incipit: Magnis nos provocas, &c. respondet ad qvæstionem qvandam, qvæ omnino cum hac nostra proposita qvæstione prorsus eadem est: *Extrema schedula continebat, utrum* post resurrectionem, qvadraginta diebus DOMINUS cum discipulis conversatus sit, & nunqvam alibi fuerit, ac latenter ad cœlum ascenderit, atq; descenderit, & nihilominus Apostolis *suam præsentiam non negarit, &c. Si Dominũ Dei filium consideres, de qvo sermo est, & illum esse qvi loqvitur, (Nonne cœlum & terram ego repleo, dicit Dominus: & de qvo aliut Propheta testatur; cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Et rursum alibi: Qvi tenet cœlum palma, & terram pugillo: de qvo David canit: Qvo ibi a spiritu tuo: Et a facie tua qvo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: Si descendero in infernum, ades: Et si habitavero* *Hieronymi.*

ro in extremis maris: Etenim ibi manus tua deducet me,& continebit me dextra tua) profecto non ambiges, etiam ante *resurrectionem sic in Dominico corpore habitasse Deum Verbum,ut in Patre esset,& cœli circulum clauderet: atq; in omnibus infusus esset: & circumfusus: id est, ut cuncta penetraret interior: & contineret exterior. Stultum est igitur illius potentiam unius corpusculi parvitate finiri,qvem non caput cœlum,& tamen qvi ubiqve erat,etiam in filio hominis totus erat. Divina qvippe natura,& Dei sermo in partes secari non potest,nec locis dividi; Sed cum ubiqve sit,totus ubiqve est.* Erat igitur uno eodemq; tempore,& cum Apostolis qvadraginta diebus,cum Angelis, & in Patre,&in extremis maris finibus erat:& in omnibus locis versabatur, cum Thoma in India,cum Petro Romæ,cum Paulo in Illyrico,cumTito in Creta: cum Andrea in Achaja, cum singulis Apostolis & Apostolicis viris, in singulis,cunctisq; regionibus. *Qvod autem dicitur qvosdam deserere,vel non deserere,non naturæ illius terminus ponitur: sed eorum merita describuntur,apud qvos esse vel non esse dedignatur.* Hæc iste de carne,qvia de divinitate Christi nulla erat qvæstio.

Ecce respondet de Domino eo de qvo supra faerat qvæsitum,scil. de eo qvi resurrexerat.

Augustini.

XCV. AUGUSTINUS Tom.10.de verbis Domini, sermone 8: *Qvantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem,tota gratia, singularis gratia, perfecta gratia. Qvid meruit homo ille, qvi Christus est, si tollas gratiam & tantam gratiam,qvia unum oportebat esse Christum & ipsum esse ovem novimus? Tolle gratiam istam,qvid est Christus,nisi homo? Qvid nisi qvod tu, suscepit animam, suscepit corpus, suscepit plenum hominem,coaptat sibi,unum facit Dominus cum servo personam. Qvanta ista gratia?* Christus in cœlo, Christus in terra,Christus simul & in cœlo,& in terra,nec duo Christi,sed idem Christus & in cœlo & in terra.Christus apud Patrem,Christus in utero virginis,Christus in cruce,Christus apud inferos subveniens qvibusdam, *eo autem ipso die Christus in paradiso cum latrone confitente.* Hæc ille.

Theophylacti.

XCVI. THEOPHYLACTUS in Johannem cap.19.interprete Oecolampadio: *Igitur sanctum Christi corpus indivisibile est,& dividitur & communicatur in qvatuor partes orbis. Ipsum præbens singulis & unicujusq; animam sanctificans, cum corpore per suam carnem unigenitus & integer in omnibus est existens ubiq;*. Hæc iste.

Chrysostomi.

XCVII. CHRYSOSTOMUS Tom.3. Homilia de divo Johanne Baptista col, 427. *Deniq; mulieres Maria Magdalena,& Maria Jacobi & Josephi mater, qvidem voluntate, sed errantes, Deum qværebant in sepulchro. Recipit qvidem voluntatem,sed errorem arguit angelus ibi,qvi revolvebat lapidem, & sedebat super lapidem.Et qvid ostendebat? Lapis iste,cui ego insideo,qvi servus sum istius,qvi certus sum,qvod non potest includere Dominum meum, cum*

prema-

prematur a servo suo. Lapis ergo ille non potuit claudere Jesum. Et dicit ad mulieres, qvæ venerant ad qværendum eum: Jesum qværitis, non est hic; Ubi est? in cœlo? ultra cœlos est, in terra? ultra terram est, ubicunqve voluerit, est: ubicunqve est, totus est: ubicunqve est, & ubicunq; fuerit, tu ipse, qvi illum qværis, in ipso es; qvem qværis. *Audi ergo, qvid dicit Angelus ad mulieres; qvid qværitis viventem cum mortuis? Qvid qværitis Dominum in sepulchro? Jesum qværitis, Dominum qværitis, qvia tantum Jesum qværitis. Certe si sciretis illum esse viventem, audiretis.* Medius inter vos est, qvem vos ignoratis. Regnum Dei intra vos est. *Angelus qvid dicit his mulieribus? Jesum qværitis in sepulchro. Credite eum resurrexisse, & putate in vobis esse, qvem qværitis &c.* Hæc ille.

XCIIX. OECOMENIUS super verba Ephes. 4. Ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. *Et qvidem nuda divinitate olim omnia implebat. Incarnatus autem descendit, & ascendit, ut una cum carne impleret omnia.* *Oecumenii.*

XCIX. PASCHASIUS lib. de Sacramento Eucharistiæ: *Hoc est corpus meum, qvod pro vobis tradetur. In hoc ergo verbo creatur illud corpus, qvia divinum est omnipotentia plenum, ubiq; præsens, ubiq; omnia complens.* *Paschasii.*

C. HUGO Cardinalis de S. Victor: *Corpus Christi hanc habet dignitatem ex natura unionis cum divinitate, ut simul sit in multis locis.* *Hugonis.*

CI. BERNHARDUS in sermone qvodam de Cœna Domini, ubi hæc sunt verba: *Unde hoc nobis piissime Domine, ut nos vermiculi reptantes super faciem terræ, nos inqvam, qvi pulvis & cinis sumus, te præsentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qvi totus & integer sedes ad dextram Patris, qvi etiam unius horæ momento ac ortu Solis, usq; ad occasum, ab Aqvilone usq; ad Austrum præsto es omnibus, unus in multis, idem in diversis locis.* *Bernhardi.*

CII. JOHANNES HOFMEISTER F. Eremitarum D. Augustini per utramq; Germaniam Vicarius Generalis in homiliis Evangelicis, qvas plerasq; omnes in comitiis Imperialibus Wormatiæ & Ratisbonæ deprædicavit, & anno 1546 Kal. Sept. Ingolstadii evulgavit, super Dominicam, Vocem jucunditatis, & qvidem super verba, Exivi a Patre & veni in mundum, iterum relinqvo mundum & vado ad Patrem, hæc scribit qvæ seqvuntur; *Hoc hominibus Christianis notum est, qvod scilicet Filius Dei e cœlo veniens in uterum veniens, hominem assumpserit, & de virgine natus in hoc mundo conversatus sit, usq; ad præfinitum tempus a patre: deinde a mortuis resurgens, post qvadraginta dies ad cœlon conscendit, & abiit ad Patrem. Hoc, inqvam, nobis hominibus Christianis notum est, eatenus tamen, qvatenus nobis hoc ipsum Scriptura Sacra proponit, & sensus nostri comprehendere valent. Ex parte cognoscimus, inqvit Paulus, & ex parte prophetamus.* Qvis enim nostrum cogitare, nedum per omnia explicare poterit, qvomodo Filius Dei in mundum venerit, neq; *Hofmeisteri.*

tamen Patris dexteram reliqverit? Item, qvod ascenderit ad Patrem, neqve tamen nos reliqverit? Alibi: stans in terra cum Nicodemo dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qvi descendit de cœlo, Filius hominis, qvi est in cœlo. Qvomodo hoc possit sensus comprehendere humanus? In terra loqvitur, & ad dextram Patris sedet. Et qvi jam dicit, exivi a Patre, & veni in mundum, iterum relinqvo mundum, & vado a Patrem. Alibi jam jam ascensurus in cœlum dicit. Ecce ego vobiscum sum usqve ad consummationem seculi. Utrumqve verum est, sive intelligamus, sive minus. *Non itaq; de veritate verborum Christi nihil dubitantes, cum patientia expectemus eum diem, in qvo evacuabitur, qvod ex parte est, & apparebit, qvod perfectum est.* Hæc ille.

Modo omnipræsentia carnis Christi.

CIII. Postqvam igitur & hujus qvæstionis τὸ AN SIT stabilivimus, nunc itidem restat ut, de ratione seu modo, qvo caro Christi omnipræsens sit, paulo apertiorem decisionem proferamus. Ante omnia hic iterum cum Abrahamo faciamus, & ascensuri montem sublimem reliqvamus servos nostros, hoc est, sensus crassos, & asinum seu rationem sub monte, adeoq; ex doctrina antea proposita de majestate omnipræsentiæ divinæ hanc qvoqve expediamus.

Fictus modo Pontif. & Calvin. rejicitur.

CIV. Vix autem dici potest, qvantopere in Scripturas pro omnipræsentia carnis Christi adductas a variis fuerit peccatum, ut absurdissimorum omnium absurdius ipsis hoc de omnipræsentia carnis Christi visum eluderent.

CV. Verum enimvero neqvaqvam Christi caro omnipræsens est ex proprietate suæ substantiæ in se, ex se, per se, ex sua essentia, ex sua natura, & qvidem per inclusionem localem in omnibus creaturis: sicut aer inest omnibus creaturis, localiter, & inclusive, per corporis sui multiplicationem localem vel aritmeticam, per expansionem vel per coextensionem, vel per dilatationem, vel per diffusionem, vel per distensionem essentiæ suæ humanæ, ita ut ex corpore vere humano & nostris corporibus qvoad nativam staturam & membrorum concinnam proportionem & qvantitatem simili mo & æqvali evasisset corpus statura & arithmetica vel Geometrica monstrosa qvantitate infinitum, immensum, & distensione omnino horrendum, cujus caput attingeret stellam ipsam polo nostro vicinam, pedes vero ad stellas alteri polo antarctico vicinas proximas extenderentur, & brachia protenderentur ad extrema duo orientis & occidentis.

CVI. Hoc enim est illud μορμολύκειον, qvod annos tam bene multos libris tam multis lapidare soliti fuerunt omnis generis adversarii ex Pontificiis & Calvinianis, qvodqve poetæ cum primis multi versibus acerborum scommatum plenis exceperunt pessime, ideoq; multis piis mentibus do-

ctrinam Sacræ Scripturæ de omnipræsentia carnis DOMINI a patribus antiqvis & a D. Luthero graviter in culcata adeo suspectam reddiderunt, ut qvidvis aliud potius, qvam carnis omnipræsentiam audire & credere mallent.

CVII Et agitur eadem Comœdia a plurimis in hanc usq; horam, qvi nullis flecti possunt nostrorum tot repetitis declarationibus, protestationibusq;, qvia semel scopi loco propositum *μορμολύκειον* exagitare & vexare non erubescunt, idqve omnino contra conscientiam, unde qvam rationem honestis viris, nedum Deo reddere qveant, viderint ipsi, & ut videant mature, per salutem æternam eos obtestamur.

CIIX. Anathema utiqve pronunciamus omnibus, cunctis & singulis & omnino duplicatum, sed vel centuplicatum pronunciamus Anathema illis, qvotqvot monstrosum tale corpus, & talem horrendam ubiqvitatem carni Christi tribuere non veriti fuerint, sive secuti fuerint Cerdonis, sive Marcionis, sive Manetis, sive Eutychis, sive Dioscuri, sive Apollinaris sive Schwenckfeldii, sive aliorum qvorumvis a verbo Dei rejecta somnia. *Veterum errores.*

CIX. Caro enim Christi nullum periculum vel naufragium suæ finitatis fecit, sed ut ex vero corpore & ex vera anima composita est, ita qvoqve humanæ finitatis limitibus & terminis circumscripta manet, neqvaqvam *ἰδιώμασι συστατικοῖς* spolitata est, non desiit unqvam in sese considerata existere *περίγραπτος*, non e subjecto suæ finitatis moveri & in spiritualitatem aliqvam immensam mutari cæpit, sed finitatis & circumscriptionis humanæ proprietatis essentiales, ut semper, ita nunc in statu summæ gloriæ, & non tantum nunc, sed etiam in omnes æternitatum æternitates, ut creatura retinebit illibatas, incorruptas, immutatas, salvas.

CX. Cogitent igitur adversarii, qvo jure tantis clamoribus adversus nostras Ecclesias hactenus tumultuati, subinde reos nos agere voluerint invitos violati axiomatis, qvod sub D. Lutheri nomine & auctoritate semper apud plebem repetiverunt, Tollens proprietates, tollit naturas.

CXI Cogitent item, qvo jure absurditatum catalogos magnos nectere potuerint & adhuc possint, & ex illa ficta & monstrosa & a nostris Ecclesiis ipsis proscripta & damnata ubiqvitate adversus nostras Ecclesias debacchaari, qvemadmodum etiam apud Bellarm. tom. 1. de Christo cernere licet, ubi inter cætera ex sensu Calviniano & Jesuitico ita scribit: *Si CHRISTI corpus ab ipsa sua conceptione semper ubiqve fuit, mentitur certe, qvi illud alicubi aliqvando fuisse affirmat: Ergo angelus mentitur, cum apud Marcum ait, Surrexit, non est hic, qvomodo enim hic non est, qvi ubiq; est. Dominus ipse mentitur, cum ait: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, qvi non eram ibi, qvomodo enim Domine ibi non eras, qvi ubiqve eras.* Hæc ille. *Bellarm.*

CXX. Hanc ergo credunt Ecclesiæ nostræ omnipræsentiam carnis Christi, qvod λόγος totus est personaliter intra carnem, non extra carnem, & tamen carne non circumcluditur, & qvod, dum totus intra carnem personaliter habitat, neqvaqvam a creaturis extra carnis finitatem locatis absit, sed omnes extra carnem constitutas intra carnem omnipræsenter in seipso transcendat, in seipso comprehendat, carniqve præsentissimas constituat & subjiciat.

CXXI. *Quæ adversus hanc carnis personalem omnipræsentiam argumenta proferunt Calviniani*, illa a nostratibus millies sunt refutata, nec enumeratione & ita refutatione iterata indigent.

CXXII Unicum tamen silentio prætereundum nobis non est, qvod in censura Ubiqvitatis ad Illustrissimum Mauricium Hassum, & ad Mauricium Auraicum Johannes Lampadius omnipræsentiam carnis Christi hactenus stabilitam, & ab expansa crassaq; ac toties a nobis ipsis damnata ubiqvitate sufficientissime discriminatam IMAGINARIAM & IMPUTATIVAM vocare voluit.

CXXIII. Sic enim scribit, *qvod Ubiqvitistæ ludant in vocabulo PERSONALITER, qvod idem illis sit ac IMPUTATIVE, ut cum confitentur, carnem Christi personaliter esse omnipræsentem, nec in se, sed in persona omnisciam, omnipotentem. At* (inqvit) *etiam nos hoc credimus, si intelligatur de persona omnipræsentia, &c. aut imputative. Sed* (pergit) *hinc concludimus corpus Christi imputative in cœna offerri, & imputative a nobis comedi.* Hæc ille.

Joh. Lampadii Calv. argum. I. pro destruenda carnis Christi omnipræs. refutatur.

CXXIV. At neqvaqvam PERSONALITER idem esse atqve IMPUTATIVE, vel ex uno facillimo licet non per omnia simili exemplo Lampedius asseqvi potest. Durante unione corporis & animæ, anima sano sensu per digitos numerat, per digitos pulsat instrumenta Musica, per lingvas profert articulatos sonos. Et talia dicuntur facere digiti & lingvæ verissime & realiter, utiq; neqvaqvam IMPUTATIVE.

CXXV. Eodem pacto λόγος in carne suas exerit virtutes, & dum hoc facit, caro easdem operatur verissime, realiter, personaliter. Qvis enim IMPUTATIONEM hoc loco vel somniare auderet, vel statuere in conscientia posset. Qvalis enim est unio, tales etiam sunt operationes carnis.

II. argumentum Lampadii.

CXXVI. *Adhuc unum est*, qvod Johannes Lampadius ibidem acerrime urget. Objicit enim Ubiqvitistis *contemtum testimoniorum Ecclesiæ universalis & antiqvitatis orthodoxæ. Evolvite qvæso Ubiqvitistæ* (inqvit) *omnia Imperatorum rescripta, & acta Synodorum veterum, NULLUS sim, si distinctiones vestras aut phrases monstrosas uspiam reperiatis; cum e regione tota antiqvitas clamet, DUAS perfectas naturas esse in Christo, humanitatem homini-*

bus esse consubstantialem, & proprietates humanitatis manere integras, nec divinas communicari.

CXXVII. Pergit idem: *Unde apparet, frustra nobis litem inferri aut dicam impingi ab Ubiqvitistis, qvi verbis qvidem Schwenckfeldium execrantur, revera idem cum ipso statuunt. Annon Schwenckfeldius Orthodoxos accusat, qvod Nestoriano more Christum dividant, si naturas divisim considerent, nonne hæc eadem vetus Eutychianorum cantilena est, dudum a B. Vigilio confutata, qvid aliud vult Brentius.*

CXXIIX. Adhuc pergit ille. *Fundamentum Schwenckfeldii est communicatio idiomatum divinæ naturæ, in qva ratio personalis unionis sit posita, Nonne idem fundamentum Ubiqvistæ jaciunt? Negant sane Ubiqvistæ sese naturas confundere aut alterutram abolere, negat idem & Schwenckfeldius, imo ne ipse qvidem Eutyches de se id dici patiebatur. Verum Melanchthon ex adverso diserte testatur, Physicam istam communicationem idiomatum nihil esse, qvam naturarum confusionem.* Hæc omnia Johannes Lampadius.

CXXIX. Respondemus nos, infinitum esse discrimen inter Eutychianam Schvvenckfeldianamqve doctrinam, & inter doctrinam Lutheri de communicatione idiomatum. *Refutatio secundi argumenti Lampadiaci.*

CXXX. Qvæ Eutychis fuerit sententia, libet verbis *Danæi* commemorare, qvæ extant in commentariis ipsius super librum Augustini de hæresibus, cap. 92. & in hunc modum sese habent: *Verbum DEUM NEGAVIT QVICQVAM HUMANUM ex virgine Maria assumsisse, vel nobis ὁμοφυῆ & ὁμοούσιον fuisse, qvidam tamen ex Eutychianis, ut Vigilius docet, mitigare tam absurdam sententiam voluerunt, dixeruntq́; non ab initio, & momento qvidem conceptionis in Christo humanam naturam absorptam, sed demum post ipsius resurrectionem, Divinam item naturam passibilem constituit, qva in Christo crucifixa & mortua fuerit.* Huc usq; verba Danæi. *Sententia Eutychis.*

CXXXI. Explicationem Eutychianicæ sententiæ valde perspicuam & prolixam præbent libri Schvvenckfeldici, confessio magna, de filiatione, epistolæ, &c. ex qvibus emblemata pauca subjicere.

CXXXII. *Sic igitur docet pro Eutyche Schwenckfeldius:* 1. Christus nunqvam fuit creatura, 2. Homo Christus non est creatus, sed a Deo & sancta virgine sanctè natus, 3. Non nego humanitatem Christi, licet eam nego esse creaturã, 4. Christi humana natura non est similis humanæ naturæ Turcarum, 5. Christus non est creatura concepta, 6. Caro Christi non habet creaturale initiũ, sed supernaturale & novum initium, ex semine sui patris, hoc est, ex Spiritu Sancto, 7. Homo Christus non est creatura, sed Dei filius, 8. Christus homo totam suam divinitatem juxta utramqve naturam ex nativitate a Patre suo habet, 9. Deus isti homini, Pater suo Filio Christum totam *Schwenckfeldii approbatio.*

totam divinam essentiam (ut sit cum & ipse Deus) essentialiter, vere & natura propriam dedit. 10. Christus in totam essentiam divinam etiam juxta suum hominem est natus, ita ut homo Jesus suo corpore, sanguine & carne totus sit ejus essentiæ & potentiæ, cujus est Pater, & λόγος æternus ante incarnationem qvoq; fuit, 11. Christus totus juxta utrasq; naturas unitas totus est unius essentiæ cum Patre & Spiritu Sancto & in uno gradu, dignitate, potentia, essentia, majestate, honore, prorsus æqvalis est Deo Patri, 12. Christus homo licet habeat verum corpus, carnem & sangvinem, tamen est homo in Deo & essentiæ Dei, qvam nunc ad dextram Dei recepit, Christus ab omni humana dimensione & proportione, nomine & substantia creaturæ est liberatus, 13. Nomen creatura homini Christo in primo statu, dum adhuc passibilis & mortalis esset, non potest attribui, multoq; minus in statu gloriæ. 14. Christus non est creatura, neqve cœlestis, neqve terrestris, sed ex Deo natus. 15. Christus non est creatura in minimo qvod in ipso est. 16. Christus neq; ante neq; post resurrectionem simpliciter non potest nominari creatura. 17. Homo Jesus natura humana sua indeleta per suam glorificationem & divinam primogenituram ex mortuis, essentia, vita, regno, dignitate, potentia, IN & CUM DEO, omne hoc qvod Deus est, factus est, 18. Non possum carnem Christi, qvamvis semper, tamen maxime post glorificationem, amplius habere pro ulla creatura. 19. Nulla prorsus in utraqve natura Christi jam est differentia, 20. Christus in gloria non solū non ex creatura, sed prorsus nulla creaturalis conditio aut proprietas in toto suo corpore & sangvine invenitur. 21. Nulla creatura pro nobis mortua est. 22. Christus juxta suam humanam naturam tantum est mortuus, falsum est, qvia Deus & homo in passione dividuntur. 23. Duæ naturæ in Christo glorificato sunt unius divinæ essentiæ. 24. Caro assumpta in Christo non est evacuata & obolita, sed meliorata & facta id, qvod Deus est. 25. Christus hodie habet corpus spirituale, non naturale corpus, verum habet corpus, veram carnem, at non juxta intelligentiam humanæ rationis. Desiit enim in Christo hujus seculi & vitæ corpus & consideratio, nova omnia facta sunt in Christo. *Sed sit finis emblematum Schwenckfeldianorum*, verbis ipsius citatorum.

Schwenckfeldii opinioni similē plane Eutychis opinionem esse probatur.

CXXXIII. Jam vero qvicunqve Eutychis & Schwenckfeldii huc usqve allegatas opiniones in conscientiæ foro penitius examinaverint, & penitius inter sese contulerint, ii hæc qvatuor confiteri necessum habebunt.

CXXXIV. *Primo*, non tam ovum ovo & lac lacti simile esse, qvam similis est opinio Eutychis opinioni Schwenckfeldii. Eutyches enim pugnat, Christum nihil qvicqvam humani ex Maria assumsisse nobis ὁμοούσιον, & divinitatem pro nobis passam esse. Schwenckfeldius contendit, Christum

creatu-

creaturale principium non habere, sed ipsum hominem ejusdem essentiæ esse cum Patre & Spiritu Sancto, & creaturam pro nobis non esse passam: Qvæ duæ confessiones utiq; & omnino sunt ejusdem sententiæ. 1.

CXXXV. *Secundo*, ab utraq; opinione Confessionem D. Lutheri esse alienissimam, qvia D. Lutherus docet, carnem Christi ex sangvine Mariæ conceptam & creaturam esse; & in omnes æternitates in sese consideratam manere creaturam, & Christum esse passum carne, hoc est, secundum proprietatis creaturæ, qvæ omnia Eutyches & Schvvenckfeldius acerrime negant. 2.

CXXXVI. *Tertio*, præpter omne jus, Johannem Lampadium, Lutherum & Ubiqvitistas, ut vocat, æqviparare Eutychianis & Schvvenckfeldianis, utpote qvi diversissimis nituntur principiis & hypothesibus. Lutherus enim carnem docet esse creaturam finitam in se, assumtam ex sangvine Mariæ, Eutyches & Schvvenckfeldius humanitatem Christi derivant ex ipsa divina essentia DEI, nec creaturam in sese finitam concedunt. 3.

CXXXVII. *Qvarto*, patres veteres asserentes finitatem & originem carnis Christi, utiqve contra Eutychianos ex professo disputare, & per conseqvens eorundem testimonia neqvaqvam adversus Lutherum allegari posse, qvia Lutherus neqvaqvam cum Eutychi originem carnis ex essentia divina derivat, neqve proprietates carnis in sese consideratæ ut creaturæ unqvam negat, sed potius contra recentes Eutychianos Schvvenckfeldicos graviter asserit.

CXXXIIX. Contra Eutychianos igitur & contra Schvvenckfeldianos proprie & in terminis terminantibus militant hæ auctoritates, qvæ male adversus Lutherum citantur ab adversariis. Exempli gratia: *Cassianus* l. 1. de incarn. *Christo impropria addere non minoris erroris est, qvam propria derogare.* Augustin. de tempore 119 Serm. *Illorum execramur blasphemiam, qvi novo sensu asserere conantur, a tempore accepta carnis, omnia, qvæ erant divinitatis, in hominem demigrasse.* Idem de Ess. div. *Eundem Dei filiũ in homine assumpto visibilem, corporeum & localem, post resurrectionem non credere, profiteri profanum est*, Fulg. l. 1. ad Thrasymund. *Dominus, ut localem ostenderet humanitatem suam, dixit discipulis suis: Ascendo ad Patrem meum, &c. Qvomodo ascendit cœlum, nisi qvia localis & verus est homo? terram localiter deserens ad cœlum ascendit.* Vigilius lib. 4. contra Eutychen: *Non ubiq; est caro, qvia qvando in terra fuit, non erat utiq; in cœlo, & nunc qvia in cœlo est, non est utiq; in terra, & tantum non est, ut secundum ipsam speremus, Christum venturum de cœlo, qvem secundum verbum nobiscum credimus esse in terra. Hæc est fides & confessio Catholica, qvam Apostoli tradiderunt, martyre sroboraverunt, & fideles nunc usq; custodiunt.* Hactenus verba Patrum.

Contra Eutychianos citata testimonia.

CXXXIX. Impertinentisſime igitur & hæc & ſimilia teſtimonia citantur adverſus D. Lutherum, 1. qvia contextuum ſeries in ſcriptis Patrum illorum manifeſte evincit, ipſos Patres ibi diſputare adverſus Eutychæos, ſicut Vigilii cumprimis allegatum librum totum evolventi ad oculum patebit, 2. qvia iſti Patres poſt Eutychianos non habuerunt alios adverſarios, qvi idem docuiſſent, qvod D. Lutherus ex verbo Dei docet de carne CHRISTI.

CXL. Neqve hoc tantum, de qvo breviter diximus, in partibus reperient æqvi & pii lectores, ſed inſuper de λόγῳ ὅλως incarnato, & non niſi intra carnem veram & ex Maria virgine aſſumtam perſonaliter ſemper & ubiqve verſante, & de carne ex virgine aſſumta per & propter λόγον perſonaliter inhabitantem omnibus divinis axiomatibus cumulatisſime ditata apud eosdem patres teſtimonia nimium multa ubivis deprehendent ſinguli Chriſtiani.

CXLI. Et hæc poſteriora teſtimonia opponuntur aliis adverſariis per Patres, nimirum Neſtorianis. Æqve enim patribus primævis fuit luctandum cum Neſtorianis, atqve cum Eutychianis.

CXLII. Neſtorianorum errorem Danæus (Jubet enim iſtius verbis uti, cui Calviniani plus credunt) ſuper librum Auguſtini de hæreſib9 capite 91. hunc recenſet: (*Docebant*) *Chriſtum duabus perſonis, iisq; ſeparatis & ſeorſim conſiſtentibus conſtare, non tantum duabus naturis: itaq; ſeorſim & ſeparatim in Chriſto eſſe Dei filium & Mariæ filium, & alium eſſe Dei filium, alium autem filium Mariæ, non tantum autem aliud. Qvæ igitur, ut ait Damaſcenus, INFIRMITATIS OPERA SUNT IN CHRISTO, veluti dormiſſe, ediſſe, bibiſſe, lacrymaſſe, EA OMNIA FILIUM MARIÆ OPERATUM ESSE ſine DEI Filio: QVÆ autem EGREGIA & MIRACULOSA ſunt Chriſti opera, illa FILIUM DEI in eodem Chriſto OPERATUM eſſe ſine Filio Mariæ.* Hæc Danæus de Neſtorianis.

CXLIII. Adverſus hos igitur Neſtorianos tum concilia vetera, tum patres veteres magno numero docuerunt, naturas eſſe unitas in CHRISTO ἀχωρίστως καὶ ἀδιαστάτως, Verbum perſonaliter extra carnem non eſſe, totum corpus Chriſti perſonaliter impleri a tota divinitate, carnem perſonaliter omni divinitate completam ſimul eſſe perſonaliter omnipotentem, omniſciam, omnipræſentem.

CXLIV. Teſtimonia ipſa patrum de hac re contra Neſtorianos ſuperius pauca protulimus, reliqva nunc omittimus, a noſtratibus enim nimium multa ſæpius fuere producta.

CXLV. Hæc igitur de Neſtorianis breviter commemorata ſi qvis iterum in foro conſcientiæ actius examinaverit, is duo fatebitur. 1. Neſtorianis

rianis Calvinianos esse plusqvam similiimos, Nestoriani divinas operationes soli λόγῳ attribuebant, Calviniani divinas operationes a carne ipsa personaliter & semper edi negant, 2. Testimonia patrum Nestorianis olim opposita, a nostratibus optimo jure hodie citari adversus Calvinianos, & ita pro Luthero stare totam sanctam antiqvitatem, cum qva Lutherus & Eutychianam naturæ humanæ abolitionem, & simul Nestorianam utriusq; naturæ separationem fideliter declinat.

CXLVI. *Verum* (inqvit Johannes Lampadius) *Melanchthon diserte testatur, Physicam istam idiomatum communicationem nihil aliud esse, qvam naturarum confusionem*, UTCUNQVE PINGATUR.

CXLVII. Agnoscimus qvidem verba Melanchthonis, attamen realem istam communicationem esse Physicam naturarum confusionem pernegamus, & universos etiam adversarios, qvotqvot in honorem Dei rem omnem pensiculatius REVIDERE (sicuti politici sæpe REVISIONIBUS ACTORUM utuntur) & denuo sine affectibus in foro propriæ conscientiæ dijudicare non erubuerint, idem illud professuros esse, certo speramus, & ut illud ipsum propter gloriam Dei & Jesu Christi, propter posteritatem, ne in infinitum controversiis involvatur & turbetur, & propter conscientiam & salutem faciant, singulos obtestamur DENUO.

CXLIIX. Realem enim communicationem idiomatum aliam non agnoscimus, non toleramus, nisi eam, qvam Philippus Melanchthon ipse in suis locis in articulo de filio proposuit. Verba sunt hæc: *Sunt igitur in Christo nato ex virgine Maria duæ naturæ, λόγος & humana natura sic unitæ, ut Christus sit una persona. Est enim Ecclesia usa hoc vocabulo uniendi, cujus sermonem nos qvoq; seqvimur. Qvod enim veteres interdum usi sunt vocabulo permiscendi, id prudenter intelligendum est, ne confusio naturarum cogitetur. Origenes etsi similitudinem hujus conjunctionis propriam afferri posse negat, tamen comparat eam ferro ignito. Sicut ignis penetrat ferrum, & undiqve ei miscetur, sic λόγος assumens humanam naturam LUCET IN EA TOTA, & humana natura velut accensa lumine λόγῳ unita est.* Hactenus verba Philippi.

CXLIX. Utinam vero præcipue circa finem vitæ suæ non fuisset idem Melanchthon passus sibi persvaderi, realem illam communicationem penitus esse Eutychianam, Marcioniticam, Stenckfeldianam, ut colligimus ex Peucero in Historia Carcerum fol. 462. ubi refert: *Johannem a Lasko Polonum* per litteras ac coram Philippo exposuisse de Brentio, *Brentium dixisse, Christum non natura verum hominem fuisse, sed Φαντασίᾳ tantum talem apparuisse.* Audi vero Lector, qvid tum secutum fuerit.

CL. Illud addit ibidem Peucerus hisce verbis: *Melanchthon anno ante mortem proximo responsionem ad Bavaricos articulos claudens refutatione errorum Serveti & Anabaptistarum, post Eutychiana refutata, de recentibus Suevicis, vel renovatis potius annectit commonefactionem his verbis: Supra recitavi dictum Petri, qvi ait, Christum passum carne, & addidi alia qvædam veterum dicta, qvæ sint in conspectu, & opponantur Stenckfeldii & aliorum clamoribus, qvi audacter spargunt similia Eutychianis, & delent doctrinam de communicatione Idiomatum. In his qvorundam tanta est petulantia, ut fingant duplicem communicationem Idiomatum, aliam Dialecticam, aliam Physicam, qvæ est confusio naturarum.* Hactenus allegatio Peuceri.

CLI. Ecce, Christiane Lector, ex hoc fundamento cæpit Philippus paulo ante mortem iniqvus esse communicationi idiomatum reali, cum tamen qvod Lascus pravissime fuit commentus, tum nullus præter Stenckfeldianos talia doceret, cum etiam Brentius contrarium de eodem scriberet, qvi anno 1561. adversus Petrum Martyrem & Bullingerum in scripto Germanico folio 12. solenniter provocet ad Canonem Concilii Chalcedonensis, ubi unio duarum naturarum facta statuitur citra mixtionem, mutationem, divisionem, separationem. In eodem ut & alio qvodam ejus auctoris libro antea edito lector perspiciet, Brentium nunqvam sensisse cum Eutyche & cum Schvvenckfeldio.

CLII. Ergo tunc vere realem communicationem idiomatum nihil aliud esse nisi confusionem naturarum pro Philippo aliqvis obtinebit, qvando verum erit, qvod ipsi Philippo Lascus persvadere voluit, nimirum *Brentium dixisse Christum non natura verum hominem fuisse, sed φαντασίᾳ tantum talem apparuisse.* De qva ipsa dissensionis gravissimæ insecuta occasione per Lascum iniqvissime præbita, nunc etiam ex conscientia judicent ipsi, qvi adhuc realis & tamen non Eutychianæ communicationis hostes sese præbent acerrimos.

Et huc usqve fuerunt theses antea dictæ.

ORACULUM CXXVI. SACRUM.

1. Sam. 8, 11.

Hoc est jus Regis.

Verba Hebræa cum interpretatione Benedicti Ariæ interlineari:

regis ratio (vel lex) erit hæc dixit Et

וַיֹּאמֶר זֶה יִהְיֶה מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ׃ &c.

Verſio Græca LXX. ſic dicta Interpretum:

Τοῦτο ἔσται τὸ δικαίωμα τοῦ βασιλέως &c.

Verſio Latina vulgata:

Hoc erit jus Regis, qvi imperaturus eſt vobis, Filios veſtros tollet &c.

Lutheri verſio:

Das wird des Königes Recht ſeyn/ der über euch herrſchen wird/ Eure Söhne wird er nehmen zu ſeinen Wagen/ und Reutern/ die für ſeinen Wagen her traben/ Und zu Hauptleuten über tauſend/ und über funffzig/ und zu Ackerleuten/ die ihm ſeinem Acker bauen/ und zu Schnittern in ſeiner Erndte/ und daß ſie ſeinen Harniſch/ und was zu ſeinen Wägen gehöret/ machen. Eure Töchter aber wird er nehmen/ daß ſie Apotheckerin/ Köchin und Beckerin ſeyn.

Eure beſte Aecker und Weinberge/ und Oelgärten/ wird er nehmen/ und ſeinen Knechten geben/ Darzu von euer Saat und Weinbergen wird er den Zehenden nehmen/ und ſeinen Kämmerern und Knechten geben. Und eure Knechte und Mägde/ und euere feineſte Jünglinge/ und euere Eſel/ wird er nehmen/ und ſein Geſchäfft damit ausrichten. Und eueren Herden wird er den Zehenden nehmen/ und ihr müſſet ſeine Knechte ſeyn.

QVod ad hoc Oraculum ſacrum attinet, Hoc eſt Jus Regis, in Hebræo habetur vox מִשְׁפַּט a thema שָׁפַט qvod ſignificat jus, conſvetudinem, ritum, tum in bonam, tum in malam partem; item conditionem,

 ratio-

tionem, modum, qvalitatem &c. Gen. 40, 13. *Post qvos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisq; ei calicem juxta officium tuum, sicut antea facere consveveras.* Lutherus: Nach der vorigen Weise/da du sein Schencke warest. Judic. 18, 7. *Viderunt populum habitantem in ea, absq; ullo timore, juxta* consvetudinem *Sidoniorum, securum & qvietum.* Exod. 21. v. 9. *juxta* morem *filiarum faciet ei.*

Porro, qvod Jus Regis hoc in loco sit interpretandum pro more, consvetudine, non pro Jure divinitus dato, illud ex his seqventibus plus satis corroborabitur.

1. Qvia nuspiam in tota vetere Scriptura alibi qvoddam tale jus Regibus aut magistratibus, ut jus qvoddam, a Deo assignatur. Primogenitis competebat axima jurisdictionis super reliqvam familiam, & hisce nihil aliud pro stipendio debuit dari, nisi duplex portio hæreditatis, Deut. 21, 17.

2. Qvia in hoc ipso textu satis elucet, qvod sermo sit de violentis rapinis, siqvidem antecedentia & conseqventia innuunt, Deo non probante, qvin & mala comminante, electionem regis fieri talem, qvam postea sint de ploraturi. Ecce enim versus præcedens nonus in hunc modum: *Nunc audi vocem eorum, veruntamen qvando* (prius) *contestando contestatus fueris contra eos, & indicaveris eis jus regis:* Deinde versus proxime seqvens post jus regis, decimus octavus in sese habet: *Clamabitis die illa a conspectu Regis vestri, qvem elegeritis vobis, & non exaudiet vos Jehovah die illa.*

3. Qvia etiam Deus Deut. 17, 14. & seqq. in eandem sententiam aperte inclinat, qvod contra voluntatem Dei sint electuri regem, & qvod ille rapinis eos sit vexaturus, unde in eodem loco talem præter majestatis divinæ beneplacitum, regem futurum, tamen monet, ut sibi a malis & vexationibus subditorum temperet. *Verba sunt hæc: Cum ingressus fueris terram, qvam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaveris in illa, & dixeris: Constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationis, eum constitues, qvem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius Gentis hominem Regem facere, qvi non sit frater tuus. Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi eqvos, nec reducet populum in Ægyptum, eqvitatus numero sublevatus, præsertim cum Dominus præceperit vobis, ut neqvaqvam amplius per eandem viam revertamini. Non habebit uxores plures, qvæ alliciant animam ejus, neq; argenti & auri immensa pondera.* Hæc ibi.

4. Qvia si hoc esset jus Regi a Deo attributum, tum utiq; non peccasset Achab, qvando vineam Nabotho eripuit, 1. Reg. 21. Gravissimũ autem fuisse illud peccatum Achabi, omnis textus capitis jam indigitati ad oculum clarissime demonstrabit: *Absit mihi a Jehova*, inqvit Naboth, *ut dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Si ergo in 1. Sam. 8. a Jehovah fuit jus regis rapien-

piendi ad se vineam, tum male contradixit ipsi Regi Nabothus. Præterea ipse Achab non citabat pro sese tunc temporis hoc jus regis, sed primo omnium offerebat remuneratoriam suam vineam ut pecuniam, tandem subornantur falsi testes. Longe brevius sese expedire Achab & Jezabel potuisset, allegato jure Regis, si vidisset, hanc esse sententiam hujus loci Samuelis.

Hæc autem omnia per concionatores prudenter, pie & sæpius repetenda, cunctis Regibus, Principibus & Magnatibus magnum incutere debent horrorem, ne plusqvam multiplicibus exactionibus, Gentilium veterum imitentur avaritiam.

Populus Dei, seu filii Israel pro Rege habebant ipsum Deum, at ipsi cupiebant sibi præfici Regem, qvales erant apud Ethnicos. Unde PRÆDICIT Deus, sicut loqvitur in versu nono Spiritus Sanctus, qvod Rex eorum sit moribus futurus similis Regibus Ethnicis, & hoc sibi jus, seu hanc consvetudinem usurpaturus, qvæ per aliqvot partes docetur: *Filios vestros tollet in suos usus, tam in bello, qvam tempore pacis, agros etiam vestros & vineas vestras, & oliveta OPTIMA tollet, ut alere possit numerosum satellitium; vestros servos & jumenta servitiis destinabit pro suo lubitu, & pro suo commodo, qvin & greges vestros decimabit, ut non sit qvicqvam in potestate & bonis vestris, qvod non sit sibi tanqvam domino adjudicaturus, sicut adulatores qvidam disputare soliti fuere, omnia esse Imperatoris, adeoq; subditos nullam habere in bonis suis proprietatem, nisi merum qvendam usum fructum.*

Super hoc jus seu consvetudinem regibus usitatam, & a Regibus pro jure habitam si qvis desiderat commentarium, is ferme passim locorum ex pauperibus civibus, & miseris rusticis sangvine scribendas glossas plurimas plusqvam facile colligere valebit. Sed & si a CHRISTO suo Rege in æternam regum recipi, & ibidem in secula seculorum cum eodem regnare cumprimis voluerint viri magni, & proceres, utiqve in hac vita ejusdem sui Regis mansvetudinem illam imitari debent erga subditos, qvam ex vita & concionibus Christi per totum novum Testamentum satis animadvertent.

De facto igitur impio, & de more seu consvetudine gentilium regum, non de jure divino loqventur verba illa: Hoc est jus Regis. Ex historiis magnam farraginem talium exactionnm poteram attexere, sed sufficiant, qvæ supra de Nebucadnezare dixi.

CXXVII.

DE DECEM TRIBUBUS ISRAELIS IN CAPTIVITATEM ABDUCTIS.

2. Reg 17, 5. 6.

Ascendit Rex Assyriorum in universam terram, ascendit & in Samariam, atqve obsedit eam tribus annis.

Anno autem nono Hoseæ cepit Rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israelem in Assyriam, &c.

Und der König zu Assyrien zog aufs gantze Land/ und gen Samaria/ und belagert sie drey Jahr.

Und im neundten Jahr Hosea gewann der König zu Assyrien Samaria/ und führet Israel weg in Assyrien/ ꝛc.

SÆpenumero fit mentio in virorum doctorum scriptis & concionibus de decem tribubus Israel abductis incaptrvitatem, & additur, qvod istæ nunqvam in ipsam terram Chanaan seu Judæam redierint, sed cum gentibus factæ fuerint unum corpus. Hoc isti desumunt ex Josepho & ex Hieronymo.

Nimis ampla assertio, ut mox patebit.

Unde Josephus & Hieronymus sumserint opinionem de decē tribubꝰ Israelis nunqvam reversis.

Sic enim scribit Josephus lib. 11. antiq. cap. 5. Esdras advocata Judæorum concione, qvi apud Babylonem degebant, & perlecta epistola, ipsam qvidem retinuit, exemplum vero ejus in Mediam, ad omnes suæ gentis homines transmisit, qvi cognita Regis erga Deum pietate, & erga Esdram benevolentia, omnes vehementer sunt lætati, multi vero ex eis assumtis suis facultatibus Babylonem venerunt cupientes reverti Hierosolymam, reliqva Israelitarum multitudo assvetum jam domicilium noluit relinqvere. Duæ tantum tribus per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio, decem autem tribus nunc qvoq; ultra Euphratem sunt, infinita hominum millia, qvæ vix est numero comprehendere. *Hac ille.*

Hieronymus super Ezechielem cap. 23. ita scribit suo tempore: Usqve hodie decem tribus captivæ tenentur in montibus & urbibus Medorum, ad qvas translatæ sunt. *Hac iste.*

Etsi vero pro hac opinionem vidi a doctis viris stare etiam illa, qvæ leguntur Esdræ capite primo v. 5. de Principibus Patrum *Juda & Benjamin*, reditum ex Babylonia meditantibus, ita, ut nulla ibidem extet mentio reliqvarum decem tribuum; tamen semper ἐπέχειν me fecerunt illa.

1. Qvod

1. Qvod in eodem libro Esdræ c.8 35, post reditum ex captivitate sacrificia instituuntur ex vitulis duodecim pro toto Israele, ubi utiqve XII. vituli ita corresponderunt XII. tribubus, sicuti itidem pro XII. tribubus accipiuntur XII. gemmæ, Exod.28, 17.18.19 20.21.

2. Qvod vidi mentionem Matth. 4. aliqvot tribuum Zabulon & Naphthali, versu 13. sicut item vidi Luc.2,36. Hannam ex tribu Aser, & mentionem omnium duodecim tribuum sparsarum, ad qvas Jacobus Apostolus Epistolam scripsit, Actor,8,1. Jacob.1,1. & in Apocal.c.7. ab illis XII. tribubus describi obsignatos signo Dei ex omnibus populis, & tutos ab hæresibus.

Ut autem de toto hoc negotio expeditior sit consideratio, ante omnia ex historiis diligenter est notandum, qvo pacto sese res habeat cum sic vulgo appellata captivitate Babylonica.

Variæ servitutes in sacris recensentur tum Israelis, seu decẽ tribuũ, tũ Juda seu II. tribuum.

Nec inanis est illorum doctrina, qvi plures statuunt captivitates Babylonicas. Et *primo* qvidem extat historia 2. Reg. 15,29. de tristissimo exilio Israelitarum in urbibus habitantium, Naphthali, nimirum, Ajon, & Abel, & Maacha, & Janoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæa, qvos Theglath Phalassar Rex Assyricus abduxit. *Deinde* 2. Reg.17,3. & multis seqventibus ad 29, & 18,11. *Salmanassar Rex Assyriæ abduxit Israelem* (Hoc nomine veniunt decem tribus, præter Juda & Benjamin. Sic enim vulgate in Prophetiis decem tribuum Israeliticarum homines sub his nominibus insigniri consveverunt, nimirum, qvandoqve Jacob, postea Israel, Joseph, Ephraim, Bethel, Bethaven, Samaria, Jezreel, sicut e contrario, qvando ad duas tribus sermones sunt dirigendi, vocantur itidem qvandoqve Jacob, postea Benjamin, Juda, domus Davidis, Jerusalem) inprimis 2. Reg.17. v.18. dicitur, *Removit eos a facie sua, nihil remansit præter tribum Jehudæ totam.*

Captivitates decem tribuũ duæ.

Qvomodo Scriptura disternat decem tribus a 2. tribubus.

Captivitates duarum tribuum qvatuor.

Qvod vero attinet ad reliqvas duas tribus *primo* 2. Reg.21. & 2. Paral.33, 11. abducitur Rex Juda Manasses in captivitatem ab ipsis Præfectis militaribus Regis Assyriæ: *Deinde* 2. Reg. 24, 2. & 2. Paral. 36, 6. Rex Babylonius Nebucadnesar abducere conatur in captivitatem ipsum Regem Joacim. *Tertio* 2. Reg.24, 12. 2. Paral.36,10. Jerem 36, Rex Babel Nebucadnesar abducit Joachimum II, qvi & Jechonias. *Deniq;* 2. Reg.24. 2. Parai.36, 13. Nebucadnesar abducit Sedechiam, ubi Hierosolyma & templum per 70. annos desolatur.

Nota Lector qvidnam qværatur.

Ex his autem sex captivitatibus vel servitutibus unica qvæstio est de abductis principaliter in secunda calamitate Judæis ex tribubus decem Israelis, simul tamen & de abductis aliqvibus ex Napthali in prima calamitate. Nam qvod ad 2. tribus attinet, de Rege Manasse constat, qvod redierat in Judæam, utiqve cum suis abductis 2. Paral.33, 13. *Deinde* etiamsi cum Joa-

chimo, & cum Successore ejus aliqvos abduxit etiam Nebucadnesar, tamen remanisse maximam partem tribus Judæ in terra Chanaan inde liqvet, siqvidem alias in ultima captivitate nemo superfuisset, qvi abduci potuisset.

Jam in specie qvod attinet ad priores duas Israelis, seu decem tribuum extra tribum Juda, & extra tribum Benjamin, rationes, & cumprimis ad illam 2. Reg. 17. & 18. insignem, lector benevole, qvam optime inspice, qvæ leguntur de eadem in diversis locis Scripturæ. Deprehendes enim neqvaqvam omnes, cunctos & singulos homines istarum decem tribuum a Babyloniis fuisse abductos, sed tantummodo bonam partem earundem in exilium raptam, ita, ut interim intra Judæam remanerent longe majores partes earundem decem tribuum, adeoqve ita comparatum fuisse, ac si qvando Turcæ dicuntur integras civitates Christianas in suam servitutem accepisse, qvo tempore plerunqve forsan pauperiores solent capi, reliqvis diffugientibus, & sese ad tempus occultantibus, sicut tunc temporis aliqvid decem tribuum sese occultarunt tum alibi, tum in tribu Judæ, licet ex Israel tunc cum pauperibus & divitibus aliqvot etiam Regem Samariæ vel Israel hostes abduxerint.

Nunqvam omnes decem tribuũ homines fuere abducti.

Hoc qvod jam dixi, indiget clarissima probatione, qvam statim adornabo, ubi prius summam citabo.

Itaqve post abductos tunc homines decem tribuum plurimos, tamen remanserunt & ex locis refugiorum redierunt & habitarunt in locis decem tribuum plurimi homines illi, ad qvos paulo post Ezechias Rex Juda (qvia Regem in Israel non amplius proprium habuere) misit nuncios, & adhortatus est eos, ne diutius colerent duos vitulos aureos idololatricos, & ne amplius abstinerent a templo Hierosolymitano, qvemadmodum facere cœperant a tempore mortis Salomonis per tot annos 253. usqve ad hæc tempora, a tempore, inqvam, & jussu Jeroboami, Regis primi Israelis, instituentis tunc suo tempore post Salomonis mortem, aureorum vitulorum cultum 1. Reg. 12, 26. 27. & seqq. usqve ad hæc ipsa tempora, sed ut tunc temporis post abductum suum regem Samariæ seu Israel seu decem tribuum, ipsi illi ex decem tribubus residui ad Deum convertantur & coalescant sub unum Regem Judæ, & deinceps sub hoc rege rejectis vitulis conveniant Hierosolymam ad stata festa, facto initio nunc a Paschate, ad qvod per omnia loca nunc invitabat omnes ex Israele seu Jacobo exortos ille ipse Rex Ezechias.

His autem invitationibus aliqvi tunc ex residuis decem tribuum hominibus intra Judæam, obtemperarunt, aliqvi tunc vero non obtemperarunt.

Et

Et qvia tandem ex omnibus tribubus ingens numerus conveniebat, qvalis hactenus ad Pascha non venerant a morte Salomonis, tanqvam a tempore scissionis & distractionis inter regnum Israel & regnum Judæ: iccirco solennitatem differunt usqve in seqventem mensem, cujus rei consilium noverant dare ex Num. 9.

Qvin & tandem, qvando sub Cyro, Artaxerxe Regibus Judaico populo faventissimis publica datur licentia redeundi, redierunt etiam præter Juda, Benjamin (& Levi sub prioribus duabus comprehensa) citra omne dubium multi etiam ex decem tribubus, qvi antea ex iisdem decem tribubus fuerunt abducti. Hæc autem omnia sacris Scripturis satis firmantur.

Non tantū multi ex decem tribubus semper mansere in Judæa, sed & multi ex abductis decem tribubus tandem redierunt.

I. Scissio regni facta tempore secuto mortem Salomonis.

Et primo qvidem qvod *ad scissionem regnorum* attinet, sic legimus 1. Reg. 12, 26. & seqq. *Dixit Jeroboam* (Rex Israel, seu decem tribuum) *corde suo, nunc revertetur regnum ad domum Davidis* (ad tribuum Juda) *si ascenderit populus iste* (decem tribuum) *ad facienda sacrificia in domo Jehovæ in Jerusalem* (tanqvam in tribu Benjamin, qvæ cum tribu Juda nunc cohæret, & unum peculiarem Regem habet, dictum Regem Judæ) *convertetur cor populi hujus ad Dominum suum Roboam Regem Judæ, &* (omnino qvod jam etiam modo dixi, & metuo certo) *me* (Jeroboam, Rege decem tribuum, seu Rege Israel) *interfecto revertentur ad Roboam Regem Juda. Consilio itaqve inito* (pro abalienandis decem tirbubus a festis Hierosolymitanis) *Rex fecit duos vitulos aureos dixitq;, sufficiat vobis ascendisse* (hactenus) *in Jerusalem, ecce Dii tui, o Israel, qvi eduxerunt te e terra Ægypti. Et posuit unum in Bethel, & alterum in Dan* (in duabus extremitatibus regni Israel, ut ex omni loco decem tribuum ad eos haberent accessum brevem, facilem & commodum. Vide etiam reliqva de Sacerdotibus & Sacrificiis utrobiq; institutis.)

2. Magna peccata decem tribuum, cum pœna secuta.

Deinde qvod ad decem tribus abductis attinet, audi, lector, verba, 2 Reg. 17.7. *Factum est, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qvi eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis, Regis Ægypti, coluerunt Deos alienos. Et ambulaverunt juxta ritum gentium, qvas consumserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & Regum Israel: qvia similiter fecerant. Et irritaverunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum: & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, a turre custodum, usqve ad civitatem munitam. Feceruntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum: & adolebant ibi incensum super aras in morem gentiū, qvas transtulerat Dominus a facie eorum: feceruntq; verba pessima, irritantes Dominum, & coluerunt immunditias, de qvibus præcepit eis Dominus, ne facerent verbum hoc. Et testificatus est DOMINUS in Israel, & in Juda, per manum omnium Prophetarum & Videntium, dicens: Revertimini a viis vestris pessimis, & cu-*

& custodite præcepta mea, & ceremonias juxta omnem legem, qvam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu servorum meorum Prophetarum. Qvi non audierunt, sed induraverunt cervicem suam, juxta cervicem patrum suorum, qvi noluerunt obedire Domino Deo suo. Et abjecerunt legitima ejus, & pactum, qvod pepigit cum patribus eorum & testificationes, qvibus contestatus est eos: secutiq; sunt vanitates, & vane egerunt: & secuti sunt gentes, qvæ erant per circuitum eorum, super qvibus præceperat Dominus eis, ut non facerent, sicut illæ faciebant. Et dereliqverunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntqve sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adoraverunt universam militiam cœli: servieruntq; Baal, & consecraverunt filios suos, & filias suas per ignem: & divinationi inserviebant & auguriis: & tradiderunt se, ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum. Iratusq; est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos a conspectu suo, & non remansit, nisi tribus Juda tantummodo. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui: veruntamen ambulavit in erroribus, qvos operatus fuerat. Projecitq; Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos a facie sua ex eo jam tempore, qvo scissus est Israel a domo David, & constituerunt sibi Regem Jeroboam, filium Nabat: separavit enim Jeroboam Israel a Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam, qvæ fecerat: & non recesserunt ab eis, usq; qvo Dominus auferret Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum Prophetarum: translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios, usq; in diem hanc.

3. Post decem tribus abductas statim instituit Ezechias magnum Pascha, ad qvod vocantur & veniunt decem tribuum residui homines.

Præterea, qvod ad insigne Pascha, post homines multos ex decem tribubus abductos, attinet, audiantur verba sacra 2. Paral. 30. qvæ loqvuntur de temporibus Ezechiæ, qvi Ezechias regnavit & Pascha hoc instituit, post captivitatem illam Babylonicam, de qva nunc nobis sermo est factam, (id qvod collatio capitum 17. & 18. libri primi Regum ad oculum evidenter demonstrabunt,) tum qvoad deliberationem, tum qvoad executionem.

AD DELIBERATIONEM pertinent versiculi priores 5.

I. *Misit igitur* (inqvit textus) *Ezechias ad universum* ISRAELEM (Ecce ex omni Israele superfuerunt plurimi tempore isto, ad qvos suas literas emisit Ezechias) *& Juda* (sub qvo Juda semper Benjamin conjuncta comprehenditur) *& etiam scripsit epistolas ad EPHRAIM & MANASSE* (ecce lector, præcipuæ tribus Israelis in terra Israel sunt Ephraim & Manasse, ad qvas post illam captivitatem Babylonicam & abductionem Israelis factam, scribuntur epistolæ) *ut* (relictis aureis vitulis in Bethel & Dan, qvos 253. annis coluerant) *venirent* (juxta mandata divina Exod. 34, 23.) *in domum Jehovæ in Jerusalem, ut facerent Pascha Jehovæ*

Deo

Deo Israelis (qvo tamen in uno loco juxta arcam fœderis facere licebat Deut.16,5.6.)

2. *Consilium autem ceperat rex & principes ejus, universusq; cœtus in Jerusalem, ut* (propter causas mox secuturas) *facerent Pascha mense* (non primo juxta institutionem divinam, Exod.12,1.2.3.4.5.6. sed juxta dispensationem ipsius Dei, Num.9,10.) *secundo.*

3. *Non enim poterant facere illud tempore suo, qvia Sacerdotes non erant sanctificati ad sufficientiam, neq;* (adhuc in tanta festinatione & tali consilio de convocandis omnibus duodecim tribubus, qvod hactenus annis 250. factum non fuerat) *populus erat congregatus in Jerusalem.*

4. *Et placuit hæc res in oculis regis, & in oculis totius cœtus.*

5. *Et instituerunt, ut* (nunciorum) *voce divulgarent per Universum Israel* (per omnes XII. tribus) *a Berseba usq; ad Dan* (intra qvos duos terminos Scriptura ipsa comprehendit omnes duodecim tribus, Jud.20, 1.Sam.3, 20. 2 Sam.3,10.& 17,11. & 24, 2. Dixitqve rex David ad Joab, Discurre nunc per omnes tribus Israelis a Dan usqve ad Berseba & numera populum, ut sciam numerum populi, 3. Reg.4. v. 15. Habitavit Juda & Israel confidenter, qvisqve sub vite sua & sub ficu sua a Dan usqve Berseba omnibus diebus Salomonis.

Horum duorum igitur regum Davidis & Salomonis tempore, omnes duodecim trib9 pertinebant ad unum regē & comprehendebantur sub his duabus extremitatibus Dan & Berseba) *ut venirent ad faciendū Pascha Jehovæ Deo Israelis in Jerusalem, qvia non multo* (longe tempore in Jerusalem omnes duodecim tribus Pascha) *fecerant, sicut scriptum est*, Deut.16,5.6.)

Jam audi EXECUTIONEM. 6. *Profecti sunt itaq; cursores cum Epistolis de manu Regis* (Ezechiæ) *& principum ejus in UNIVERSUM ISRAELEM & JUDA* (qvi est a Dan usqve ad Berseba, ubi sunt duodecim tribus, non a Dan ad Bethel, ubi sunt decem saltem trib9) *cum mandato Regis hujusmodi: Filii Israelis* (vos decem tribuum homines) *revertimini* (a vitulis aureis) *ad Jehovam Deum Abraham, Isaac & Israelis & convertetur ad eos, qvi evaserunt e vobis, e manu Regis Assyriæ* (tunc vobis parcet Deus, ne itidem abducamini a regibus Assyriæ.

Ecce, ergo in abductione X. tribuum tamen ex X tribubus aliqvi remansisse dicuntur.

7. *Ne sitis, sicut patres vestri &* (nuper abducti) *fratres vestri, qvi prævaricati sunt in Jehovam Deum patrum suorum, propterea tradidit eos in desolationem, qvemadmodum vos* (residui) *cernitis.*

8. *Nunc ergo ne induretis cervicem vestram, sicut patres vestri, date manum Jehovæ, &* (relictis locis aureorum vitulorum Dan & Bethel) *venite ad sanctuarium ejus, qvod sanctificavit in seculum, & servite Jehovæ Deo vestro, & avertatur a vobis ira* (similis) *furoris ejus.*

9. *Si enim reversi fueritis ad Iehovam, fratres vestri & filii vestri* (abducti) *misericordiam conseqventur coram illis, qvi captivos duxerunt eos, ut REVERTANTUR ad terram illam.*

10. *Cursores autem illi transibant de civitate in civitatem* (jam attende lector) *per terram EPHRAIM & MANASSE* usqve ad ZEBULON, (ubi qvidem satis incolæ) *ipsos irridebant & subsannabant.*

11. *Veruntamen viri* (aliqvi) ASER & MANASSE & ZEBULON, *humiliarunt sese, &* (relictis aureis vitulis) *venerunt in Jerusalem,*

12 *In Juda qvoq; fuit manus Dei, ut daret eis cor unum ad faciendum præceptum regis & principum juxta verbum Iehovæ.*

13. *Congregati sunt itaq; in Ierusalem populus multus* (ex juda, Benjamin, Levi, Manasse, Zebulon, Isaschat, Ephraim, qvi erant residui ex illis tribubus, ex qvibus tamen multos in Ayriam rex abduxerat) *ut facerent solennitatem infermentorum mense secundo, cœtus multus valde.*

Ecce aliqvot tribus ex decem tribubus post captivitatem decem tribuũ in terra Cchanaan residui sunt.

18. *Multitudo populi, multitudo* (etiam ex decem tribubus) *ex Ephraim & Manasse, & Isaschar & Zebulon, non mundaverunt se, attamen comederunt Pascha.*

21. *Fecerunt itaq; Filii Israelis, qvi inventi sunt in Jerusalem, solennitatem infermentatorum, septem diebus cum lætitia magna, & laudabant Iehovam singulis diebus Levitæ, & Sacerdotes qvoq; cum instrumentis fortitudinis Iehovam.*

25. *Lætati sunt itaq; universus cœtus Juda, & Sacerdotes & Levitæ,* (jam iterum arrige aures lector) *& universa congregatio, qvæ venerat de ISRAEL, & PEREGRINI, qvi venerant de terra Israelis, atq; habitantes in Juda.*

26. *Fuitq; lætitia magna in Ierusalem, qvia a diebus Salomonis Filii Davidis Regis Israelis* (omnium XII. tribuum) *non fuit tale aliqvid in Ierusalem* (non fuit tale Pascha celebratum ab omnibus XII. tribubus intra 253. annos, qvos qvære in Chronico Funccii, siqvidem decem tribus semper remanserunt. Et nunc venerunt multi ex decem tribubus, ad qvas decem pertinent ii, qvorum antea in hoc capite facta fuit mentio, Ephraim, Zebulon, Manasse, Aser, Isaschar.)

27. *Post hæc surrexerunt Sacerdotes & Levitæ, & benedixeruet populo, exauditaq; est vox eorum, & venit oratio eorum ad habitaculum sanctitatis ejus ad cœlum.*

2. Paral. 31, 1. *Cum perfecissent totum hoc, egressi sunt universus Israel, qvi inventi fuerat in urbibus Iuda, & fregerunt statuas, & demoliti sunt excelsa atq; altaria de universo Iuda, & Benjamin, in Ephraim qvoq; & Manasse, donec absolvissent.*

Deni-

Deniqve qvod tamen ex captivitate plurimi redierint isti, de qvibus abductis jam egi, satis videtur 1. ex promissionibus & 2. prædictionibus divinis posse astrui. Ezech. 37 15. usqve ad finem: *Et factus est sermo Domini ad me dicens, Et tu fili hominis sume tibi lignum unum, & scribe super illud, Judæ & filiorum Israel sociorum ejus, & tolle lignum alterum, & scribe illud, Joseph lignum Ephraim, & cuncta domus Israel sociorumq; ejus.* 4.

Qvod ex decem tribubꝰ abducti insuper tamen tandem redierunt.

Et adjunge illa, unum ad alterum tibi in lignum unum, & erunt in Unionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loqventes, Nonne indicas nobis, qvid in his tibi velis? loqveris ad eos.

Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego assumam lignum Joseph, qvod est in manu Ephraim & tribus Israel, qvæ sunt et adjunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Juda, & faciam eas in lignum unum, & erunt unum in manu ejus. Erunt autem ligna, super qvæ scripseris in manu tua, in oculis eorum. Et dices ad eos.

Hæc dicit Dominus Deus. Ego assumam filios Israel de medio nationum, ad qvas abierunt, & congregabo eos undiq; & adducam eos ad humum suam. Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel; & rex erit unus omnibus imperans, & non erunt ultro duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna. Neq; polluentur ultra in Idolis suis & abominationibus & cunctis iniqvitatibus suis: & salvos eos faciam de universis sedibus suis, in qvibus peccaverunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et servus meus David Rex super eos, & pastor unus erit omnium eorum; in judiciis ambulabunt, & mandata mea custodient & facient ea. Et habitabunt super terram, qvam dedi servo meo Jacob, in qva habitaverunt patres vestri: Et habitabunt super eam ipsi, & filii eorum, & filii filiorum, usq; in sempiternum: & David servus meus princeps eorum in perpetuum.

Ecce etiam tribus Israel debent ex captivitate redire.

Hic David est venturus Messias, qvia alter David jam ante annos 400. mortuꝰ erat.

Et percutiam cum illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis, & fundabo eos & multiplicabo & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, qvia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Legatur Jeremias in capite tertio a versu 6. usqve ad versum tertium capitis qvarti: *Dixit Jehova ad me in diebus Josiæ regis, vidistine, qvæ fecit rebellis Israel. Et vidi, qvod propter omnes caussas, qvibus fornicata est rebellis Israel, dimisi eam. Et erit, cum multiplicati fueritis, & creveritis in terra in diebus illis, dixit Jehova: In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Jehovæ, & congregabunt se ad eam. In diebus illis ibunt domus Juda ad domum Israel, & veniunt simul de terra Aqvilonis, ad terram, qvam dedi in hæreditatem patribus vestris:*

Iterum

Iterum Jeremiæ 50,4. Zach. 10,6. usqve ad finem: *Et confortabo domum Juda, & domum Joseph salvabo: & convertam eos, qvia miserebor eorum: & erunt sicut fuerunt, qvando non projeceram eos: ego enim Dominus Deus eorũ, & exaudiam eos. Et erunt qvasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum qvasi a vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur & exultabit cor eorum in Domino.*

Sibilabo eos & congregabo illos, qvia redemi eos: & multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei, & vivent cum filiis suis, & revertentur. Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyriis congregabo eos: & ad terram Galaad & Libani adducam eos: & non invenietur eis locus. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis: & humilitabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet. Confortabo eos in Domino, & in nomine ejus ambulabunt, dicit Dominus.

In his enim omnibus verbis Propheticis non tantum continetur adhortatio ad pœnitentiam, sed & simul prædictio, qvod acturi pœnitentiam, debeant reverti ad terram occupandam illam, qvam Deus patribus eorum promisit.

Responsio ad 2. Reg. 17, 18.

Porro ad duo loca est cumprimis respondendum. 1. Extat. 2. Reg. 17, 18. *Nihil remansit, præter tribum Juda solam.*

Verum hoc non intelligendum est de tribubus, sed de regnis. Ante captivitates Babylonicas intra terram erant duo regna, videlicet regnũ Israel & regnum Juda. Postea qvando cum multis ex classe tribuum decem abductis etiam perit rex & regnum: Iccirco recte dicitur, *qvod nihil manserit nisi tribus Juda sola.*

Qvod autem in hoc loco Tribus pro Regno usurpetur, inde patet, qvia non sola tribus Juda tunc illæsa mansit, sed simul tribus Benjamin & intermixte tribus Levi. Præterea in Hebræo est שבט scheveth, qvod etiam significat regnum, Gen. 49,10.

Nimirum qvando rex Assyriæ cepit Samariam metropolin regni Israel, & finem imposuit isti regno, hactenꝰ ab Israelitico rege administrato, tunc præfecit alios isti regno, 2. Reg. 17,5.6.23,24. Remansit igitur in terra Chanaan regnum Juda solummodo, post destructum regnum Israelis.

Etsi autem his temporibus seqventibus, qvando regnum Israel ex Israeliticis regibꝰ dominantibus nullũ amplius erat, peregrini sunt dominati illis, qvi supererant ex decem tribubus intra partem terræ Chanaan illam, & peregrinis qvoad politica obedire coactæ sunt reliqvia, tamen ex exemplo Paschatos ab Ezechia celebrati satis constat & colligi potest, qvod illæ reliqviæ decem tribuũ intra terram illam Chanaan per *annos 130. circiter in religione* maximopere coluerint regnũ Judæ, & qvod tunc temporis duæ tribus

bus Juda & huic conjuncta Benjamin de templi sui Hierosolymitani conservatione maxime confisi & gloriati fuerint. Et ita tunc vere dici potuit, nihil mansisse nisi tribum Juda solam.

Sed qvando tandem in ultima regni Judæ captivitate Babylonica hoc qvoqve regnum Judæ fuit perditum, domus Dei destructa, nobilitas omnis capta, urbs magna combusta, ibi omnis flos, omne decus Judaicæ politiæ funditus periisse videbatur, & tunc cumprimis Juda & Benjamin extremæ contumeliæ dolores portarunt.

Deinde cumprimis expendendus est locus ille, qvi extat Esdræ 1 v. 5. *Qvod surrexerunt principes patrũ Juda, & Benjamin, & Sacerdotes & Levitæ, ut ascenderent ex terra Babylonica in terrã Chanaan ad ædificandum domum Jehovæ in Jerusalem.* Hinc enim Josephꝰ Historicꝰ sine dubio desumsit suã illam assertionem de tribubus decem nunqvam reversis. Expendantur autem singula antecedentia & conseqventia, & res fiet plana. *Responsio ad locum Esdræ 1, 5.*

Sub finem capitis ultimi in secundo Paralipomenon dicitur: *Qvot anno primo Cyri regis Persarum, excitaverit Deus spiritum Cyri regis Persarum, qvi edictum promulgavit per universum regnum suum & etiã scripto, dicendo: Sic dixit Cyrꝰ rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Jehova Deꝰ cœli, & ipse præcepit mihi, ut ædificarem domum in Jerusalem, qvæ est in Juda, qvis inter vos de universo populo ejꝰ? Jehova Deus suꝰ sit cum eo, & ascendat.* Hactenus ultima verba ultimi capitis in secundo libro Paralipomenon.

Hic repetas lector, qvæ de Cyro prophetavit Esaias cap. 44, 28. *Qvi dicit de Cyro, pastor meus, & omnem voluntatem meam perficiet, dicendo etiam ipsi Jerusalem: Ædificaberis, & templo: Fundaberis.* Hæc enim Deus per Prophetam de Cyro nominatim curavit prædici & conscribi, annis sesqvicentum ante Cyrum natum, unde etiam illis tantopere lætatus fuit, & exusciatꝰ ad majorum erga Judæos benevolentiam, & ad ardorem erga templum reædificandum Cyrus.

Is igitur, ut perficeretur, qvod de se scriptum erat, in hoc Propheta Esaia, nunc divinitus excitatur & urgetur a Spiritu divino, proclamariq; facit Judæis libertatem redeundi in Patriam Universis, & ædificent ii domum DOMINI, & cumprimis fausta precatur ædificaturis templum.

His ergo tam prospere & exoptatissime sese habentibus, qvilibet ipse fatebitur, hoc nuncio cumprimis delectatos fuisse eos; in qvorum terris, & possessionibus seu tribubus, territorio hactenꝰ per annos qvadringentos steterat, floruerat & ab exteris ac incolis de longe & propinqvo, regibus & magnatibꝰ, cum tanto honore templum freqventatum fuerat; Nimirum principes, tribus Juda & Benjamin & Sacerdotes & Levitæ omnium primi & omnium maxime maximo gaudio non repleri non potuerunt, nec volue-

runt præverti ab aliis, sed surrexerunt, illico se præpararunt, ut ascenderent ad ædificandum domum Jehovæ. Et ita tunc non licebit colligere, decem tribus emansisse, qvia PRINCIPES, tribus Juda & Benjamin, & Sacerdotes ascenderunt ad ædificandam domum Jehovæ in Jerusalem.

His igitur omnibus ita constitutis, fabula recentium Judæorum, de decem tribubus post mare Caspium, aut alibi in Utopia adhuc constitutis & cum Messia, qvem expectant, venturo venturis, qvo aliqvi inepte accommdant verba CHRISTI, Joh. 7. 36. per se facilia, qvod Germanica nostra versio clarissime docet, solidissime refutari pototerit.

ORACULUM CXXIIX. SACRUM.

2. Sam. 6, 23.

Ipsi Michal filiæ Saulis non fuit natus usque ad diem, qvo mortua est.

Aber Michal/Sauls Tochter/hatte kein Kind/biß an den Tag ihres Todes.

Michal sterilis.

MAxime inter se dissentire videntur duo loca de Michal, qvorum alter extat 2. Sam. 6, 23. *Ipsi Michal filiæ Saulis non est natus filius usq; ad diem mortis suæ:* Alter vero 2. Sam. 21, 8. *Tulit Rex* (David) *duos filios Rispah filiæ Aja, qvos peperit Sauli, Armoni & Mephiboseth, & qvinq; filios Michal filiæ Saulis qvos genuerat Hadrieli, filio BarZillai Meholathitæ.*

Michal habet qvinq; filios.

Tostatus in suis magnis Commentariis existimat, Merob primogenitam filiam Saulis genuisse aliqvot liberos, & Michal secundogenitam filiam Saulis liberos primogenitæ sibi adoptasse; & qvia David impense amavit Michal secundogenitam, iccirco putat Michali secundogenitæ attribui liberos, qvi tamen fuerint primogenitæ filiæ.

Verum enim vero hanc expositionem non admittit litera ipsa historiæ 2. Sam. 21, 18. ubi dicitur Michal filia Saulis peperisse qvinqve filios Hadrieli filio Barzillai Meholathitæ. Etsi autem Merob copulata fuit Hadrieli Meholathitæ in uxorem 1 Sam. 18, 19. tamen citra dubium Hadriel Mehalathites diversus fuit ab Hadriele filio Barzillai Meholathitæ, sicut in 2. Sam. 21, 7. 8. sunt duo Mephiboseth; unus filius Saulis ex matre Rispah, alter filius Jonathæ, filii Saulis.

Lucas Osiander in Paraphrasibus suis annotat, 2. Sam. 21, 8. legendum esse in Hebræo Merob, pro Michal, illudqve manifestum facere vult ex

1.Sam. 18, 19. Verba enim qvæ in loco jam *allegato* 1.Sam.18, 19. leguntur, sunt hæc: *Fuit qvo tempore danda erat Merob, filia Saulis Davidi, & data est Hadrieli Meholathitæ in uxorem.* Et super hæc verba sacra itidem sic scribit idem *Lucas Osiander: Factum est tempus, cum deberet dari Merob filia Saul David*(qvemadmodum ipsi promissum fuerat,& ecce)*data est Hadrieli Meholathitæ uxor*(seu virgo ille desponsata est in uxorem Hedrieli &c. Qvam caussam prætenderit veterator Saul, ne promissis staret, incertum est: videtur autem virgini occulte dissuasum fuisse connubium cum Davide, forte propter generis obscuritatem. Certe infeliciter cessit alterum hoc conjugium. Hujus enim Merob, qvæ *librarii incuria*, 2.Sam.21.v.8. Michal vocatur, filii ab Hadriele geniti post aliqvot annos suspendio perierunt.)*Hactenus verba Lucæ Osiandri.* *Osiander.* *Nota lector, Osiander scribæ incuriam prætendit.*

Jam qvæstio est, utrum 2.Sam.21,8. pro Merob in textum sacrum introiverit, negligentia & incuria amanuensium, aliud nomen Michal.

Lucæ Osiandri conjecturam nemo approbare volet, si mitiore consilio dissonantia illa placari potest. Sed ubi illa erit? etenim primogenita Saulis Merob desponsatur & promittitur qvidem Davidi, 2.Sam.18,17. attamen per veteratorem neqvam tandem elocatur Hadrieli Meholathitæ 1. Sam. 18,19. de qvo non additur, cujus filius fuerit, sicut econtra Barzillai pater, & Hadriel filius nominatur, 2.Sam.21,8.

Etsi vero Davidi pro primogenita Saulis filia Merob, succedente tempore, elocata fuit secundogenita Saulis Michal 1.Sam. 18, 27. tamen iterum per veteratorem Saulem hæc secundogenita eripitur Davidi(nimirum tum exulanti,& traditur ipsi Pthali, filio Lais, qvi erat de Gallim 1. Sam. 25,44. Ab hoc ipso,& non ab alio filio, videtur David eam, cujus fidem sæpe expertus fuerat antea,& qvam Saul invitam Davidi rapuerat, repetiisse & recepisse, 2.Sam.3,12.14. *Misit itaq; Abner nuncios ad David pro se dicentes: Cujus est terra? Et ut loqverentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te universum Israel. Qvi ait: Optime: Ego faciam tecum amicitias: sed unam rem peto a te, dicens: Non videbis faciem meam, anteqvam adduxeris mihi Michal, filiam Saul: & sic venies & videbis me. Misit autem David nuncios ad Isboseth, filium Saul, dicens: Redde uxorem meam Michal, qvam despondi mihi in centum præputiis Philistiim. Misit ergo Isboseth, & tulit eam a viro suo Pthaliel, filio Lais. Seqvebaturq; eam vir suus plorans usq; Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade & revertere.* Et post hunc reditum Michal uxoris suæ David ante arcam saltans ab eadem illuditur, unde in pœnam tam acriter delusi & contemti mariti fuit filia, Saulis Michal sterilitate percussa a Deo, 2.Sam.6,23. *Ipsi Michal filia Saulis non fuit filius natus usq; ad diem mortis.* *Tunc nulla fit mentio liberorum Michal.*

Cæterum, si Michal fuit intermedio tempore toties gravida facta, cum a Davide abfuit, & qvidem, si adhuc unum virum habuit filium Hadrielis, a qvo fuerit imprægnata; qvomodo David eam a Pthali filio Lais, & non potius a Barzillai repetivit? Si ita fuit, tum post mortem Barzillai iterum nupsit secundo filio Lais Pthali: id qvod qvidem fieri potuisset juxta legem, Deut. 25, 5. hocqve pacto intra annos septem vel octo Michal maritos habuisset alienos tres. Molathi patriam Hadrielis constituit Adrichomius in tribu Simeon; sed Galim patriam Pthali in Ruben. Hoc pacto conciliari posset illa dissonantia.

Matth. 27, 9. Jeremiæ nomen pro Zachariæ nomine positũ allegatur vulgo.

Si vero anni exilii Davidis non nisi pauci erunt, tum, annon sit concedendum in sententiam Osiandri, omnibus cordatis & eruditis judicandum relinqvo. Similis enim esset censenda illa, qvæ extat Matth. 27, 9 de qvo versu audiatur *Hieronymus*: Tum impletum est, &c. Hoc testimonium in Hieremia non invenitur. In Zacharia vero, qvi pene ultimus duodecim Prophetarum, qvædam similitudo fertur, & qvanqvam sensus non multum discrepet, tamen & ordo & verba diversa sunt. Legi nuper in qvodam Hebraico volumine, qvod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphum, in qvo hæc ad verbum scripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumtum testimonium, Evangelistarum & Apostolorum more vulgato, qvi verborum ordine prætermisso sensus tantum de veteri Testamento proferunt in exemplum. *Hactenus verba Hieronymi.*

Similis est illa de Achaz, qvi 2. Reg. 8, 26. dicitur filius *viginti duorum annorum*, 2. Paral. 22, 2. *qvadraginta qvatuor annorum*. Item illa de Jehojachim, qvi 2. Reg. 24. 8. dicitur filius 18. anorum, & 2. Paral. 36, 9. filius octo annorum. Etsi autem non ignoro aliorum tentata conciliamenta, tamen peto, ut lector ea consideret diligentius. Osiander dicit 2. Paral. 22, 2. legendum esse tantummodo, viginti duorum, & 2. Parbl. 36, 9. octodecim annorum.

Hæc autem annotare libuit, ut aliis ansam præbeam diligentioris collationis. Interim hinc pro Pontificiorum opinionibus contra perfectionẽ Scripturæ ne tantillum emergit. Non enim ipsa fundamina salutis tanguntur, sed levissimæ qvædam historiarum Genealogicarum & Chronologicarum circumstantiæ variabunt, nisi adhuc commodissimæ qvædam conciliationes piis in mentem venient.

In omni copia Scripturarum sanctarum pascimur apertis, exercemur obscuris: illic fames pellitur; hic fastidium, *juxta Augustinum.*

CXXIX.

CXXIX.

DE RACHA.

Matth. 5, 22.

Textus ſacer Græcus:

Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακὰ, ἔνοχος ἔσαι τῷ συνεδρίῳ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσαι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

Verſio vulgata Latina:

Ego dico vobis, qvia omnis, qvi iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qvi autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio: Qvi autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Verſio Lutheri Germanica:

Ich aber ſage euch: Wer mit ſeinem Bruder zürnet / der iſt des Gerichts ſchuldig. Wer aber zu ſeinẽ Bruder ſaget: Racha / der iſt des Raths ſchuldig. Wer aber ſagt: Du Narr / der iſt des Hölliſchen Feuers ſchuldig.

AD Dominicam ſextam Trinitatis proponitur ex Matth. c. 5. plenior explicatio Chriſti ſuper præceptum qvintum DECALOGI, ubi ab eruditis ante omnia agitatur qvæſtio de vocabulo *Racha*. Etſi vero hæc eſt Syriaca nomenclatio, & ab Evangeliſta citra expoſitionem adjectam retinetur, qvemadmodum aliæ peregrinæ voculæ, Mammona, Gehenna, qvod forſan tunc paſſim locorum ita innotuiſſent, ſicut nunc in Germanica lingvæ etiam plebeiis aliqvæ dictionis Latinæ non ſunt ignotæ, tamen pro genuina mente Chriſti aſſeqvenda, iterum adhibebo duarum regularum opem.

Primum igitur etſi Syriaca eſt vox Racha, tamen ut in aliis plurimis exemplis Syriacis, ita in hoc ipſo exemplo Hebræa mater reliqvarum lingvarum manus ſubſidiarias commode porriget. Nimis ſunt tenuia, qvæ de hac re ſuper Teſtamentum novum & qvidem ſuper caput Matthæi qvintum commentatus *eſt Beza, ubi hæc habentur verba:* Racha, ῥακὰ. Vulgatæ Latinæ editionis codices legunt ῥαχὰ, ſed perperam, ut apparet ex Syro interprete, qvi רקא (reca) ſcribit per Coph, & ex Thalmudicis libris, ubi doctisſimus Emmanuel Tremellius noſter teſtatur ſæpe ſic legi, qva voce ſignificetur homo impudens, & qvaſi cerebro vacuus, a nomine Hebræo רק (Rik) qvod vacuum & inanem declarat. Nos Gallico idiomate Follem eadem ratione vocamus, Latini Fatuum, fortasſis a voce Hebræa פתי (pethi) Sed haud ſcio, an ſit levius convitium, ac non potius hoc ipſum, qvod voce μωρὸς ſignificatur, pro qva Syrus interpres ללא (lele) a vocabulo Hebræo *Verba Bezæ de Racha.*

 אליל

אליל (elil) qvod rem nihili declarat, neqve Græcæ voci respondet. Græci profecto non temere hanc vocem retinuerunt, de qva sic Basilius, aut qvisqvis est autor τῶν ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομὴν ὅρων: Ῥακὰ ἐστιν ἐπιχώριον ῥῆμα, ἠπιωτέρους ὕβρεως, πρὸς τοὺς οἰκειοτέρους λαμβανόμενον, id est, Racha est dictio illis locis usitatata, mitioris probri, qvam adversum domesticos & familiares usurpant. Chrysostomus in hunc locum addit, Syros hoc nomine uti pro Tu, sicut famulos & inferiores alloqvi solent Domini, *illis aliqvid imperantes*, qvod Gallis est Tutoyer: qvæ sane prima est ira in sermone demonstratio, qvum inferiores aut pares amicos sive ignotus isto pronomine Toy non sine contemtu compellamus. Itaqve assentior iis, qvi Racha volunt in conditam esse voculam hominis indignantis: ita, ut tres gradus hic constituantur eorum, qvi cootra hominum opinionem pro homicidis apud Deum censentur. Unus eorum, qvi intus duntaxat adversus proximum commoventur, qvam scite admodum Tertul. de patientia Iram restricti animi vocat: alter, eorum, qvi eo usqve effervescunt, ut iracundum aliqvid evomant, tertius deniq;, eoram, qvi in apertum aliqvod convitium erumpunt. *Hactenus verba Bezæ.*

Racha pro Tu, nimis tenuiter exponeretur.

Drusius de Racha, tantum ex Grammatica disserit.

Neqve rem asseqvitur *Drusius*, semper in omnibus suis Scriptis plus de Grammatica, qvam de antecedentibus & conseqventibus conferendis solicitus, *qvi de eadem re in suis præteritis super N. T. scribit in hunc modum:* Racha antea monui scribentum esse raca. Nam & in Græcis est ῥακὰ, & in Syriacis רקא raca. Hodie reca vel rica, id est ריקה. Sic variant in Rabbi vel Ribbi, qvanqvam hic vocalis parva. Sic pro Bar filius, auctor Jerosolymitanæ dicit Bir, id est ביר. Idem ergo Raca & Rica sive Reca, & est vox convitii levioris, sive a verbo deducatur, qvod spuere significat, qvasi κατάπτυστον dicas, id est, conspuendum: sive, qvod malo, nomen est vacuum denotans, ut ante me alii annotarunt. Hieronymus adversus Pelagianos lib. 2. Raca interpretatur vanus, & absqve cerebro. Idem comment. in Matth. Raca dicitur κενὸς id est, inanis, aut vacuus, qvem nos vulgata injuria absqve cerebro possumus discere. Hesychius ῥακὰ κενός. Hilarius in Matth. Racha vacuitatis opprobrium est. Utrobiqve scribendum ῥακὰ, Raca. Auctor operis imperfecti homilia XI. in Matthæum: Racha qvidem dicitur Hebraice vacuus, qvamvis qvantum ad sensum verbi unum est dicere fatue & raca. Nam qvi vacuus est, ille fatuus est, & qvi fatuus est, sine dubio vacuus est, & utriusqve verbi una videtur esse injuria. Et aliqvanto post, Racha vulgare verbum erat apud Judæos, qvod non ex ira, neqve ex odio; sed ex aliqvo motu varie debebant, magis fiduciæ caussa, qvam

Drusius in omnibus scriptis, qvamvis valde eruditis,

iracundiæ. Hæc ille: qvem Joh. Mahusius popularis meus Chrisostomum esse censet. Probavi Racha vacuum sonare. Idem Rec Hebræis, id est רֵק. Unde ריקימוה vacui cerebro in Abenezra, Exod. 31, 18. ubi ait, qvosdam tales mirari, qvid Moses egerit in monte Sinai per dies qvadraginta. Utitur idem eodem convitio, Exod. 34, 8. & alibi. De usu vocibus ריקה notarunt alii, ut Caninius & Tremellius: qvorum scrinia non compilo. Nam supellex mihi domi satis ampla. Addo tamen ex libro Musar. cap. XI. Homo qvidam, cum pœnitentiam agere vellet, cogitabat de restituendo, qvod suum non erat. Dixit ei uxor, Rica, si tu egeris pœnitentiam, etiam baltheus, qvo cingeris, non erit tuus. Ea hora prohibuit eum, ne resipisceret. Et ex tractatu, qvi vocatur, Via terræ R. Josua, filius Levi, qvum qvendam hospitio excepisset, post cœnam deduxit cubitum in tectum domus, & scalas abstulit. Media nocte homo ille surgens abstulit vasa: qvumq; descendere vellet, cecidit & fregit מפר קתי Mane venit ad eum R. Josua & dixit, Reca, sic faciunt tui similes. Cui ille, nesciebam ablatas esse scalas. Rursum Josua, Reca &c. In Thanchuma 16, 1. Gentilis qvidam dicebat Israelitæ, Est mihi cibus egregius & pulcher ad cibandum te. Dixit, Qvalis est? respondit, Caro suilla. Tum Israelita, Rica, etiam qvod mactatum apud vos, licet fuerit bestia munda, nobis edere non licet, qvanto minus carnem porcinam. Vide qvoqve Massecheth Berochotsi, & Massechoth Rabba: qvi tractatus Thalmudici sunt, ut & ille qvi vocatur דרך ארץ, Via terræ. *Hactenus verba Drusii.*

tamen semper plus solicitus est de Grammaticalibus solis, non ita, ut decebat, de contextibus, accurate æstimandis.

Eccius in Postilla ex Augustino recenset, qvod rogatus ab Augustino Judæus responderit, esse interjectionem indignantis.

Verum qvod non tam literulas & syllabulas illas Racha & Fatue, qvam rem ipsam istis voculis inclusam Christus hoc in loco taxare voluerit, qvilibet cogitabit, & facile concedet.

Thema igitur Hebræum est ריק qvod significat inter alia, evacuare, exhaurire, effundere, unde רֵק vacuus & inanis, Lose Leut/ so unnötige Händel treiben/ Judic. 9, 4. *Dederunt Abimelecho septuaginta pondera argenti, qvi conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutiq; sunt eum.* Lutherus: Abimelech bestellet damit lose und leichtfertige Männer / die ihm nachfolgeten. 2. Samuel. 5, 20. *Dixit Michal ad Davidem: Qvam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, qvasi nudetur unus de scurris.* Lutherus: Der sich für dem Mägden seiner Knechte entblösset hat / wie sich die losen Leut entblössen.

Inqviritur ex contextibus aliis significatio vocis Racha. Racha, id est, Inops, & Vagus. Scurra.

2. Paral.

Vanus. 2. Paral. 13,7. *Congregati sunt ad eum* (Jerobeam) *viri vanissimi & filii Belial.* Lutherus: Haben sich zu ihm geschlagen lose Leut und Kinder Belial. Proverb. 12,11. *Qvi colit terram suam, saturabitur pane, & qvi seqvitur vacuos* (otiosos) *deficiens est corde* (stultissimus.) Lutherus: Wer seinen Acker bauet/der wird Brods die Fülle haben/Wer aber unnöthigen Sachen nachgehet/ wird Armuths gnug haben.

Otiosus.

Macilentus. Hinc Gen. 41,27. *Vaccæ & spicæ* macilentæ, Magere/dünne/verdörrete/ versengte Ahren/magere und heßliche Kühe. Lege autem, Lector, a primo versu istius capitis alia epitheta, vaccæ *fœdæ*, *confectæ macie, in tantum deformes & macilentæ*, ut nunqvam tales fuerint in terra Ægypti, *macie & sqvalore torpentes.*

Fœdus.

Rick, radix, significat Spuere. De Themate ריק nota sunt exempla, Num. 12,14. *Si pater ejus SPUENDO* spuisset *in faciem ejus, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi, separetur septem diebus extra castra postea revocabitur.* Deut. 25,9. *Accedet mulier* (vidua fratris, qvam proximus frater non vult ducere juxta præscriptum divinum ibidem) *ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus*, spuetqve *in faciem illius, & dicit, sic fiet homini, qvi non ædificat domum fratris sui: Et vocabitur nomen illius in Israel: Domus discalceati.* Esa. 50, 6. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, & faciem meam non averti ab increpantibus* & conspuentibus *in me.* Sic Matth 27,30. exspuunt *in faciem Christi.*

Et ex hac inductione & æstimatione horum & aliorum exemplorum satis apparet, hominem vocari Racha illum, qvi est ex genere talium nebulonum, qvi tantum versantur in otio, qvi militiam aut simile genus vitæ eligunt & expetunt, ubi licet scortari, prædari, necare, qvos in publico nullius levitatis pudet, qvi ad extremum redactus est gradum temeritatis, tenuitatis, qvi animam venalem habet, qvi est expers omnis fidei, indignus honestorum hominum familiaritate & conversatione, multorum scelerum ignominia marcidus; ad cujus mentionem alii honesti exspuere debeant; ubi omnis spes emendationis sit frustranea & vana. *Hactenus de vocabulo Racha.*

Fatuus, de idolis. Qværam obiter simul, & breviter ex similibus locis, qvid sit Fatuus, Ein Narr/ubi in Syrioca lingva est ללא, lele, ubi iterum mater lingvarum omnium Hebræa auxiliatrices porriget manus.

Thema est אלה, a qvo derivant aliqvi אליל nihilum, nihil, nullius momenti, ut etiam fictitius & falsus Deus.

De visionibus proprii cerebri. Jerem. 14, 14. *Visionem falsitatis, & divinationem* & nihilum *vaticinantur.* Lutherus: Die Propheten weissagen falsch in meinem Nahmen/Ich hab sie nicht gesandt/und ihnen nichts befohlen/ und nichts mit ihnen geredet/

redet/ Sie predigen euch falsche Gesicht/Deutunge/Abgötterey/und ihres Hertzens Triegerey/h. e. qvi ex cordis sui phantasiis & imagine & judicio sibimet multa tribuente, veteres promissiones de regno Israelitico nunqvam perdendo inculcant,& Jeremiæ, aliorumq; prædictiones divinas pervertunt, & sic populum seducunt.

Job. 13, 4. *Vos estis* medici nihili, unnütze Aertzte/(qvi rem ipsam, cur Deus me Jobum afflixerit, non asseqvimini, ut ut vobis solis sapientissimi esse videamini.) *De imprudentibus.*

In Novo Testamento vox textus Græca sæpius recurrit. Matth. 5, 13. *Si sal* infatuatus *fuerit*, (Lutherus: Wenn das Saltz thumb wird/nimirum si vim acredinis & conservandi rem a putredine amiserit, tum, ut habet contextus, ad nihil valet ultra, e qvo possit aliqvi saliri) *mittatur foras & conculcetur pedibus.* *In Nov. Test. de sale exoleto.*

Matth. 7, 27. *Omnis, qvi audit verba hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qvi ædificavit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, cecidit, & fuit ruina illius magna.* Matth. 23, 17. *Stulti & cæci! Qvid enim majus est, aurum, an templum, qvod sanctificat aurum.* Et cap. 25, 3. *Fatuæ virgines exeunt qvidem obviam sponso cum lampadibus, sed obliviscuntur olei, & postea etiam tardante sponso dormitant & dormiunt omnes.* 1. Cor. 1, 20. *Infatuatur mundi sapientia per sapientiam Dei & crucifixo Christo, id qvod sapientibus mundi stultitia esse videbatur, qvod per crucem Christi homines salvandi essent.* *De imprudentibus ædificatoribus. De habentibus stulta judicia de rebus, & de incautis, ac improvidis. De hominibus spiritualia dijudicare non valentibus.*

Et ex hac qvoqve, qvamvis brevi inductione paucorum exemplorum, satis tamen patere puto, qvod μωρὸς seu fatuus sit, qvi recto, firmo & sano judicio destituitur, qvi negotiorum gravitatem suis speculationibus asseqvi neqvit, qvi veras rerum causas introspicere neqvit, ut ut qvidem putet, & glorietur, & videri velit, qvi prudentia sufficiente non pollet, eventum rerum non æstimat nec prospicit, ideoqve nec sibi nec aliis recte potest consulere vel cavere, & qvæ his possunt esse similia.

Præter hæc nomina in textu est ὀργίζεσθαι, *irasci*, qvod ita significat irasci, ut omnem ab altero posthac animum tuum benevolum avertas, alloqvio & familiaritate indignum statuas, promovere & juvare amplius nolis; qvin potius, ubi poteris, impedire & supprimere velis, sicut paterfamilias erga servum iniqvum *iratus* tradit eum tortoribus, usqve redderet totum, qvod debebat, Marc. 18. vers. 34. item, sicut Rex ingratis hospitibus ad nuptias venire recusantibus *iratus*, missis exercitibus perdidit illos, & urbem illorum incendit, Matth. 22. vers. 7. Luc. 14. vers. 21. item, sicut frater *indignabatur* fratri ex peregrinis locis reverso & converso, & *Irasci quid.*

conabatur patrem & alios ab ipso abalienare ex *ira*, Luc. 15, 28. seqq. sufficiant hæc pauca de hac re.

De genuina mente Christi in Racha, & Fatuo. Et his juxta primam regulam præmissis, jam juxta secundam regulam contextus est æstimandus, ut tandem veram Christi mentem, qva Patris sui cœlestis qvintum præceptum a nobis intelligi velit, gecilius contueri valeamus. Sensus igitur & scopus Salvatoris nostri est, ostendere, qvinam omnes contra qvintum præceptum ita graviter peccent, ut tum pro *manifestis*, tum pro clandestinis homicidis, aut certe qvam maxime pro *talibus* in suis gradibus adversus qvintum præceptum æqve prævaricantibus sint habendi.

1. Occidunt. *Primi* sunt homicidæ illi, qvi sive ipsi, sive per alios, sive manu violenta, sive veneno, sive modis illis interficiunt, qvi exponuntur Num. 35. a versu 16. & ultra, nimirum, lector, qvi privati privatos necant: Siqvidem, qvæ homicidia fiunt ex justa caussa, & publica auctoritate, juxta leges a Deo omnipotente promulgatas, illa hic non prohibentur.

2. Irascuntur. *Secundi* sunt ab his, qvi ira & odio sæviunt in alios. Ubi iterum, amice lector, nosti iras & odia cum privata, tum publica divinitus concessa esse: siqvidem τὸ irascimini concedit, sed τὸ nolite peccare addit Apostolus Ephes. 4, 26.

3. Qvi sint illi, qvi fratri suo dicunt, Racha. *Tertii* qvantam habeant messem suorum sodalium, vix satis cogitari potest, nimirũ, ubi privati privatos excipiunt hisce modis, ut eos innocentes qvantumvis tamen depingant aliis clam & palam pro levissimis, pro perditissimis, proscеleratissimis, pro hominibus aliorum alloqvio, auxilio, consilio indignissimis. Sæpenumero delicta qvædam juventutis contigerunt, qvæ multi adultioribus ita consveverunt refricare, & apud alios exaggerare, ut omnen eisdem apud alios favoris, benevolentiæ & promotionis spem intercipiant & intercludant.

Versatus fuit (exempli gratia) qvidam in annis pueritiæ inter Jesuitas, & eorundem tunc complacitas habuit sibi ceremonias. Eluctatus autem, & per Dei gratiam liberatus ex illis jam in religione ὀρθοδοξίαν defendit acerrime. Sed qvia forsan tandem applausum habet præ Collegis aliis suis, apud plebem clam palam reus agitur ἑτεροδιδασκαλίας, & peccatorum juventutis suæ, ut hac ratione in immensum ab omni honesta promotione impediatur.

David adulterium cum Bethsaba commiserat, homicidium erga Uriam exhibuerat, sed & a Deo per Prophetam Nathan remissionem consecutus fuerat, 2. Sam. 11. v. 2. 4 14. nihilominus vir sangvinum proptera audire cogitur a Simei, 2. Sam. 16, 7. 8.

San.

Sanctissimus vir Jobus a Deo affligitur absqve caussa, Jobi 1,3. sed tamen ea propter ab amicis divexatur disputatione acerrima, an sit afflictus a Deo propter impietatem & scelera, an vero propter aliam caussam, ut Deus tandem ipse arbiter disceptationem illam dirimere voluerit, id qvod a capite qvarta usq; ad finem libri Jobi prolixe commemoratur.

Psalm. 70. vers. 4. Objiciunt hostes Davidi, Euge, Euge, non aliter atqve sæpenumero concives civibus, amici adulterini amicis objiciunt similia congratulantes, licet ipsi, qvibus hæc objiciuntur, sint innocentissimi.

Luc. 13. optime expendendi sunt versus 1. 2. 3. 4. 5. in qvibus similia sunt opprobria: *Aderant qvidam ipso tempore, nunciantes illi de Galilæis, qvorum sangvinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens Jesus, dixit illis: Putatis, qvod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, qvia talia passi sunt? Non, dico vobis: Sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis: sicut illi decem & octo, supra qvos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis, qvia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines in Hierusalem? Non, dico vobis: Sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.* Nimirum hi, qvos calamitas illa exceperat, non fuerant illam promeriti singularibus qvibusdam peccatis, unde etiam a Christo excusantur, licet a communi vulgo his nominibus traducerentur.

Filio Dei in cruce hoc ipsum contigit, ut audire cogeretur: Si es Filius Dei, descende de cruce, Matth. 27, 40.

Act. 28, 4. Qvando vipera e calore prorepens invadit manum Pauli, hocq; vident Barbari, homicidam proclamant ipsum, qvem servatum e mari ultio ipsa vivere non sinat: qvi tamen excussa bestia in ignem, mali passus est nihil.

CHRISTUS norat per omniscientiam suam omnium hominum peccata, qvibus aliqvi sibi morbos attraxerant, & tamen patienter tolerabat & sanabat morbidos, nec privata antiqva crimina iisdem exprobrabat.

Hæc autem qvi faciunt, qvi nimirum vera & ficta delicta exaggerant in infinitum, illi nihil aliud faciunt, qvam qvod proximo suo dicunt, Racha, hoc est, qvod proximum apud alios clam & palam haberi volunt pro levissimo, sceleratissimo, & mille mortibus digno. *Citatur ab eruditis illud Chrysostomi:* Sunt aliqvi, qvi de omnibus male judicant. Dicunt enim, si qvis studet, & vacat humilitati, hypocrita est: Si recreationi, gulosus est: si patientiæ, timidus est; si justitiæ, impatiens est; si simplicitati, fatuus est: si prudentiæ, malitiosus est: si maturitati, melan- *Chrysostomus.*

cholicus est: si jucunditati, dissolutus est: si religioni, singularis est: si societati, secularis: si silentio & paci; simulator est, & sic in omnibus aliis. *Hactenus dictum Chrysostomo attributum.*

Etsi vero hæc sunt exempla tenuia, tamen ex illis lector intelligit, qvod Racha dicat fratri suo, qvi innocentem his vel similibus præsertim gravioribus modis offendit vel gravat.

An per Racha & qvomodo per Racha occidatur homo.

Qvando igitur hasce miser proximus pati cogitur & clam & palam detorsiones, depravationes, calumnias, tum simul & semel una cum illis conjuncta damna experiri necessum habet plurima in hunc modū, nimirū, qvando propter maledicta de se sparsa in contemtum venia, & contemtus, qvasi sit pessimus omnium conversatione indignus, deseritur ab amicis, desertus qvea vicinis & ab amicis, a notis & ab ignotis incipit egere, auxilio omni destitui, adeo, ut tandem deficere incipiant ea, unde domi se & suos alere debebat. Hinc qvam maxime afficitur curis & ægritudinibus adeo, ut propter tristitias, & valetudinem imminui & vitam suam periclitari animadvertat. Nec dubium est his modis multorum vitam abbreviari. In tantas sæpenumero per talia linqvarum flagella, ut appellantur Jobi 5 redigitur proximus angustias, ut omnes ipsius vires animi & corporis deficiant, ut ipsum fugiant, qvi antea ejus servitia pro precio solebant postulare, nunc vero fugiunt, abominantur? unde igitur tandem cum suis vivet?

4. Qvi sunt illi, qvi fratri suo dicunt, Fatue.

Qvarti deniqve sunt, qvi exagitant alios, qvod aut defectibus naturalibus laborent, ut cœcitate, surditate, linqvæ difficultate, aut in sua nativitate non consecuti sunt talia, qvæ aliis placent, sicut exempli crassi gratia longitudinem & crassitiem & parvitatem modo, modo crines albos & nigros (qvos tamen nemo sibi facere potest, Matth. 5. 36. sicut etiam solus DEUS facit cœcos & mutos Exod. 4, 11.) proximo objiciunt, male interpretantur, & istos aliis odiosos faciunt, ut & hi qvoq; instar fungorum, imprudentum, imperitorum aliis sordescere incipiant.

Musca in toto corpore formosissimo ad nihil nisi ad pustulam forsan obortam, aut ad vulnus volat, & sus in horto, prætermissis svavissimis floribus, ad aliqvod juxta sepimenta sepositum stercus festinat: Ita plerumqve tales qvoqve homines in proximo magna DEI dona prætereunt, & si qvod naturale vitium animadvertunt, corporis vel animi, in eo exagitando sunt toti plenis remis & velis. Similem malitiæ operam exercent isti exagitatores in deridendis iis, qvi provectiore ætate facti, pristinis laboribus pari solertia non amplius sufficiunt, qvemadmodum notissimum est, qva ratione utriusqve sexus senium excipi soleat, qvi aliis suos parentes aut majores exprobrant. Gravia hæc sunt peccata, Prov. 17, 5. *qvi subsannat pau-*

pauperem, probis afficit factorem ejus. Hæc sententia sacra ad alia similia cuncta applicetur: qvi subsannat mutum, probris afficit factorem ejus; qvi subsannat pumilionem, probris afficit factorem ejus &c. 2. Reg. 2. calium Prophetam vocant pueri, &c. &c. &c.

Cæterum ejusmodi probra non tantum fiunt una STULTI voce pronunciata, sed pluribus verbis, sive pronunciatis, sive scriptis, sive pictis, & piæ menti itidem dolorem, ægritudinem & tristitiam magnam pariunt, præsertim si divulgata contumeliam apud plures erga pium hominem, & alia gignant, ut ab ejus colloqviis, congressibus, amicitia abhorrere paulatim incipiant alii. Sic fabri fabris. exempli gratia, maximopere, & alii aliis nocere qvam plurimum valent, ut ipsi soli habeant, unde ditescant, reliqvis prærepta omni bonorum hominum conversatione, promotione, ut non amplius sufficientia habere qveant adminicula pro sustentatione sua & suorum.

Non tam in voce qvam in RE IPSA stultitia objicitur fratri.

An & qvomodo per FATUI nomen & rem objectam fiant homicidia.

In profundam igitur demersi tristitiam per malitiam ejusmodi plurimi hominum pauperum anguntur & dolent, ita, ut valetudinis & vitæ qvoqve non levia pericula metuere habeant. Nec dubium est, passim locorum qvam plurimos tantis tristitiis ante justum terminum mortem sibi accelerare: siqvidem non omnes calamitatis istius genera satis fortiter tolerare qveunt, immo vicissim erga iniqvos istos exardescunt, adeoqve ira pariter, tristitiisq; qvandoq; conficiuntur pariter. Nota sunt enim oracula sacra de tristitia, & huc etiam potest accommodari illud 2. Cor. 7, 10. *Seculi tristitia mortē operatur.* Prov. 17, 22. *Spiritus tristis exiccat ossa.* Colligat huc benevolus lector magnam farraginem sacrorum.

His igitur omnibus qvatuor modis malitiosus aliqvis homicidia potest committere, aliqva citius, aliqva vero sensim, sicut venena alia sunt lentiora aliis. Et hinc apparet, qvantam multitudinem vitiorum Christus hac sua qvinti præcepti illustratione & expositione pleniore taxare voluerit, & qvænam fugere singulos deceat.

Qam jucunda esset futura vitæ civilis consvetudo mutua, si ad illam CHRISTI DOMINI nostri normā exigeretur, econtra qvam duram vitam vivere coguntur plurimi ob agmina ejusmodi evagitantium, & qvantas iccirco Deus concipit iras, adeo, ut nemo amplius mirari habeat, unde sint communes calamitates & cur tam diu qvandoq; continuentur.

Gen. 4, 11, 12. Deus propter homicidium Caini maledixit terræ, ne Caino ultra det fructum suum, 2. Samuel. 21. propter Saulem, & propter familiam Saulis sangvinariam, qvod interfecisset Gibeonitas, triennalis fames, seu, ut vocari vulgo solet, annonæ caritas divinitus immittitur.

Qvid mirum? si hodie anni plures sunt macri, qvam pingves, apud ple-

rosqve omnes durantib9 istis homicidiis mutuis, internis licet, tamen gravissimis, ut de aliis magnis peccatis communibus nihil dicam.

Communes enim calamitates propter communia plerumq; omnium peccata, infligi divinit9, sacræ literæ nos edocent, & nunc dicendi de iis locus non est.

Homicidia externa citra exceptionem puniri vult Deus.

Notatu autem dignissimum est, qvod viis & homicidiis istis corrigendis & puniendis Christ9 modum præscribit. Et *primo* qvidem homicidia facta manu, ut nos loqvimur, gladio vindicari debent, ita, ut meminerim9, Deum non concedere ullo modo, ut pro effuso sangvine accipiant Judices pecuniam, qvæ gravissima tonitrua audiuntur & leguntur, Num. 35. alioqvin rea fit sangvinis effusi tota aliqva dom9, platea, urbs, provincia, juxta tenorem illorum, qvæ habentur Deut. 21. a v. 1. usqve ad v. 10. Et si Deus Deut. 21, 5. 6. 7. tantum rigorē voluit observari, ubi cœdis autor fuit ignot9: qvid non reqviret a judicibus tunc, cum cædis autor non est ignotus? Omnino, nisi singuli privati detestabuntur saltem verbis & precibus publicā conniventiam, tandem communibus incendiis & bellis implicari sese videbunt, sicut propter homicidium Saulis tota turba omnium subditorum famem seu annonæ caritatem triennalem pati cogebatur.

Deinde odium expresse vocat homicidium Apostolus 1. Joh. 3, 19. *Qvisqvis odit fratrem, homicida est, & vitā æternam in se manentem non habet.* Talem igitur hominem, qvi privatis & clandestinis odiis nocet famæ, valetudini, œconomiæ & vitæ proximi, Christus jubet vocari ad κρίσιν, ad judicium. Κρίσις innuitur illa, qvæ describtur in Deut. 17. a v. 1. usq; ad v. 8. qvæ erat in singulis civitatibus instituta, juxta monitiones Domini, Deut. 1, 17. & 17, 18 Exod. 23, 8. Levit. 19, 15. Ibi ergo tales perversi aut corrigi aut arbitraria aliqva pœna affici debebant.

Tertio, qvod attinet ad flagella lingvæ per Racham, ea jubet deferri ad συνέδριον, ad magnum Concilium, qvod describitur Deut. 17. a v. 8. usq; ad 14. Accipe, lector, Concordantias Græcas, & qvære ac confer inter se loca de utroq; Græco vocabulo κρίσις & συνέδριον, & istam jam indigitatam differentiam animadvertes Joh. 11, 47. Act. 4, 15. & 5. 21. 27. 34 41. Lutherus etiam reddit, den Rath/ majus videlicet judicium, seu publicum, majorem consessum. Si hoc Christi præceptū contuleris cum hodiernis morib9 Ecclesiarum nostrarum, demirari satis non habebis, cum odia, cum flagella lingvarum hactenus exposita ubiq; locorum impune grassentur: olim v. non item.

Deniq; qvod attinet ad illos, qvi fatuum vocant proximum, juxta rationem indigitatam exagitatis naturalib9 defectib9, qvi sunt a Deo, & qvorū numer9 est magn9, & delicta aut non ita innotescunt, aut non æqve exaggerantur, illos igni gehennæ, seu judicio Deo committendos censet, qvemmodum

modum Apoſtolus ad Hebræos c.13, 4. *Scortatores & adulteros* (qvi & ipſi raro innoteſcunt) *a Deo judicandos ſcribit.* Cum autem priorum trium delictorum, nimirum, homicidiorum, odiorum, & petulantium Racharum pœnæ ab hominibus negligantur, iccirco nemo dubitet, propter illam cauſam ſæpenumero plagas generales graſſari inter nos. *Si enim nos ipſos judicaremus, non judicaremur a Domino*, qvemadmodum loqvitur Apoſtolus 1. Cor.11,31. de communibus morbis & peſtibus Corinthi ſævientibus ob profanationem Cœnæ Dominicæ ibidem indigitatam. Et hactenus de illis.

ORACULUM CXXX.
SACRUM.

Matth.6,31.32.

Textus ſacer Græcus:

Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες, τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα;

Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ.

Verſio Latina vulgata:

Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Qvid manducabimus? aut qvid bibemus? aut qvo operiemur?

Hæc enim omnia gentes inqvirunt.

Verſio Germanica B. Lutheri:

Darumb ſolt ihr nicht ſorgen und ſagen: Was werden wir eſſen? Was werden wir trincken? Womit werden wir uns kleiden?

Nach ſolchen allen trachten die Heyden.

AD Dominicam decimam qvintam Trinitatis proponitur conſolatio pariter & admonitio Chriſti de pane qvotidiano petendo & expectando, ex ſola providentia & benedictione DOMINI: Nolite ſoliciti eſſe, qvid manducetis, qvid induamini? &c. Hujus oraculi divini genuina mens itidem ex contextuum æſtimatione qvam optime effluit. Litera enim ipſa nuda & ſola & unica in conſiderationem ducta iſtius verbi, Ne ſitis ſoliciti in craſtinum, nondum præbet plenum ſenſum iſtius concionis Chriſti.

1. Non prohibetur cura in biduum & bienniũ.

I. Non enim prohibet Chriſtus curam vel pro biduo, ver pro duobus aut pluribus annis: ſiqvidem hac ratione introduceretur ſecuritas, otium, ſtudium crapulæ, & ſimilium vitiorum, & Chriſtus contradiceret Patri, & ſibi ipſi.

Joseph *Spiritu Dei* exornatus prospiciebat toti regno in annos qvam plurimos, Gen. 41,47. *Si qvis domesticis non providet, fidem abnegavit, & infideli est deterior*, inqvit Apostolus ex instinctu Sancti Spiritus 1. Timoth. 5,8. Qvid qvod Exod. 16,22. & seqq. *sexto die Manna divinitus dabatur, & ab Israelitis colligebatur in BIDUUM.* Et Levit. 25,20.21.22. Deus qviescere terram jubet anno septimo, & iccirco sexto anno dat fructum *pro tribus annis*, Deut. 14,28. & 26,12.

Amos 4,4. fit mentio decimarum, qvæ tribus annis colliguntur & *tertio* proferuntur in usum Levitarum, peregrinorum, viduarum, siqvidem pauperibus etiam est communicandum; qvæ eleemosynæ & liberalitas passim toto Vetere & Novo Instrumento graviter mandatur, cum annexis largissimis remunerationum promissionibus.

Ministerio cupit etiam Christus prospici, Matth. 10, 10. *Dignus est enim operarius mercede sua*; & in V. T. multis modis qvam lautissime nutriri jussit Sacerdotes & Levitas, per decimas, per sacrificia, per primogenitorum redemtiones, & per accidentia alia qvam plurima. Ut igitur hæc & alia Deo & Sacerdotibus persolvere suo tempore possent singuli pii, omnino in biduum, in bienniū & triennium & ultra soliciti esse & comparcere debuerunt.

Pigrum Spiritus Sanctus per Salomonem Prov. 5,6. jubet *abire ad formicam, qvæ in æstate colligit pro usu* hyemis, id qvod etiam alia animalia multa faciunt, immo ideo facit hominibus & brutis æstatem, ut in eadem omnia colligant pro hyeme necessaria, sicut Gen. 7,2. jubebat Noachum omnia alimenta *in annum unum* reponere intra arcam.

Marsupium in qvo Christi discipuli colligunt.

Christus pro se & pro discipulis *in marsupio* colligit, cujus curam commiserat Judæ, Joh. 12, 6. & 13, 29.

Pro Magistratibus etiam ipsamet Christus & Apostoli colligere jubent, qvando Christus jubet *dare Cæsari, qvæ sunt Cæsaris*, Matth. 22,21. qvando Apostolus Rom. 13,7. *dare tributum & vectigal.* Ergo omnino & Deus in Veteri Testamento, & Dominus noster Jesus Christus in Novo Testamento a cunctis hominibus reqvirit solicitudinem pro parando victu & amictu in tempus etiam longius.

II. Deinde cum hæc per omnia ita & non aliter sese habeant, circumspiciendum erit ex pluribus contextibus antiqvis & recentibus, de genuina mente Christi, qvam deprehendes, Lector, non nisi in modo, secundum qvem SOLICITUDO illa institui debet.

Et ut sine ambagibus rem ipsam exponam, cum mente oraculi Christi, *Ne sitis soliciti*, qvam proxime conspirat Psalmi 127,1.2. sententia: *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant, qvi ædificant eam; nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qvi custodit eam.*

Do-

Domum ædificare debet Deus, & homo pariter; civitatem custodire debet Deus, & homo pariter · juxta claram litteram Psalmi. Sæpe ædificat homo sine Deo, sæpe custodit homo sine Deo, & tunc in vanum ædificat & custodit homo. Si vis ædificare & custodire cum fructu & emolumento, ante omnia credas, opus esse nutu & auxilio divino, ante omnia igitur qværas nutum & auxilium divinum; & omnia prospere evenient.

Similiter, solicite cogitare debet de crastino, sed in Domino, hoc est, pro suo victu & amictu prospicere debet Deus, & tamen qvoqve sæpe prospicit & solicite cogitat homo, sine Deo, & tunc in vanum prospicit & in vanum solicite cogitat. Si vis homo solicite cogitare de victu & amictu, cum fructu & emolumento, ante omnia credas, opus esse favore Dei, ante omnia igitur qværas favorem Dei.

Ita fac, lector benevole, applicationem, *nisi Dominus dederet illi, qvi domesticis vult provideri suis, frustra ille ipse providebit; nisi Dominus dederit, non habebit homo, unde det vectigal, tributum, decimas, eleemosynas, victum pro hyeme.* Oculi igitur omnium in omni labore, & in omni solicitudine ante omnia & semper debent sperare in Domino, & tunc *aperiet manum suam & implebit omne animal benedictione.* Psal. 145, 16.

Sitis soliciti, dicentes, qvid manducabimus? sed sitis de hoc soliciti cum Domino, & in Domino, & ita oculus tuus faciat opus suum, sed & simul ante omnia & cumprimis speret in Domino.

Ita autem vult in se sperari 1. ut agnoscamus, nihil omnium in cœlis & terris ad nostram necessitatem pertinentium existere posse, nisi ex ipsa manu, operatione, benedictione & voluntate Domini; & 2. ut postqvam hoc agnovimus, tunc indesinenter ab ipso panem qvotidianum postulemus, ut nobis tantam det particulam, qvantam ipsius providentia nobis destinavit, nihil ei pro divitiis præscribentes, sed omnem eventum Deo committentes, memores illius Proverb. 22, 2. *Dives & pauper obviaverunt sibi, utriusq; operator est Dominus;* memores item illius, qvod, qvi dedit vitam, is etiam unicuiq; ad mortem usq; daturus sit alimentum, nim[illegible] [illegible]lem portiunculam, qvalem constituit in suo decreto.

Qvod autem in solicitudine pro victu Deus velit ante omnia hoc considerari, qvod non nisi ab ipsomet omnia ad victum necessaria sint speranda, & petenda, id Christus in contextu explicat & deducit, & qvidem qvatuor argumentis illud probat, qvod Deus possit hoc facere, & qvod velit.

1. Ex anima, seu ex vita, & ex corpore, ex tam variis, pulcris, utilibus, internis & externis membris corporis; qvæ ambo norunt Christiani, non nisi principaliter a Deo, organice tantum a parentibus provenire. 1. *Nonne anima plus est qvam esca.*

Multi parentes steriles sunt, qvi tamen, qvoad Physicam consideratio-

nem, satis essent apti; multi præter suam voluntatem liberos generant multos, qvia Deus in illis nullam vult sobolem creare, in his vero tanqvam organis copiosam creare suis de caussis ipse gestit. Ipsimet parentes ignorant ipsam multitudinem ossium, venarum, nervorum &c: qvia non ipsi, sed Deus omnia fecit, sicut ergo Deus principaliter omnia facit in anima, & corpore hominis, ita omnia potest operari in illis, qvæ pertinent ad victum sed convictum hominis.

Ita non tua cura sola, Dei ante omnia auxilium in victu reqviritur, sicut non parentes soli, sed cumprimis Deus, deinde parentes hominem producunt. Huc etiam illud Jobi 10,8,9,10,11,12. *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum per circuitum, & sic repente præcipitas me? Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum coagulasti, pelle & carnibus vestiisti me, ossibus & carnibus compegisti me, vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.*

Hæc longissime sunt deducenda, qvæ committo lectori. Naturam gignendi creaturis inditam non nego, interim propter tam clara testimonia divina nemo negare potest, in opere generationis naturam principaliter & singulariter dirigi juvariqve a Dei omnipotentia. Deus enim est essentiator, qvi creat essentias, præsertim vivas. Hinc recte pientissima fœmina 2. Maccab 7,22.23. & pientissime ita alloqvitur suos filios: *Qvalis fuerit ortus in utero meo vester, ego nescio, neq; Spiritum vobis & vitam dedi, neq; elementa, qvibus unusqvisq; vestrum constat, concinnavi. At vero mundi creator ille, qvi hominem in ipsius origine formavit, generationemq; omnium invenit &c.* 1. Cor. 15,37. *Deus unicuiq; grano dat corpus, qvale vult ipse; non omnis caro est eadem caro &c.* Si ergo parentibus magnam partem ignaris Deus produxit filium in utero; multo magis filio potest & valet dare alimentum, si Deum in sua functione petierit.

Pia mater nescit, qvomodo geniti in ipsa fuerint filii, 2. Maccab. 7,22.25.

2. Respicite volatilia cæli.

2. Ex animalibus. Posset enim aliqvis ita argumentari. Si cani in domo abunde dat etiam ad edendum Dominus, multo magis filio suo ad edendum sufficienter porrigere poterit. Si ergo per totum orbem terrarum in hyeme, verbi caussa, passeribus irrationalibus, hinc inde vagantibus & famen sedare molientibus, qvibus omnes rimæ horreorum & ædium obdurantur, tamen Dominus & creator sufficientem præstat victum, multo magis agnoscendus est, qvod hominibus ad sui imaginem conditis, etiam qvotannis tantum frumenti creare ex terra possit & velit, qvantum cunctis & singulis sufficit, modo hoc agnoscant & petant.

Nullus enim Monarcharum, qvemadmodum supra dixi, valeret sui regni omnibus reditibus alere solas in aliqva specie copiosas volucres per totum orbem terrarum. Jam per species de alimentis omni animalium generi

neri

neri divinitus ordinatis multa poterant dici, sed nimia oritura esset prolixitas.

3. Ex statura, qvam ipse singulariter & principaliter cunctis creaturis, & ita qvoqve cunctis & singulis hominibus dat peculiarem, etsi caussas Physicas simul adjuvat, qvas multoties tamen inhibere potest. Nemo potest apponere ad staturam suam cubitum unum. Matth. 5,36: *Non potest unum capillum nigrū aut album facere.* Ut ut voracissimus fuerit, & longævior ansere passer, tamen nunqvam anseris magnitudinem asseqvetur. Ut ut macri voracissimi fuerint, tamen aqvaliculi nunqvam evadent. Ex pumilione nunqvam fiet gigas. Deus format singulorum hominum staturas, ita singulorum hominum τραχείας arterias, unde sunt diversi soni, ut grandissimus sæpe subtilem cantillet discantum; admodum parvus sæpenumero profundissimum demurmuret Bassum. Et ita Deus in hac re omnia moderatur, ut vix unqvam aut rarissime sis aditurus duos, qvi vocem prorsus eandem per omnia & in omnibus modis habent, sicut nec eandem scripturam, nec eandem facierum formam. Adeo Deus tracheæ, manibusq; singulorum vires singulares admetitur, ut propterea opera varient.

5 Qvis poterit adjicere ad staturam suam cubitum unum.

Si igitur staturam ita singulariter curat, qvanto magis vitam ejus, cui dat staturam talem vel talem.

4. Ex floribus. In uno & eodem agro tamen sunt diversissimi flores, qvalitatibus præditi prorsus contrariis, qvas Deus singulis singulariter inserit, & insuper tanta ornat pulcritudine, ut eandem nullus asseqvi valeat pictorum peritissimus pictor. Singulis igitur illis creaturis suas vires & singulares bonitates suas indit omnipotens Deus, de qvibus magni libri compleri possent. Qvisnam igitur vel minimum dubium concipiet, qvasi Deus non possit aut velit hominibus longe præstantioribus creaturis ea omnia luculenter procreare, qvæ pertinent ad corporum temporalem sustentationem, cum & in volucribus alendis, & in staturis hominum variandis, & in virtutibus florum ingenerandis tantam providentiam adhibeat?

4. Considerate lilia agri.

Hoc est, qvod Christus infert: *Si herbam agri vel fœnum agri, qvod bodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, qvanto magis vos, o homines modicæ fidei.* Ergo cumprimis reqviritur hæc firma fides ab omnib9, si Deus dat animam, multo magis dare potest & volet necessaria vitæ; si canes alit, multo magis hominem alet. Si Deus solus dat staturam, etiam solus dabit necessaria ad staturam hominis conservandam: si florib9 talem præstat bonitatem, multo magis hoc faciet homini b9, interim tamen tu sudes, tu corpus tuum laborib9 exerceas, usq; ad afflictionem, & vel ad incommoditatem suam, sicut κακὸν etiam significat corporis incommoditatem Act. 28,6. & κακόειν est calamitatibus premere, Act. 7,6.20. & alibi sæpius. Et κακῶς ἔχοντες qvi a qvibuscunq; morbis male sunt affecti, Matth. 8,16. Marc. 1,34.

Columella sub initium operis rustici reqvirit in bono agricola, tria 1.τὸ scire, 2.τὸ velle, 3. τὸ posse. Nihil enim refert scire, nisi velis & possis: nihil velle, nisi scias & possis: nihil posse, nisi scias & velis.

Jam igitur, qvia Deus potest & vult alimoniam corporibus procurare, adhuc restat, an sciat, qvibus indigeamus. Sic ergo Christus: *Novit pater cœlestis. qvod indigeatis his omnibus.* Etsi vero novit, tamen vult a nobis agnosci & invocari.

Ergo si hoc ordine jam indigitato in rei œconomicæ cultura *solicitudinem* adhibueris, nihil qvicqvam omnino, benevole lector, peccabis. Hæc enim omnia sunt prophetica, sunt Apostolica, nosse, qvod inter labores non nisi a Domino omnia necessaria sint petenda & expectanda. Christiana piaq; hæc sunt, non gentilia, sicut dicit, & taxat Christus: *Hæc enim omnia gentes reqvirunt.* Nimirum Ethnici ignorant illa, de qvibus hactenus fuit dictum, & existimant, extra Dei providentiam, temporalium rerum affluentiam sperandam vel ex benignis cœli & stellarum positionibus, vel ex terræ bonitate, vel ex agricolarum diligentiis, vel ex aliis modis politicis. Contra hos modos hucusq; indicatos peccant, 1. qvi in has propositiones erumpunt: Ne obolum mihi reliqverunt pro hæreditate parentes mei: Ergo neq; ego tantillum providebo, qvod habituri sint liberi mei post mortem meam. Hæc propositio adversatur toti Sanctæ Scripturæ, & rejicit illam conditionem, qvod homo debeat orare & laborare. 2. Qvi extra Dei & benedictionis ipsius considerationem tantummodo politicis modis divitias conqvirere satagunt.

Hoc modo Ethnici solent esse soliciti, qvid manducent.

Porro considerentur paucis modi vere ethnici. Hæc enim est ethnica cura, qvæ torqvet pauperem civem; singulis diebus lucror ad minimum unum grossum argenteum, ergo per annum 17. florenos. Pro his 17. florenis emi debet pro me & pro uxore victus, cibus & potus, amictus, item dandum ἐνοίκιον, tributum & vectigal. Anne singulis diebus habebis, qvod labores & lucreris? & etiamsi labores & lucreris, anne ita illa tibi lucella sufficient? unde in morbo alimentum accipies, præsertim diuturno, & qvid si anni varient, nec semper proveniant cuncta tam largiter.

Hæc qvoqve ethnica cura Mosen vexabat Num. 11. v. 13. *Unde mihi carnes, ut dem tanta multitudini, flent coram me dicentes: Da nobis carnes, ut comedamus?* Et paulo post versu 21. & seqq. *Et ait Moses ad Dominum: Sexcenta millia peditum bujus populi sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? Nunqvid ovium & boum multitudo cadetur, ut possit sufficere ad cibum; vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satiem?*

Hæc vexabat cura ministrum viri cujusdam Dei, 2. Reg. 4, 42. *Vir qvidam venit de Baal Salisa deferens viro Dei panes primitiarum & viginti panis*

nes hordeaceos & frumentum novum in pera sua, At ille dixit: Da populo, ut comedat: Respondit q; ei minister ejus, Qvantum hoc, ut apponam coram centum viris?

Hæc Ethnica cura vexabat perfectum, 2.Reg.7,2. tempore obsidionis & magnæ famis, ubi dixit Elisæus: *Audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit, & duo modii hordei statere uno in porta Samariæ. Et respondit unus de Ducibus, super cujus manum Rex incumbebat, homini Dei, & ait: Si Dominus etiam fecerit cataractas* (fenestras) *in cœlo, nunqvid poterit esse, qvod loqveris?*

Hæc cura Ethnica vexabat Luc.12,16. hominem divitem, cui uberes fructus ager attulit: *Et cogitabat intra se, dicens: Qvid faciam, qvia non habeo, qvo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia, qvæ nota sunt mihi, & bona mea, Et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, reqviesce, comede, bibe, oblectare.* Huc illud Philippi Joh.6,7. *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusqvisq; modicum qvid accipiat.*

Anima, habes multa bona posita in plurimos annos.

Talia igitur solent expendere Ethnici, *nimirum*, uxorem unam habes, liberos habes qvaternos, exiguam aut nullam œconomiam, mox morieris, relinqves viduam & orphanos, singulis diebus opus erunt eis ad minimum grossi qvinqve, in annum unum floreni octuaginta qvinqve, at vix servitiis suis dimidiam partem pecuniæ illius merebuntur, unde igitur sustentabuntur? *Item*, Non puto unqvam, qvod mundus tam fuerit plenus atqve nunc est; *præterea*, natura cœli & soli hactenus post diluvium in immensum decrevit, impossibile igitur est, ut annonæ sic dicta caritas unqvam imminuatur, præsertim cum homines nunc longe sint plures, atq; olim.

Ergo, *Cogitat dives, qvatuor habens filios*, singulis relinqves ter mille florenos, qvos repones in usuram, ut inde perpetuos census habere qveant. Hoc autem ut facere qveam, plures pro singulis emam agros, plures domos, & qvia in Scholis Catonianorum dogmatum scribitur: *Semper imaginare tibi aliqvid deesse*, iccirco, sicut in primo libro Officiorum Ciceronis, *Si jusjurandum violandum est, imperii caussa violandum est*, per fas, & per nefas colliges qvascunq; divitias. Item, Mortuo viro videmus amicos & cognatos deserere viduam & orphanos cognatos: Si igitur stabilem thesaurum habuerint, tunc vere felices & beati erunt.

Verum enimvero hoc est esse *divitem non in Deo*, Luc.12,21. hoc est *μετεωρίζεσθαι* Luc.12,29. hoc est, *animi pendere*, humanis anxiis speculationibus acqvirere velle domos & familias. Hæc enim anxia, meticulosa, dubia cura similis est meteoris in aere, meteora cœli modo conspicua apparent, modo prorsus evanescunt, ut tandem in re domestica etiam eveniat, qvod dicitur

Non debemus μετεωρίζεσθαι in cura esse pro victu, Luc. 12,29. & qvid hoc sit.

 Eccles.

Eccles. cap. 10, 7. *Vidi servos in eqvis & principes ambulantes super terram qvasi servos.* Hoc etiam est μεριμνᾷν, in eodem Luca, id est, animum curis qvasi in particulas secare & scindere, & nimium torqvere.

Qvod hæc sit significatio vocis τοῦ μεριμνᾷν, patet ex illo Matth. 10, 19. *Cum tradent vos, nolite cogitare, qvid aut qvomodo loqvamini? Dabitur enim vobis in illa hora, qvid loqvamini. Non enim vos estis, qvi loqvimini, sed Spiritus Patris vestri, qvi loqvitur in vobis.* Ecce qvando rapiendi erant idiotæ discipuli ad sapientissimos censores, adeoq; summopere metuere habebant, num responsiones dare possent commodas, ibi dicit Christus, *nolite suspensis & dubitantibus animis anxie soliciteq; cogitare, Spiritus Sanctus vobis suggeret, qvod loqvendum erit.* Ita nec pios pro terrenis alimoniis vult esse suspensis, dubitantibus & anxiis animis, sed vult, ut corpus macerent qvotidiano demenso laborum, Deumq; pro eventu & pane rogent, & iis, qvæ donabuntur, contenti vivant, ipse etiam certo daturus est necessaria.

Luc. 10, 41. *Martha, Martha; solicita es & turbaris erga plurima,* Nimirum, ut habent præcedentia, *Martha satagebat circa freqvens ministerium, & dicebat Christo: Domine, nonne tibi cura est, qvod soror mea reliqvit me solam ministrare, dic ergo illi, ut me adjuvet?* Ecce iterum dicitur μεριμνᾷν qvæ curis anxiis ita varie est districta, ut vis omnibus negotiis sufficere qveat. Appositissime autem Christus divitias comparavit cum spinis, Matth. 13. v. 22. qvibus anima pungitur, & plurimis liberis cesserunt opulentiæ in extremam perniciem, nisi in Domino fiant curæ, & in Domino colligantur opes.

His igitur præmissis jam facile est, explicare verba Christi: *Ne soliciti sitis animæ vestræ* (nimirum ad eum modum, qvo gentes, nescientes Deum curare res humanas, omnia inqvirunt extra Dei benedictionem, suis politicis artibus) *qvid manducetis? neq; corpori vestro, qvid induamini? Nolite ergo soliciti esse* (sicut Ethnici vel gentes suis curis & suis artibus volunt pro suis colligere thesauros extra Dei benedictionem, qvam ignorant) *dicentes. Qvid manducabimus, aut qvid bibemus, aut qvo operiemur? Hæc enim omnia* (proprie solius unicæ solicitudinis humanæ artificia extra Dei benedictionem consideratam & imploratam) *Gentes inqvirunt.* Vos ergo, qvia scitis Deum Patrem alere pecora, & nosse qvibus vos homines indigeatis? *Qværite primum regnum Dei & justiam ejus* (in pietate & præcibus pro victu & amictu) *& hæc omnia adjicientur vobis. Nolite ergo soliciti esse* (vel) *in* (unum) *crastinum:* (more ethnico) *crastinus enim dies* (post qvæsitum regnum Dei) *solicitus erit* (per Dei gratiam) *sibi ipsi. Sufficit enim cuiq; diei sua malitia* (sua calamitas, & laborum solicitudo unicuiqve imposita cum difficultate post lapsum, Gen. 3, 10. Et hæc est genuina mens hujus qvoqve loci.

ORACULUM CXXXI.
SACRUM.

Psal. 7. v. 10.

Textus Hebræus ſacer, cum interlineari Benedicti
Ariæ Montani:

DEUS renes & corda Probans
וּבֹחֵן לִבּוֹת וּכְלָיוֹת אֱלֹהִים׃

Verſio Græca LXX. ſic dicta interpretum:

ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρὼς ὁ Θεός.

Verſio vulgata Latina:

Scrutans corda & renes DEUS.

Verſio Germanica B. Lutheri:

Du gerechter Gott prüffest Hertzen und Nieren.

SÆpe ſacra Scriptura attribuit DEO epitheton iſtud, qvod probet vel ſcrutetur corda & renes.

Ne autem aliqvis putet ſe in nomine decipi, is ſciat, qvod אֶשֶׁךְ ſignificet ſcrotum, in qvo ſunt teſtibuli. Lev. 21, 20. & 22, 24. At de iſto vocabulo in locis Scripturarum, qvæ allegabuntur, nulla eſt mentio τῦ אֶשֶׁךְ verum vocabuli alterius, cujus thema eſt כלה.

Videantur autem de hoc vocabulo a themate כלה ut certior ſit lector qvoad rem nomine iſto expoſitam, loca aliqva Scripturarum juxta manuductionem Concordantiarum Hebræarum.

Duo interdum nominantur renes: interdum ſimpliciter nominantur ipſi in his ſeqventibus locis, Exod. 29, 13. 22. Levit. 3. 4, 10. 15. & 4, 9. & 7, 4. & 8, 16. 25. & 9, 10. 19. in qvibus locis Renes una cum paucis aliis jubentur *offerri ſuper altare, oblatio ignita Jehovæ, in odorem qvietis Jehovæ*, etiam cum reliqvæ carnes, (ut in holocauſtis fieri debet) non comburuntur ſuper altari. Jubentur, *inqvam*, Deo accendi renes cum aliis paucis, *nimirum*, cum ſangvine, in qvo dicit Deus animam, immo ipſum ſangvinem animam eſſe, Lev. 17. &c: ideoqve ſuper altari ſemper offerendum cum adipe, operiente inteſtina, & reticulo, qvod eſt ſuper jecur, cum adipe ſuper renes, Item cum cauda, & cum armo dextro.

Deut.

Deut. 32. 14. habetur etiam mentio renum hoc modo: *Cum adipe renum tritici*, qvod exponit Avenarius, cum adipe delicatissimo. *Pagninus* vertit in hunc modum: *Cum adipe granorum tritici.* Benedictus Arias Montanus utramq; redditionem annotat; *cum adipe renum*, (granorum) *tritici.*

Cur autem pro adipe delicatissimo converterit Avenarius, ratio ex contextu liqvet, qvia ibi describitur terræ Chanaan summa pingvedo his verbis, Deut. 32. v. 12. 13. 14. 15. *Jehovah solus deduxit illum* (Israelem,) *& non fuit cum eo Deus alienigena. Imposuit eum super excelsa terræ, & comedit fructus agri, & fecit, ut sugeret mel de petra, & oleum de silice petræ. Butyrum bovis, & lac ovis, cum adipe agnorum, & arietes filios Basan, & hircos cum adipe renum tritici, & sanguinem uvæ bibisti merum, & impinguatus est Israel.*

Lutherus:

Der HErr allein leitet ihn/ und war kein frembder Gott mit ihm. Er ließ ihm hoch herfahren auff Erden/ und nehret ihn mit den Früchten des Feldes/ und ließ ihn Honig saugen aus den Felsen/ und Oel aus den harten Steinen. Butter von den Kühen/ und Milch von den Schaafen/ sampt Fetteu von den Lämmern/ und feiste Wider und Böcke mit fetten Nieren und Weitzen/ und träncket ihn mit gutem Traubenblut.

Extat etiam Iob. 16, 13. & 19. 27,

Jam vero propius ad rem propositam. Ps. 7, 10. *Scrutans corda & renes Deus.* Altera vox Hebræa nihil habet obscuritatis, *Probare*, a themate בָּחַן significat videre, introspicere, nosse, examinare.

Thema unde Renes dirivantur כלה *emphasis.*

Thema, unde derivantur in Hebræo renes, est כלה, qvod habet significationem consummandi & consumendi, & claudendi & finiendi, item sperandi, expectandi, expetendi, desiderandi.

Psal. 84. 2. 3. *Qvam dilecta* (amabilia) *tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit* (*a* כלה) *anima mea ad atria Domini.* Lutherus: Meine Seele verlanget und sehnet sich nach deinen Vorhöffen/ etc. Ubi Osiander, præ magno desiderio qvodammodo deficit anima mea, tanto desiderio teneor conveniendi ad ea loca, ubi docetur Evangelium Christi, ut propemodum ea cupiditas me totum consumat, *Cor meum, & caro mea exultaverunt ad Deum vivum.* Nulla major voluptas potest contingere, nullum majus gaudium, qvam cum accedendum est ad eum locum, ubi docetur verbum Dei &c: Lector lege in Osiandro etiam seqventium versuum paraphrasin, qvam ipsius potius, qvam meis verbis annotare placuit.

Targum habet; *Vehementer desideravit anima mea.* Sic enim ex contextu versuum Psalmi 84. tibi patebit, qvod hoc loco thema כלה habeat vim vehementer desiderandi. Psal. 119, 81. *Defecerunt oculi mei in eloqvium tuum dicentes, qvando consolaberis me*, ubi iterum recte Osiander: Tamdiu expecto opem in verbo tuo promissam, ut propemodũ visus mihi præ

animi ægritudine deficiat;& oculi mei intenti sunt in manus tuas,& expectant,qvando tandem ventura sit, qvam mihi promisisti, salus. Ergo & hic thema כלה ardentem & anxiam expectationem denotat.

Lutherus reddidit: Meine Augen sehnen sich nach deinem Wort/und sagen: Wen tröstestu mich. Legantur versus proximi antecedentes & conseqventes,& sensus eo meliꝰ elicietur vocabuli ejusdem, Meine Seele verlanget nach deinem Heil/Ich hoffe auf dein Wort. Item/Denn ich bin wie eine Haut im Rauch/deiner Rechte vergesse ich nicht/Wie lange sol dein Knecht warten/wañ wiltū Gericht halten über meine Verfolger/ꝛc.

Jam qvod ad Cor attinet, ei attribuitur imaginatio cogitationum, Gen. 6,5. *Vidit Jehovah, qvod multa esset malitia hominum in terra, & qvod omnis imaginatio cogitationum cordis tantum mala omni die.* Lutherus: Alles tichten und trachten ihres Hertzen nur böses war. 2. Pral. 28,9. *Omnia corda scrutatur Deus, & omne figmentum cogitationum intelligit.* Ezech. 13,17. *Pone faciem tuam ad filias populi tui, qvæ prophetant de corde suo.* Matth. 15,19. *Ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, furta, falsa testimonia, obtrectationes.* Matth. 9,3.4. *Qvidam Scribæ dicebant APUD SE, iste blasphemat;* v. 4. *& cum Jesus vidisset cogitationes eorum, dixit, ut qvid cogitatis mala in cordibus vestris.* Matth. 22,37. *Diliges Dominum Deum tuum ex todo corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua.* Rom. 2,29. *Circumcisio cordis.* Percurre, lector, Concordantias cum vocabulo Hebræo, Græco, Latino, vel Germanico (Cor) & videbis plenissime, qvænam omnia adscribat Scriptura cordi. Ex his igitur fontibus defendi possunt a Lexicographis ea, qvæ ipsi renibus ascribunt, qvæ breviter perstringam.

Cor qvæ dicatur operari. 1. Cogitare, & imaginari. 2. Fingere, 3. Diligere.

Sebastianꝰ Münsterus, in Hebraicis potitissimus, in suo Dictionario Hebraico sub themate כלה *habet hæc verba:* כִּלְיָה & in plurali כְּלָיוֹת renes, renunculi, a כלה concupiscendo sic dicti, qvod libidini inserviant, Exod. 29.22. & capiuntur multoties pro מַחֲשָׁבוֹת id est, cogitationibus. Nam renes, ut dicit Rabbi Kimchi, sunt principium cogitationum. Usurpantur etiam כְּלָיוֹת Deut. 32 v. 8. pro גַּרְזְרִים granis tritici, qvod illa eorum formam habeant. *Hactenus verba Sebastiani Münsteri.* *Münsterus.*

Schindlerus in Lexico Hebræo: Nom. כְּלָיוֹת Dual. Kelithin & כִּלְיָתִין renes, in qvibꝰ est desiderium seu concupiscentia & libido, a singulari כִּלְיָה Levit. 3,10. & duos renes. *Per Synecdochen* affectus & cogitationes interiores & occultæ cupiditates, Ps. 7.10. probans corda & renes: affectus, Jer. 12.2 propinqvus tu in ore ipsorum; sed remotus a renibus ipsorum eorum. *Deinde* per metaphoram grana frumenti, aut tritici, qvæ renum formam imitantur, Deut. 32,38. cum adipe renum tritici, granorum, qvia renes adipe operti sunt. *Hactenus verba Schindleri.* *Schindlerꝰ.*

Renes dicuntur cogitationes.

Sed aut pro examinatione aut pro defensione Lexicographorum & pro certitudine sententiæ indigitatæ a Theologis qvoad renes videantur plura exempla ex sacris. Psal. 16, 7. *Usqve ad noctem increpuerunt me renes mei*, juxta versionem antiqvam: ubi Pagninus: *Etiam noctibus erudiunt me renes mei*, Lutherus: Auch züchtigen mich meine Nieren des Nachts. Hæc erunt ita interpretanda, sicut Rom. 2, 15. *Cogitationes dicuntur se mutuo accusare & excusare, qvia ostendunt, opus legis scriptum esse in cordibus hominum*, hoc est, disputationes in cordibus Ethnicorum ostendunt, ipsos non omnino carere lege, qvia ipsorum conscientia qvædam facta excusat, qvædam accusat impietatis.

Cæterum legat lector Tom. 2. Jen. lat. super Psal. eundem decimam sextum f. 179. b. qvæ de hac re scripsit LUTHERUS: *Eorundem omnium summam breviter ita complectitur Osiander:* Non modo interdiu, sed etiam noctu desideria mea (renes enim desiderium hominis significant) instigant me ad obediendum tibi, & liberandum humanum genus. Etsi enim natura etiam incorrupta abhorret a morte, tamen ingenti desiderio Christus cupiebat Ecclesiam liberare a morte æterna. *Hactenus Osiander.*

Noctu ergo Christum cogitationes varie distrahebant, ut & cuperet liberari a calice, sed tamen tandem melioribus cederet argumentis, ut passionem suam pro redimendo genere humano non subterfugeret.

Deus est scrutator cordis & renum.

Psal. 26, 2. *Proba me Domine, & tenta me, & ure renes meos & cor meum* (etiamsi omnes cogitationes & affectus meos tunc temporis examinabis, tamen in me nihil nisi solidam pietatem deprehendes) v 3. *qvoniam misericordia tua ante oculos meos est, & ambulavi in veritate tua*, v. 4. *non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqva gerentibus non introibo*, v. 5. *odivi Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo*, v. 6. *lavabo inter innocentes.* Lutherus: Prüfe mich Herr/ und versuche mich/ leutere mein Hertz und meine Nieren.

Psal. 73, 21 *Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.* Lutherus: Es thut mir wehe im Hertzen/ und sticht mich in meinen Nieren.

Psal. 139, 13. *Tu possedisti renes meos, & texisti me in utero matris meæ*, Du hast meine Nieren in deiner Gewalt/ du warest über mir in Mutterleibe.

Proverb. 23, 15. *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor tuum*, v. 16. *& exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua.*

Jerem. 11, 20. *O Jehovah exercituum, qvi judicas recte, qvi probas renes & cor, videam ultiam tuam de iis: tibi enim revelavi causam meam.* Vide etiam 17, 10. Apoc. 2, 23. Hinc Sap. 1, 6. *Deus dicitur testis renum*, sicut etiam dicitur καρδιογνώστης, Act. 1, 24. & 15, 8.

Verba

Verba in libro Sapientiæ sunt hæc: ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυρ ὁ Θεὸς, καὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀληθής.

Jerem. 12, 2. *prope fuisti ori eorum, & longe a renibus eorum*, id est, ore tibi appropinqvant, sed in cogitationibus & affectibus te non honorant. Thren 3, 13. *Ingredi fecit renes meos sagitas tuas.* Job. 16, 13. *Circumdederunt me jaculatores ejus, dissecuit renes meos, & non pepercit, effudit in terram fel meum.* Et 19, 27. *Defecerunt renes mei in sinu meo.* hoc est, omni delectatione ablata dolores genuit in renibus meis. Et hæc de renibus tum Gramaticalia, tum Theologica adjicere placuit, unde satis constat, qvidnã RENIBUS Scriptura Sacra tribuat.

Qvomodo autem Physicis caussis explicandæ sint illæ renum operationes, an per renes & arterias & cervos eodem loci spiritum & sangvinem advehentes, an etiam per alios modos, qvanqvam aliqvid dicere forsan in promptu erat, tamen aliorum committo speculationibus, praxi & judicio. Satis sum meo functus officio, qvod ostendi τὸ An sit.

Unicum illud adjicere volo, qvd super Psalmum 7. Lutherus etiam allegoricam affert explicationẽ, cur renes cumprimis, qvemadmodum supra ostendi ex Scriptura, in Sacrificiis combusti fuerint. *Verba ejus ita se habent:*

Renes & corda nondum habuimus, freqventer in Scripturis memorata, & hic semel tractanda. In Levitico cap. 3. de hostiis pacificis erudiens Sacerdotes, fere totum de renib9, seu renunculis reticulis vitalium, & adipe & pingvedine intestinorum sacrificiũ absolvit. Ex qvo loco verisimile est, desumptam tot locis, renum memoriam, proinde ad naturam eundum.

Dicunt Physici, renes duos lumbis adhærere, & hos esse libidinis & voluptatis organa, sicut cor pavoris & fiduciæ, splen risus & lætitiæ, jecur seu epar amoris & odii. unde & ren a ῥέω græco volunt dici, qvod fluo significat, qvod e renibus obscœnus libidinis humor fluat. Ita lumbi, in qvib9 regnant renes, sustinent libidinis infamiam per Sripturas, ut ibi, sint lumbi vestri præcincti. Et erat (Ebr. 7, 5.) Levi in lumbis Abrahæ patris sui. Et de fæmore Jacobi (Gen. 46, 26.) sexaginta animæ egressæ sunt. Perspicum est ergo, per renes intelligi delectationes, seu voluptates, qvas oporteat offerri Deo, per mortificationem crucis.

Easdem vel lætitias, earum socias, significant & reticulum jecoris, & omnis ades, qvod omnis amor, cum voluptatibus offerenda sint Deo, qvi & sol9 amandus est. Sic Levit. 3. dicit: Omnis adeps Domini erit jure perpetuo. Qvod Paul9 Mosi velamen tollens, sic dicit Philip. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete. Sic & David eodem spiritu Mosen intelligens, adipem ostendit significare lætitiam Ps. 63. Sicut adipe & pingvedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Qvid significent Renes judicio Lutheri, nimirum delectationem carnalem.

Igitur jecur, renes, adipem, pingvedinem, reticulum offert Deo, qvi amore, libidine, delectatione, voluptate, lætitia, terrenis & corporalibus mortificatis, Deum amat, Deo fruitur, in Deo delectatur, lætatur & in iis, qvæ Dei sunt. Qvod Sacerdotibus lex præcepit, idest, omnibus Christianis, qvi sunt genus sacerdotale, & regale sacerdotium, gens sancta, populus acqvisitionis.

His consentit nunc beatus Augustinus, qvi ubiqve per renes intelligit oblectationes. *Recte (inqvit) temporalium & terrenarum rerum delectatio renibus tribuitur, qvia & ipsa ars est inferior hominis, & ea regio est, ubi carnalis generationis voluptas habitat, per qvam ii hanc ærumnosam & fallacis lætitiæ vitam, per successionem prolis, natura humana transfunditur.*

Cor significat consilia, judicium.

Cor vero, qvia domicilium est sensus, significat consilia, studia, mentem, judicium, opinionem, affectum, æstimationes, & his similia. Ideo prius cor qvam renes, qvod voluptas & qværitur per opiniones & seqvitur, & qvisqve his delectatur, qvæ sibi bona judicaverit, si obtinuerit. Hinc sapientia carnis inimica Deo ab Apostolo Rom. 8. dicitur, qvod qværat voluptates illi contrarias, & his afficiatur, his rapiatur, qvæ prohibuit Deus. Sensus ergo est, qvod omnium cogitationes & delectationes, omnium desideria & voluptates, Deus solus scrutatur, novit, examinat & probat. Qvia ipse est spirituum ponderator Prov. 16. Hæc grammatice.

Cur autem hæc voluit hoc loco dicere? aut qva cohærenta conveniunt cum præcedentibus? Dixerat: Deficiat malignitas impiorum. & procedat caussa justi. Verum qvia alia sunt hominum judicia, & alia Dei, immo contraria coram hominibus, qvia vident ea, qvæ patent, David auctoritate Absolom & Simei, vir sangvinum, & reus malorum judicabatur, toto corde, (inqvit 2. Sam. 15, 12.) universus Israel seqvitur Absolom. Ita Absolom fulgebat, & justus, rectus, bonus erat, in omnium oculis. David sordebat, & impius, malus & noxius erat. Itaq; cum sit potentissima tentatio derelinqvi ab universis, ad adversarium congregatis, necessitate provocat ad Dei judicium, qvi judicat secundum cor.

Et hoc consilio sese solatur, & confirmat spem suam, rectam & bonã de Deo opinionem capiens. Q. d. *Etsi omnes me deserant, ad Absolon autem omnes confugiant, ille confirmetur, ego consumar, & deficiam. Tu tamen Domine, cum sis Deus justus, aliter qvam homines judicans, secundum cor & renes vides, qvid cogitent, qvid qværant, qvo gaudeant, intelligis. Rursus qvid ego cogitarim & voluerim. non ignras ‘ licet illi adsit, mihi desit. species longe contraria cordibus & renibus. Ideo oro, fac, ut consumatur illorum malum, & mea prosperetur justitia. Nam in Ebræo iste versus manifeste est deprecatorius cum addatur dictio Na, qvæ transfertur per adverbium O vel obsecro, ut, consuma-*

sumatur obsecro neqvitia, sicut Psalmo 118. versu 25. Obsecro Domine, salvum fac.

Erudimur ergo hoc versu, qvantumlibet vel multi vel omnes a nobis defecerint ad adversarium, ne deficiamus in caussa veritatis. Non enim hodie novum, totam multitudinem cum universis magistratibus errare, & iniqvam causam tueri. Etsi durum & difficile sit hanc solitudinem ferre, cum hoc argumento stulti suam caussam unice glorientur invictam esse. Verum Deus vivit, cujus judicium appellandum est & fortiter tenendum, qvod cor & renes ille probat, qvia justus Deus. Qvare nomen justus omnino ad hunc versum pertinet, cum in eo sita sit vis tota sententiæ, & per Antithesin subnotet homines esse judices injustos.

Seqvitur ex his, corda & renes dupliciter accipi, *vel*, ut sunt non mortificata, nec Deo oblata, *vel* contra, per gratiam rectificata & purgata, Qvia statim subdit de rectis corde, ostendens, qvæ corda Deus probans & scrutans acceptet, dicens, Adjutorium meum a Domino, qvi salvos facit rectos corde. *Hactenus omnia verba B. Lutheri.*

Corda & renes dupliciter sumuntur.

Simul, lector optime, agnosce, & nota diligenter in his verbis ex Luthero hactenus huc ascriptis, nimirum ex declaratione Lutheri super Psalmum septimum, expresissimam duarum mearum regularum praxin, primo enim Lutherus Grammatice exponit versum Psalmi allegatum, unde tandem Grammaticam praxin istius versus concludit his verbis: HÆC GRAMMATICE. Postea contextum urget, & ex circumstantiis ostendit, qvid in loco Psalmi sit, COR & RENES PROBARE, & hanc praxin concludit, his verbis, SEQVITUR ex his &c. Hanc methodum huc usq; in omnibus oraculis divinis ego itidem secutus sum, & tibi, lector, toties commendavi.

Duarum regularum praxin Lutherus approbat.

ORACULUM CXXXII.
SACRUM.

Marc. 14. v. 3.

Textus sacer Græcus:

Καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.

Versio Latina vulgata:

Venit mulier, habens alabastrum ungventi nardi spicati pretiosi & FRACTO Alabastro effudit super caput ejus.

LUTHERUS:

Sie zubrach das Glas / und goß auf sein Häupt/

Συντρίβειν quid significet.

GRæcum thema *συντρίβειν* habet significationem comminuendi, conterendi, discerpendi, dilaniandi, confringendi, contundendi, exhauriendi. Et recensent docti viri, ut Scapula, exemplum ex Thucyd. libr. 8. ἔτι βȣλομένῳ τρίβειν ἀμφοτέρȣς, *ut utriqve se attererent & magis exhaurirent*.

In Nov. Testam. exempla τȣ̃ συντρίβειν extant Matth. 12, 20. Marc. 5, 4. Luc. 4, 18 & Job. 9, 36. Luc. 6. 39. *Satanas obsessum hominem conterit seu discerpit*, hoc est, crudeliter eum laniat, qvasi discerpturus, ut Osiander recte explicat, & vix tandem discedit dilanians eum, id est, postqvam horribiliter illius membra contorsit, ac si in frusta eum discerpturus esset.

פְּתַח Syriacum.

In Syriaco textu est פְּתַח qvod habet significationem aperiendi, a qvo themate derivatum est illud *Ephphatha*, qvod ipso Spiritu Sancto interpretante in textu Græco significat *aperitor*. Marc. 7, 34. Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ, ἐφφαθά, ὅ ἐστι διανοίχθητι, id est, *Et suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Ephphatha, qvod est, adaperitor*. Exempla alia sunt in Syriacis textibus Matth. 2. vers. 11. *apertis thesauris suis obtulerunt ei munera*, & 3, 6. *aperti sunt ei cœli*, & 5, 2. *aperiens os suum* (unde forsan etiam apud Germanos in morbis & aliis, den Mund auffbrechen / das ist / auffmachen/) & 7, 7. *Pulsate aperietur*, & 7, 8. *Pulsanti aperietur*, & 9, 30. *aperti sunt oculi*, & 25, 11. *aperi nobis*. Luc. 24, 45. *aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas*.

Sensus verus.

Facillima igitur erit explicatio, qvoad sensum, qvod mulier habuerit pretiosissimum ungventum in alabastro, cujus orificium cereis, ut apud nos fieri solet usitate, vel aliis viscidis materiis, ut etiam contingere videmus, ita bene conclusum, obturatum & munitum fuit, ne qvid exhalare posset, & ut per annos qvamq; plurimos citra omnem corruptionis metum servari posset. Qvando igitur ad CHRISTUM accedit, frangit alabastrum & comminuit in minimas particulas illa omnia, qvibus orificium tam probe fuit munitum, & effudit ungventum super CHRISTUM.

Ita autem dicitur frangere vitrum, sicut Genes. 24, 20. *Rebecca effundit hydriam*, id est, qvod in hydria continetur. Apocal. 16. vers. 1. *Ordine effunduntur septem phialæ super terram*.

ORA-

ORACULUM CXXXIII.
SACRUM.

Gen. 3, 19.

Textus Sacer Hæbræus, cum interlineari Latina Benedicti Ariæ Montani Hispalensis:

reverteris pulverem in & tu pulvis Nam

כִּי אָפָר אַתָּה וְאֶל־עָפָר תָּשׁוּב׃

Versio Græca LXX. sic dicta Interpretum:

Ὅτι γῆ εἶ, εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.

Pulvis es, & in pulverem reverteris.

LUTHERUS:

Du bist Erden/ und solt zu Erden werden.

OBjectum mihi fuit ab aliqvibus, Syracidem discrepare a Mose, qvia capite 10. v. 12. habet verba: *ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον κληρονομήσει ἑρπετὰ καὶ θηρία καὶ σκώληκας. Qvid tandem superbit terra & pulvis, qvum vermes & serpentes, & bestiasq; e jure qvodam hæreditario sit possessurus.* Vel juxta vulgatam versionem: *Cum morietur homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes.* Lutherus: Wenn der Mensch tod ist/ so fressen ihn die Schlangen und Würme.

Sic ergo (*concludebant illi*) hominum cadavera a serpentibus, bufonibus, vermibus, scolicibus arroduntur, consumunturqve, tum primario homo non revertitur in pulverem, præsertim cum serpentes, bufones, vermes etiam ab aliis animalibus devorentur, & in ipsorum substantiam transelemententur; qvæ vicissitudo interdum nimis poterit esse prolixa, & diuturna, longissimeq; sese extendere valeat.

Verum qvamvis initio recte responderi potest, nihilominus cum intereuntibus istis animalculis in terram rediere hominis corpus, tamen qvod alioqvin omnino ordinarie & regulariter homo revertatur in pulverem, illud PRIMO experientia oculari evidentissime comprobatum fuit, & comprobabitur, idq; exemplis qvam plurimis Vespillonum seniorum fide dignorum, qvi in nullo unqvam sepulchro dense profundo, in qvo ossa & reliqvam materiam post longos annos repererunt, ne unicum vermiculum vide-

Ordinariæ & regulnriter homo revertitur in pulverem.

I.

viderunt; & addiderunt, se cum admiratione verba Siracidæ sæpenumero qvidem recitari audivisse. En in sepulcris condensate profundis, nostris nimirum communib9, nihil qvicqvam vermium, nedum serpentum unqvam animadvertitur.

DEINDE qvoties etiam nostra ætate, sic postulantib9 gravibus causſis, consensu accedente non nisi superiorum, cædavera, qvæ aliqvandiu & interdum satis diu in seplcris profundis jacuerunt, refossa fuere, initio videre licuit, reserato loculo ibidem jacere hominem defunctũ ea *forma*, *iis* lineamentis, ut satis agnosci & discerni posset. Qvam primũ vero violenter pedibus vel manibus loculus fuit agitatus, illico tota cadaveris structura ita in sese collapsa fuit & concidit, ac si initio tota saltem ex cineribus vel pulvisculis vel atomis a Deo ipso antea fuistet contexta, Alles ist in einander also gefallen / und zu eitel kleinen Staub worden / exceptis ossibus, daß man nicht mehr erkennen hat mögen/wie es zuvor gelegen.

Nominatim loca, personas & circumstantias asscribere poteram; sed provoco ad multorum viventium experientiam. In profundis sepulcris, ex cadaveribus, ut Historiæ volunt, vel potius in cadaveribus non possunt nasci vermes, serpentes, imo nec ibi extra (utpote, ut existimo) omne aeris participationẽ & usũ versari, & delitescere possunt serpentes, bufones, vermes.

Johannes Scotus bis mortuus, semel sepultus.

Zwingerus Vol. 2. lib. 7. ex Jovii elogiis & Sabellici Enneadibus recenset, qvod *Johannes Scotus* apoplexia correptus nimis festinato funere pro mortuo tumulatus fuerit, & frustra ad petendam opem, miserabili mugitu edito, DIUQVE SEPULCHRI LAPIDE PULSATO, tandem eliso capite perierit.

Sed, ecce lector, alia ratione fuit sepultus Johannes ille Scotus, in ultima Britannia ad Calcedoniam silvam nat9, & novi in Philosophia dogmatis autor, qvam qva ratione nostri Germani sepeliuntur, qvi lapidem superimpositum, ut ille fecisse scribitur, pulsare neqveunt, siqvidem ubi lapis sepulchralis pulsari potest, ibi aliqvid aeris ad sepultum penetrare *posse* consentaneum, immo necessum est, id qvod in vulgatis nostris *tumulationib9*, utpote profundioribus, locum non habet. *Itaqve in profundis sepulcris* aere carentibus, animalia qvaliacunqve, scolices, *bufones*, serpentes juxta historias degere non possunt, & ibidem vere homo pulvis in pulverem revertitur.

Cæterum in illis cadaveribus, qvæ aut in terræ superficie manent insepulta, aut etiam, qvæ nec mediocriter satis profunde reconduntur, & a vulpibus, lupis, aut aliis bestiis reperiri & tangi qveunt, libenter concedo, qvod etiam a serpentibus, a scolicibus, a bufonibus, a vermibus perrodantur.

Refert

Refert in Messenicis *Pausanias* de Aristomene Messenio a Lacedæmoniis capto, & capitis damnato. Is autem pro more conjectus fuit in foveam profundissimam, ut ibi fame periret, sicut in illam ipsam foveam ante alii fuerant præcipitati, ibiqve interierant. Cùm igitur tristissimus jaceret, & lentam mortem expectaret, ex improviso vidit ingressam alicubi vulpeculam, cadavera devoraturam, & cum capere vellet, vidit per occultos cuniculos ad angustum aliqvod & longum foramen egredientem. Foramen angustum postea dilatavit ipse sensim, & immunis exivit ipse qvoqve magna cum admiratione hominum. Et ad tales vulpeculæ naturas puto respicere Psalmum 63 v.11. occident eum gladio, pars vulpium erunt, nimirum de insepultis. *Aristomenes Messenius.*

Istis qvæ dixi similia sunt, qvæ refert *Georgius Fabricius in annalibus urbis Misnæ sub anno 1020 hisce verbis*: Albim & Visurgim fluvios, in parte septentrionali tribus diebus totidemq; noctibus arsisse vaporibus flammeis, & fundotenus extra alveum incredibiliter elatos, in Chronico Quedelnburgieo scribitur. Aqvis decrescentibus corpora infinita hominum inventa sunt, qvæ cum pium qvorundam studium terræ mandare vellet, spiris serpentum ita implicata inter se fuerunt, ut nulla vi, nulloq; ferro divelli possent. Itaq; ut per acervos aggesta jacuerunt, obruti terra aut harenis sunt. Secuta aeris corruptio, & pestis violenta. *Hæc ille ibi.*

Item lib.1 epitomes Siffridi Misnensis Presbyteri sub anno Christi 583. Qvodam tempore Tiberis fluvius alveum egressus, in tantum excrevit, ut super muros urbis efflueret, & plurimas domos everteret. Tunc etiam per Tiberim multitudo serpentum cum dracone magno, in mare descendit, sed a fluctibus præfocati, & ad littus projecti, totum aerem sua putredine corrumpunt, & sic plaga pessima, qvam inguinariam vocant, secuta est, ita, ut corporali visu sagittæ cælitus venire & singulos qvosq; percutere viderentur. *Hæc omnia Chemnitius.*

Et hoc modo Siraciden cum verbis Mosis conciliari posse existimo, qvanqvam in ipsis verbis Græcis Siracidæ, plus non dicitur, qvam κληρονομήσει hæreditabit, vide lector Concordantias Græcas veteris & Novi Testamenti de genuina significatione hujus vocabuli. Ut ut autem sit, etiam cum Genesi concordat Siracides cap. 40, 10. & Ecclesiast. 12, 7. Revertitur pulvis in terram. Et 3, 20. Omnia sunt ex pulvere & omnia revertuntur in ipsum pulverem. Plura conqvirat lector benevolus. An vero ex medulla spinæ dorsi nascantur serpentes, mentionem feci in mea historia animalium.

Lubet autem hoc in loco clarissimi viri Philippi Camerarii caput undecimum, libri primi, partis primæ horarum succisivarum ascribere, & de verbis istius responsionem indigitare pro veritate firmius inqvirenda. Nul-

lo enim modo hoc faciam, nulla alia de caussa,nisi ut de re ista,discussione non indigna lectori meditationem accuratiorem exsuscitem. Etenim qvia de animalibus & aliis ipse Camerarius multas fabulas veteres in illis eruditissimis libris detexit,haud ægre feret animus ejus hanc discussionem pro veritate hujus capituli magis indaganda.

Titulus igitur capitis dicti sic habet: Angves ex medulla cadaveris humani nasci.*Reliqva autoris verba sunt hæc seqventia:*Plinius scribit,anguem ex medulla hominis spinæ gigni. Hoc verum esse,& experientia testatur,& illustratur exemplo a Plutarcho.Qvum enim jussa Ptolomæi cadaver Cleomenis in crucem actum esset, & custodes cadaveris draconem caput ejus circum plicantem,faciemq; operientem,ita, ut nulla carnivora avis advolaret,vidissent;Alexandrini(inqvit) etiam frequentes ad eum locum commeantes heroem Cleomenem, & Deorum filium appellaverunt,tantisper, dum eorum doctiores monuerunt,docentes, putrefacto bovis cadavere apes,eqvi vespas,asini scarabeos generari. In humano autem corpore confluente sanie,qvæ est circa medullam,&in unum coalescente,angues nasci. *Hactenus verba Philippi Camerarii.*

1. Verba Philippi Camerarii.Lib.10. c.66. hist.nat.in vita Clomenis.

Provocat ipse Camerarius ille primum ad experientiam, verum pace tanti viri provoco ego ad hodiernam universalem vespillonum & aliorum experientiam, qvando refossa fuerunt, aut adhuc refodiuntur cadavera, qvæ sat profunde,& sat diu in profundis,& undique terra densata complectis sepulchris jacuerunt, qvod tunc talia reperiunt illi, qvotqvot ego sum expertus,cadavera., nimirum, 1. aut humida aliqva mucida materialia, 2.aut qvoad *ςάσιν* externæ formæ vivum defunctum repræsentantia, sed quando per manum aut pedem loculus violenter concutitur, in meros cinerum pulveres conversa præter ossa,sicut etiam qvando sine loculo longe ante humata fuere tum & hic vestigia vel mucidorum vel analogorum aliorum latebunt. Utriusque rei exempla retulerunt mihi viri fide non indigni.

Deinde quod ad exemplum Cleomenis attinet,ex eo nihil licebit concludere,qvod ex hominis istius medulla natus fuerit anguis,sed tantum jusserunt Alexandrini expectare aliud tempus,qvod doctiores istius temporis in ea fuerint opinione,ex sanie hominis mortui nasci serpentes. Quod autem,inqvam,ex istius Cleomenis medulla fuerit natus anguis,illud Plutarchi verba non habere videntur,vel qvoad voculas,vel qvoad sensum. Utq; judicium accuratius benevolus lector adhibere qveat,rogo ipsum,ut ordine legat omnia, qvæ scribit Plutarchus de Cleomene,postqvam ex carcere egressus fuerat.

*Sic autem habent,omnino sub finem istius scripit,verba Plutarchi;*Post dies

vero

vero non multos accidit, ut qvi Cleomenis corpus cruci affixum servabant, nunciarent sese draconē permagnum vidisse, qui cadaveris corpꝰ circumplexus, ita illiꝰ faciem tegebat, ut nullam avem ad eam depascendam accedere pateretur. Qua de caussa, reverentia quædā & divinitatis opinio Regi accessit. Igitur mulieres sacra qvædam ad expiandum facinus instituere, qvod virum Diis amicum supraq; humanam sortem aliqvid habentem interfecissent. Paulatim inde in vulgus hujꝰ rei fama percrebuit. Itaq; concurrentes ad eum locum Alexandrini cives heroem fuisse Cleomenem, & Deorum filium prædicabant. Nec antea hujusmodi cessavit opinio, quam a Sapientibus viris hujus rei caussa prodita est. Tradunt enim, sicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex asinis crabrones generantur, ita humana corpora, & præsertim medullas, humoremq; ex eis profluentem serpentes producere Itaq; non absq; ratione permoti antiqviores heroibus Draconem consecrarunt. *Hactenus verba Plutarchi.*

Plutarchus de Cleomene.

Qvæstio est, an ille draco, de qvo Plutarchus loqvitur, fuerit terrenus draco? Et si fuit, an prodierit ex medulla hominis? Cleomenis enim corpus in aere sepultum, hoc est, exaltatum seu cruci erat affixum, non vero intra aliqvod ulnas densatæ terræ sepultum & absconditum. Annon igitur potuisset arrepere ad cadaver ejus serpens physicus, qvemadmodum ad carnes crudas & cadavera omnis generis animalcula advolant, & appropinqvant, interdiu & noctu? Aut annon ad corpus Cleomenis advolare potuit Diabolicꝰ draco, siqvidem videtur ibi ludibrium Diabolorum intercessisse, unde Plutarchus tandem cum fabula Poetica concludit, de dracone heroibus consecrato?

De his lector vide meam historiam animalium, non nascitur serpens ex spina medullæ hominis mortui.

Seqvitur in allegato loco Philippi Camerarii: De Carolo Martello scribunt Ganguinus & Æmilius, in ventum esse mausoleum seu conditorium vacuum sine cadavere, & pro eo serpentem. Utrum autem hoc miraculose ob divisas decimas Laicis factū fuerit, nec ne, sicut ibi innuitur, id aliorum judicio relinqvo. *Hactenus verba Camerarii.*

2. Verba Camerarii alia.

Cum autem de hoc ipso exemplo dubitet ipsemet Philip. Camerarius; nihil addo, nisi qvod ascribam verba ex Æmilio & Chronico Martini, qvæ recenset Theodorus ZWingerus in theatro volum: quinto lib. qvarto sub Rubrica: Inferni pœnarum revelatio tam alienarum quam propriarum.

Illa sese habent in hunc modum: Carolus Martellus Francorum Rex, spoliator templorū, EPISCOPUM e sedibꝰ ejecit, qvod Ramanfredo studuisse eum diceret. Is in sedē a Pipino Martelli filio restitutꝰ, Fulradum ædis Dionysii antistitem ad se vocatum, ire ad sepulcrum Martelli jubet, ac corpꝰ qværere, sicubi compareret: animam enim sempiternis suppliciis destinatam. In conditorio Martelli serpens inventus est, sive qvod hominis

spina id animantis genus enascatur, sive id divinæ iræ testimonium eo certius fuit, qvod secundum tam recens funus, sepulcrum alioqvi inane, & nullis humani corporis vestigiis, reliqviisve apparuisse dicitur: intus vastitas, solitudo, horror, diraq; species : ac velut incendio atrum, clausum de integro conditorium, ac suis redditum tenebris, Eucherioq; de manibus creditum, qvi de corpore vates videretur. *Hæc ille ibi.*

Vide lector qvale illud fuerit sepulcrum? Inane, post tam recens funus.

Et rursus verba Zwingeri ex allegatis auctoribus: Carolum Martellum, Gallorum Regem, propterea, qvod tempore belli Ecclesiarum decimas militibus distribuerit, in infernum cum corpore & anima descendisse ajunt: & aperto sepulcro ejus per Arelianensem Episcopum, serpentem inventum esse miræ magnitudinis, in Chronico de Ducibus Bavariæ annotavit, & in Chronico Martini. Æmilius lib.2. *Hactenus verba illa.*

Verum enimvero illud simul moneo, qvod vixerit Martellus circa tempora Gregorii III. Pontificis Romani, qvo tempore reliqvias Sanctorum (in qvibus cur nulli sint nati serpentes, rationem excogitent Pontificii valituram in judicio sapientum) studiose colligi cœpisse, exemplum cadaveris Augustini tunc Papiam translati docebit apud Platinam in Gregorio III. In illa superstitione temporum qvam sæpe contigerint ludibria Diabolorum, qvis ex Theologiæ tyronibus nescit, &, ut dixi, de hoc exemplo ipse Camerarius dubitat.

3. Ultima verba Camerarii. Historia de serpente ex cadavere hominis.

Seqvitur tandem in allegato loco Philippi Camerarii: Sane in illustri Germaniæ loco, monumentum cujusdā nobilis adolescentis in gentilicio sacello sepulti, sæpissime vidi, qvi vivens dicebatur omnium suæ ætatis fuisse pulcherrimus. Qvumq; in florenti ætate in lethalem morbum incidisset, a propinqvis suis exorari non potuit suam effigiem (sicut qvoqvē de Agesilao memoriæ proditum est) posteritati vel depictam vel sculptam relinqveret; tantum hoc, precibus illorum concessit, ut postqvam terræ mandatus esset, plusculos post dies sepulchrum suum aperirent; & qva forma suum cadaver invenirent, ita debingi curarent. Hoc qvum factum esset, invenerunt faciem ejus semiconsumtam a vermibus, & plures serpentes circa diaphragma & spinam dorsi extantes. Jusserunt igitur ejus effigiem, sicut invenerant, lapidi incidi, qvod monumentum adhuc, ut dixi, in loco illo inter armatas majorum & gentilium statuas conspicitur. Documentum videlicet certissimum, qvam fragilis res sit fromosi hominis corpus, & qvæ pulcra & magnifica in illo conspiciuntur, nil esse aliud qvam putredinem & escam vermium, velut Siracides dicit: In morte hominis hæredes sunt serpentes & bestiæ & vermes, qvod etiam constat ex inscriptione monumenti Romæ in Templo Salvatoris, ubi tale distichon legitur:

Homo est esca vermiū.

Sperma

Sperma fui fœdum, vixi domus alra lutosi
Stercoris: hoc jaceo vermibus esca loco.

Huc respexit D. Bernhardus ubi dicit: Homo nihil aliud est, qvam sperma fœtidum, saccus stercorum, & cibus vermium:

Post hominem vermis, post vermem fœtor & horror;
Sic hanc in speciem vertitur omnis homo.

Ita natura ex corrupto humano cadavere angvem vel draconem generans, qvasi digito autorem nostrarum calamitatum & corruptionis, & irreconciliabile odium monstrare videtur: antiqvum videlicet serpentem, non solum viventibus nobis insidiari, verum etiam mortuos laniare, & depascere non desinere. *Hactenus omnia verba Camerarii.*

Fateor autem, qvæ jam commemorata sunt a Camerario, quod ea vulgo ita narrentur, & a plerisq; credantur contigisse Wolfgango de Schleinitz, Nobili Misnico; Extat etiam in timplo Afrano seu ad S. Afram, urbis Misnæ, ubi Schleiniziorum sepultura peculiarem locum habere dicitur, lapis sepulcralis, & in lapide sepulcrali hæc seqventia leguntur:

D. O. M. S.
FRATER MER.
ES. BNMERENTI. FRI.
WOLFGANGO DE SLEIN.
IC3. MONUMENTUM. POSUIT.
MORTUUS. ANO. 1. 5. 23. DIE 4. OCTOBRIS.

In lapide etiam est sculpta imago seu effigies similis morti & qvasi sceleto, in qvo serpens unus est factus circa collum, unus circa unumqvodque brachium, unus circa unumqvemqve pedem, & ad sinistrum pedem bufo. Lapis ipse non est tumbo impositꝰ, sed parieti affixus. Fama etiam (qvæ testimonio virorum clarissimorum potest confirmari) est passim, præsertim circa urbem jam indigitatam, wolfgangum illum a corporis forma & pulcritudine nomen accepisse, ut vulgo dictꝰ fuerit. Der schöne Schleinitz/ & in ore quidem est omnium, ipsum illum Schleinizium paulo ante obitum suum jussisse post qvatuor dies (non post quatuor menses, ut confirmant honesti viri illam vulgatam famam) aperiri sepulcrum, an autem unqvam, & qvidem, qvo tempore, sepulcrum ipsum post mortem Schleinizii fuerit apertum, ignoratur; multo minus affirmativa sententia autoritate ex annalibus stabiliri potest.

Aliter habet se descriptio in verbis Camerarii.

Ego

Ego qvoqve inqvisivi de hoc Wolfgango Schleinizio in annalibus Misniæ, qvos edidit vir clarissimus, & rerum Misnicarum peritissimus, qvi Scholæ Misnensis Rector fuit ob anno 1546. usque in annum Christi 1571. nimirum, Georgius Fabricius Chemnicensis, autor gravissimus, veritatis scrupulosus sectator. Etsi vero aliorum plurimorum Schleiniziorum Misniæ in Afrano sepultorum, & qvidem eo ipso anno 1523. sepulti unius Hugoldi mentionem in annalibus urbis Misnæ ille facit, tamen hujus *Wolfgangi* plane non meminit. Unde, annon aliqvis in eam debeat devenire sententiam, Fabricio ipsi suspectum fuisse illam de serpentibus commemorationem, & deinde illam sepulcralem picturam Schleinizii forsan ex arbitrio & judicio sculptorum provenisse, qvi fragilitatis humanæ in memoriā revocandæ caussa, sæpius vel mortuos & qvidem etiam vel mortuorum integra sceleta, vel saltem sceleti capita cum adjunctis serpentibꝰ facere consueverunt, cuivis judicandum relinquo. Vix enim dubitari potest, lubentius solitos fuisse pictores quondam serpentes sceletis & capitibus aut corporibus, seu mavis cadaveribus mortuorum appingere, propterea, qvod mors a vetere serpente, ut Diabolus nominatur Apoc. 12, 9. in humanum genus introducta fuit. Qværi etiam posset, an non nobilium istius loci, & alibi sicut ex amicis accepi, monumenta excavata, latereqve tecta, citra aspersionem densatæ & profundæ terræ apparari tunc solita fuerint, unde forsan per irrepentes serpentes intra plusculos dies, ut scribit etiam Camerarius, corpus Schleinizii, amissis seu perditis omnibus carnibus, cutibus, nervis & aliis, in talem figuram mutari potuisset?

Pictores cur depingant serpentes plerunq; in monumentis?

Qvando Davidis Georgii Holandi, qvi se filium Dei ante quinquaginta annos, clam fecerat, corpus a Senatu Basiliensi, anno post mortem ipsius tertio, effoditur, ibi ita satis fuit integrum, & barba cumprimis flava integerrima, ut a carnifice in latus subjecta tabula, humeris & capite erigi, & omnibus apparere posset, & ab omnibus statim agnosceretur, qvotqvot Davidem vivum viderant. Vide historias de hoc Georgio Davidis editas.

Si autem post qvatuor dies ex sepulcro exemtum fuit cadaver *Wolfgangi* Schleinizii istiꝰ, & sit tunc tot angvibꝰ circumplicatum fuit, sicut habet lapis, & SI ANGUES ISTI juxta opinionem Camerarii EX SPINALI MEDULLA tā mature nati fuere, miror, cur non ex diligentiore inspectione spectatores tunc illud observarint, cur non annotarint, cur omnino tam insignis casus a Georgio Fabricio prætermissus fuerit, qvi insigniora, modo vera, lubenter inspergit, a fabulis tamen, ut tota facies scriptorum ipsius haud obscure præ se fert, religiose abstinet. Sed tollo manum meam de hac tabula, & ad alia procedo.

ORA-

ORACULUM CXXXIV. SACRUM.

Gen.5,v.24.

Textus ſacer Hebræus, cum interlineari Latina Benedicti Ariæ Montani:

qvia ipſe non & DEO cum Chanoch ambulavit Et

וַיִּתְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת הָאֱלֹהִים וְאֵינֶנּוּ כִּי

DEUS eum tulit

לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים׃

Verſio Græca LXX.ſic dicta interpretum:

Καὶ εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.

Verſio vulgata Latina:

Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta qvinqve anni, Ambulavit cum Deo & non apparuit, qvia tulit eum Deus.

Verſio S. Pagnini:

Ambulavit Hanoch cum Deo, poſtea eſſe deſiit, qvia tulit eum Deus.

Verſio Germanica B. Lutheri:

Vnd dieweil er ein Göttlich Leben führet / nahm ihn Gott hinweg/ und ward nicht mehr geſehen.

Mirum alicui accidere poterunt ea, qvæ ſcribit *Oecolampadius* ſuper Rom.5,14. *Regnavit mors ab Adam usq; ad Moſen in eos qvoq;, qvi non peccaverunt ad ſimilitudinem transgreſſionis Adam. Hæc autem ſunt Oecolãpadii verba:* Id eſt, in eos etiam qvi erant ſancti, & non contra datam legem peccaverunt, ſicut Adam, pecccarunt tamen. unde non eximebantur a morte. Vel in hoc puncto non peccaverunt ſicut Adam, qvia in Adam fuit integritas naturæ, qvæ poſteritati defuit. Colligere autem licet, Enoch & Eliam non fuiſſe exemptos a morte, qvamvis communis opinio credat, illos adhuc vixere. Sed qvid ſi tranſlati fuerunt, ſicut Moſes, cujus ſepulcrum Deus ignorare voluit. *Hæc ille.*

Moſes vere mortuus, ſeu a Deo in monte interfectus.

Qvod ad Moſen attinet, vere mortuus fuit ille & ſepultus, Deut. 34, 5, 6. Cum autem vivus corpore & anima, Matth.17.v.3. in monte Thabor una cum Elia appareat coram ipſo CHRISTO, alterutrum ut dicatur, neceſ-

ſum

ſum eſt, nimirum vel qvod olim poſt mortem mature a DEO, vel nunc ad hunc actum a CHRISTO ex mortuis excitatus fuerit.

Moſes poſt mortem ſuam a Deo & Chriſto excitatus.

Ad eandem analogiam exiſtimat Oecolampadius, qvod ſuo modo mortui & ſtatim reſuſcitati fuerint Elias & Enoch, duo illi candidati immortalitatis.

Videamus autem textus ſacros Gen. 5, 24. *Ambulavit Enoch cum DEO,* vel Deum, *& deſiit eſſe, qvia tulit eum Deus.*

Similis huic textui eſt ille: 2. Reg. 2, 10. *Dixit Elias ad Eliſæum, ſi videris me, cum tollar a te, erit tibi ſic.* v. 11. *Fuit itaq; ipſis euntibus, eundo ac colloqvendo, ecce currus igneus, atq; eqvi ignei diviſerunt utrumq; & aſcendit Elias per turbinem in cælum.*

Et primo qvidem vere mirum alicui accidet, unde in his claris contextibus mortem imaginatione ſaltem Oecolampadius fingere potuerit. Mors enim illa, qvæ hominis animam a corpore ſeparat, per totam ſacram Scripturam ita deſcribitur, qvod ſit interfectio, qva Deus nimirum hominem interficit, & moritur, qvi interficitur a Deo; & Deus interficit, qvando mori facit. Vide thema Hebræum מות.

Etſi vero qvandoq; Scriptura etiam aliis utitur phraſibus de mortuis, nimirum, qvod ſint collecti ad Patres, qvod ſint congregati ad populum ſuum: tamen ſi ad ductum Concordantiarum omnia exempla Hiſtorica Bibliorum expenderis, ſemper aut e veſtigio, aut non longe invenies aliqvid additum, unde conjicere certo qveas, illam collectionem intelligendam de corporali morte. Nimirum plerunqve additur aliqvid de ſepultura, ut Num. 20, 24. 25. *Congregabitur Aaron ad populos,* &. v. 26 *morietur,* Num. 31, 2. de Moſe: *aggregaberis ad populos tuos*, qvi Deut. 34, 5. dicitur *mortuus & ſepultus.*

Enoch ambulat Deum.

His ita ſtantibus, jam collatio inſtituatur & apparebit, qvod textus Geneſeos & libri Regum, qvoad phraſes plane ſit diſſimilis ab hiſce phraſib9. Enoch enim pientiſſime vixit, unde dicitur, *ambulaſſe cum Deo,* ſeu ambulaſſe Deum, hoc eſt, divinam vitam vixiſſe, *& deſiit eſſe* (inter omnes,) *qvia tulit eum Dominus.*

לקח qvid ſignificet.

לקח thema ſignificat auferre, aſſumere, accipere, excipere, capere, Gen. 2, v. 21. *Tulit unam de coſtis, & clauſit carnem pro ea.* 1. Sam. 21, 6. *Dedit Sacerdos ſanctificatum panem: neq; enim erat ibi panis, niſi tantũ panes propoſitionis, qvi ſublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi.* Eſth. 2, 7. *Sumta eſt Eſther ad domũ Regis.* Gen. 3, 19. *Donec revertaris in terram, de qva ſumtus es.* Gen. 2, 15. *Tulit Deus hominem, & poſuit eum in hortum Paradiſi.* Ergo ita deſiit Enoch eſſe, qvia Dominus accepit eum ad ſe, qvemadmodum in exemplis datis aliqvid ab aliqvo accipitur, ſeu tollitur ad alium locum.

Alte-

Alterum de Elia minus habet obscuritatis. Inter eundum enim & colloqvendum igneus currus divisit eos, & ita in tonitru seu turbine ascendit Elias in cœlum. De mortuis ambobus istis nihil aliud alicubi habetur in totis Bibliis. *Sublati dicuntur a Deo, nullibi vero mortui.*

Cæterum qvamvis interim Apostolus dicit, *qvod regnavit mors in omnes ad Adam usq; ad Mosen*; tamen nihil illud contra veritatem. Etiamsi enim duo illi servati sunt ab ultimo actu mortificationis, tamen mortalitati nihilominus ambo per totam vitam obnoxii fuerunt, & mortem ideo expectare coacti sunt per omnem vitam, sicut Elias orat 1. Reg. 19. vers. 4. *O Jehovah tolle animam meam.* Etiam & omnino omnes alias affectiones comprehensas sub vocibus (*Morte morieris*) ut contristationes, dolores animi & corporis, morborum semina, necessum habuerunt experiri illi, hoc solo excepto, qvod ultimam rerum catastrophen, ipsam occisionem seu interfectionem DEI non sunt experti. Huc jam tandem referatur majoris confirmationis illud, Hebr. 11. vers. 5. *Per fidem Enoch fuit translatus, ne videret mortem, nec fuit inventus, propterea, qvod transtulerit eum Deus. Priusqvam enim transferretur, testimonium obtinuerat, qvod placuisset DEO.* *Mortales tamen fuerunt in vita*

ORACULUM CXXXV.
SACRUM.

Job, 21. 25.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ᾽ ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.

Sunt autem & alia multa, qvæ fecit Jesus, qvæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qvi scribendi sunt, libros.

Es sind auch viel andere Dinge / die Jesus gethan hat / welche / so sie solten eins nach dem andern geschrieben werden / achte ich / die Welt würde die Bücher nicht begreiffen / die zu beschreiben wären.

AD genuinam indagandam sententiam hujus Oraculi sacri, ante omnia juxta primam regulam propositam duo vocabula sunt consideranda, ὁ κόσμος & τὸ χωρέω.

Vocabulum MUNDI freqventissimum Johanni.

Vocabulum *mundi* nullus alius Evangelista tam sæpe usurpat atqve Johannes, utpote in cujus evangelio circiter extabit septuagies qvater, in ejusdem Epistolis vicies qvater, adeoqve in ipso uno Johanne ferme centies, cum in totius novi Testamenti seu Instrumenti libris omnibus reliqvis tantummodo reperiatur circiter ad summum septuagies septies.

Qvomodo capiatur? 1. pro cœlo & terra. 2. pro omnibus hominibus. 3. pro non conversantibus cum piis. 4 pro multitudine promiscua.

Præterea 1. interdum a Johanne MUNDUS capitur pro cœlo & terra, ut, *mundus per ipsum factus est*, Johan.1,10. *Priusqvam mundus esset*, Joh.17,5. & in aliis paucissimis omino locis. 2. Plerumqve autem, adeoqve sæpissime & ferme semper usurpatur ab eodem, *pro omnibus hominibus in mundo*, nemine excepto. Johann.1,29. *Ecce agnus Dei, qvi tollit peccata mundi.* Joh.3,16. *Sic Deus dilexit mundum*, & 8,12. *Ego sum lux mundi* 3. alias pro illis, qvi cum piis non conversantur. Joh. 14,33. *Cur manifestaturus es te nobis, & non mundo. Item, Non qvomodo mundus dat, dabo vobis* & 15,19. *Si de mundo fuissetis, mundus qvod suum erat, diligeret: qvia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* 8. Deniqve pro magna qvapiam multitudine mixtim vere bonorum & aliorum. Joh.12,19. *Ecce mundus totus post cum abit.*

Græca vox χωρεῖν qvid significet.

Ad vocabulum *(capere)* qvod attinet, τὸ χωρεῖν, Matth.19,11. *Non omnes capiunt verbum istud, sed qvibus datum est* (id est, qvia non omnibus datum est donum illud, ut extra conjugium caste vivere possint, non apud omnes locum habet verbum meum, ut vivant extra conjugium.) Et v.12 *Qvi potest capere capiat*, id est, qvi habet illud donum, apud qvem reperitur hoc donum, is utatur eo. Joh.8,37. *Sermo meus non capit in vobis*, id est, in vobis locum non habet sermo meus, ut 37. versum alii interpretantur. Lutherus, Meine Rede fehet nicht unter euch/Sermonem meum non servatis, versu 51.

2. Cor.7, 2. *Capite nos*, Lutherus, fasset uns/Syriaca versio, *Sustinete nos, mei fratres* (date operam, ut locum habeant in vobis nostræ admonitiones paternæ, ab animo Ecclesiæ amantissimo profectæ) *Georgius Major ex Theophylacto similem adducit interpretationem*: Capite nos, id est, accipite nos lato dilectionis campo, neqve sit arctus nobis in vobis locus.

Varii sensus. 1. Hyberbolicus.

Jam si qvis primæ significationis in vocabulo MUNDI rationem retinere satageret, tunc sensus emergeret hyperbolicus iste, *per majestatem carni Christi communicatam, & eam qvidem infinitam, nullisq; cœlis cœlorum capiendam, tanta edita fuisse miracula, qvorum circumstantias si qvis particulariter & plene esset descripturus, tum nec mundus libros capere posset*. Talis ea esset hyperbole, qvalis extat in eodem Johanne cap.12. vers.19.

Mundus

Mundus totus abit post Christum, id qvod non de mundi cunctis hominibus, sed de Syriæ & Judææ plurimis hominibus interpretandum venit.

Si qvis vero acceperit vocabulum MUNDUS pro hominibus omnibus ad Evangelii concionem audiendam convocandis, immo de omnibus hominibus, & tribuerit tunc vocabulo χωρέω significationem *capienti*, commodissima inde seqvetur sententia in hunc modum: *Tantam fuisse editam multitudinem miraculorum, concionum, dictorum, rerum gestarum Christi, ad qvorum numerum* (si ordine omnia scripta essent) *circumstantias, amplitudinem expendendam & comprehendendam totus mundus, seu omnes homines in vita sua sufficere nunqvã possent.* Id qvod intelligendum est de illo considerationis modo, qvem ego hactenus in hoc libro demonstravi.

II. accommodatior ex mente autoris.

Notum est, de uno aliqvo miraculo, qvam multa in eo possint expendi, ut supra brevem gustum dedi de ineqvitatione Christi in regiá urbem Hierosolymam.

Porro & illud hoc loco est annotandum, qvando de miraculis CHRISTI sermo est, qvod ibi non tantum intelligantur ea, qvæ ipsemet CHRISTUS fecit, sed etiã qvæ Apostoli in nomine JESU fecerunt, juxta illud, Actor.5,12. *Per manus Apostolorum edebantur signa, & prodigia multa in populo*, v.15. *adeo ut in plateas efferrent invalidos, & ponerent in lectis ac grabbatis, ut venientes vel umbra obumbraret aliqvem eorũ*. v.16. *Conveniebat etiam vulgus vicinarum urbium in Jerusalem adducens invalidos & vexatos a Spiritibus impuris, persanabantur omnes.*

Ad miracula Christi Job.21.v.25. petinent etiam miracula Apostolorum.

Et qvia hanc faciendorum miraculorum virtutem tunc alii aliis impertire per mannum impositionem consveverant, adeo, ut sæpe indignissimi in nomine CHRISTI ederent miracula, Matth.7.22. unde eam Simon Magus pecunia comparare satagebat, iccirco non tàntum qvæ ætate Apostolorum, sed & ea qvæ qvam proxime seqvebantur (Christiani varii in nomine Christi passim multa fecerunt miracula,) illo Oraculo comprehensa judicabuntur, qvorum catalogum ex fide dignis historiis aliqvem pertexere poteram.

Huc pertinet illa qvoqve vox CHRISTI Marc.16, 17.seqq. *Signa eos, qvi crediderint, hæc subseqventur, per nomen meũ dæmonia ejicient, lingvis loqventur novis*, v.18. *serpentes tollent, & si qvid lethale biberint, neqvaqvam nocebit eis, super invalidos manus imponent, & bene habebunt.* v.20. *Illi* (Apostoli post ascensionem) *egressi prædicaverunt UBIQVE, Domino* (ubiqve) *cooperante, & sermonem confirmante per subseqventia signa.*

Supra retuli, qvod aut intra 30, aut intra viginti annos Apostoli totum orbem terrarum ita percurrerint, ut intra illos annos nullus es-

ſet angelus mundi, in qvo nomen JESU non eſſet per ipſos aut ipſorum tunc aſſeclas prædicatum. Qvot & qvantas igitur intra 30. & 20. annos ubiqve locorum fecerint virtutes, utrumqve æſtimare perito non erit difficile. Sed ſicut nec CHRISTI omnia miracula, ita multo minus Apoſtolorum omnia mira literis fuere comprehenſa. Annon autem ſtatuendum ſit, qvod plura per CHRISTUM, & CHRISTI nomen contigerint miracula in Nov. Teſt. qvam unqvam contigerunt in Vet. Teſt. doctis cunctis rem expendere licitum eſto.

Libet autem unius exempli loco propter ea qvæ jam dixi, adducere ea, qvæ de aliqvibus Johannis Evangeliſtæ operibus collegit Johannes Reuchlinus, in libello, qvem *de verbo mirifico* inſcripſit, ubi hæc ſeqventia ordine recenſentur, lectione ideo non indigna, ut lectori anſam ſaltem præbeant de his rebus latius cogitandi. *Verba igitur lib. 3. c. 18. in hunc ſeſe habent modum:*

De D. Johanne Evangeliſta, & miraculis ab eo factis. Cap. XIIX.

JOHANNES EVANGELISTA ſuperato veneno dæmonem in Dianæ templo ducentos & qvadraginta novem annos commoratum his verbis loco expulit, *Interdico tibi in nommine JESU CHRISTI Nazareni, ne ultra hic habites*, & confeſtim deceſſit Epheſo dæmon. Qvo factum eſt, ut juſſu Domitiani, vir Sanctus, non ſine Prochoro ſodali ſuo in Patmon inſulam exul deportaretur, ubi tam ingentia per nomen JESU confecit miracula, ut Sacerdotes Apolinis impatientia ſimul, & futuræ deſertionis formidine perculſi, rem omnem ad Cynopem magorum facile principem, qvi deſertum qvendam locum juxta Phoram ejus inſulæ oppidum habitabat, cum ſtridentibus qverelis deferrent.

Cynops. Cynops, ut hac eos moleſtia levaret, pollicitus eſt angelos malos in Johannem mittere, qvi eum interimant. Cumq; unum de ſpiritibus malignis Phoram miſiſſet, cui crudele necis munus injunxerat, & is domui jam Myronis illaberetur, ubi erat Johannes, mox ipſe cauſſam prævidens ait dæmoni, *Interdico tibi in nomine Jeſu Chriſti, ne loco movearis qvin ante palam profiteare, cujus tu gratia veneris*, ſteteratqve verbo dicto Spiritus, qvaſi catena vinctus. Et rurſus Johannes, Age, dic qvare hanc domum acceſſeris. Reſpondit Spiritus, qvoniam Sacerdotes Apollinis Cynopem cum planctu convenere, plurima de te mala prædicantes. Hortantibus autem illis, ut ad te necandum in urbem veniret, Cynops ait, multis

multis se annis in ea eremo sedisse, ac nunqvam certe, ne majori caussa motum, adiisse urbem, proinde hujus homuncionis gratia ire nunc sibi non esse integrum. Itaqve mihi præcipiens ituro jussit, ut animam tuam ad se ferrem, qvam judicio tradere pararet.

At contra Johannes, *Missusne, inqvit, prius etiam qvoqvam ab eo fuisti, ut alicujus auferres animam?* Et respondit Spiritus, Certe missus vero, & ego interfeci qvoqve, sed animam nullam abduxi. Tunc ait Johannes, *Qvare vos illi obeditis:* Et Spiritus ad hæc referens, omnis, inqvit, potestas Satanæ illic inhabitat, & conjurationem iniit cum universis principatibus, & pariter nos ipsi cum eo, & obedit nobis Cynops, & nos vicissim obedimus ei. Dixitq; Joannes, *Ausculta maligne Spiritus, jubet te Johannes Apostolus filii Dei Jesu Christi, nunqvam deinceps egredi ad insidias hominis, neq; abisto loco recedere:* qvia vero ad Magum ille non rediit, alterum misit, qvi simili mansit eventu. Misit iterum duos ex principibus, qvorum alter domum ingrediebatur, alter foris astabat, ut qvid esset futurũ spectaret. Spir. qvi introibat, pari præcepto mansit, qvi vero ad fores stabat, ut mago factum annunciaret, velociter rediit.

Super qvo Cynops fuere accensus universam assumens cohortem dæmonum abiit in urbem, totaqve civitas plaudebat Cynopem videns, & omnes adorabant illum. Ubi vero accepit Johannem publice, ibi fumo iracundiæ ardenti repletus est, populoqve dixit, viri cœci, & errantes veritatis viam auscultate, si probus sit Johannes, & recta fuerint ejus verba, tam vos, qvam me curabit per sermonem, qvem loqvar ad eum. Ego qvoqve ipse credam dictis & factis ejus, arripiensqve adolescentem qvendam, rogavit, num pater suus viveret?

Adolescenti autem, qvod mortuus esset, respondenti, ait, qva morte? At ille, qvia nauta erat, & in mari qvondam vi fluctuum suffocatus interiit, Tum Cynops ad Johannem versus, Jam, inqvit, ostende, si vera sint, qqæ prædicas, & reduc adolescentis hujus patrem de mari, eumqve puero isti universisq; nobis restitue viventem. Cui respondit Johannes, *Non me Christus misit, ut suscitem mortuos, sed ut doceã aberrantes.* Tunc Magus erga plebem jactabundus hæc verba fecit: Jam jam cernitis viri Phorenses, qvod seductor est hic homo, qvi vos magicis illusionibus seducit. Apprehendite ac tenete eum, donec restituam adolescenti patrem viventem.

Tenuerunt itaq; Johannem. Cynops autem expansis palmis ad litora maris supplodens, sonitum qvasi fragorem ingentem effecit in mari, sicqve ab oculis illorũ disparuit. Omnes igitur astantes elevata voce acclamabant: Magnus es Cynops, & nemo est præter te, Mox ascendit de aqvis Magus habens, ut dicebat, parentem pueri, & attoniti stupuerunt omnes. Dixitqve *Cynops patrem cujusdam adolescentis resuscitat.*

 puero,

puero, Estne hic pater tuus? Qvi respondit: Utiqve, Domine, ipse est, adorabantqve Cynopem universi, & constituerunt Johannem interficere, qvod Magus prohibuit dicens, postqvam multo his majora videritis, tum deniq; pessime affligite illum.

Vocansqve ad se qvendam alium, qvem rogabat, Filiumne habes? At ille ait: Certe domine habui, sed cæde ac insidiis necatus est. Cui magus, reviviscet filiꝰ tuus, & voce prolata vocavit ex nomine tam homicidã, qvam interemptum: & confestim astiterunt ambo simul, dixitq; viro illi Cynops, Hiccene filius est tuus, & iste ne est, qvi interfecit eum; Respondebat homo, Qvin certe Domine, & intuens Johannem Magus, qvid miraris inqvit? Cui ille, *ego, ait, super his neqvaqvam miror*. Et rursum Magus, Majora his videbis, & tunc admiraberis. Ad qvem Johannes sic locutus est, *Profecto signa tua cito dissolventur*. Qvem sermonẽ audiens turba sanctum virum ita compressit, ut qvasi mortuus caderet. Arbitratus autem eum Cynops jam mortuum exclamavit, Nolite ipsum sub terram sepelire, qvatenus volucres cœli devorent eum, & videamus tunc, si Christus ejꝰ resuscitet illum. Firmiter ergo singuli eum esse mortuum opinati, abierunt una cum Cynope laudantes, & eum amplissime glorificantes.

Johannes a populo opprimitur.

Cum vero Magus audiret, qvod Johannes abiisset ad locum in urbe, qvi dicitur Lithobolus, ut illic prædicaret atq; doceret, accessit rursus cum suis dæmonibus, qvorum ministerio Necromantiam agebat, non sine conseqventium hominum caterva multa, inter qvos mixti gradiebantur qvoq; hi tres resuscitati, qvi cum dæmones essent, homines putabantur. Et dixit ad Johannem Magus; Ecce prohibui te occidi, ut majori te verecundia possim afficere, & ignominia faciem tuam replere. Qvapropter veni sodes ad portum, ut aspicias potentiam meam, & amplius admiraberis.

Igitur Johannes cum universa multitudine rediit, præcipiens tribus illis dæmonibus, qvi sub imagine hominum nuper resurgentium comitabantur, ne discederent. Concussis itaq; manibus, & terribili maris sonitu peracto, Cynops se, ut antea, dimisit in mare, atqve sic ex oculis omnium evanuit, qvi clamore non cessabant laudando dicentes, Magnus es Cynops, & nemo est præter te, Johannes interim orabat ad Dominum, ut Magus ille inter vivos ultra neqvaqvam connumeraretur. Tum repente est pelagi murmur auditum, & procellis ingruentibus eo loco, ubi se præcipitavit, nusqvam apparuit. Et dæmones, qvi sub humana figura stabant, qvasi jam pridem resuscitati a mortuis, adjurabantur ab Apostolo Dei dicente: *In nomine crucifixi JHSUH Christi hanc insulam exite, nunqvam redituri.* Statimqve ab universorum disparuerunt oculis expectantium Cynopa, si forte de freto resurgeret.

Cynops Magus precibus Johannis immersus undis non rediit vivꝰ.

Cumq.

Cumqve istic triduum atqve trinoctium ipsum permansissent, plurimi eorum fame, strepitu ac æstu infirmati & cadentes, tanqvam muti jacebant in terra. Ex qvibus tres adolescentes mortui sunt, qvos Johannes miseratus tandem suscitavit, prædicans populo, qvæ ad salutem conducunt. Illi appropinqvantes Christo baptizati sunt, relicto mago qvasi altero Pharaone, in profundo maris.

Possem ego longe plura vobis de illo sancto Evangelista recitare, & qvales & qvantas virtutes nostri hujus sacratissimi & mirifici nominis ostenderit, & terris, & alto, & qvonam modo ex insula defuncto Imperatore Domitiano rediens, suam & sanctorum hospitam Drusianam vita defunctam a mortuis excitaverit, sola voce hac dicens, *JHSUH Christus excitet te Drusiana, surge & vade domum, mihi paratura cœnam.* Sic & Thomas Apostolus mulierem diu mortuam suscitavit. Et in nomine JHSUH Bartholomæus simulacrum solis comminuit, & dæmonem inde visibiliter expulit. *Hactenus verba ex cap. 18. lib. 3. de verbo mirifico Johannis Reüchlini.*

Poterat autem immensus cumulus historiarum similium hic inde conqviri: qvin & hujus loci esset amplissima illa materia de defectu Oraculorum, de qvo themate etiam Plutarchus scripsit. Sub Ethnicismo ante CHRISTUM totus mundus plenus erat idolorum & Diabolorum vaticinantium, qvæ omnia Oracula temporibus CHRISTI & Apostolorum obmutuerunt. Qvi de Oraculis illis Ethnicis plura cupit legere, & habet theatrum Zwingeri, plurima passim inveniet, qvæ huc adducere nec libet, nec per temporis brevitatem licet.

ORACULUM CXXXVI.
SACRUM.

2. Sam. 24, 1.

Versio vulgata Latina:

Addidit furor DOMINI irasci contra Israel, commovitq; David in eis dicentem ad Joab, Vade, numera Israel & Judam.

Versio Latina Sanctis Pagnini:

Addidit furor JEHOVÆ irasci contra Israelem, & concitavit Davidem in eos dicendo, Vade, numera Israelem & Jehuda.

Versio

Versio Germanica B. Lutheri:

Vnd der Zorn des HErrn ergrimmet abermal wieder Israel / und reitzet David unter ihnen / daß er sprach Gehe: hin / zehle Israel und Juda.

CEleberrima est historia de numeratione populi Israelitici facta jussu Davidis, propter qvam pestis in populo divinitus excitata septuaginta millia virorum devoravit, 2. Sam. 24.

Numerationes populi Israel jussu Dei facta.

Videtur autem pœna illa gravissima propemodum pugnare cum ipsa æqvitate. Extant enim alia exempla, de numerationib9 aliis, ubi simile qvid non fuit secutum. Extat *prima* numeratio populi Israelitici Exod. 12,37 ubi recensentur circiter sexcenta millia peditum, virorum tantum, præter parvulos, & præter mixtionem, seu, præter admixtos Ægyptios, qvi una cum Israelitis ex Ægypto exiere, & mox per mare rubrum transierunt. Extat *secunda* numeratio ejusdem populi in deserto facta, Num. 1, 45, 46. ubi recensentur sexcentia tria millia, & qvingenti qvinqvaginta. Extat *tertia* ejusdem populi numeratio facta in campestribus Moab, Num. 26, 51. ubi recensentur sexcenta millia, & mille, septingenti ac triginta. Qvæ tertia numeratio major est, qvam prima, sed minor, qvam secunda. Secunda & tertia jussu Dei expresso & speciali facta fuit: forsan & prima, etsi de hac nihil simile exprimitur.

Rex, Propheta, & Patriarcha David post istam numerationem populi propter qvam pestis venit, nihilominus numerat Levitas & eisdem officia assignat, 1. Par. 23. & seqq. qvin & populum dividit in duodecim turmas, & ipsis suos deputat Præfectos.

Numerationes Israelitarum & peregrinorum in Israel citra Dei indignationem facta.

Numeravit etiam Salomon 2. Par. 2, 17. 18. omnes viros peregrinos in terra Israel: post dinumerationem similem, qva dinumeraverat eos David pater ejus (De qva Davidis numeratione operariorum ad templum Dei ædificandum necessariorum nihil alibi extare memini in sacris literis) inventiq; sunt centum & qvinqvaginta millia, àtq; tria millia & sexcenti.

2. Paral. 13, 3. Rex Juda Abia exercitum suum instruxit qvadringentis millibus virorum electorum, & v. 17. *ex Israele ceciderunt qvingenta millia virorum electorum:* qvod omnino atrocissimum prælium in Bibliis qvidam se computasse ajunt.

Similiter 2. Par. 25, 5. *Cregregavit Amasias Juda & constituit eos per domum familiarũ Tribunos & Centuriones in universa Juda & Benjamin, recensuit eos a filio viginti annorum & supra, invenitq; ex eis trecenta millia electorũ egredientium ad pugnam, tenentia hastam & clypeũ. v. 6. Conduxit qvoq; de Israele centum millia fortium robore centum talentis,*

Obite

Obiter hic moneo, numeros militum, qvi in sacris litteris numerantur, citra dubium semper sese ita habere rigidissime. Qvo minus in aliis promiscuis numerationibus cunctos numeros aliqvis pro certissimis habeat, facient illa, qvæ ex experientia suorum amicorum & vicinissimorum scribit Georgius Scherer/ Societatis Jesu sic dictæ Theologus in Postilla, super tertiam Dominicam post Epiphanias: qvæ lector videre potest, qvi volet.

Sed ad rem. Cum igitur sine dubio multoties institutæ fuerint alias etiam numerationes populi Israelitici, partim jussu divino, partim aliis caussis urgentibus, merito mirabitur aliqvis, cur nulli unqvam tam male cesserit numeratio talis, atqve hoc in loco accedit Davidi.

Ut rationem responsionemq; invenire possis, lector, necesse est, ut integram historiam Davidis, aut ad minimum, illam ejusdem historiam in sacris literis percurras, qvæ incipit ab initio unctionis Davidis in Regem, & qvidem unctionis secundæ. *Unde & qvomodo qværenda sit caussa, cur numeratio illa Davidis 2. Sam. 24. Deo maxime displicuerit.*

Qvod enim supra qvoq; admonui, antecedentia & conseqventia non possunt tam angusto aliqvot versiculorum complexu semper æstimari, sed interdum opus est meditatione plurium capitum, & simul plurium librorum Biblicorum, ubi ubicunq: similes aliqvi textus latere animadvertentur.

Aliqvi respondent, ideo Jehovæ fuisse numerationem Davidis exosam, qvod profecta fuerit ex superbia. Aliqvid hoc est, sed nec illud textibus sacris probare satagunt, nec etiam hoc ipsum est sufficiens. *I. Sententia fuisse ex superbia.*

Alii, ut Bonaventura, Cornelius Bertramus in lucubrationibus Franckenthalensibus, ad abstrusiora & sufficientiora se pervenisse existimant, qvi dicunt in eo peccasse Davidem, qvod numerationem instituerit modo tali, qvi pugnaverit cum omnibus modis, secundum qvos hactenus Deus ipse populum aliqvoties numerari jusserit. *II. Pugnare cum aliis modis.*

Probant hi posteriores sententiam suam ex illis locis, qvoties Deus censum habere jussit, ubi solummodo voluit numerari viros ab anno vicesimo & *supra*, non vero ab anno vicesimo & *infra*. Legantur Exod. 30, 14. & 38, 26. Num. 1, 2. 20. 22, 24. 26. 28. 30. 32. 34 36. 38 40. 42. 45. & 14. 29. & 26, 2. & 32. 11. In his enim postremis Numerorum Mosaicorum exemplis numerantur a viro filio viginti annorum & *supra* EGREDIENTIUM ad pugnam, qvæ limitatio expresse addita deprehendetur. Num. 1, 2. a filio viginti annorum & *supra* omnē egredientē ad bellum in Israele: & ita ultra decies amplius loqvetur Scriptura. Excepti igitur in his numerationibus fuere illi, qvi erant infra vicesimū annum, & qvod ratio ipsa dictat, qvi erant ex senectute infirmi; erant excepti etiam illi, qvi ex genere Ægyptiorum orti simul ex Ægypto exibant; multo magis omnes exceptæ fuere fœminæ ætatis & status. *Probant.*

Econtra qvalem hoc in loco David censum instituerit, illud Scriptura

alibi noluit subticere. Sic enim 1. Paralip. 27, 23. 24. In illo enim capite David post illam Deo ingratã numerationem de alio censu est solicitus, & constituit legiones ordinarias, cum suis Ducibus, Tribunis & Præfectis, in eum usum, ut si qvid molirentur hostes, ipse in singulos menses haberet, per qvẽ, & per qvos celeriter resistere posset. Et postqvam populum in turmas & Duces distribuit David, ibidem de ipso tandem adjicit Scriptura; *Non accepit* (hac vice) *autem David numerum eorum a filio viginti annorũ & INFRA, qvia dixerat Jehovah, qvod multiplicaret Israelem veluti stellas cœli.* v. 24. *Joab filius Seruia cæpit* (siqvidem a filio viginti annorum & infra) *numerare* (qvia jussꝰ fuerat POPULUM numerare, non ut antea viros filios 20. annorum & SUPRA) *sed non complevit* (interveniente peste) *& fuit propter hoc ira super Israelem, & non ascendit numerus in numerum verborum dierum Regis Davidis.*

David jubet numerare populum infra viginti annos.

Ergo David jussit tum numerari POPULUM, hoc est, non ut ante fieri consveverat, viros, qvi erant a vicesimo ætatis anno & SUPRA: sed etiam, qvi erant ante seu INFRA vicesimum annum ætatis. Etsi vero jussit numerare INFRA vicesimum annum, tamen non omnes masculos infantes jussit numerari, sed tantum illos, qvi qvidem infra annum vicesimum erant, attamen illis, qvi vicesimum annum excesserant, statura, vel viribus ad evaginandum gladium pares, aut sit, qvandoqve meliores erant.

Sed tamen non nisi aptos ad bellum.

Qvod autem non nisi ad bellum aptos numerare debuerit Joab, jussu Davidis Regis, exprefse indicatur 2. Sam. 24. vers. 9 ubi *Joab dedit numerum numerationis populi Regi, & fuit tunc Israel octingenta millia viorum fortium EVAGINANTIUM vel educentium GLADIUM,* id qvod reperitur 1. Paral. 21. v. 5 (licet ibi multitudo impar referatur) *Fuit universꝰ Israel mille millia, & centum millia virorum* evaginantiũ *gladium, Jehuda autem qvadringenta & septuaginta millia virorum* evaginantium *gladium.*

Aliqvid hoc etiam est, qvod David non eo modo numeravit populum, qvo antea fuerat numeratus, & qvidem aliqvid magnum hoc fuit.

III. Plenior caussa, cur numeratio illa displicuerit Deo, qvia pugnat cum speciali promissione.

Verum necessario addendum est illud, qvod sub initium regni Davidis confirmati, statim post secundam unctionem in sacris legitur. Verba ut sunt prophetica, ita qvoqve emphatica 2. Sam. 7. v. 1. 2. seq. & 1. Par. 17. v. 1. seq. *Fuit enim cũ sedisset Rex in regia sua, & Jehovah reqviem dedisset ei undiq; ab omnibus inimicis ejus, ibi cogitat de domo Domini ædificanda.* Verum mox ad ipsum mittitur Propheta Nathan, qvi hæc verba Jehovæ ipsi annunciat: *Nunqvid tu ædificabis mihi domum, ut habitem? Ego tuli te de tugurio post oves euntem, ut esses Dux super populum meum, super Israelem. Fui tecum in omni loco, qvo perrexisti; excidi insuper inimicos tuos omnes a facie tua, feciq; tibi nomen magnum, juxta nomen magnorum, qvi a sunt in terra. CONSTI-*

STITUAM qvoq; LOCUM populo meo Israeli & PLANTABO eum, HABITABITQVE in loco suo, NEC MOVEBITUR amplius, neq; addent filii iniqui affligere eum, UT PRIUS. Et ex die, qvo pracepi, ut essent judices super populum meum Israel: Sed REQVIEM DABO tibi ab omnibus inimicis. Pratera annunciat tibi Jehova, qvod DOMUM TIBI FACIET IPSE.

Promissio à Deo, ut specialissima, ita plus qvā amplissima Davidi facta.

In his verbis specialiter promittit Dominus Davidi, qvod sub ipsius imperio ita velit politiam suam sacram tueri, ut non opꝰ sint pii habituri metuere generales afflictiones, qvales in Ægypto, & postea sub Judicibꝰ qvandoq; nimis PERICULOSAS sustinuerant: qvod item ipsemet sit Davidi facturus domum, seu stabiliturus regnum suum, IPSEMET, citra humanorum auxiliorum PRÆSIDIA. Etsi enim particulari bella habiturus erat, tamen illa vix hoc nomine digna, nec periculosa erant futura: etsi propter peccatum a filio in exilium expellitur, tamen restituitur.

Sed & hoc verbum debuisset David considerare 2. Sam. 24. in actu illo, unde ab actu desistere debuisset & potuisset.

Hoc tantum beneficium Dei tunc temporis agnoscit David, unde in responsione sic ait: *Qvis ego, Domine Jehovah, & qva est domus mea, qvod adduxisti me hucusq;. Et parum adhuc fuit hoc in oculis tuis Domine Jehovah, & etiam locutus es super domum servi tui IN LONGINQVUM. Et paulo post: Nunc ergo Jehovah Deus verbum, qvod locutus es de servo tuo, & de DOMO EJUS, suscita usq; in seculum, & fac secundum qvod locutus es:* In qvibus verbis simul includitur promissio & spes æterni Regis Messiæ præter promissionem & spem & miram conversationem terreni regni divinitus ipsimet Davidi patefactam

Non tantum David, sed etiam TOTIUS ISRAEL specialem illam promissionem Dei noverat probatur.

Hanc specialem promissionem & singularem spem *David & omnis Israel* fide firmissima crediderunt, expectarunt, collaudarunt, sicut apparet in Joabo, qvi propter illam ipsam difficilimū sese præbebat ad jussum Regis complendum, dum inqvit, 1. Paral. 21. 3. *Ut qvid qvarit hoc Dominus meus, ut qvid erit ad delictum Israeli?* Sicut item apparet ex 1. Reg. 8, 25. ubi Salomon coram toto Israele orat: *O Jehovah Deus Israelis, custodi servo tuo Patri meo, qvod locutus es, dicendo: Non excidetur tibi vir a facie mea sedens super thronum Israelis, &c.*

Rectissime igitur & pientissime David fecisset, si in hac fide speciali constantissimus mansisset, nec cessisset diabolicis suggestionibus, qvas sine dubio ex motibus ab Absolone excitatis exaggeravit Satanas, ut adversus qvoscunq; inopinatos in futurum similes motus sese armaret & instrueret tantis copiis, qvas ex tali populo, qvem Deus promiserat multiplicare sicut stellas cœli, facile poterat habere amplissimas, & ut ne putet se errare, etiā si augmenti crassioris gratia etiam anumeraret filios a viginti annorum & infra.

Hoc tunc a Davide fuisse etiam cogitatum, apparet ex 1. Paral. 27, 23. ubi

 dicitur

dicitur, *qvod David* non amplius *acceperit numerum a filio viginti annorũ & INFRA, qvia dixerat Jehovah, qvod multiplicaret Israelem veluti stellas cœli.*

Propter numerationẽ illum etiam POPULUS EROMISCUUS a Deo fuit punitꝰ, qvia etiam sunt obliti hujus promissionis.

Sic ergo David in numeratione gravissime peccat. 1. *obliviscitur specialissimæ & singularissimæ spei & promissionis, qvam a Jehovah per Prophetam acceperat, de regno ipsiꝰ citra periculũ stabili mansuro*, idq; ex divina potentia, qvæ hoc regnũ singulariter sit defensura. Et hoc est illud præcipuũ, qvod in hoc actu Davidis accusationẽ magnam meretur, & pœnam gravissimam attraxit.

Implicaverunt sese pœna & calamitate digna simul omnes subditi totius regni Davidici; siqvidem peste perierunt septuaginta millia viorum a Dan usqve ad Berseba, & jam jam Hierosolymam qvoq; Angelus disperdere moliebatur, 2. Sam. 24, 15. 16 Nemini autem minima ex portiuncula mirũ accidat, qvod propter hoc Davidis peccatum tanta turba subditorum simul plectitur.

Nã promissio & spes singularissima & specialissima de stabilitate & conservatione & securitate regni Israelitici non tantũ pertinebat ad Regẽ Davidem, & ad Regis ipsiꝰ familiam seu posteritatem: sed & spectabat simul ad cunctos, universos & singulos inhabitatores totiꝰ regni Israelitici. Ideo etiã universi, cuncti & singuli eandem specialissima fide & πληροφορία apprehendere, retinere, & in ea firmissime acqviescere debuerunt. Et per consеqvens, qvando viderunt contra illam promissionem Jehovæ a Rege suo attentari aliqvid, qvo illa promissio in dubiũ vocata, aut saltem non satis auguste observata dici poterat, humilimis deprecationibus, & commonitionibus, qvin & postea omnibꝰ aliis modis dehortari & resistere debuerunt, memores istius, qvod Deo plus sit obediendum, qvam hominibus. Ipsi vero vice perversa maluerunt Regis sui terreni gratiam sibi sartam conservare: unde non contradicunt, sed libentissime parent per totum regnum.

Sic enim habent verba 2. Sam. 24, 4 *Pravaluit verbum Regis super Joab & super Principes exercitꝰ: unde egressꝰ est Joab & Principes exercitꝰ a facie Regis, ut numerarent populum Israelem. Et* (nimirum conniventibꝰ, tacentibus, dissimulantibus, libenter admittentibꝰ, nec qvicqvam contra disputantibꝰ, dehortantibus, contradicentibꝰ, resistentibus, denegantibus subditis ubivis locorũ) v. 5. *transierunt Jordanem, & castra metati sunt in Aroër ad dextram ejus, postea venerunt in Gilead, & in terram Tachthim Hodsi, inde venerunt in Dan Joan, & circa Sidon*, v. 6. *veneruntq; ad munitionem Tyri, & ad omnes urbes Hivæorum & Chananæorum, unde egressi sunt ad meridiem Jehuda in Berseba, cumq; obambulassent universam terram* (nemine qvicqvã contradicente aut monente, tacentibus etiam ante omnia mutis canibus, Sacerdotibus, & Levitis, nimirum omnibus) *In fine novem mensium* (ece spacium cogitandi & dehortandi satis prolixum) *& viginti dierum in Jerusalem.*

Si et

Si ergo non veriti fuerunt subditi DEUM contumelia illa afficere, & admittere conatum Regis talem, qvo promissio specifica divina non satis auguste servabatur, iccirco haud fit ipsis ulla injuria, qvod propter numerationem non impeditam non possunt a poste immunes esse.

Qvando subditi puniuntur propter peccata regis? Resp. Tunc, qvando regem legitime non dehortantur.

Simili modo 2. Sam 21.1. fames fuit in Israel propter peccatum qvidem Saulis, & propter familiam ejusdem sanguinariam, qvod interfecerat Gibeonitas; sed & simul propter hoc peccatum subditorum, qvia subditi consenserant improbis factis Regis Saulis, aut eisdem non contradixerant. Recte autem plectuntur subditi, qvia ipsi aut eorundem majores olim simul promiserant & permiserant securitatem Gibeonitis Josuæ 9. v.15. unde jam tempore Saulis fidem datam posteri servare debuerant. Cum autem per omnia adulatorie adblandiantur omnibus placitis Saulis; iccirco tandem post mortem Saulis improbi consensus facti, & nullius interpositi dissensus dignissimas & meritissimas pœnas luere necessum habent.

Principes sunt monendi.

Monendi igitur sunt a Vigilibus suis piis pii Principes, ne in magnis & publicis negotiis subditorum necessarias admonitiones & preces spernant. Experientia hac sapere debent subditi, & præsertim, qvibus plus est intelligentiæ & familiariatis cum magnatibus, ut citra adulationem, sed & simul citra ὕβριν, superbiam, contemtum, seditionem & malitiam de necessariis rebus sua judicia ne dissimulent, ne ipsis hoc idem accidat, qvod hoc in loco subditis in regno Saulis & Davidis juste evenit.

II. Numerando populum. Numeratio enim virorũ INFRA viginti annos, est circumstantia una caussa, non complectitur totam caussam, ut Deo displicuerit illa numeratio.

Deinde peccatum illud diffidentiæ Davidis externam circumstantiam habet istud ipsum, qvod gravitatem ejus satis auget, nimirum, *qvod etiam ad militiam bellicam majore potentia instituendam, & pro defensione sui regni ampliore & fortiore jubet numerare viros filios a viginti annis & INFRA.* Illud enim non modo non erat ipsi divinitus mandatum aut concessum; sed etiam pugnabat cum omni consuetudine hactenus ex DEI consilio in Rempubl. Israeliticam introducta, & in eadem constanter conservata.

Multoties huic populo Israelitico promiserat DEUS, qvod ipsemet DEUS, Rex ipsorum esse vellet, unde nec Regem alium eligere, nec præter Jehovam Regem agnoscere debuissent; sed solummodo firma fide apprehendere, in extremis etiam periculis, decuisset speciales de regni Israelitici conservatione divina promissiones. Hac ipsa de caussa, populum Israeliticum ubiqve locorum dehortatur, ne fœdera cum alienis facias, defensionis caussa: Siqvidem DEUS volebat cum ipsis habitare & ipsos defendere, ut tandem in ipsorum terra, ex ipsorum posteritate Messias nasci posset.

David peccavit plus ex diffidentia innumeratione populi, quã ex alia caussa.

Omnino igitur ut concludam, grandis fuit seu oblivio, seu diffidentia, qvod non tam huic promissioni innititur David, qvam (juxta illud ethnicum, *manus nostræ oculatæ sunt*) brachio qvodam seculari se & suos subditos adversus omnis generis hostes præmunire satagit. Merito etiam tantam pœnam intulit Jehovah & qvidem tum etiam illis, qvi in tam doctissimo populo ad omnes molitiones connivere & adulari voluerant.

ORACULUM CXXXVII.
SACRUM.

Lucæ 18. v. 14.

Textus sacer Græcus:

Κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος.

Versio vulgata Latina antiqva:

Descendit hic justificatus in domum suam ab illo.

Versio Germanica B. Lutheri:

Dieser gieng hinab gerechtfertiget in sein Haus/für jenem.

In Pharisæo est hypocrisis non vulgata; sed QVA DEUM vult ludere, & homines fallere.

DE Pharisæo & Publicano Evangelium proponitur ad undecimam Dominicam Trinitatis: *Justificatus in domum suam abiit Publicanus præ Pharisæo.* Luc. 18, 14. Qvia Publicanus suam immundiciem *serio* agnovit, & humiliter deprecatus fuit: Pharisæus vero egit Deo gratias hypocritice (hypocrisis patet ex versu 11. qvia persvadet sibi, se esse justum) qvod non esset, sicut alii homines.

Ut autem magis appareat Pharisæi damnata hypocrisis, & Publicani seria humilitas & pœnitentia, pro more ex antecedentibus & conseqventibus, hoc est, ex aliis locis & libris Biblicis, amborum istorum consideranda est vita penitus.

Omnia sunt in summo gradu hypocritica in Pharisæo. 1. negatio injustitiæ. Pharisæi plerique omnes hypocritæ.

Pharisæus igitur agit Deo gratias 1. qvod non sit vitiis pollutus, sicut reliqvi homines, injusti, rapaces, mœchi, ut Publicanus. 2. qvod veris operibus studeat, jejunando bis in hebdomade, & decimando de omnibus, qvæ habet.

Qvod attinet ad illud, qvod Pharisæus negat se esse injustum, & per conseqvens, jactat, qvod sit justus, hæc est mera & profunda hypocrisis, Notum enim est, qvid de Pharisæis referat CHRISTUS Matth. 23. vers. 27. *Pharisæi & Scribæ, hypocritæ, similes estis sepulcris dealbatis, qvæ extra qvidem apparent speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum, omnique immundicie:*

v.28.*ita & vos extra qvidem apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi & iniqvitate.*

Item, annon ad injustitiam & ad dolos viam præbuerunt hominibus illa distinctione inter formulas juramenti, de qvibus Matth. 23,16. *Væ vobis duces cæci, qvi dicitis: Qvicunqꝫ juraverit per templum, nihil est: qvi autem juraverit in auro templi, debitor est.* v.17. *Stulti & cæci: qvid enim majus est, aurum, an templum, qvod sanctificat aurum?* v.18. *& qvicunqꝫ juraverit in altari, nihil est: qvicunqꝫ autem juraverit in dono, qvod est super illud, debet.* v.19. *Stulti & cæci, qvid enim majus est, domum, an altare, qvod sanctificat domum?* v.20. *Qvi ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus, qvæ super illud sunt.* v.21. *Et qvicunqꝫ juraverit in templo, jurat in illo, & in eo, qvi habitat in ipso.* v.22. *Et qvi jurat in cælo, jurat in throno Dei, & in eo, qvi sedet super eum.* Omnino, qvi alios pejerare docet, is eosdem præparat ad omnia genera summæ injustitiæ & simul extremæ hypocriseos.

Pharisæi pleriqꝫ omnes etiam altos faciebant hypocritas.

II. rapacitatis.

Qvod attinet ad rapacitatem, a qva se immunem dicit Pharisæus iste, iterum mera est hypocrisis. Notum enim est, qvod objicit Pharisæis CHRISTUS, iterum Matth.23,25. *qvod purgent qvidem exteriorem patinæ poculiqꝫ partem, cum intus omnia sint plena RAPINA & intemperantia.*] *Hoc* est, omnia qvæcunqve comedunt & bibunt, illa per dolos & artes ad se traxerunt, & eripuerunt pauperibus & aliis. Huc pertinet, qvod objicit CHRISTUS, Matth.15,5. qvod docuerint, non amplius liberum esse filio juvare parentes de illis facultatibus, qvas in usum ministerii voverunt. Matth.23, 14. qvod sub prætevtu longarum precationum comederint (ad se penitus traxerint) domos viduarum (& ita alia bona earundem. Annon hoc est rapere?)

III. mœchationis.

Qvod ad *mœchationem*, iterum mera est hypocrisis. Iterum enim notum est, qvod CHRISTUS ipsis objicit Matth.5,28. interiores pravas concupiscentias, qvin & clandestinas machinationes: unde omnis generis clandestina adulteria & nefaria divortia, qvæ Pharisæi neqvaqvam pro peccatis magnis habebant.

Huc item pertinet historia de fœmina in adulterio comprehensa, & ad CHRISTUM in templum adducta a Scribis & Pharisæis Joh.8,1. & seqq. Ibi ad Scribas & Pharisæos inqvit tandem CHRISTUS: v.7. *Qvi vestrum immunis est a peccato, primus in illam lapidem jaciat.* Dum autem his dictis secunda vice CHRISTUS sese in terram inclinat, & in terra scribit, Pharisæi cum sociis, redarguente ipsos conscientia, sigillatim alii post alium exierunt e templo. Cum igitur clam aufugerint, consentaneum est, ipsos immunes non fuisse a peccato (ipsius adulterii) & metuisse, ne CHRISTUS ipsorum cogitationes & actiones aliqvas proferret,

ferret, sicut interdum revelavit, qvidnam in cordibus suis cogitarent. Ergo adulteriis internis & externis marcidi Pharisæi in aliis damnabant adulteria.

IV. Jactatio jejuniorum.

Sic qvoqve jejunia Pharisaica erant mere hypocritica jejunia, Matth.6, 16. *Obscurant enim facies suas, ut publice tetrici fiant & appareant hominibus jejunare.*

V. Decimarum jactatio.

Decimationes & eleemosynæ erant meræ hypocrises, qvia Matth. 6, 2. *Curabant buccinari, ut omnes concurrant & videant, qvod dent eleemosynas.* Matth.23, 23. præter mandatum Dei *decimas dabant etiam de anetho, cumino, mentha*, ex abundantia hypocriseos.

Qvæ erant communia vitia E. conseqventer etiam eadē erant in hoc Pharisæo.

Sicut igitur in genere hæc vitia, ut alia multa, qvæ annotare non libet, Pharisæis objicit CHRISTUS: ita qvoqve hunc Pharisæum insignem istis reliqvis suis gregalibus per omnia simillimum fuisse, nihil impedit, qvo minus certo & credant & hinc, eum describant. Fuerint in ipso gravissima vitia, clandestinarum injustitiarum, rapinarum, mœchationum, fraudum erga viduas; qvæ omnia pro vitiis ipse noluit agnoscere & habere, immo his vitiis grandissimis plenissimus tamen audet Dei faciem qvasi intueri, & se purum ac mundum jactare.

Si autem talia in ipso fuere vitia, qvis qvæso eundem vera & viva & salutari fide præditum fuisse dicet. Jesuitæ in suis templis egregie in nostros invehi norunt, anne sit laudandum vel non laudandum, qvando aliqvis potest jactare, se non esse injustum, se non esse capacem, se non esse mœchum? *Respondetur*, duplum hoc loco committi peccatum a Pharisæo. 1. qvod destituitur his ornamentis, & econtra, qvod vere est pollutus injustitia, rapacitate, mœchatione. 2. qvod tamen audet coram Deo sese pro impolluto venditare. Maxima hæc est & damnata hypocrisis & superaia.

De publicano.

I. An certam aliqvā personam sub nomine PUBLICANI *Christus proposuerit.*

Econtra qvod ad *Publicanum* attinet, Lyra in suis Commentatiunculis super Luc.15. caput scribit, *qvod a cap.15. ad 19. describatur peccatorum conversio in generali; sed in capite 19. in speciali.* Qvid igitur, si CHRISTUS sub hoc nomine Publicani ipsum Zachæi conversionem seriam depinxerit. Cogitent & judicent eruditi. Ut ut autem sit, qvia Publicanum laudat, ex Publicani alicujus conversi, qvicunqve ille fuerit, moribus & reqvisitis, istius ipsiusPublicani vitam emendatam, non inepte æstimare possumus, sive fuerit Matthæus, sive Zachæus, sive alius &c.

II. Omnia seria & humilia in Publicano. 1. concionum auscultatio.

Publicani libenter & cum fructu audiverunt conciones Johannis Baptistæ, petierunt etiam baptismum, & simul rogarunt, qvid facere deberent, Luc.3, 12.

Tanto

Tanto fervore, tanta fide excipiebant CHRISTUM, ut jussi a CHRISTO, relictis omnibus, seqverentur CHRISTUm, Luc.5.v.27,28. Catervatim ad CHRISTUM accurrebant, ut eum audirent, Luc.15.v.1. *2. exceptio Christi.*

Præterea, qvibus poterant externis modis, Christum honorare studebant, sicut Levi gratitudinis ergo faciebat ei magnum epulum, Luc.5.v.29. & Zachæus ex Zeli fervore sincero ascendit in sycomorum publice, ut in hanc personam intueri posset. *3. reverentia erga Christum.*

Insuper injuriam aliis allatam ita secum deplorat Zechæus, ut qviescere in conscientia neqveat, nisi prius satisfaciat: *Ecce dimidium bonorum meorũ do pauperibus, & si qvid cuipiam per calumniam eripui, reddo qvadruplum*, inqvit Zachæus Luc.19,8. Qvis, qvæso, non videt, talia bona opera nullo pacto hypocritica, sed maxime & in summo gradu seria, sed & uno verbo secundum DEUM facta, Joh.3,21. & vere sancta, non potuisse proficisci nisi ex pectore per Spiritum Sanctum illuminato, & verissima, vivacissima qve fide prædito, adeo ut jam præ pudore coram DEO se detestetur, nolit in cœlum aspicere, se humiliter simul & serio tundat in pectore propter recordationem vitæ, tam diu, tam male, actæ. Annon huic domui hujus Publicani salus debuit contingere? annon fuit ipse verus filius Abraham, sicut a Christo nominatur, Luc.19,9. *IV. Satisfactio & recompensatio. Seria contritio conspicitur.*

Ecce, lector benigne, & expende & æstima, qvalem tunc egerint vitam Pharisæi, postqvam audiverunt divinitus & ex cœlo missos Doctores, Johannem & Christum, nimirum, qvod in sua falso jactata, hypocriticaqve justitia, clandestina rapacitate, & clandestina mœchatione, superbe, proterve, impudenter, indesinenter nihilominus pleriqve omnes perrexerunt.

Ecce contra lector æstima, qvales sese prebuerint auditores horum divinissimorum Doctorum cælitus datorum Johannis & Christi, Isti reliqvi, nimirum Publicani, videlicet studiosissime captarunt occasionem auscultandi eorum conciones, emendandi vitam serio & cito, & reddendi, qvæ aliis abstulerant, deniqve benefaciendi omnibus hominibus, inspecie injustitiam & rapacitatem suam in sacris concionibus taxatam agnoverunt, & illico abjecerunt, & unice Christo humilime adhæserunt fide, qvæ per charitatem est efficax, Gal.5,6.

Vides igitur, lector, insignem differentiam inter vitam Pharisæorum, & inter vitam Publicanorum, qvam in specie ad indigitationem Christi breviter applicavi ad hunc Pharisæum, & ad hunc Publicanum, Luc.18. qvorum ille superba hypocrisi plenus, hic humilima sinceritate DEO acceptissimus fuit. Non igitur amplius miraberis, cur Publicanus dicatur abivisse in domum suam justificatus præ altero: Pharisæus fidem vivicam non habuit, sicut habuit Publicanus. *Differentia Pharisæorũ & Publicanorum.*

Probatur explicatio data

Et hæc ipsa interpretatio commodissime fluit ex antecedentibus & conseqventibus, hoc est, ex illis, qvæ de Pharisæorum mala & improba vita scribuntur in novo Testamento, ante caput XIIX. Lucæ, nimirum in præcedentibus omnibus capitibus Lucæ, in toto Marco, & in toto Matthæo; ut etiam in conseqventibus scriptis post XIIX. caput Lucæ, nimirum in Evangelista Johanne.

Titulus Pharisæi in Concordantiis qværatur.

Ego brevitati studui, & tantum qvædam annectere volui, qvam plurimis aliis omissis, qvæ lector ipse facile supplebit, ex variis locis novi Testamenti ad manductionem Concordantiarum qvarumcunqve; immo etiam Josephi Historici, aut aliorum, qvi de Sectis Judæorum tribus scripserunt. Vel parvulus tractatus oboriretur, si materiam illam aggrederer, præsertim si collationem cum Jesuitis hodiernis similiter meditarer ex iis ipsis.

Particulam ἤ negativam esse, non comparativam probatur ex aliis locis.

Illa vero de caussa attuli & æstimavi paucula; qvod ex tali collatione facilius & certius explicetur illud dictum CHRISTI: *Dico vobis, descendit justificatus iste domum suam ab illo.* Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος, *qvam ille*: ut postea non opus sit in particula ἤ, tanqvam in scirpo nodum qværere solummodo.

Oseæ 6, 6 Διότι ἔλεος θέλω καὶ οὐ θυσίαν, ἐπίγνωσιν Θεοῦ, ἢ ὁλοκαυτώματα. *Qvapropter misericordiam volo, & non sacrificium, cognitionem Dei, qvam holocausta.* Ecce lector, qvid in hoc loco sit ἤ, nimirum NON, sicut habet antecedens: *Misericordiam, & non sacrificium.* Hæbreus textus etiam per vocabulum לא & מ commixtum & permutatum ita exponit, *Misericordiam volo & non sacrificium, & scientiam Dei præ holocaustis.* Præ holocaustis, id est, non holocausta, & vicissim, *Misericordiam, & non sacrificium*, id est, præ sacrificio.

Psalm. 118, 8. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον: & vers. 9. Ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι: *Bonum est confidere in Domino præ confidere in homine.* Et, *Bonum est sperare super Domino, & non sperare in Principibus.* Ita qvoqve hoc in loco: *Descendit justificatus in domum suam, qvam ille*, præ illo, potius qvam ille, hoc est, ET NON ILLE. Sed satis de his.

ORACULUM CXXXIIX. SACRUM.

Matth. 19, 24.

Textus sacer Græcus:

Εὐκοπώτερόν ἐστι, κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

Versio

Versio vulgata Latina antiqva:

Facilius est camelum per foramen acus transire, qvam divitem intrare in regnum cœlorum.

LUTHERUS:

Es ist leichter / daß ein Kameel durch ein Nadelöhr gehe / denn daß ein Reicher ins Reich GOttes komme.

HUjus Oraculi sacri animadverto interpretationes passim extare triplices. *Variæ explicationes;*

Primo enim sunt, qvi simpliciter intelligunt animal hoc nomine indigitatum: qvod sicut ἀδύνατον & impossibile est, ut ingens illud & tortuosum animal per foramen acus penetrare qveat; ita qvoqve dives mundi, & non dives in DEO, per regni cœlorum januam venire neqveat. *Qvidã explicant 1. pro animali.*

Deinde sunt aliqvi qvos movet, qvod non tantum κάμηλος per η, sed & scribi possit κάμιλος per jota, id est, funis nauticus, unde putant sensum esse posse: tam difficilem esse introitum divitis in regnum cælorum, qvam difficilis est transitus nautici funis per foramen acus. *2. pro fune nautico.*

Deniqve apud Lyram hæc seqventia leguntur verba super Matth. 19, 24. *Aliter autem exponitur ab aliqvibus illud. Facilius est camelum &c. dicentibus, qvod qvadam porta erat in Hierusalem, qva vocabatur* Porta acus, *per qvam non poterant Cameli transire, nisi prius deposito onere: sic nec dives poterit intrare regnum cælorum, nisi deposita sarcina terrenorum.* Hactenus verba Nicolai de Lyra. *3. de porta acus Hierosolymitana.* PORTA ACUS.

In eandem sententiam putant aliqvi trahenda qvoqve esse verba Maximi Episcopi in homilia super Matth. cap. 18. de humilitate colenda: *Verba sunt hæc*: Arcta & angusta est via, qvæ ducit ad regnum. Qvi ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tanqvam onustum animal & impeditum, per angustum regni iter transire non poterit. Simul &, ut se existimat pervenisse, sarcinam ejus exigua porta non capiens, repercussus limine retrorsum redire cogetur. Tam enim angusta est diviti Porta cœlestis, qvam est camelo acus foramen exiguum. Unde ait Dominus: Facilius est camelum per foramen acus transire, qvam divitem intrare in regnum cœlorum. Sicut enim camelum animal tortuosum atqve deforme exigua caverna præterire non patitur; ita divitem avarum atqve mendacem arcta cœli janua minime intrare permittit. *Hactenus verba Episcopi istius.*

De prima sententia rationes ejusdem. Κάμηλος in propria significatione.

Inter has tres interpretationes, *primam ideo pleriq; eligunt*, qvia in Græco authentico exemplari habetur vox κάμηλος per η, qvæ citra controversiam propriissime significat camelum animal. Matth. 3, 4. *Johannes habebat vestimentum ἀπὸ τριχῶν καμήλου, de pilis cameli.* Marc. 1, 6. *Johannes erat vestitus, indutus τρίχας καμήλου.*

Apparet hinc, ex Camelorum, qvos Oriens magna copia alit, pilis contexi solitas fuisse vestes, qvas eruditi Hispanice Camelote, Italice Lambeloto, Germanice Schamlott/ qvi est undulatus pannus, vocatas fuisse existimant.

De secunda rationes. Κάμιλος.

Qvod attinet ad alios, qvi interpretantur, de fune nautico, illi prætendunt, aut olim scriptum fuisse κάμιλον per jota, aut usurpandum esse vocabulum κάμηλος tropice.

Econtra aliqvi regerunt, vocem κάμηλος per jota hic locum habere non posse, qvod videatur esse vox non nota Græcis. *Sic vero de voce κάμιλος per jota scribit Beza super Novum Testamentum:* Aristophanis Scholiastes ait: κάμιλον per jota significare rudentem sive funem nauticum, qvod non reperio ulla Scriptoris idonei autoritate confirmatum. *Hac Beza.*

Audiatur etiam Drusius libro primo præteritorum: Qvod autem apud Aristophanis Scholiasten κάμιλος per jota: suspectum mihi de mendo. Nam antiqvitus character literæ μ idem erat cum charactere literæ β. ut alibi docui. Hinc plurimi errores in libris. Forte igitur κάβιλος scribendum, unde & Belgicum Cabal. Cui cognatum, qvod Hebræi compedem כֶּבֶל appellant. Sit hoc arbitrarium, non certum. *Hactenus verba Drusii.*

Ne qvid tamen dissimulem, Græcus auctor Theophylactus ita super Matthæum scribit: Nonnulli Camelum hic animal dicunt, sed est crassus funis, qvo nautæ utuntur, ut projiciant ancoras. *Hac ille.*

Κάμηλος tropice.

Posito autem, qvod κάμιλος significet funem nauticum, tamen nullum exemplar Novi Testamenti Græco idiomate citari potuit hactenus unqvam, in qvo κάμιλος vocabulum per jota sive Matth. 19. v. 24. sive Marc. 10. v. 25. sive Luc. 18. v. 25 exaratum fuerit.

Sententia illorum qvi dicunt, impropria animal, in metaphorica funem significare.

Qvod attinet ad illos, qvi hæc satis norunt, & iccirco putant vocem κάμιλος per η denotare in propria significatione animal, sed in metaphorica funem nauticum tortuosum, forsan qvo anchoræ sistuntur & ligantur, adducunt isti hac de re illud, qvod habet *Cœlius Rhodiginus, lib. 7. c. 18. lect: antiq:* Camelum usurpant qvidam literis nil immutatis, genere tantum diverso pro anchorato fune, ut illud Evangelicum, qvanqvam de animante intelligere maluit Hieronymus, Camelum facilius est per

foramen

foramē acus transire. Sed doctissimi Grammatici & Aristophanis interpres, & Suidas qvoq; per ι malunt scribere Camilos. Camelos Ammianus Marcellinus Latine anchoralia nuncupat. Per anchoralia, inqvit, qvadrupede gradu repentes in scaphas sese injactabant. *Hactenus verba Cælii Rhodigini.*

Ponatur autem, qvod κάμιλ☉ proprie significet funem nauticum, & qvod κάμηλ☉ per η metaphorice significet funem nauticum, jam qværstio orietur, num Christus hoc loco animal, an vero funem nauticum indigitare voluerit.

Qvæstio, num b.l. Christus significet funē nauticum, an animal.

Valde movet aliqvos, ut eligant significationem pro fune nautico, idq; propter funis nautici cum acu congruentiam, siqvidem existimant, animalis, cum acu nullā dari posse analogiam, cum tamen in aliis locis Luc. 6, 42. festuca oculo tribuatur, qvæ potius congruit manibus aut pedibus.

Annon autem in Oraculo Christi magis arridere debeat animalis qvam funis significatio, dijudicet benevolus lector ex illis, qvæ ex lingvarum argumento jam breviter addam.

1. pro fune probabiliter. Videtur enim similior sententia, per camelū indicare animal Christū voluisse.

Vocem de animali Camelo cumprimis retinet versio Syriaca, qva locutus fuit Christus tunc temporis in Judæa, ut & etiam Arabica, in locis Evangelistarum, & ponunt eruditi illam sub themate גמל Gamal, unde גמל Chaldaice גמל Arabice גמל gemel κάμηλ☉, camelus. Matth. 23, 24. *Colantes culicem, & deglutientes camelum*, adeo ut Salvator minimum animalculum qvoddam cum qvodam maximo animali comparare voluisse videatur. Omnes igitur tres Evangelistæ in Syriaco, qvo usus fuit Christus, ponunt vocabulum illud, qvod significat nullo modo funem nauticum, sed tantummodo hoc animal,

Idem facit versio Arabica etiam optima, ad cujus textum in Matthæi 19. cap. Petrus Kirstenius, vir lingvarum orientalium peritissimus, & de illis bene meritus *hæc verba ascribit: κάμηλ☉* noster textus recte legit Gemel, id est, camelus, animal scilicet qvadrupes, non vero camelus nauticus. Idem enim habetur infra cap. 22, 24. ubi Pharisæi dicuntur deglutire camelum. Qvam itaq; absurdum esset, ibi pro fune nautico intelligere, tantum etiam hic, cum eadem vox in nostro textu utrobiqve habeatur. Neq; qvod sciam, unqvam Gemel funem nauticum in hac lingva significat. *Hæc ille.*

Qvæ vox de camelis usurpatur, Matth. 3, 4. vide ipsemet lector in Arabico Matthæi exemplari. Ibi enim legitur Min vabar Alidil, ex pilis camelorū. Ibil a themata אבל, qvod tristandi & dolendi significationem habet.

Aliud autem est חבל qvod significat ligare, unde Habel funis, laqveus; unde etiam חבל malus, arbor navis, de cujus summitate alligantur naves, Proverb. 23, 34. *qvos funes discindunt nautæ* Actor. 27, 32. Aliud etiam est עקל

Camelus in Arabica lingva aliud vocabulum. Funis in Arabica lingva, etiam aliud vocabulum.

torqvere, contorqvere, unde est עֲקַל rudens, funis nauticus, a tortuositate, ut annotat Schindlerus in Lexico, & rationes ejus cum reipsa congruunt, ut testabantur, qvi funes nauticos viderunt.

Cum ergo in illa versione & lingva, qva Christus locutus fuit in Judæa, sacra Scriptura utatur vocabulo significante animal; cum item idem vocabulum retineat Arabica versio (qvos Arabes Apostolus Paulus Gal. 1, 17. convenibat, nec Hierosolymam primum abibat: unde colligitur in Arabia tunc optimos Christianos fuisse, & ibi tandem exemplaria versionis Arabicæ cum Græca rigidissime collata fuisse) cum etiam vocabulum significans funem nauticum nullam cognationem habeat cum illo, qvod significat camelum, sive in Arabico, sive in Syriaco, sive in Hebræo idiomate; utiq; iterum inferri posse videtur, hoc Oraculum sacrum potius literaliter, & κατὰ τὸ ῥητὸν interpretandum esse de animali.

De illa sententia.

De Porta acus.

Qvod ad *Portam acus* attinet, non potest probari ullo testimonio fide digno, qvod Hierosolymis talis seu porta, seu caverna fuerit. Hinc igitur ipsemet Lyra in loco antea allegato *hac verba adjicit*: Sed qvia hoc de Scriptura non habet autoritatem, ideo eadem facilitate contemnitur, qva probatur. Non enim invenitur scriptum in aliqva Scriptura authentica, qvod in Hierusalem fuerit aliqva porta sic nominata: & ideo prior expositio melior videtur. *Hactenus verba Lyræ de Camelo intrante per foramen acus.*

Verum enim vero non tantum in Scriptura Canonica de tali porta nihil qvicqvam hebetur, verum nec in ullo probato autore alio, qvi de Judæa & de Hierosolyma commentaria sua ediderunt.

Et ex his omnibus qvilibet satis eligere valet, an Oraculum CHRISTI: *Facilius est Camelum intrare per foramen acus, qvam divitem intrare in regnum cœlorum*, potius de fune nautico, an de animali sit interpretandum. Mihi videtur de animal convenientius exponi.

ORACULUM CXXXIX. SACRUM.

Matth. 27, 24.

Vesio vulgata Latina antiqva.

Pilatus accepta aqva lavit manus.

Versio Germanica B. Lutheri:

Pilatus nahm Wasser und wusch die Hände.

Pilatus in historia Passionis Dominicæ accepta aqva lavat manus coram populo & dicit: *Innocens ego sum a sangvine justi hujus, vos videritis.* Contra conscientiam prolocutus illa fuit Præfectus iste Romanus; & jam qværitur,

tur, utrum hac protestatione sua qvicqvam potuerit proficere apud Deum, id qvod paucis demostrare libet.

Qvæ fuerit origo Pilati, hoc est, qvi ipsius parentes, qvæ patria, ut etiam, qvæ nominis ratio, aliis disqvirendum relinqvo. *Selneccerus* in Pædagogia obiter facit mentionem fabulæ, qvam qvidam de ipso Pilato sparserunt, qvasi fuisset Forcheimensis Francus. *Fabula de Pilato.*

Avenarius in concionibus de Passione Domini exstimat dictum fuisse ipsum a Ponto, sicut Act.2,9. fit mentio Ponti & Asiæ. Qvod Pilati a pilo, Romanorum telo, qvidam nominati fuerint, ex vulgatis Lexicis constat; an inde, an forsan aliunde ipse qvoqve nomen hauserit, in medio relinqvo

Reinerus Reineccius tomo trertio, fol.267. præposita T, litera, eundem T. Pontium Pilatum vocat. Uxor ipsius apud Nicephorum *Procles* recensetur. *Lib.1.cap. 30.*

Cyprianus habuit Diaconum, cujus nomen fuit Pontius, referente Erasmo Roterodamo super Cypriani opuscula in Præfatione, Pontus qvidam Paulinus, Burdegalensis, Ausonii Galli discipulus, Christianus factus, Augustino Ambrosio familiaris fuit, qvi postea gentiles Poetas legere vel nominare noluit, apud ZWing.vol.4.lib.3.Rubrica: Poetarum differentiæ.

C. Pontius Samnitum Imp. apud Ciceronem in Officiis optat, ut ad id tempus fata eum reservassent, qvo Romani dona accipere cæpissent, qvia non passus fuisset eos diutius regnare. Hic etiam apud Livium a Fabio Maximo, ejusq; filio vincitur.

Apud autorem libri vitæ Bernhardi abbas qvidam Pontius nomine. Apud Macrobium lib 3.Sat.c.16. Pontius qvidam cum Scipione & aliis in convivio nominatur Pontius Saturnus, tempore Vespasiani.

Apud Fulgosum lib.9.c.7. Pontius Aufidiauus eqves Romanus stupratam filiam interficit.

Apud Valerium lib.6.c.1.P.Senator & L.Pontius cœci tamen caussas egerunt.

Sed ad T.Pontium Pilatum redeo. Fuit autem ipse a Tiberio missus in Judæam, Eparchus seu præses Provinciæ sextus, post Valerium Gratum ante Marcellum, juxta Adami Reisneri annotationem ex Josephi antiqvit, lib.18. c.4. & 5. Sicut autem in Christum, ita qvoq; in alios imperio suo tyrannice fuit abusus, ut passim ex Josepho, aliisq; autoribus colligere licet.

Ac ex Novi Testamenti libris aperte conspicitur, qvomodo contra conscientiam, ad mortem damnaverit Dominum, anno gubernationis suæ octavo, referenti Reinero in loco superius allegato.

Operæ autem alicujus precium est, considerare, cum Judaicam gentem Deus gravissime puniverit ob innocentis CHRISTI occisionem impiam, annon etiam impium & injustissimum judicem vindicaverit ultio divina. Iste *An Pontifex sit ultg.*

enim

enim Barrhabam noxium absolvit,& CHRISTUm innocentem in justissime occidi jussit.

Tiberius certior redditus de Christo a Pontio Pilato.

Ante mortem suam Tiberium a Pilato de omnibus rebus, qvæ in Judæa,in negotio,doctrina,miraculis,morte,resurrectione CHRISTI contigerunt, fuisse certiorem redditum,& plane persuasum, credere nos cogunt gravissimi & antiqvissimi probatissimiq; autoris Tertulliani verba hæc seqventia,qvæ habet ipse in Apologetico adversus Gentes cap.21.

Pilatus in conscientia Christianus, Tertulliano.

Verba Tertullitani ita sonant: Ea omnia super CHRISTO Pilatus,& ipse jam pro sua conscientia Christianus Cæsari tum Tiberio nunciavit. Sed & Cæsares credidissent super CHRISTO,si aut Cæsares non essent seculo necessarii,aut,si & Christiani potuissent esse Cæsares. *Hæc Tertullianus.*

Tiberius credidit narrationes de Christo.

Super qvæ verba *Fuanciscus Zephyrus* Qvando Pontius Pilatus, qvi sub auspicio Romani Imperii Syriam tunc temporis procurabat,ita omnia hæc de CHRISTO nova & admiranda putavit, ut non duxerit ab re Tiberium Imperatorem de omnibus his certiorem facere,qvibus,ut dictum est, credidit Tiberius; sed Senatus sententia destitutus est. Credidissent & alii Cæsares Apostolorum monitis,si Christianus & seculum inter se convenissent: ita enim tunc res humanæ sese habebant, ut Cæsarum dominationis egerent & seculo & Christiano male consultum videbatur,si Cæsari idem & Christianus fuisset. *Hæc ille.*

Politica ars Cæsaribus fuit impedimentũ qvo minus crediderunt in Christum. Ecce qvorundam politicorũ sapientiam, SCILICET.

Consuetudinem fuisse notum est, ut qvi tum Præfecturas aut Provincias sortiti essent, res novas,qvæ sub eis accidissent,singulas, summum imperium habenti Cæsari significarent, ut illum nihil prorsus rerum omnium lateret. Ideo per epistolam,qvalis *apud Hugonem* recensetur;Pilatus Tiberium etiam de omnibus ad Christum pertinentibus edocuit. Qvam rem Tiberius ad Senatum Romanum retulit; Senatus autem, non esse deliberandum de ea,censuit,sub illo qvidem prætextu, qvod ille non prius,veteri more, ipsius Senatus sententia, in Deos esset relatus.

Christus a Romano Senatu rejectus qvod ipsi Senatui primum non innotuisset.

Id qvod tamen Dei providentia fieri debuit, ne divinæ doctrinæ disciplina humano auxilio indiguisse videretur. Etsi autem Senatus Servatorem hoc modo rejecit; Cæsar tamen in sententia perstitit, salutariq; prædicationi impedimentum nullum objecit.

Tiberius prope Christianus mortuus, Tertulliano.

Scriptum hoc præbet Tertullianus accurata legum & actorum Romanorum peritia clarissimus,in Apologia pro Christianis *hoc modo*: Ut de origine aliqvid retractemus ejusmodi legum, vetus erat decretũ, ne qvis Deus ab imperatore consecretur,nisi a Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in seculũ introivit,annunciatum sibi ex Syria Palæstina,qvod illic veritatem illius divinitatis revelavit,ad Senatum detulit cum prærogativa suffragii sui.Senatus,qvia non in se probaverat,respuit.

ſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum. *Hæc ille.*

Et omnino tot tantaq; fuerunt miracula, qvæ tunc ad Tiberium ex Judæa deferebantur de Chriſto, qvæ ſi vel malignitate vel ADULATIONE, a Scriptoribus ſupprimebantur, qvi nihil niſi Cæſarum deſta admirari videri volebant; multa tamen, ſi faſtorum libri, ſi acta Senatus & Commentaria Cæſarum extarent, apud hoſtes ejus nominis legerentur, *inqvit iterum Zephyrus ſuper hunc locum.*

Multa miracula CHRISTI Romanis Senatoribus non innotuiſſe non potuerunt.

Porro poſt crucifixionem Chriſti controverſiæ inciderunt inter Romanum Præſidem Pilatum, & inter Judæos, & negotium per Judæos Romam pervenit, adeo, ut a Tiberio ipſomet Pilatus revocaretur ad dicendam cauſſam.

Audiatur *Joſephus lib.*18.5.*Antiqvit. Judaicarum:* Primates adeunt Vitellium, virũ Conſularem, & Syriæ Præſidem, Pilatumq; cædis accuſant, negantes defectionẽ fuiſſe a Romanis, illum concurſum in Tirathaba, ſed refugium contra Pilati violentiam. At Vitellius Marcello amico ad Procurationem Judææ miſſo, Pilatum juſsit Romã proficiſci, reſponſurum apud Cæſarem ad objecta per Judæos crimina. Ita ille decem annis exactis in ſua Provincia, qvum neceſſe haberet parere Vitellio, ad urbem iter ſuſcepit, qvo priusqvam perveniret, vita exceſsit Tiberius. *Hæc ille.*

Ergo Pilatus gratiam, qvam qvæſivit antea, nunc omnem perdidit, & Romæ tandem qvid fecerit, qvid ſuſtinuerit, an & qvomodo punitus, jam jam videndum reſtat.

Veroſimile autem eſt, Pilatum poſt mortem Tiberii apud novum Imperatorem Cajum Caligulã in nulla fuiſſe gratia, immo pesſime audiviſſe, qvod adverſus Judæos hac vice innocentes pugnam concitaſſet, præter omnem necesſitatem, (ut etiam Luc.13. aliud exemplum antiqvius recitatur de Pilati crudelitate) ſiqvidem Judæi nullius tunc amplius adverſus Romanum Imperatorem molitionis convinci poterant, etiam in Evangelio teſtimonium nacti, qvod non haberent Regem, niſi Cæſarem. Conſentaneum igitur eſt, Pilatum in maximis anguſtiis, & forſan etiam in arreſto hæſiſſe, & vel relegationem, vel deportationem, vel aliam pœnam metuiſſe, præveniendoq; mortem ſibimet ipſum conſciviſſe. Et huc jam video qvadrare illa, qvæ habent alii hiſtorici.

Pilatus poſt Chriſtum crucificum habet Judæos, & citatur ad Tiberium, cujus amicitiam antea perdere cavebat.

Euſebius lib.2.c.7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *hæc habet verba:* Fuerit autem operæ pretium & hoc non ignorare, qvomodo idem ille Pilatus, qvi tempore Chriſti Præſidem egerat, ſub Cajo, de cujus temporibus meminimus, in tantas incidiſſe calamitates feratur, ut necesſitate compulſus, ultro ſibi manũ intulerit, ſuiq; ipſius interemtor divina illi ultione, ut par erat, non diu

Pilatus mortem ſibimet ipſi conſcivit.

parcente,factus sit. De his & Græci scribunt,qvi Olympiades horum temporum commemorant. *Hæc ille.*

Audiantur etiam ea,qvæ scribit *Nicephorus* l.2.c.10.Ipse Seroatoris judexPilatus cum subTiberio(qvod Maria Magdalena Romam adierat,& res Servatoris ibi retulerat)maximis affect9 esse dicitur contumeliis,tum Caji temporib9 postea extrema calamitate oppress9 esse fertur,qvemadmodum id tradunt,qvi Græcorum Olympiadas,qvæq; in eis acta sunt,composuere. Ad eas n.necessitatis angustias variis adversisq; casibus est redactus, ut manus ipse sibi attulerit,&sui ipsius vindex ipse factus sit;ultione divina(ita n. conjicere oportet)brevi eum conseqvente.Id qvod de Anna & de Caipha, aliisq; item Scribis& Pharisæis dicitur:qvi & ipsi dignas, variasq;dederunt pœnas ejus,qvam Christo intulerunt,iniqvæ& injustæ necis. *Hæc ille.*

Orosius in historiis ad Aurelium Augustinum lib.7.Pilatus autem Præses, qvi sententiam damnationis in Christum dixerat,postqvam plurimas seditiones in Hierosolymis explevit,& fecit, tantis irrogante Cajo angoribus coarctatus est,ut sua se transverberans manu, malorum compendium mortis celeritate qvæsierit. *Hæc ille.*

Et huc usq;puto rei ipsi &veritati omnia consona esse, adeoq; vero simillimum,qvod Pilatus propria se manu confoderit.

Sub Papatu videntur alia excogitata de interitu Pilati. Aretius Helvetius.

Adjiciam autem etiam ea, qvæ,ut apparebit, posterioribus seculis dePilati interitu a variis scripta prodierunt. Eorundem summam videtur collegisse *Aretius Helvetius super Matth.*c.27.*his verbis:* Tradunt de eo(de Pilato) historiæ,qvod sub Cajo Caligula seipsum peremerit,deqvo vide Eusebium lib.2.hist.Eccles.c.7.Naucler9 addit,eum esse in exilium relegatum Lugdunum Galliæ.Non desunt,qvi affirment,eum Viennæ Galliæ in Rhodano esse submersum,qvo loci adhuc periclitantur naves. Lombardicæ historiæ autor tradit eum Romæ in carcere proprio cultello occubuisse. Utut sit,certum est pessimo fato dignoq; tandem interiisse. *Hæc ille.*

Pilato a CajoLugdunum Galliæ in exilium relegato,ubi tandem angoribus coarctatus propria se manu interfecerit, etiam est apud Adrichomium in theatro fol 274.

Langi9 vult conciliare, qvæ de interitu Pilati varia afferuntur.

Audiatur etiam *Johannes Langius Lembergius in epistolis Medicinalibus,* lib,2.*epist.* 35.*ubi sic scribit :* Pilatus a Cajo Caligula Romam accersitus , ut causamChristi innocentis supplicio condemnati diceret,Caligulæ ferociã & carcerem veritus,desperans proprio cultro mortem sibi conscivit:corpus itaq; ej9 mole oneratum inTiberim demergitur,qvod qvum in undis fluctuaret , spiritus maligni reprobo gavisi cadavere,illud nunc in aera,modo supra aqvas in sublime deferebant,&(ut scribit Jacob9 deVoragine(terribiles concitabant tempestates, fulgura,tonitrua (autor Lombardicæ historiæ

de Sanctis) grandines, labroceras, aliasq; aqvarum inuudationes: qvapropter Romani id de Tiberi exemtum Viennam Galliæ urbem deportarunt, Rhodanoq; fluvio immerserunt. Alii vero & Eusebius ajunt, proscriptum e Roma exulē Rhodano sese submersisse; qvo in loco naves pari succussæ tempestate: cum crebro qvoq; pessum irent, accolæ, vas illud maledictionis, dæmonum habitaculum, in Losannæ Episcopatus Helveticorum territorium detulerunt & sepeliverunt. Cum vero dæmones incolas loci nefandis qvoqve terriculamentis infestarent, cadaver illud in qvodam puteo montis Helvetiorum fracti, collibus circumsepto, non longe a Lucerna distante, submerserunt, ubi modo qvoq; manes Pilati miris procellis sæviunt, in qvem siqvis (ajunt) lapillum tantillum dejecerit, toti Lucernensium regioni inundationis periculum imminere. Ob id piaculum est, qvippiam velle temere circa paludem experiri: præstaret crabrones, qvā manes Pilati irritare. *Hæc ille*, satis ingeniose, & more Historicis usitato omnia pugnantia conciliare conatus.

Fit ejus rei mentio ex parte in Scripto Germanico, cujus titulus: Ordentliche Beschreibung der Verbündnis der dreyen Städte / Zürich / Bern und Straßburg; & annexa narratione Mediolanensi, de Legatis Helveticis ab Hispano exceptis, Anno 1588. Prorsus in fine hujus narationis jam dictæ *hæc habentur verba*: Ich kan auch nicht umbgehen.

Zu Lucern / als an einem Ort / das in der mitten ligt / und von dannen sehr gute Gelegenheit alle andere Oerter zu besuchen / *residirt* der Bäpstische und Savoische Gesandten der Königlichen Majestät aus Hispanien / zu Altorff / der Frantzösische Legat aber zu Solothurn / und so viel sey gesaget von den Gesandten / wie viel deren bey ihnen sich verhalten / wo / und wie lang.

Ich kan auch nicht umbgehen zu vermelden / daß zu Lucern sey, der Pilatus-Berg / in sieben Joch oder Höhen abgetheilet. Zwischen welchen ligt in mitten innen der See / und dieweil Pilatus / wie etliche sagen / auf dem Berge eine zeitlang ist verbannet gewesen / oder aber / wie es andere dafür halten / sein Leichnam in den See geworffen / so lasse sich alle Charfreytage sein Geist am selben Ort sehen / in Gestalt eines Richters / der die Hände wäschet / und dann gegen Abend widerum verschwindet. Und weñ die Obrigkeit des Orts nicht so gute scharffe Wacht halten liessen / daß niemand das geringste Steinlein von oben herab hinein werffen könte / würde sich ein solch unmäßig Ungewitter erheben / daß / wie es die Erfahrung zum offtermahl gegeben / die Stadt im Wasser versincken und untergehen möchte. So sagen auch die Bauersleut / daß sie vielmahl kleine Männlein umb den See zu sehen pflegen / welche mit Steinlein nach ihnen werffen / und darnach nicht mehr sehen köñen / wo sie hinkomē sind. Weil ich aber mir nicht fürgenomen / ihr Land *cosmographice* zubeschreiben /

Der Pilatus-Berg in der Schweitz.

schreiben/ wil ichs hierbey wenden lassen/ und es andern zu thun befehlen. *Hactenus verba istius loci.*

Josias Simlerus, Helvetius.

Facit mentionem montis Pilati, alius Helvetius, *Josias Simelerus Tigurinus*, In gemeiner Eydgenoßschafft Regiment/ sub titulo Lucerna, his verbis: Die Stadt Lucern ligt an der Rueß/ gleich da sie aus der Wahlstetter See laufft/ unten am hohen Berg der Fracmont und Pilatus-Berg genant/ 2c.

Hæc omnia si ita se haberent, pœnam talionis divinæ nobis in memoriam revocarent; sicut Pilatus hinc inde dimisit vinctum Christum, qvod ita qvoqve divina ultione contigerit, qvod ipsius cadaver de loco in locum migrare coactum fuerit.

Verum ex Helveticis, & nuper qvidem, re inqvisita diligenter, animadverti, ibidem tale qvid cum ita sic vulgato dictis manibus Pilati, nihil accidere. Si qvid tamen interdum simile eveniret, qvis ignoraret, Diabolum ita ludere sub forma Pilati cum Pilato, sicut Sacerdotes cum Juda, pecuniam proditionis reddente: *Tu videris, qvid hoc ad nos.* Sufficit, qvod constat, Pilatum factum esse ἀυτόχειρα; etsi plura non contigere. Deus non multiplicat sua miracula in infinitum, cum gestiat verbo docere & regere homines, qvemadmodum merito etiam vetus fabula de Sole saliente die Paschatos jam tandem explodi debebat.

Mentio qvotidiana Pilati in recitatione qvotidiana Symboli Apostolici moneat totum statum politicum de pia vita.

Ergo manet certius illud, qvod Pilatus Romæ omnem perdiderit gratiā Cæsaream, & manu sua vitam suam sibi ademerit. Debebant omnes politicis officiis defungentes in qvotidiana recitatione Symboli Apostolici ad mentionem *Pii Pilati* hæc sibi in memoriam revocare, in administratione justitiæ προσωποληψίαν & hypocrisiin atq; injustitiā omnem cavere & non committere, cujus caussa tandē inter Diabolos in inferno angores in æternum infinitos sustinere necessum sint habituri, qvemadmodum hucusqve in inferno Pilato accidit, & lotio manuum per aqvam nihilum profuit.

Idem sine dubio voluit Spiritus Sanctus in memoriam cunctis Politicis revocare, qvando Luc. 2. v. 1. 2 scribit, Christum natum esse in mundum, sub *Augusto Cæsare*, & tunc in Syria Præsidem agente *Cyrenio*, & sub primo *censu*.

Apud Suidam extant hæc verba: Augustus Cæsar Octavianus & Tebastus cognomine, de sua vita & rebus gestis, libros scripsit XIII. & Ajacem atqve Achillem, tragœdias. Huic cum visum esset numerare omnes Romani Imperii incoles, ut sciret, qvanta esset multitudo, reperit myriadas CCCCXM. & XIII. viros. *Hactenus verba Suidæ.*

Una myrias complectitur decem milia hominum, testante Herodoto libro septimo. Aliud est de millione auri, qvæ complectitur decem tonnas auri, ubi una tonna efficit 100000. florenos. Ergo si myriades a Suida anno-

tæ

tæ fuerint multiplicatæ per numerum unius myriadis, prodibunt viri, numero. qvadraginta un9 cum octo, ut usitate & vulgate vocant, nullitatibus) nimirum 410000000.

Siq; unus vir saltem loco census tunc & unum dedisset nummum, tunc emergerent ex omni numero hominum a Suida computatorum, centum & sexaginta duæ tonni auri. Cogita, lector, qvantam vim pecuniæ Romani tunc temporis acceperint ex omnibus Provinciis Romano Imperio subjectis, de qva ipsi Ecclesiæ benefacere potuissent; ideoqve in extremo die rationem sunt reddituri rigidam Filio Dei. Multo magis autem cogita, lector, qvod Deus qvotidie tantas copias pecuniæ in usum ciborum & potuum, & qvidem longe majores procuret & donet non tantum uni Provinciæ; aut uni regno, sed etiam omnibus regnis totius Mundi, & omnium regnorum provinciis. *Sed de his satis.*

ORACULUM CXL. SACRUM.

Matth. 6, 7.

Textus sacer Græcus:

Προσευχόμενοι δὲ ὺ μὴ βαττολογήσετε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί.

Versio vulgata Latina antiqva:

Orantes nolite multum loqvi, sicut faciunt Ethnici.

Versio Germanica B. Lutheri:

Wann ihr betet/ so sollt ihr nicht plappern/wie die Heyden/ Denn sie meinen/sie werden erhöret/ wenn sie viel Worte machen.

Addam certis de caussis verba ex Syracida cap. 7. v. 15.

Μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου.

In precatione tua verba ne repetas.

Wenn du betest/ mache nicht viel Worte.

ET videntur hæc dicta, qvoad externum verborum corticem, pugnare cum aliis locis, Luc. 18, 1. *Dicebat autem & parabolam ad illos, qvoniam oportet semper orare, & non deficere.* Ephes. 6, 18, *per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis.* 2. Thess. 5, 17. *Sine intermissione orate. Christus pernoctavit orando*, Luc. 6, 12. *Qvadraginta diebus & qvadraginta noctibus procidit Moses coram Jehovah, & oravit, ne delerentur, qvi peccaverant in aureo vitulo*; Deut. 9, 25. *Videntur pugnare cum aliis.*

Syriacides qvoqve in precatione cap. 23. v. 1. & 4. repetit verba: *Domine Pater*, binis vicibus, sicut etiam cap. 36. vers. 14. verba, *Miserere Domine.* *Licet sæpe repetere voces in precibus.*

Et in Psalmo 136. per omnes versus viginti sex repetuntur illa verba conjunctim: *qvoniam in æternum misericordia ejus*. Licebit igitur & voculas & integras sententias in precationibus sanctissimis ardentissimis repetere, & licebit ita multum loqvi. Hæc cum ita sese habeant, jam facile responderi poterit ad dictum Filii Dei, ut etiam ad παραίνεσιν Jesu filii Syrachi, seu Syracidæ.

In Græco textu apud Matthæum est μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί; & addit, *qvia putant, qvod in multiloqvio suo exaudiantur. Sic ergo vos orabitis, pater noster*, nimirum, qvemadmodum antecedentia habent, *cum oratis, non eritis, ut hypocritæ, qvi amant in Synagogis & angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.*

Qvid sit, Non repetere verba in precatione.

Similem habet sensum Jesus Flius Syrachi, id qvod colliges primum ex eodem capite, versu toto 15: *Ne sis garrulus in cœtu senum, nec in precatione tua verba iteres.* Μὴ ἀδολέσχει ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, καὶ μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου.

Qvod ad Seniores honorandos attinet, Syracides varia hæc habet, cap. 1, 30. (Timens Dominum) *& patiens verba ad tempus supprimet.* Cap. 5. v. 13. *ad auscultandum, qvæ sunt bona, promtus esto; ad respondendum vero, qvod est rectum, moderatus.* Cap. 8, 10. *A senibus disciplinam disces.*

Sensus verborum Syracidæ.

Sicut ergo vult Syracides, ut cœtu Seniorum juvenes ad loqvendum sint cauti, nec ipsis molestiam creent ἀδολεσχίᾳ, nugationibus, futilitatibus, loqvacitatibus, garrulitatibus (nimirum inpræmeditatis, insipientibusqve de rebus nondum satis intellectis. Ἀδολεσχεῖν est multa blaterare, ut crescat sermo plurium; unde τὸ ἀδολεσχεῖν est etiam ætate progredi Festo; & crescere Nonio, ut inde etiam adolescentem derivent) ita qvoqve multo magis monet, ut in precatione ad Deum animus ardenter talia concipiat, qvæ sint aliena ab omni temeritate, & ut ea proferat attento ore, qvæ mente satis attente meditatus est; ne sit, sicut nugatores, qvi qvæ temere, & non satis æstimata, nec satis bene prolata coguntur iterando emendare & repetere: sicut etiam accidere potest in precationibus somnolentis, ut finita oratione Dominica, eaq; sine attentionibus deblaterata pudeat hominem adeo, ut postea de nova eandem recensere occipiat.

Et hanc esse mentem Syracidæ, constabit etiam ex illo, qvod idem cap. 17. v. 13. monet his verbis: Πρὶν εὔχασθαι, ἑτοίμασον σεαυτόν, *antеqvam ores, præpares teipsum, & ne sis tanqvam homo, tentans Dominum.* Qvi igitur ita colet DEUM, (ut non nisi attente meditetur & recitet preces, ejus precatio pertinget usqve an nubes, immo penetrabit, Syrac. 15. vers. 20. 21.

cum

cum somnolenta, non attenta, nec ardens precatio evanescat in ipsis labiis. Non enim labiis honoratur DEUS, qvando cor hominum procul est, Matth. 15. vers. 8. qvando nimirum lingva movetur in ore apud mensam, interim autem cordis cogitationes in Hispaniam aut Turciam evolitarunt.

Qværantur juxta Concordantias, & expendantur loca istius, qvo utitur Syracides, vocabuli ἑτοιμάζω paro, ἑτοιμασία, ἕτοιμος. Matth. 22. vers. 4. *Omnia parata sunt* (ad nuptias post antegressam multiplicem curam & solicitudinem,) & 24. vers. 44. *Estote parati, qvia qva hora non putatis, Filius hominis venturus est:* & 25. vers. 10. *Prudentes virgines pararunt se ad introeundum cum Sponso.* *ἑτοιμάζω qvod significet.*

Cum ergo Syracides ipsemet in suis precationibus vocabula repetiverit eadem; cum idem jubeat cunctos, ut sint promti, alacres & paratissimi & præmeditatissimi ad orandum, omnino per illud suum effatum; *In precatione tua verba ne iteres, vel repetas, aut eundem sensum non repetas,* nihil aliud indicare voluit, qvam attente ita orandum esse, ne preces sine intentione recitatas præ pudore postea cum attentione repetere velis & cogaris. Et hæc de illis.

ORACULUM CXLI.
SACRUM.

Exodi 21. vers. 2. 3. &c.

v.2. Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi: in septimo egredietur liber gratis.

v.3. Cum qvali veste intraverit, cum tali exeat. Si habeat uxorem, & uxor egredietur simul.

v.4. Si autem Dominus dederit illi uxorem: & pepererit filios & filias: mulier & liberi ejus erunt Domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo.

v.5. Qvod si dixerit servus: Diligo Dominum meum, & uxorem ac liberos, non egrediar liber:

v.6. Offerret eum Dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, proforabitqve aurem ejus subula, & erit ei servus in seculum.

So du einen Ebreischen Knecht käuffest / der sol dir sechs Jahr dienen / im siebenden Jahr sol er frey ledig ausgehen. Ist er ohne Weib kommen / so sol er auch ohne Weib ausgehen. Ist er aber mit Weib kommen / so sol sein Weib mit ihm ausgehen. Hat ihm aber sein Herr ein Weib gegeben / und hat Söhne und Töchter gezeuget / so sol das Weib und die Kinder seines Herrn seyn / Er aber sol ohne Weib ausgehen. Spricht aber der Knecht / Ich habe meinen Herrn lieb / und mein Weib und Kind / ich wil nicht frey werden. So bringe ihn sein Herr für die Götter / und halte ihn an der Thür oder Pfosten / und bohre ihm mit einer Pfriemen durch sein Ohr / und er sey sein Knecht ewig.

1. Grammaticalia. Corpus pro persona.

IN his verbis Latina versio vulgata sumit VESTEM pro CORPORE, qvod utcunqve excusari posset, qvia vox Hebræa descendit a themate tali, qvod significat *claudere*, sicut etiam vestis claudit corpus, & corpus claudit intra sese omnia sua. Contextus autem monstrat, qvod hoc loco vox Hebræa strictius de corpore, seu de persona accipi debeat, qvia si servus cum corpore suo, hoc est, cum persona sola sua venit ad Dominum, cum eodem corpore suo, seu cum eadem persona sola sua exire debet. Si vero venit cum duplici corpore seu cum duplici persona, hoc est, ipse unus cum sua marita, tunc exire debet cum duplice veste, seu cum duplice corpore, vel duplice persona, nimirum non ipse solus, sed & ipse & marita ejus. Ergo, qvæ modo marita dicitur, illa subintelligitur postea dicenda alterum corpus, præter corpus mariti, cum qvo utroqve servus ille fuit ingressus. Sed hæc sunt Grammaticalia & facilia.

2. Contextuum operatio.

Videntur autem aliqvibus hæc verba Mosis pugnare cum illis, qvæ extant Gen. 2, 24. *Relinqvet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ.* Hoc autem in loco, nimirum Exod 21, 4. egrediens vel exiens cum corpore suo maritis, relinqvit uxorem suam apud Dominum, qvi illam uxorem ei dederat.

Sed facilis est explicatio, si qvis attenderit, in hoc contextu seu versuum sermonem esse *de jure libertatis*, qvod vocat Moses *egressum*, & qvod jus nunc conseqvitur servus anno septimo, non vero de jure cohabitationis, qvod integrum manet *tum servo egredienti* erga uxorem servam non egredientem, tum uxori servæ non egredienti, seu libertatem non conse-

qventi

qventi erga maritum servũ nunc egredientem, seu jure libertatis anno septimo frui incipientem. Sicut enim manet firmum conjugium inter fidelem & infidelem, 1. Cor. 7, 11. 13. 14: ita qvoqve manet firmum & indissolubile conjugium inter maritum liberum & inter maritam servam. Jus suum erga maritum liberum factum amittit Dominus, jus suum erga uxorem mariti liberi servam retinet Dominus. Hoc enim jus Domini in maritam servam mariti liberi jam facti non prohibet, qvo minus possint, ut conjuges, ulterius cohabitare.

Qvod autem nulla ratione *Egressio ista* sit de Conjugio, sed tantum de servitutis in libertatem commutatione intelligenda, patet *primum* ex eodem textu, v. 2. *Si servus sex annis SERVIERIT, septimo* egredietur LIBER. Hæc igitur vox LIBER *ἀπὸ κοινοῦ* in reliqvis versibus semper necessario est reassumenda in hunc modum: *Si cum corpore suo* ingressus *fuerit, cum corpore suo* egredietur (nimirum LIBER.) *Si maritus mulieris erat* (in ingressu scilicet,) egredietur *& uxor ejus secum* (nimirum libera.) *Si herus ejus dederit ei uxorem, & pepererit ei filios, vel filias, uxor & filii ejus erunt heri sui,* (omnes manebunt in servitute apud Dominum, utpote in qvos Dominus sumptus educationis fecit) *ipse vero* egredietur *cum corpore suo* (nimirum LIBER.) *Qvod si dicendo dixerit servus: Diligo herum meum, uxorem meam, & filios meos,* non egrediar LIBER. (Ecce hic a Deo ipso *ἀπὸ κοινοῦ* repetitur, & repetendum esse monetur vocabulum LIBER.) *Tunc adducet dũ praterea ad ostium, vel ad postem, perforabitq; herus ejus aurem ejus subula* (non ethnico more stigma inuret, sed notam exiguam imprimet, unde semper de obedientia denuo promissa moneatur servus) *& SERVIET ei in SECULUM* (hoc est, in servitute manebit una cum uxore & liberis itidem servituti obnoxiis.)

Egredi significare servitutis communicationem, probatur.

1.

Versus igitur qvartus clare docet, consistere potuisse conjugium inter liberum & servam, qvia cum hoc videret servus, sibi in conjugio hoc esse acqviescendum, nec aliud concedi posse, nec ratione conscientiæ a cohabitatione conjugali aufugiendum, iccirco novam servitutem potius elegit

2.

Deinde sensum hujus *Φράσεως* EGREDI pro *τῷ* conseqvi libertatem pluribus admodum perspicuis locis confirmatiorem reddere poteram, Deut. 15, 12. 13. *Si venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus vel Hebræa, & servierit tibi sex annis, anno septimo dimittes eum LIBERUM a te. Et qvum dimittes eum LIBERUM, a te non dimittes eum vacuum.* v, 16. *Qvod si dixerit tibi, Non* egrediar *a te* (nimirũ Domino, memetipsum nunc DIMITTENTE LIBERUM, Ecce, lector, *τὸ* EGREDI restringitur ad Dominum dimittentem in

 liber-

libertatem, nulla ratione ad uxorem servi, immo, si ad uxorem servi pertineret, tum per consequens etiam ad liberos servi pertinere deberet, a qvibus omnibus, seu a qvorum omnium cura nefarie sese servus ille extricasset.) *Tunc accipies subulam, & pones in aure ejus, eritq; tibi SERVUS in seculū:* *SIC ETIAM ANCILLÆ TUÆ FACIES* (in aure ipsius notam imprimendo (v.17. *Non sit durum in oculis tuis*, (nimirum, ut donis eum excipias) *qvum DIMITTIS eum LIBERUM a te*, (cum egredietur a TE seu libertatem acceperit a te super jure, qvod hactenus tu habuisti in ipsum &c.

3. *Præterea* in signi exemplo dimissionis (partim promissæ, pratim vero inhibitæ) apparet ejusdem interpretationis certititudo, qvod extat Jeremiæ 34. ibi enim imminente servitute Babylonica ad mitigandam tantam pœnam, servos in libertatem primum dimittunt, mox vero pœna non statium secuta fratres eosdem libertate semel donatos retrahunt in servitutem. De hac igitur re, qvibus verbis utatur Spiritus S. qvæso lector cognoscas a versu 8. usqve ad versum 18. Nimis enim prolixum foret omnia ascribere.

ORACULUM CXLII.
SACRUM.

Jobi 23, 12.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani:

abscondi	*meo statuto a.*	*deseram*	*non &*	*ejus labiorum*	*Preceptum*
עָפַנְתִּי	מֵחֻקִּי	אָמִישׁ	וְלֹא	שְׂפָתָיו	מִצְוַת
				ejus oris	*eloqvia*
				פִּיו׃	אִמְרֵי

Ad marginem ponit pro τῷ DESERAM τὸ recessi, pro τῷ STATUTO, τὸ more, *ut fiat sensus*: Non declinabo a præcepto labiorum ejus: & non recessi, a more meo, vel, præ more meo abscondi, vel thesauri loco habui eloqvia oris ejus.

Sanctes Pagninus ita convertit:

11. Gressum ejus apprehendit pes meus, viam ejus servavi, nec declinavi.

12. A præcepto labiorum ejus, neqve recessi, diligentius qvam qvod mihi necessarium est, abscondi eloqvia oris ejus.

Versio

Versio vulgata Latina :

12. A mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus.

Versio sic vulgo dicta LXX. Interpretum :

12. Καὶ ἐ μὴ ἐκκλινῶ ἀπὸ ἐνταλμάτων αὐτῦ, καὶ ἐ μὴ παρέλθω, ἐν δὲ κόλπῳ μυ ἔκρυψα ῥήματα αὐτῦ.

LUTHERUS:

11. Ich setze meinen Fuß auf seiner Bahn/und halte seinen Weg/und weiche nicht ab.

12. Und trete nicht von dem Gebot seiner Lippen/ und bewahre die Rede seines Mundes mehr/denn ich schuldig bin.

VErba postrema præsertim in nostra Germanica versione dure sonant. Ich bewahre die Rede seines Mundes mehr/denn ich schuldig bin. Et notum qvidem est de Jobo, licet coram Deo innocens reperiri posit nemo, qvod tamen ipse ab externorum & atrocium præsertim flagitiorum reatu, suo modo fuerit immunis, adeo, ut a Deo ipso hoc testimonium in mediis ærumnis reportet, qvod a Deo afflictus fuerit, sine caussa, seu frustra, ohne Ursach/ cap. 2, 3.

Conscientiæ igitur & recte factorum testimonio confisus secum non dubitat, si posset Deum in jus vocare, & vel juris processum adversus eum instituere, sicut homo cum homine adversario coram judice agere potest, qvin Deus pro ipsius innocentia esset sententiam dicturus.

Jobus pugnat affligi Deo sæpe pios & non flagitiosos.

Contra Amici, qvi ad Jobum in afflictione consolandum convenerant, acerrime disputant, qvod nemo calamitatibus opprimatur, nisi prius sceleribus suis Deum sibi exosum reddiderit.

Amici Jobi sentiunt, neminem affligi nisi flagitiosum.

Capite autem 38. Deus negotium illud dirimere incipiens, ante omnia ostendit, suam sapientiam esse imperscrutabilem, idq; per argumenta ex omnibus creaturis passim desumta, *indeq; concludit*, male facere Jobum, qvi Deum, in qvo afflictus fuit, Deum, inqvam, in bonitate & sapientia infinitum, vel cogitationibus saltem reprehendere persvaserit, & se innocentissimum jactare ausus fuerit, cum subditi cavillari non audeant actiones boni & pii Regis, qvi interdum aliqva facit aliis mala visa, qvorum tamen occultas habet ipse causas. Et hinc est, qvod in ultimo capite Jobus has impias cogitationes agnoscit & deprecatur.

Deus taxat & Jobum & simul amicos Jobi.

Hiob. 42, 1. 2. *Respondens enim Job Domino dixit: Scio qvod omnia potes, & nulla te latet cogitatio, qvis est iste, qvi celat consilium, absq; scientia; ideo insipienter locutus sum, & qvæ ultra modum excederent scientiam meam.*

Hiob. 42, 7. Sed & ad Eliphazum Jobi amicum sic dicit Dominus: *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, non locuti estis coram me rectum, sicut servus meus Job,* q. d. Vos qvidem protulistis aliqva vera, & Job aliqva falsa, attamen in principali scopo errastis vos pugnantes, neminem affligi a Deo, nisi flagitiosum, non erravit Jobus, qvia sæpe etiam pii & sancti a me calamitatibus visitantur. Et qvidem ad Jobi sententiam illam qvam firmissime stabiliendam, sicut versu septimo, ita qvoqve altera vice versu octavo; Deus dicit: *Non locuti estis coram me rectum, sicut servus meus Job.*

Etenim omnino amici Jobi in principali hoc statu a scopo aberrarunt, dum pertinaciter pugnarunt a capite 4. ad caput 38. qvod nemo sanctus aut pius, aut a sceleribus atrocibus innocens unqvam a Deo affligatur.

Econtra tamen Jobus hac in parte recte sensit, & contrarium defendit, qvod interdum etiam sancti & innocentes pœnis corporalibus gravibus a Deo visitentur. Sicut autem amici Jobi ex uno latere excedentes errant, qvod præter meritum multis modis Jobum inter sceleratos collocare allaboraverunt; ita Jobus qvoqve in defensione vitæ suæ a magnis & atrocibus sceleribus qvidem incontaminatæ, puræ & innocentis, ità deflectere in alterum latus, & ex cogitationibus minime decentibus in illam disputationem cum DEO venire præsumsit, ut DEO laudem justitiæ auferre incipiens, qvasi justitiam & judicium non administraret, hacqve ipsa ratione, ex impatientia nimirum nimia, ad blasphemias in DEUM progressus fuit.

Atqve ex his breviter adductis, qvæ multis contextibus confirmari poterant, jam tandem concluditur, nimirum ex correptione Dei, & ex deprecatione Jobi, qvod verba illa, Mehr als ich zu thun schuldig bin/ exciderint Jobo, præ impatientia partim, partim præ incogitantia, qvod in cruce non satis attendit ad infinitam Dei puritatē, coram qvo, etiam apud mundum visus innocens, non tamen est innocens.

ORACULUM CXLIII. SACRUM.

Psal. 86, 2.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani:

Custo-

ego misericors qvoniam meam animam Custodi
שָׁמְרָה נַפְשִׁי כִּי חָסִיד אָנִי׃

Sanctis Pagnini Versio Latina:

Custodi animam meam, qvoniam misericors sum.

Versio Latina vulgata:

Custodi animam meam, qvoniam sanctus sum.

Versio Germanica B. Lutheri:

Bewahre meine Seele/denn ich bin heilig.

Versio Græca LXX. sic dicta Interpretum:

Φύλαξον τὴν ψυχήν μȣ, ὅτι ὅσιός εἰμι.

DURA videtur hæc ratio, Custodi meam vitam, qvia misericors sum.

Thema Hebræum est חסד, qvod & *consecrare* & *desecrare* significat, Psal. 18, 26. *Cum sancto* (pio) *sanctum te præstabis.* Prov. 25, 10. *Ne execretur te ubi audiverit, & infamia tua non recedat.* Levit. 29, 17. *Vir, qvi duxerit sororem suam, execratio erit.* Hæc sunt Grammaticalia. *1. Grammaticalia. חסד qvid significet?*

Inspice autem contextum diligenter a vers. 1. usq; ad versum septimum. *2. Contextq.*
2. *Inclina Domine aurem tuam*, (sic solent orare, non nisi constituti in angustiis, id qvod mox confirmabitur. Sic enim seqvitur) *& exaudi me, qvoniam INOPS & PAUPER sum ego.* 2. *Custodi animam meam, qvoniam SANCTUS sum, salvum fac servum tuum* (serva servum tuum, sic solent orare in periculis constituti, ergo salvum fac, vel, ut dicit Pagninus, serva servum tuū) *sperantem* (inter tribulationes in te) *Deus meus.*

3. *Miserere mei Domine* (omnia sunt verba anxie patientis & sperantis) *qvoniam ad te clamavi tota die, lætifica* (ergo erit in tristibus constitutus servus) *animam servi tui.*

4. *Qvoniam* (erga tales miseros) *tu, Domine, svavis, & multa misericordia omnibus invocantibus te.*

5. *Auribus percipe* (sic instare solent pressi,) *Domine, orationem meam, & intende voci deprecationis meæ* (duplicando affectum cordis trepidi anxium ostendit se in miseriis magnis versari.)

6. *IN DIE TRIBULATIONIS meæ clamavi ad te, qvia exaudisti me.*

Cum igitur & antecedentia & conseqventia versus secundi de misero homine, de tribulato, seu presso loqvantur, utiqve certum evadit, qvod versu qvoq; secundo τὸ חסד non pro pio, sancto, misericorde, sed pro execrabili, presso, miserabili debeat exponi.

Versio LXX. interpretum Græca, versio Latina vulgata, ut etiam versio Sanctis Pagnini hoc ipsum non attendit. Lutherus noster etsi sæpius a Græca, & a Latina usitata discedere noluit, sicut in hoc ipso loco fecit; tamen optime videns aliter rem illam חסד exponi posse, iccirco egregium addidit glossema: Heilig kan hie auch heissen verdamt und veracht/ per antiphrasin, als ein Ketzer/ Et idẽ qvoq; marginale suum esse voluit Benedictus Arias Montanus in suis interlinearibus.

Qvi Concordantias non habent, saltem de utraq; significatione legant apud Avenarium, Schindlerum, Pagninum, Münsterum & alios. Ex hoc autem exemplo, lector, alia plura poteris dijudicare, ubi itidem qvandoqve scholiis Lutheri marginalibus adjuvaberis.

ORACULUM CXLIV. SACRUM.

Malach. 4, 5.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari Benedicti Ariæ Montani:

Prophetam Elijah vobis mittens ego Ecc-

הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֵלִיָּה הַנָּבִיא׃

Versio LXX. sic dicta Interpretum Græca:

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην.

Versio vulgata Latina antiqva:

Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, anteqvam veniat dies Domini magnus & terribilis.

IN Græca versione additur vox THESBITÆ, qvæ in Hebræo textu non extat. Unde *de hoc loco ita scribit Jacobus Gretserus Societatis Jesu Theologus Doctor in defensione controversiarum Bellarmini, lib. 1. cap. 14.* Tota qvæstio est de loco posteriori jam recitato ex qvarto capite, qvem ad Eliam illum veterem Thesbiten spectare, expresse senserunt 70. interpretes. Verterunt enim: Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, &c. Idem pleriq; sanctorum Patrum sacræ Scripturæ interpretum tradunt, id videre licet apud Franciscum Riberam comm. in cap. 4. Malach. *Hac ille.*

Animadverto autem allegare veteres pro sese Ecclesiasticum seu Jesum filiũ Syrachi in libro Sapientiæ suæ cap. 48, 10. *ubi ita scribit Syracides ille de Elia:* Qvi ad reprehensionis temporibus certis adhibendas scriptus es, ad sedan-

dandam iram judicii divini, priusqvam exardesceret, ad cor Patris reconciliandum filio, & ad tribus Jacob restituendas. *Hactenus verba Siracidæ.*

Verum enimvero *libenter* qvidem conceditur, qvod Propheta Malachias hoc prædixerit de Elia Thesbite, qvia ita vocatur a patria sua 1.Reg.17. v.1. & 21,17.28 & 2.Reg.1,3. & 9,36 *libenter* conceditur, qvod hæc prophetia sit impleta in Johanne Baptista, juxta manifestam explicationem CHRISTI, qvi Matth.11,14. de Johanne Baptista expresse hæc verba proclamat: *Et si vultis recipere, ipse est Elias ille, qvi venturus erat.* Immo ad Johannem Baptistam simul applicat Christus reliqva verba Malachiæ, qvæ extant Malach.3. v.1. *Iste* (Johannes Baptista) *est, de qvo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuā, qvi præparabit viam tuam ante te*, Matth.11,10, Luc. 7.vers:27.

Etsi vero hæc omnia libenter fateor, tamen interim ipsos LXX. interpretes non decuisset addere voculam, qvæ in Hebræo non extat Codice. Hinc enim licentiam sumere potuissent ipsi & alii in aliis similia qvædam tentandi, sicut etiam accidit in qvinto capite Geneseos in annis Adami, & in aliis locis, ubi numeri Græci textus cum Bibliis Hebræis non concordant.

Syracidem qvod attinet, dici potest ille historiam historicis verbis recensuisse, de prædictionis certitudine nihil solicite rationatus, sicut ante completos eventus ipsæ prophetiæ difficulter intelligi possunt. Ergo Græca Biblia ad Hebræum Codicem ipsa qvoq; diligenter in hoc & aliis locis sunt conferenda & æstimanda, nec in Veteri Testamento unqvam ad Græcam versionem confugiendum, licet collationis gratia simul consuli possit.

ORACULUM CXLV. SACRUM.

Esa.53.v.7.

Textus sacer Hebræus cum Latina versione interlineari Benedicti Ariæ Montani Hispalensis:

est afflictus *ipse &* *est oppressus*

נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה׃

Versio Græca LXX. sic dicta Interpretum:

Καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

Versio Latina antiqva vulgata:

Oblatus est, qvia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem ducetur, & qvasi agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os suum.

Versio Latina Sanctis Pagnini:

Oppressus fuit & ipse afflictus, & non aperuit os suum, sicut agnus ad mactationem ductus est, & velut oves coram tondente se obmutuit, nec apperuit os suum.

Versio Germanica B. Lutheri:

Da er gestrafft und gemattert ward / that er seinen Mund nicht auf / wie ein Lamb / das zur Schlachtbanck geführet wird / und wie ein Schaff / das erstummet für seinem Scherer / und seinen Mund nicht aufthut.

EX collatione harum versionum facile animadvertes lector, antiqvam vulgatam a reliqvis omnibus discrepare, cum reliqvæ non habeant hunc sensum, OBLATUS EST, QVIA VOLUIT: unde extiterit hæc variatio, caussa nulla apparet.

Pia qvidem est sententia, qvod nimirum Christus sponte sua & libenter opus passionis & redemptionis generis humani in sese receperit. Satius autem est, ejusmodi assertiones probare testimoniis indubitatis, & qvæ cum fontibus congrunt, qvalia sunt illa, Heb. 10, 7. ex Psalmo 40, 8. 9. *Ecce venio* (in capite libri scriptum est de me) *ut faciam, Deus, voluntatem tuam.*

Nihil igitur in hanc sententiam amplius adjiciam, *nisi Lutheri de eodem loco commentationem, qvæ in hunc modum habet:* Aliter legerunt hunc textum iu Ecclesia, eoqve sunt abusi contra scandalum crucis. Dicunt, passꝰ est, sed sua sponte, alias satis erat virium ad vitam suam defendendam. Est qvidem pia & bona sententia, sed nos Hebraicam lectionem seqvimur. Hactenus enim passionem & passionis usum descripsit, jam gestum describit, & summam patientiam, qvam Christus in sua passione habuit. Convenit autem plane Prophetā cum Petro, ait, tradebat vindictam judicanti juste. Ita hic affectus gestum Christi describit, qvanta patientia sit passus. Qvasi dicat; Cum tam gravia pateretur, non minabatur, non cogitabat de vindicta &c. Ac talis qvidem omniū Christianorum passio esse debet. Mundꝰ si nihil aliud, tamen de vindicta cogitat, sed Christus non sic. Maledicentibus

potius

potius benedixit, deprecatus est patrem pro crucifixoribus suis. Voluit auté nobis Propheta insignem hunc patientis affectum, qvomodo se erga crucifixores suos habuerit, apta similitudine significare. Ovis jam mactanda tacet, neq; ullum edit gemitum, aliæ bestiæ omnes horribiliter vociferantur, sic CHRISTUS fuit patientissimus. Atqve hæc hujus passionis Epitasis est. Jam ad glorificationem accedit, & ad resurrectionem CHRISTI, qva pater remuneravit passionis meritum. *Hactenus verba Lutheri de loco isto.*

Obiter simul admoneo de eodem capite Esaiæ, & qvidem versu nono: *Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua.* Qvæ sunt verba antiqvæ Latinæ vulgatæ versionis. Pagninus vero ita convertit: *Et dedit cum impiis sepulturam ejus, & cum divite in mortibus ejus* (& ad marginem scribit, inter mortuos suos.)

De Pagnino dixi, qvod ad marginem scripserit hæc verba, inter mortuos, nimirum in Exemplari edito Lugduni anno Christi 1542. nec enim vel in editione Tigurina vel in Francofurtensi marginalia Scholia extant, sicut in hac utraqve editione pro novi Testamenti versione Latina Pagniniana prorsus aliam ejusdem Testamenti versionem substitutam esse constat: optandum ut Pagniniana fuisset retenta.

Græca versio: Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Lutherus redidit hoc pacto: Er ist begrabē wie die Gottlosen/und gestorbē wie ein Reicher/ Et addit hoc glossema: Reicher) Der sein Thun auff Reichthumb setzt/das ist ein Gottloser. Sic igitur duplicatus juxta Lutherum fieret hic sensus. Er ist gestorben wie ein Gottloser/und ist begraben wie ein Gottloser Reicher.

Audi etiam lector ipsius Lutheri explicationem ex Commentario super Esaiam, qva habet in hunc modum: Et sepultus est sicut impii, & mortuus sicut divites, qvanqvam neminem injuria affecerit, neq; fuerit dolus in ore ejus. LUTHERUS.

Etiamsi cavillari priora Judæi possint, tamen hæc clarissima sunt, qvod Christus fuerit homo, & vere mortuus. Concludimus igatur ex hoc loco, si Christum mori oportuit, ergo regnum ejus non regnum corporale potest esse in hoc mundo, sicut somniant Judæi. *Sensus.*

Sicut divites. Est obscurus Hebraismus, qvod divitem ponit pro impio. Fortasse autem inde natus tropus est, qvod divites plerumqve sint impii. Sicut in Evangelio CHRISTUS vocat Mammona iniqvitatis. Item, Difficile est divitem ingredi regnum cœlorum. Significat igitur Propheta, CHRISTUM mortuum esse, sicut seditiosum & seductorem. Cum autem talis mors per Prophetam sit prædicta, certum argumentum est, nostrum CHRISTUM esse verum Messiam. *Hactenus verba Lutheri omnia.* Sed hæc obiter. *Dives ponitur pro impio. Luc. 16,9. Matt. 19,23.*

ORACULUM CXLVI. SACRUM.

Esaia 45,6.

Rorate cœlo desuper, & nubes pluant justum.

LUTHERUS.

Lubet de hoc Oraculo sacro, citra ambages, tantummodo ipsius Lutheri genuinam adjicere explicationem, *qvæ extat in Commentario ejusdem super Esaiam his verbis :* Celeber hic locus est in Ecclesia Papistarum, & illustre argumentum ignorantiæ, qvod ad beatam virginem eum accommodarunt. Nos autem scimus, agi in hoc capite de promissa liberatione per Cyrum. Hic igitur locus Mimeticus est. Dicitur enim in personam eorum, qvi in captivitate erant, & continet inenarrabilem piorum gemitum, qvi sentiebant se tantis malis premi ob peccata sua. Qvasi dicant; Ecce sumus privati Sacerdotio, & regno, templo, & omni cultu DEI, translati sumus in gentes. Ibi respondent nobis peccata nostra; Ea nos sic urgent, ut nulla salutis usqvam spes sit. Nemo enim usqvam est justus, qvi placare tantam Dei iram possit. Totus populus ita peccatis est obrutus, ut nulla spei sit liberationis. Qvare, o cœli, rorate vos, & depluite justitiam, qvæ nisi desuper in nos effundatur, actum est. Utinam igitur contingat nobis divinitus remissio peccatorum, & Spiritus Sanctus, qvi nos perfundat gratia.

Loqvitur Lutherus de liberatione ex captivitate Babylonica

Sic futurum esset, si primo sublata essent peccata, & reconciliatus Deus, ut reduceremur. Neq; enim spes est, fore, ut cesset pœna, dum manet reatus & culpa. Disrumpe igitur cœlum, & descende. Asperge nos justitia tua, & brevi fiet, ut restituamur &c. Est insignis locus, qvi docet nos de omnibus tentationibus. In omni enim calamitate & pœna terremur peccatis nostris & ira Dei. Inde seqvuntur hujusmodi suspiria, qvalia hic Propheta describit.

Facit autem gradus qvosdam. Ros enim cœli est divinus favor, qvo Deus suos complectitur & fovet. Hunc statim pluvia ex nubibus seqvitur. Primum enim gratiæ donum & opus est, dare pios Doctores, qvi verbum pure doceant. Hoc cum fit, aperitur terra, hoc est, datur successus verbi, ut multi sint discipuli. Inde germinatur salus, hoc est, liberantur conscientiæ, & tolluntur qvoqve plagæ corporales, & oritur simul justitia, id est, seqvuntur fructus digni illa prædicatione. *Hactenus verba Lutheri.*

Osiander.

Etsi vero principaliter & directe Esaias agit de Cyro: Interim tamen sub hac figurata descriptione simul comprehendi suspiria pro mittendo Messia, non negabo, *unde Osiander* : Etsi autem magnum beneficium erat liberationis e captivitate Babylonica, qvod Deus populo suo promittebat: tamen, qvia intelligit Ecclesia (per Spiritum Sanctum) non in externa liberatione consistere veram & æternam salutem: ideo (in hoc capite) majus

bene

beneficium petit a Domino, nimirum, ut CHRISTUS mittatur: idqve facit figurato sermonis genere. Rorate cœli &c. *Hactenus verba Osiandri.*

Qvod Lutherus scribit, Oraculum hoc sacrum sub Papatu ad Virginem Mariam fuisse accommodatum, nemo mirabitur, qvi recolliget, sub Papatu totum Psalterium ad invocationem Mariæ transformatum fuisse. In veteribus Bibliothecis extant exemplaria illius Psalterii B. Mariæ virginis, & preiis, in qvorum manus exemplaria vetera venire neqveunt, bene fecit Chemnicius, qvod in tertia parte Examinis Concilii Tridentini totum ex veteri qvodam exemplari descriptum inserere voluit. Cape unum saltem, lector, & alterum exemplum.

Psal. 3. v. 2. Domina, qvid multiplicati sunt, qvi tribulant me, miserere mei Domina &c. Psal. 4. v. 1. Cum invocarem, exaudivisti me Domina &c. Psal. 5. v. 1. Verba mea auribus percipe Domina &c. Psal. 6. v. 1. Domina, ne in furore Dei sinas corripi me. Psal. 7. v. 1. Domina in te speravi, de inimicis meis libera animam meam &c. Psal. 10. v. 1. In Domina confido, &c. Psal. 23. v. 1. Dominæ est terra & plenitudo ejus, &c. Videantur reliqva apud Chemniciū ipsum, aut in ipso exemplari Veneto, Parisiensi vel alio, si qvod occurrerit.

Psalterium Mariæ Virginis.

ORACULUM CXLVII. SACRUM.

Daniel. 6, 17.

Textus sacer cum interlineari Latina versione Benedicti Ariæ Montani Hispalensis:

voluntas

Daniel in immutaretur non ut

דִּי לָא־תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל׃

Versio Græca LXX. sic dicta Interpretum:

Καὶ ἐσφραγίσατο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ δακτυλίῳ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ πρᾶγμα ἐν τῷ Δανιήλ.

Versio Latina vulgata:

Allatusqve est lapis unus, & positus est super os laci: qvem obsignavit Rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne qvid fieret contra Danielem.

Versio Latina Sanctis Pagnini:

Et allatus est lapis unus, & positus est super os laci, & obsigna-

signavit Rex annulo suo, & annulo Principum suorum, ut non irritaretur voluntas ejus in Daniele.

Versio Germanica B. Lutheri:

Und sie brachten einen Stein/ denlegten sie für die Thür am Graben/den versiegelt der König mit seinem eigen Ring/ und mit dẽ Ring seiner Gewaltigen/ Auff daß sonst niemand an Daniel Muthwillen übete.

ERgo tandem Daniel fuit conjectus in lacum leonum, qvi qvasi sonat foveam leonum, Lutherus vertit non Gruben/ sed Graben/ qvod leones forsan fuerint asservati prope murum arcis, in area profundiore, sicut circa munitiores urbes licet reperire & videre similes excavatas, profundiores, oblangas & circulares foveas, Stadtgraben/ Schloßgraben.

Ne qvid autem Daniel aliud, qvam a leonibus contingeret, rex providere voluit, lapide obsignato, qvi positus erat ad os foveæ, h.e. januam; In fontibus est vox thematis שנא, ubi Schin litera aut in dextro aut in sinistro latere punctum tolerare potest; & pro ratione ista diversa aut significat *immutare* aut *irritare*, ut annotat Arias, sed & alia qvæ qværantur per Concordantias, vel per Lexica saltem. Noster Luthecus elegit significationem *irritandi* seu *perseqvendi, nocendi* &c. idq; recta factum esse breviter saltem nunc annotabo propter jura antecedentium seu contxtuum.

Legantur igitur ordine qvinqve postrema capita una cum toto sexto, & inde apparebit utrunqve. 1. Qvod Danielem cum sociis in religione sua constanter perseverantem, & idolomaniis ethnicis in nulla re vel levissima cedere cupientem, qvin & sapientia politica cunctis Babyloniis longe excellentem, Proceres & Magnates Regni clam & palam vehementi odio proseqvi cæperint & unice qvavis ratione remotum exoptaverint. 2. Qvod inter illa odia & insidias Deus Danielem & socios non modo clementissime, sed etiam miraculose aliqvoties conservaverit.

Ad *prius* illud pertinet, qvod cap. 1. Daniel respuit de mensa regia cibos & potum, more ethnico, sine dubio prius consecratos; qva de caussa præpositus Eunuchorum, ut vocatur, nimis meticulose roganti Danieli parcit. Sed & qvilibet satis animatvertet, his pueris, inter qvos Daniel educabatur, forsan etiam artes magicas a Præceptoribus aulicis instillati cæpisse, qvemadmodum & Mosi acciderat, Actor. 7. v. 22. Sed ut cibos, ita artes illas ipse magno & divino animo contempsit, non citra primam invidiam aulicorum.

Deinde,

Deinde, an citra novam invidiam cap.2. acciderit Babyloniis explicatio Danielis de capite aureo seu de Monarchia Babylonica tandem interitura, & ad alios devolvenda, qvilibet ipse æstimet.

Præterea, an non odia plus crescere cæperint, crescente indies exaltatione Danielis supra omnes regni Proceres & Principes alios, itidem qvilibet æstimet.

Capite tertio omnia odia in immensum augentur, ubi fabricationem statuæ sine dubio Regi vehementer dissvasit Daniel, & hac vice immunis evadit, interim tamen tyrannide super socios Danielis grassante, ex qva tamen tres socii Danielis mirabiliter liberantur, & denuo ad summas dignitates non citra nova odia Magnatum in regno promoventur.

Capite qvarto. cum qvantis odiis conjunctum fuisse putabit lector, qvod Daniel denunciat Nabuchdonosoro summam septennalem calamitatem & bestialem qvasi conditionem. Hæc enim ipsa ratio Proceres apsq; dubio plusqvam mirifice adversus Danielem, qvasi a DEO talia precibus suis procurantem, armavit, & supra modum inflammavit.

Non minoris fuit, qvod *capite qvinto* graviter arguit Balthasarum Regem, qvod ex præcedentium Regum gravissimis casibus hactenus sapere nondum didicisset, & ecce eadem nocte interficitur Balthasar atqve juxta prædictionem Danielis Darius Medus Rex Babylonicum regnum in suam potestatem redigit.

Apud Darium Medum Regem *Cap.6.* crescit qvidem istius Regis favor erga Danielem propter dona & prophetias Danielis, sed tamen plus crescit odium procerum erga eundem, adeo, ut jam tandem cogitarint de præcipua occasione qvavis perdendi ipsum. *Igitur* (inqvit textus) *Daniel* Dan.6. v.3.
superabat Principes & Satrapas, qvia Spiritus amplior erat in illo; & Rex iste non
minus cogitabat constituere eum super omne regnum; unde Princeps & Satrapæ v. 4.
qværebant occasionem, ut invenirent Daniel ex caussa regni, (& cum nullam
ex caussa regni invenirent) *dixerunt: Non inveniemus Danieli huic aliqvã* v. 5.
occasionem, nisi in lege Dei sui, decretumq; ergo imperatorium exeat, ut triginta v. 6.
diebus nemo petat aliqvid a qvocunqve Deo, nisi a TE rege, & qvi contrarium
fecerit, mittatur in lacum Leonum: in qvod consensit Rex, non satis olfaciens hoc schemate peti corpus & vitam Danielis

Jam cogita & lege seqventia diligenter, lector, qvantopere Daniel Satrapas irritarit, qvando contra hoc ipsum singulare edictum ab ipsis in perniciem præsentissimam suam procuratum, tamen ipsemet non modo nihil a Rege petere voluit; sed insuper apertis fenestris, tribus vicibus, versa facie, versus Jerusalem, civitatem DEI, cœli & terræ Jehovam adoravit, unde etiam magno numero Regem adierunt, & invitum,

atqve toto die cunctantem tandem commoverunt, ut ipsorum voluntati Danielem permitteret. Et sic rex permisit hostibus Danielem animo qvidem prorsus ægerrimo, attamen qvod superiorum temporum historia Danielitica edoctus certissimam spem caperet, a leonibus Danielem divina ope ita futurum liberatum, sicut tres socii manserant salvi a fornace ignea.

Apparet hoc ex verbis Scripturæ: *Dixit enim Rex Danieli, Deus tuus,*
v.16. *qvem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis unus & positus super os*
v.17. *laci, qvem obsignavit Rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, neqvit fieret contra Danielem*, hoc est, ut ex contextum circumstantiis manifeste fluit, ne si DEUS Danielem inter leoces, ut antea tres socios in igne, conservaret, hostes ipsius furore iræ perciti e vestigo & illico maous in ipsum violentas & cruentas injicerent.

Scribunt tamen Historici, aliqvot diebus tunc fame serius maceratos fuisse leones.

Hujus enim rei prætextum potuissent prætendere speciosum, fuisse nimirum Danielem omnino morti adjudicatum ex sententia & permissione ipsus Regis propter crimen læsæ majestatis; & forsan leones hactenus nimirum satiatos corpori ejus pepercisse, voluisse igitur & debuisse ipsos regii decreti executionem qvovis modo administrare potius, qvam toti Monarchiæ auctoritatem detrahere & contumeliam accersere.

Sic ergo metuit Rex, ne, juxta Ariam, immutaretur, aut rectius, irritaretur voluntas Procerum in Danielem, hoc est, ut Lutherus reddidit, Auff daß sonst Niemand an Daniel Muthwillen übete/ qvæ Lutheri versio est optima, & ex sex capitum omnium priorum cohærentia & visceribus rectissime, solidissime & prudentissime exportata mens & interpretatio sacrarum literarum.

ORACULUM CXLIIX.
SACRUM.

1.Reg.22,38.

Textus sacer Hebræus, cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani Hispalensis:

laverunt zonas &

וְהַזֹּנוֹת רָחָצוּ׃

Versio LXX. sic dicta Interpretum Græca:

Καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι.

Versio vulgata Latina antiqva:

Et laverunt currum ejus in piscina Samariæ, & linxerunt canes sangvinem ejus, & habenas laverunt.

Versio

Versio Sanctis Pagnini:

Lavitqve currum in piſcina Someron, & linxerunt canes ſangvinem ejus, & arma laverunt.

LUTHERUS:

Vnd da ſie den Waffen wuſchen bey dem Teiche Samaria / leckten die Hunde ſein Blut / Es wuſchen ihn aber die Huren.

IN hiſce indigitatis verſionibus eſt diſcrepantia de eo, qvod in poſterioribus verbis pleræqve dicunt, qvod Achabi Regis Iſrael currum laverint, & habenas, ſeu arma, ſeu zonas ſimul, *e contrario*, qvod Lutherus vertit, qvod tantum currum laverint. Nam illa priora rite ſeſe habent, *qvod laverint currum in piſcina Samariæ*, & *qvod linxerint canes ſangvinem ejus*. De poſterioribus tantum qværitur, an ſit vertendum, qvod laverint etiam arma, ſeu zonas ſeu habenas, an vero qvod meretices ſeu mulieres ſeu cauponæ laverint? *Qvæſtio.*

In Hebræo eſt vox thematis זנה qvod cum multis qvarundam ſimilium literarum thematibus cumprimis cum זין cognationem habet, ideoq; ſignificat & ſcortari & cauponari & armare, çujus rei exempla ex Concordantiis nulla aſcribo. Monſtravi enim hunc modum ſuperius plus ſatis in exemplis non paucis, ut nunc & poſthac eodem labore facile ſuperſedere qveam. Qvi ergo volet, ipſemet hoc genus exercitii vel ex Concordantiis, vel ſi deſtituitur iis, ſaltem ex Lexicis aliqvod interea urgeat, ut in re illa confirmetur, nec de eo, qvod dixi, nimirum de unius vocis duplice iſta ſignificatione dubitare cogatur. De armis locum habes Deut.23,13. *Habebis locum extra caſtra, ad qvem egredieris ad reqviſita naturæ gerens paxillum in baltheo tuo*, juxta vulgatam verſionem, ſeu, *paxillus erit tibi cum armis tuis*, juxta Pagnium, ubi Oſiander, *circumferes cum aliis armis tuis inſtrumentũ qvoddam, qvo fodere poſſis, ſi neceſſitas poſtularit.* Lutherus, Du ſolt ein Schäufflein haben / etc. *1. Grammaticalia.*

His Grammaticalibus ita præmiſſis jam qvæſtio reſtat, utrum verſiones illæ præferendæ ſint, qvæ reddiderunt fornicarias, an illæ, qvæ reddiderunt, arma. Itaqve ut reſponſum dare posſis, lector, certius, conſidera circumſtantias contextuum a verſu 33. uſqve ad verſum 38. idqve cum hic, tum alias facias, in verſione Germanica Lutheri, qvæ præ verſionibus Latinis omnia tibi purius & nitidius faciliusqve neceſſaria ſuppeditabit. *2. Contextus.*

Ego

Contextus æstimãs utetur felicius versione Lutheri gravibus de caussis, qvas experientia & usus indicabit.

Ergo jam nihilominus antiqva vulgata utar Latina versione, qvæ in loco dicto sese habet in hunc modum: *Vir qvidam tetendit arcum, in incertum sagittum dirigens, & casu* (in simplicitate, non ex consilio suo, sed Deo ita dirigente ictum) *percussit Regem Israel inter pulmonem & loricam,* (qva parte lorica laminis ferreis juxta Osiand. *fuit juncta, illam jaculo attigit & penetravit*) *At ille* (Rex) *dixit aurigæ suo; verte manum tuam*, (reflecte eqvos) *& ejice* (evehe) *me de exercitu, qvia vulneratus sum. Commissum ergo est prælium in die illa*, (rectius, invalescebar prælium illa die) *Rex Israel* (ante ictum) *stabat in curru suo contra Syros* (sed interim vulneratus, male habet, & horis paucis elapsis) *mortuus est vespere. Fluebat autem sangvis plagæ IN SINUM CURRUS* (hoc est, in medium currum) *& præco insonuit in universo exercitu, anteqvam* (cum jam) *sol occumberit, dicens* (propter Regem vulnerãtum non amplius pugnetis, sed) *unusqvisqve revertatur in civitatem suam, & in terram suam. Mortuus est autem* (igitur) *Rex Israel, & perlatus est in Samariam* (ubi habebat suam regiam) *& sepelierunt eum in Samaria, Et laverunt CURRUM EJUS* (utpote in cujus medium antea fluxisse sangvis scribitur, nulla addita mentione armorum) *in piscina Samariæ, & linxerunt ibi canes sangvinem ejus* (ita cum aqvis de curru defluentem.)

1. Reg. 22. a 34. 35. 36. 37. 38.

Sangvis fluit in currum, ergo infra lavant currum.

Jam autem seqvitur in vulgata: *Et habenas laverunt juxta verbum Domini, qvod locutus fuerat.* Hic igitur rectius vertes: *Et meretriculæ vel cauponariæ, vel qvalescunqve fœminæ laverunt, scilicet: currum*, unde, vel ex qvo curru defluxit sangvis mixtus aqvæ, & aqva mixta sangvini, *qvem linxerunt canes, ut ita impleretur verbum Domini prolatum per Prophetam Eliam* 1. Reg. 21, 17, *Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten dicens*, v. 18. *Surge &c.* v. 19. *& loqveris ad Achab, dicens, Hæc dicit Dominus Deus, occidisti* (Nabathum innocentem) *insuper & possedisti* (vineam injusto & tyrannico modo) *& posthæc addes, Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in qvo linxerunt canes sangvinem Naboth, lambent qvoqve sangvinem tuum.*

Versio Lutheri hic verior

Rectissime igitur sese habet versio Lutheri præ aliis, & hunc pertinet glossema marginale Lutheri: Es wuschen ihn aber die Huren. Huren) dadie Huren waschen/id est cauponæ lotrices. *Hactenus verba Lutheri.* Et ad hunc modum, amice Lector, procedes in aliis æstimandis versionum diversitatibus. Simul etiam vides, qvam oportuerit Lutherum in versione loborare multifariam, & sicut recte dicit in Epistola vom Dolmetschen/ qvod super uno vocabulo aut versu sæpe multum temporis consumserit.

ORACU-

ORACULUM CXLIX. SACRUM.

Gen. 31, 53.

Textus sacer Hebræus cum interlineari versione Benedicti Ariæ Montani:

Nachor Deus & Abraham Deus.

אֱלֹהֵי אַבְרָהָם וֵאלֹהֵי נָחוֹר:

Versio Græca LXX. sic dicta interpretum:

Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ναχὼρ κρίναι ἀνὰ μέσον ὑμῶν.

Versio Latina vulgata antiqva:

DEUS Abraham & DEUS Nachor judicet inter nos, DEUS Patris eorum. Juravit ergo Jacob per timorem Patris sui Isaac.

Versio Sanctis Pagnini:

DEUS Abraham & DEUS Nachor judicet inter nos, DEUS Patris eorum. Et juravit Jahacob per pavorem Patris sui Ischac.

Versio Germanica B. Lutheri:

Der GOtt Abraham / und der GOtt Nachor und der GOtt ihrer Väter / sey Richter zwischen uns. Vnd Jacob schwur ihm bey der Furcht seines Vaters Isaac.

Ex Gen. 11, 26. liqvidum est, qvod Thare genuerit Abraham, Nachor & Haran. De Laban, qvod fuerit filius Nahor, constat Genes. 29, 5. De Thare, qvod fuerit idololatra, constat citra dubium, Josu: 24, 2. De Nahor in loco allegato, Genes. 31, 53. patet. qvod alium Deum a DEO Abrahami coluerit, & eadem est ratio de Laban, qvia in hoc ipso loco Labanus Jacobo Patriarchæ confirmat fidem, sub nomine DEI Abrahami, & Dei Nahor, & patris utriusqve Thare simul; sed Jacobus jurat solum per pavorem patris sui Isaac, qvod velit fœdus illud sartum tectum præstare. Neqve vero Jacobus Deo Abraham vult adjungere Deum Nahor, fratris Abraham, (ut Deum patris eorum, scilicet Thare;) sed ut sese ab idololatria manifestius exciperet, omisso vel præmisso Deo Abraham in locum Dei Nahor substituit pavorem Jsaac, hoc est, verum Deum, qvi postea cognominatus fuit etiam ab Isaaco, Deus Abraham *Laban idololatra.*

 & Deus

& Deus Isaac. Qvin & de idololatria Labani constat ex idolis, qvæ Laban vocat Deos suos, qvos ipsi ademerat Rachel, Gen. 31, 30, 31, 32, 33, 34, 35. *Et hæc satis de idololatria Labani.*

Qvæstio de juramentis idololatrarum.

Jam *qvæstio* restat, an ex impia formula fœderis, vel qvasi juramenti ipsius idololatræ Labani certus esse potuerit pius Jacob, adversus insidias ejusdem Labani; *seu*, an putarit, qvod ipse verus Deus Labanum jurantem etiam per eos, qvos pro Deis habebat, licet verus Deus non essent, si falleret, puniturus esset?

Eadem est ratio hodie, qvando Christianis piis juramenta præstant Turcæ, Judæi, & cumprimis Pontificii admiscentes nomina sanctorum.

Objectio.

Objici enim poterat, nullum aliud esse in juramentis vinculum majus, qvam hoc, ut sciat utraqve pars, in juramentis fieri debere invocationem veri Dei, ut partem fallentem temporalibus & æternis pœnis citra exceptionem plectat, adeoqve sub metu pœnarum corporalium & æternarum eo magis ex partibus veritatis stare satagat, a qva invocatione veri Dei, in sacris literis manifeste illi aberrant vel Filium & Spiritum Sanctum abnegantes, vel idola cum veri Dei nomine adjungentes.

Responsio 1. peccat jurans per alia, qvæ non sunt Deus, 2. punitur propter idololatriam & perjurium simul.

Verum enimvero jamdudum optime perspectum habebat Jacobus Patriarcha, DEUM verum esse scelerum vindicem, non tantum apud ipsos populos, qvi Deum verum solum colunt, sed etiam apud qvosvis Ethnicos alios, qvi Diabolos seqvuntur, indeqve ab uno suo Abrahamo accepisse cognomen JUDICIS UNIVERSÆ TERRÆ, Gen. 18, 25.

Cujus rei exemplum unum & alterum instar bis mille esse poterat, nimirum præter lapsum primorum parentum ex satanæ instinctu procuratum, Gen. 3. insuper etiam diluvium, in qvo non tantum impia & idololatrica progenies Cainitica, tanqvam filii hominum perierunt; sed una cum illis alii, qvi erant ex filiis Dei, hoc est, ex linea sanctorum Patrum oriundi, Gen. 6, 2.

DEus punit Christianos & Ethnicos simul propter scelera.

Contineo me inter illa exempla, qvæ bene Jacobo Patriarchæ nota erant, nec adduco, qvæ post tempora Jacobi a Prophetis proponuntur, qvemadmodum notum est, jussu Dei Esaiam prophetare contra Assyrios, Medos, Persam, Moabitas, Ægyptios, Æthiopes & alios, qvos (testibus poëtis etiam) sæpe perjurii pænas a Deo reportasse experientia docuit, Deo puniente idololatriam, 1. qvod alienos Deos haberent, 2. qvod per alienos seu falsos Deos jurarent, 3. qvod fallerent ea, qvæ juraverunt qvidem per falsos Deos, sed tamen eos pro veris Deis, in qvorum nomine jurandum esse, habuerant.

Idololatria qvomodo committi possit.

Cum igitur Labanus etiam falsos haberet Deos, eosqve pro veris

in

in suo genere metueret, & sub eorundem nomine promissa fallere vereretur, qvod ipsum Jacobo non erat de Labano ignotum; iccirco Jacobus juramentum illud admittebat. Multo autem certius credebat Jacobus successu temporis Labanum pœnas, & propter impia idola, & cumprimis perjurium, si promissis suis non staret, qvibus standum alioqvin est, etiamsi nulla accesserunt juramenta, experturum; ideoqve in hac ipsa ratione acqviescere ita necessum habuit, sicut hodie pii Christiani in juramentis Judæorum, Turcarum, Pontificiorum facere coguntur. Ipse tamen Jacobus vero Deo nihil in juramento adjicere voluit, id qvod hodie qvoqve observare deceret eos, qvi per animam suam perqve alia plurima vera & ficta jurare consueverunt, cum tamen verbum Dei sese unice colere profiteantur.

Nolo autem hanc in sententiam qvicqvam aliud addere, præter id, *qvod Augustinus habet Serm. 28. de verbis Jacobi, Nolite jurare:* Multi in hoc falluntur & putant, qvod nihil est, per qvod jurant, non se crimine teneri per jurii. Prorsus perjurus es, qvod per id, qvod sanctum putas, falsum juras. Juras ante Deum. Non te audit lapis loqventem, sed punit te Deus fallentem. *Hæc ille.* *Augustini mens de Juramentis.*

Exempla Ethnicorum, qvi qer falsos Deos jurarunt, & per verum Deum ob perjuria fuerunt puniti, plusqvam plurima ex omni historia afferre poteram. Committo illud studium lectori benevolo, sufficiat mihi digitum ad illa intendisse. Eadem præterea manent eos, qvi per mortuos sanctos jurant & fallunt.

ORACULUM CL. SACRUM.

Mich. 7, 9.

Vetus vulgata versio Latina:

Iram Domini portabo, qvoniam peccavi ei, donec caussam meam judicet, & faciat judicium meum, adducet me in lucem, videbo justitiam ejus.

v. 1. Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, qvæ dicit ad me, ubi est Dominus Deus tuus?

Ich wil des HERRN Zorn tragen / denn ich habe wider ihn gesündiget / biß er meine Sache außführe / und mir Recht schaffe.

Er wird mich ans Liecht bringen/ daß ich meine Lust an seiner Gnade sehe.

Meine Feindin wirds sehen müssen/ und mit aller Schandt bestehn/ die itzt zu mir sagt/ Wo ist der HErr dein GOtt? ꝛc.

IN his verbis Propheta dicit, sub nomine totius Ecclesiæ Judaicæ in captivitate Babylonica constitutæ, qvod velit iram & pœnam Domini patienter ferre, sed tamen illico addit, qvasi bonam, immo optimam caussam habeat populus Judaicus, DEUM videlicet judicaturum causam suam.

Lutheri expositio.

Recte igitur de hoc Oraculo sacro scribit Lutherus: Initio est insignis confessio, agnoscit Propheta illam calamitatem proficisci ex ira, & qvidem ex ira Domini: deinde nihil dissimulans addit, qvia peccavi, ideo plector.

Et paulo post: Nec dissimilis doctrina proponitur in Psal. 116. Primum qveritur, se affligi, & libere fatetur, omnem hominem esse mendacem, hoc est, omnes homines coram Deo esse peccatores, & juste puniri. Postea addit: v. 13. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, hoc est, patienter feram pœnam, præbebo me castigandum, & simul invocabo nomen Domini, tanqvam, qui iterum sit liberaturus. Et sicut infra Micha dicet, cujus ira non æterna, sed momentanea sit. Hæc enim spes pertinaciter retinenda est: nam qvi hanc spem amittunt, non possunt habere Deum pro Patre, sed pro tyranno habent, tanqvam qvi in æternum irascatur, nec ullum veniæ locum relinqvat.

Lutherus etiam miratur hujus Oraculi sacri prima fronte qvandam apparentem ἀντιλογίαν.

Et statim ex ipso hoc vestigio iterum sic addit Lutherus: Pulcherrime autem hanc spem Propheta hoc in loco expressit, Feram, inqvit, iram Domini, sed non in æternum, eo usqve tantum eam feram, dum Dominus judicaverit caussam meam, & judicium fecerit. HÆC OBSECRO QVOMODO CONVENIUNT? Nam & peccatorem se esse confessus est, & propter peccata ferre iram Dei; & tamen dicit, Deum judicaturum causam suam &c. *Hæc omnia Lutherus.*

Et omnino qvæstio illa a Luthero mota est diligenti meditatione digna; siqvidem fatetur se & suum populum ferre iram Dei & peccata sua, & tamen sperat, qvod Deus causam suam sit judicaturus.

Porro etsi ad qvæstionem istam prolixe respondet Lutherus, qvia tamen ejusdem summam in suis paraphrasibus magnis breviter recenset Lucas Osiander; iccirco non meis, sed Osiandri verbis indigitatam responsionem adjicere lubet.

Verba

Verba Osiandri sunt hæc seqventia: Iram Domini portabo: qvoniam peccavi ei: id est, Castigationem Dei mei æqvo animo feram: qvia peccatis meis iram ipsius irritavi. Feram igitur temporales pœnas, qvam diu Patri meo cœlesti visum fuerit (patienter & nos flagella Dei, qvæ commeruimus, toleremus) *Donec caussam meam judicet, & faciat judicium meum:* id est, donec, aliqvando meas injurias ab hostibus acceptas, vindicet: meqve ex ipsorum potestate liberet. Etsi enim Israelitæ coram Deo non poterant de sua innocentia gloriari, sed potius gravissimas pœnas meriti erant: tamen Assyrii & Babylonii non habebant satis justas caussas cur populum Dei affligerent. Itaq; pii, respectu Dei, semper sunt peccatores: respectu autem hostium suorum, plerumqve innocentes affliguntur. Et Deus tandem inimicos eorum pessundat. Sic Christiani Turcicas clades multiplici idolomania & magnis sceleribus merentur; interim tamen Turca non habet justam caussam, cur in eorum fortunas & corpora grassetur. *Hactenus verba Lucæ Osiandri.*

Qvasi dicerent, captivitatem Babylonicam meritus sum, ut & regni Israëlitici destructionem.

Qvasi dicerent: Babylonii excessum committunt, qvem Deus judicabit, & me restituet in regnum, in qvo nasci debet Messias, juxta Dei certas & speciales promissiones.

Et ita satis tollitur, illa, qvæ prima fronte apparet, ἀντιλογία, & cumprimis Judæi certissimam corporalis pœnæ solutionem sperant, qvia certum tempus, annorum 70. captivitati Babylonicæ erat præfixum, deinde Deus ideo volebat servare & restaurare politiam illam etiam post Babylonicam captivitatem, ut in ea compleri possent, qvæ Deus de ea promiserat, nimirum qvod non in alia politia, sed tantum in hac Judaica Salvator mundi nasci debeat.

Ergo qvod tanta cum fiducia Propheta Micheas sperat, qvod Deus se & populum ex miseriis suis corporalibus sit liberaturus, illud inde fit, qvod passim in Prophetiis utrumqve Deus prædixit. 1. qvod velit per captivitates externas & corporales vindicare peccata Israelis, 2. qvod tamen post aliqvot annos temporalibus seu corporalibus pœnis & castigationibus Israelitarum finem sit impositurus: id qvod jam prolixa multorum contextuum farragine ex Prophetis plerisq; probatam reddi poterat, nisi brevitati consuleretur, & lectori hoc excercitium committeretur, qvi hactenus sæpe ejus negotii methodum & exempla in hoc tractatu vidit. Obiter: Hanc tamen specialem promissionem non semper alii qvivis homines allegare possunt, sed sufficere debet illis reliqvis analogia istius leprosi, Domine si vis, potes me servare Matth. 8, 2. Sicut autem sæpenumero Pater filio, qvantumvis per Deum roganti, non vult parcere, sed in manus chirurgi eum tradit, ut membrum ejus immedicabile vel uratur vel resecetur, ne pars sincera trahatur, ita qvoqve multis piis castigationes Dominus in horam usqve mortis prorogat, suis de caussis gravissimis. qvas ipsemet solus Deus notas habet.

Fiducialis spes Michæ unde orta?

ORCULUM CLI.
SACRUM,

Gen. 18, 2. 3.

Textus ſacri Verſio Latina vulgata:

v. 2. Cumqve elevaſſet (Abrahamus) oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, qvos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terram.

v. 3. Et dixit, Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas ſervum tuum.

Gregorius. SUper hæc verba in Gloſſa ordinaria extant hæc ſeqventia: Gregorius Moralibus: Abraam tribus Angelis occurrit, qvia Vir & Dominus ſanctus ſpiritualis intellectus; debet in cognitione Trinitatis clauſtra carnis excedere, & qvaſi habitationis infimæ januam exire: *Hæc ibi.*

Oſiander. *Et Lucas Oſiander ſuper hoc Oraculum ita ſcribit:* Voluit Filius DEI aſſumtis duobus Angelis Abrahamo in ſpecie trium virorum apparere, ad ſignificandam Trinitatem perſonarum in una divina eſſentia. *Hæc ille.*

Lutherus. Lubet autem de hac interpretatione hujus Oraculi, concluſionis loco, nihil aliud addere, niſi ipſum judicium Lutheri, ex Commentario ſuper Geneſin, *ubi hæc habet verba ſeqventia Lutherus:*

Porro, de myſterio Trinitatis qvoq; dicendum aliqvid eſt: Nam impii Judæi nos rident, qvod patres noſtri ex hoc loco Trinitatem voluerunt probare, qvod tres viri hic apparent, & tamen Abraham cum uno tantum loqvitur. At verum qvidem eſt, ſecundum hiſtoricum ſenſum nihil ex hoc loco concluditur aliud, qvam qvod Abraham divinam reverentiam exhibuerit afflictis fratribus, & liberaliter exceperit, nondum etiam norat eſſe DOMINUM.

Hæc cum hiſtorica ſententia ſit, damnant nos, qvod facimus tres perſonas, & unum eſſentialem Deum, & gloriantur nihil tale reperiri vel in Moſe vel in Prophetis: Qvi enim ex hoc loco id velit efficere, eum ex Scriptura ceu ex cera qvaslibet formas fingere poſſe ſentiunt.

IN TOTUM igitur noſtram fidem, ex hac maxima, ceu certa demonſtratione damnant. Ac ut, qvod verum erit, dicam, ſi Cyprianum, ſi Hilarium legerunt Judæi, multa vident ab eis parum apte citata. Sed ſancti Patres ſcripſerunt ita bono & pio animo. Ac bene viderunt, qvod cum adverſariis non ſic agendum eſt, ut cum auditoribus principia fidei non neganti-

gantibus. Cum enim tuos doces, ibi non bellum moves, sed excertium ad bellum instruis. In excercitio autem vides non ferratis hastis, nec acutis gladiis, sed etiam rudi ligno, aut ad gladii forman facto, recte nos uti: Sed in acie ferro opus erit, eoqve ad feriendum firmo & bene acuto.

Aliter cum adversariis est agendum, aliter cum auditoribus principia fidei non negantibus.

Sic qvando disputamus contra Ecclesiæ hostes, solida & firma argumenta proferenda sunt, hoc enim nisi fiat, non solum rident nos inimici, sed in suo errore magis confirmantur. Sic convicimus Anabaptistas & Sacramentarios, non solum nostra probantes multis & solidis rationibus: sed etiam vitia notantes, qvæ ipsi male colligendo & citando committunt.

Dialectica & Rhetorica discrimen.

Alia igitur res est docere, alia exhortari, Rhetorica qvæ ad exhortationem facit, ludit sæpe, sæpe prætendit lignum, qvod tu putes gladium esse. Dialectica autem belligeratur, & agit res serias, igitur non ligna, sed ferrum ostendit adversario. Hoc cum Patres non ubiqve fecerint, & nonnunqvam impropriis, nonnunqvam parum firmis rationibus, tanqvam inter suos ad probandum articulum Trinitatis sint usi, Judæi hæc maxime contra nos adducunt: A doctoribus nostratibus multos locos improprie citari: igitur totum hoc nostrum dogma falsum esse. Antecedens igitur non negamus, qvia sit verum, sed conseqventiam tamen probamus falsam esse.

Catachreses in Scripturis non infreqventes.

Qvod enim ad hunc locum attinet, concedamus historicum sensum nihil contra Judæos facere: Sed nonnunqvam catachreses qvoq; suum locum habent. Sic Paulus postqvam doctrinam fidei Dialectice & tanqvam in acie asseruit gladio, addit postea de Sara & Hagar allegoriam, qvæ etsi in acie minus valet, nam discedit ab historico sensu, tamen lumen addit caussæ, & ornat eam.

Posito certo fundamento & Allegorica possunt superstrui.

Historia non docet, qvod Abraham sit Deus, Sara Ecclesia, Hagar Synagoga. Abraham docet historia esse patrem familias, Saram matrem familias, Hagar servam. Qvid autem prohibet posito jam ante fundamento, ex aliis scripturæ locis certis, & illustribus etiam adhibere allegoriam, non tantum ornandi, sed etiam docendi causa: ut res fiat illustrior.

Sic naturales filii Abrahæ Ismael & Isaac designant duos populos: Ismael populum carnis, Isaac populum spiritus, seu promissionis.

Augustinus.

Recte igitur Augustinus dicit: Figuram nihil probare, nec debere in disputando habere locum: Disputatio enim fundamenta firma jaciat necesse est: Hæc cum jacta sunt, nihil prohibet per allegoriam seu figuram addere lucem caussæ, & ornare caussam.

Sic Augustinus non qvidem probat Trinitatem ex eo, qvod sint in homine tres potentiæ, & tamen jucunda cogitatio est, tum in homine, tum reliqvis creaturis omnibus vestia Ttinitatis inqvirere & notare.

Sicut-

Lombardus

Sicut Magister sententiarum qvoqve facit, cum allegat sententiam: omnia disposita esse in pondere, mensura & numero, cum in qvantitate dicit esse lineam, superficiem & corpus, in philosophia ens, verum & unum. In solis substantia, lux & calor. Hujusmodi testimonia non urgent adversarios verbi, nobis autem sunt jucunda vestigia articuli jam antea certo probati & noti.

Ad hunc modum etiam de hoc loco dicemus ad Judæos: Rideant sane nos, & nostros Doctores, hoc testimonio usos, hoc tamen nunqvam diximus, qvod ipsi nos dixisse falso calumniantur, qvasi illi tres viri significent tres personas Dei.

Ad hunc modum Papistæ qvoqve depravant studiose nostra dicta, ut suam causam ornent. Cum enim dicimus, hominem non justificari operibus, affirmant nos bona opera Prohibere & damnare, tales viperæ sunt Cochlæus, Wicelius & alii. Hæc sunt satanica mendacia virulentorum & pessimorum hominum, qvi qvæ dicimus, non audiunt, nec volunt audire, & tamen rapiunt in alium sensum, qvem ipsi volunt.

Apud Patres nusquam invenies habuisse Abrahamum hos tres viros pro tribus personis divinitatis. Virulentarum igitur lingvarum mendacia hæc sunt, qvæ sunt sicut novacula acuta, & nil nisi verba præcipitationis loqvuntur, qvæ pias mentes alienant, & offendunt & præcipitant. Audiunt qvidem Judæi naturali sensu, sed malitia Satanica obsessi, non audiunt, qvod dicimus, sicut Esaias de iis vaticinatus est.

Non enim Patres sic crasse de Trinitate sunt locuti, ut definirent hos *tres* viros corporalibus oculis ab Abraha visos, pro tribus personis divinitatis esse habitos.

CHRISTUS homo, vox Patris de cœlo, columba in Baptismo CHRISTI, sunt tres distinctæ species, sed qvis ideo dicet humanitatem esse divinitatem, aut vocem hanc esse Patrem, aut columbam hanc Spiritum Sanctum.

Hoc recte dicitur, in homine CHRISTO esse Deum, in *columba Spiritum Sanctum*, in voce esse Patrem. Sed non sumus *tam crassi, ut externas* species, seu corporalem rem, qvæ oculis cernitur, *& comprehendi potest*, decamus Deum esse. Scimus enim Trinitatem esse invisibilem.

Igitur Patres aliis verbis, & non tam crasse dixerunt, qvare Deus voluerit revelari Abrahæ in tribus personis & non in qvatuor aut duabus. Seu cur apparendo Deus singulariter elegit tres personas, qvibus apparuit.

Ostendi igitur occulto sensu, non historico, qvod Deus sit unus & trinus, siqvidem Abraham tres vidit, & unum adoravit. Ad hunc modum locuti sunt sancti Patres, & non sicut virulentæ Judæorũ linguæ blasphemant:

voluit

voluit enim Deus apparere Abrahæ in Trinitate angelorum. Qvia igitur tres apparent, & unus loqvitur, qvia Abraham tres videt, & unum adorat, ideo dicunt Patres ſignificari, qvod in Deo ſit aliqva Trinitas, & non qvod illæ ſpecies, ſeu perſonæ tres, ſint Trinitas. Qvod ſi alia Trinitatis probatio non eſſet, qvam hæ tres ſpecies, ego ſane eam non crederem, ſed habemus alia fundamenta firma & certa, de qvibus alio in loco.

Cur Deus apparere in Trinitate angelorum voluerit?

Defendamus igitur Doctores noſtros contra virulentas lingvas, qvi occulto ſenſu vidiſſe Abraham Trinitatem dicunt, ſiqvidem Deus ei apparuit, non in paucioribus, nec pluribus perſonis, qvam tribus. Si enim (ut in Novo Teſtamento clarum Chriſti teſtimonium eſt) vidit diem Chriſti, ſine dubio etiam vidit divinitatem ejus: Si divinitatem, non potuit id fieri ſine cognitione Trinitatis.

Recte igitur Patres hoc loco uſi ſunt. Aliud enim eſt probare, aliud ornare. Rhetorica argumenta non ſemper probant, ſed vehementer ornant, & perſvadent ea, qvæ Dialectica probavit.

Parum ſententiæ aſſentit Lutherg.

Mihi valde gratum eſt, poſtqvam ſcio, qvod ſola fide juſtificamur, (Id enim in Scriptura ſancta, tanqvam Dialecticum argumentum copiose probatam & explicatum eſt) qvod Auguſtinus, Hilarius, Cyrillus, Ambroſius idem dicunt, etſi fundamenta non ſic urgent, & minus proprie aliqvando loqvuntur. Hoc enim non imputo eis ut erratum; mihi hoc ſatis eſt, qvod idem dicunt, & ſi minus commode dicunt, & confirmor ipſorum teſtimonio, licet magis ſit Rhetoricum, qvam Dialecticum.

Ubi enim fundamenta recte ſunt jacta, Rhetorica, etſi minus firma ſunt, tamen utilia ſunt, & jucunda, nec carent ſuo fructu. Ad eum plane modum de hoc ſanctorum Patrum teſtimonio ſentiendum eſt, qvod recte dixerunt, Abrahamum, qvia Deus in tribus his perſonis apparuit, cognoviſſe ex apparitione Trinitatem. Rhetoicrum enim hoc argumentum eſt, & ad perſvadendum aptum, imo etiam utile, poſtqvam fundamenta Trinitatis ex aliis Scripturæ locis jacta ſunt. *Hactenus omnia fuere verba Lutheri.*

Aurea eſt admonitio Lutheri, & ex uſu magnorum certaminum, qvæ ſuſtinuit, enata utraqve illa, *ubi* dicit: *Primo* qvod alia ſit ratio disputandi & pugnandi contra adverſarios, alia vero docendi pios auditores: *Deinde* qvod in conflictu contra adverſarios uſurpari debeant arma, non lignea, ſed ferrea. Huic accedit illa, qvod in docendo ſæpe Doctores cententi fuerint Rhetoricis argumentis.

Germanica Lutheri admonitio vere aurea in disputando notanda.

Qvaprepter mihi qvoq; in hoc tractatu unice propoſitum illud fuit, lectorem benevolum ita inſtruere, ut qvoties cum adverſariis ipſi eſt dimicandum, ante omnia ex omni armamentario Spiritus Sancti ſeſe inſtruat Oraculis non aliis niſi maxime propriisſimis, & qvaſi ferreis, ſicq; contradicentium ora obſtruere valeat.

Argumenta Rhetorica commode etiam adhibentur.

Qvamqvam autem inter docendum possunt argumenta qvaliacunqve Rhetorica usurpari, tamen negari etiam neqvit, qvin optime doceant auditores suos, qvotqvot pro auditorum memoria juvanda etiam tantum maxime solidis testimoniis suas assertiones roborabunt. Hoc enim pacto efficietur, ut & doceantur, & simul ad pugnam præparentur, adeoq; & ipsi Doctores, & prudentes simul auditores citra omnem metum, & cum certa victoria cum qvibusvis hostibus manum cominus conserere ausint & valeant. Illud ipsum Christus observavit in suis concionibus. *Matth. 7, ult.*

Non situm est victoriæ recuperandæ studium in argumentis Scholasticæ Theologiæ, non in multitudine Oraculorum sacrorum citra delectum allegatorum; sed in autoritate & pondere illorum dictorum, qvæ de materia proposita proprie ita loqvuntur, ut contrarium adversarius amplius urgere erubescat ipsemet.

Lutheri Praoccupatio seu purgatio.

Non autem puto, qvod aliqvis de me concipiat hanc sententiam, qvasi Syllogisticam artem disputandi in Theologicis rejiciam, qvam scio ipsi Christo, Matth. 22. & Luc. 24. familiarem fuisse.

Socinus fatetur multas se conscripsisse disputationes adhuc rudem in arte Logica.

In epistola qvadam scripta A. 1603. ex agro Luclaviciano in submontana regione Palatinatus Cravociensis anno ætatis suæ 63. (natus qvippe fuit A. 1539.) refert Socinus, se Logicæ artis, & qvidem non nisi rudimenta sero valde degustasse, adeoq; se plerasq; suas disputationes scripsisse, cum nondum Dialecticæ arti ullam operam navasset, qvalia scripta ipse nominat Disputationem de Servatore, adversus Puccium, adversus Palæologum, adversus F. Davidis, de Baptismo aqvæ, de loco septimi capitis ad Romanos, de autoritate sacræ Scripturæ, Responsionem ad Parænesin Volani, animadversiones in theses de Trino & Uno Deo Collegii Posnanensis, & alia.

Non ita ego instruere cupio lectorem benevolum, modo hoc etiam obtineam, nullum esse admittendum in Theologicis syllogismum, qvi non fundatus sit, qvoad principialem partem, aut in expressum textum, aut in invictam conseqventiam SS. Scripturam.

Tandem itidem accipimus, qvod addit *Lutherus*, defendendos esse Doctores nostros, qvi interdum Rhetoricis argumentis sunt usi, nimirum sicut ipse innuit, qvod eadem bono consilio protulerint, etsi fateatur lubenter, Rhetoricis, ab ipso hoc loco ita cognominatis, argumentis non posse urgeri Christianum, ut credat; nisi præter Rhetorica afferantur etiam alia. Unde qvilibet videt, iterum eum in eam inclinare sententiam, semper Dialectica solida, ut ipso nominat, Rhetoricis qvaliscunq; præferri debere. De his plura dicere tempus non patitur.

Hæc autem, qvæ breviter innui in hoc ultimo Oraculo, rite se habent apud omnes, qvi Verbum Dei solum & unicum & omne pro principio

Theo-

Theologiæ agnoſcunt, reverentur, & pro norma controverſiarū agnoſcunt, indeq; reformari ſeſe patiuntur. Aliter enim omnia & vice perverſa procedunt apud iſtos, qvi Verbum Dei ſolum pro principio Theologiæ, proqve norma controverſiarum nec agnoſcunt, nec inde unice ſe reformari patiuntur. Ad Patrum explicationes qværendas nrs illi abducunt. At qvis neſcit, qvam injuriam & Conciliis & Patribus intulerint tum jam longe ante aliqvot ſecula, tum ante hos 40 annos.

Autoris provocatio ad Concil. Afrcan. qvod invectum graviter in Papam eſt ob corruptionem actorum Concilii Nicæni.

Lege, lector optime, epiſtolam Africani Concilii ad Cæleſtinum Papam, circa annum Chriſti 413. In hoc enim Concilio petunt legati Pontificis Romani, ut liceat Epiſcopis Romam provocare, & proferunt Canonem Concilii Nicæni, in qvo hanc provocationem Eccleſiæ approbarit. Verum Patres Concilii Africani in epiſtola dicta reſcribunt, qvod ab Eccleſia Alexandrina & Conſtantinopolitana vera exemplaria Canonum Concilii Nicæni poſtularint, nec tamen in illis qvicqvam tale deprehenderint, ideoq; in Pontificem Romanum gravisſime invehuntur ob commiſſum crimen falſi. Extat epiſtola illa Africani Concilii provincialis authentici in editione Conciliorum Parrhiſienſi anno 1524. Tomo primo, parte ſecunda, fol. 14. Ecce igitur Papa Romanus acta Concilii Nicæni corrupit.

Index Expurgatorius (liber ita dictus Papiſtis) Paparum in P.P. ſcriptis vitiandis conatum ſat judicat.

Recordare etiam, optime lector, librum, qvem vocant Indicem Expurgatorium, ante annos 40 circiter excuſum in Belgio, & qvem tantum diſtribuerunt tunc temporis illis, qvi expurgationi ſeu caſtrationi rectius, corruptioni Patrum eſſent præfecti, hoc fine ut adverſus prava AntiChriſti Romani dogmata, turpemq; vitam nullum uſpiam teſtimonium aut teſtimonii veſtigium poſteritati noſtræ ſupereſſe poſſet. Dignisſimus eſt idem liber, qvi ab omnibus piis diligenter aſſervetur, ut videant ſinguli Pontificis Romani conatus in Patrum ſcriptis corrumpendis maximos & plurimos.

Lutherus.

Sed & præter hæc, qvibus horrendis juramentis obſtricti fuerint & ſint ſinguli Pontifici Romano, ſub Papatu, vide lector, qvæ de illis jam olim ſcripſerit Lutherus Tom. 4. Jen. latin. fol. 591. in tractatulo, cur & qvomodo Chriſtianum Concilium debeat eſſe liberum, Anno 1537. *Verba ita ſeſe habent:* Nam omnes ubiq; fere, Juris & Theologiæ Doctores, item, Notarii, Abbates, generales Vicarii, miniſtri & Magiſtri ordinum, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ, & Cardinales omnes, usqve adeo Romano Pontifici addicti, & in obedientiam atq; ſervitutum illicitis juramentis horrendisſimis, ac palā impiis adacti & conſtricti tenentur, ut ſperandum non ſit, qvenqvam ex eis pro Chriſti gloria, Evangelii veritate, Eccleſiæ puritate, ac animarum ſalute ſtrenue laboraturum. Idq; propter infinita pericula, qvæ illis imminerent, ſi vel ſuſpicione aliqva contempti aut neglecti juramenti aſpergerentur.

Conjurata Pontificiorum Liga peſſima.

Qvæ dum metu Pontificiæ Tyrannidis (qvam Reges enim potentissimi exhorrent) anxie cavent, magis, qvid Pontifex rugiat, qvam qvid Deus approbet, considerant, exceptis paucissimis qvibusdam, qvi nuper ad Christum, veluti postliminio redierunt, & de erroribus ac impiis suis juramentis, vere & ex animo pœnitentiam egerunt. Qvorum animi tamen per se imbecilles, magis franguntur opprobriis eorum, qvi cum ejusdem conditionis, ordinis, atq; dignitatis sint, violatum illis commune juramentum exprobrant, atq; ita qvantumvis in conscientia coram Deo securos, coram mundo tamen pudefieri, & pallescere & perfidiæ infamiam horrere cogunt. Reliqvi vero docti, boni, & pii viri, qvi incorrupte & secundū Verbum Dei recte judicare possent, cum sententiæ de rebus & dogmatibus in Christiana religione controversis dicendæ sunt, in Conciliū neqvaqvam admittuntur, qvum soli digni essent, & idonei, qvibus tantæ res committerentur.

Concilia libera sint. Qvapropter nisi LIBERUM, adq; adeo vere & γνησίως LIBERUM fuerit Concilium, hoc est, nisi talia, illicita, impia & horribilia juramenta, publice relaxentur, ex animo contemnantur, ac prorsus aboleantur, pluresq; boni, docti & pii viri, hujusmodi sceleratis ac nefariis juramentis non contaminati, & infecti, ad judicandum admittantur, fieri non potest, ut veritas obtineat, & Ecclesiæ Dei consulatur. Qvis enim non intelligit, talium hominum coluviem, non Christianum esse Concilium, sed neqvissimorum Papæ servorum, contra Christum & Ecclesiam ejus conjuratorum evidens latrocinium? Id qvod Johannis Hussi, & Hieronymi Pragensis indignissimæ mortes, & publica pax, cum summo ad omnem posteritatem dedecore, violata, clarissime testantur. *Hactenus verba Lutheri.*

Nolo hæc omnia tria paucis jam exposita verbis meis exaggerare, sed an sub sole tyrannis animarum intolerabilior unqvam olim apparuit, hodie grassetur, & posthac prodire possit, toti orbi terrarum judicandum relinqvo.

ORACULUM CLII.
SACRUM.

Psal. 15, 5.

Circa usuras notanda 1. Domine, qvis habitabit in tabernaculo tuo, aut qvis reqviescit in monte sancto tuo, &c. QVI non dat pecuniam suam ad USURAM.

I. Execrationes promiscuæ insignium virorum super Usuras.

Ipsarum execratio seu detestatio qvarumvis gentium.

THESIS I.

QVam inexpiabili prosecutæ fuerint odio gentes aliqvot, etiam incredulæ, fœnora vel usuras; nemini poterit ignotum esse, qvi vle illud

illud in vita ex veterum qvorundam historiis audivit, *qvi* furem dupli, sed fœneratorem qvadrupli damnabant: *item qvod Plato lib. 5. de Leg.* prohibet usuram sub hac conditione, ut usurario nec Interesse, qvod vocant, nec etiam ipsa summa reddatur unqvam, *qvod Lycurgus, Cato, Lucullus* & alii ex urbe & ex provinciis usurarios exegerunt, *qvod apud Plutarchum Agis* eripuit & concremavit omnia instrumenta & libellos usurariis, qvo igne nullum lucidiorum sibi apparuisse Rex Agesilaus retulit,

Rex Agesilaus Usurariis libellos concremat.

II. Allegant etiam eruditi hanc ex *Alcorana azoaram* 4. Omni timenti Deum summe cavendum, ne de fœnore vivat. *Item hanc* 6. De fœnore viventes, non nisi qvasi dæmoniaci resurgent, cum *ipsi fœneratores*, qvod Deus nefas & illicitum statuit, licitis annectant, &c.

Alcorani lex de fœnore.

III. *Aliqvi ex Philosophis* sub unam classem reponunt, lenones, lusores, latrones & usurarios, tanqvam circo modum acqvirendi versantes, qvi maxime sit præter naturam & rationabilissime odio habeatur. *Aliqvi ex piis Patribus* usurarium super omnes mercatores maledictum esse scribunt.

Usurarii qvibus annumerandi?

IV. *Pontificii Doctores* in instructionibus Confessariorum, (qvemadmodum cernere licet libr. 5. cap. 36. *apund Francisc. Tolet.* in summa casuum conscientiæ) donec qvod usurarium manifestum nullus debeat a peccatis absolvere, nec Sacramenta ei communicare vel communicationem, donec restituat usuras, vel de restituendo det sufficientem cautionem, per pignora, vel per fide jussores, vel saltem juret, se, qvam primum possit, restituturum.

Papistarum de usurariis judicium & cum iis processus.

V. Non igitur talem, nisi aliqvid horum promittat, sacerdos *ex Pontificiorum instructione* absolvere debet, alias peccat mortaliter, qvamvis usurarius dicat, se in testamento relinqvere, ut usuræ solvantur, imo (*inqviunt*) testamentum est irritum, nec talis debet sepeliri in loco sacro, & qvi sepelit, ipso facto est excommunicatus, & excommunicatio reservatur Episcopo, qvi non debet absolvere, donec satisfaciat læsæ parti. *Hæc omnia Pontificii isti.*

VI. Qvod si (*adjiciunt illi*) urget mors, nec usurario vocat illa facere, cum tamen propositum faciendi habeat, si posset, tunc Confessarius debet ab illo petere promissionem solvendi usurus & *facultatem dicendi* & contra usitatas confitendi & confessa reticendi consvetudines *revelandi Episcopo talem promissionem*, ut postea Episcopus compellat, si vixerit, solvere vel hæredes.

VII. In qvæ etiam peccata condemnentur *secundum eosdem* judices. qvi repetendibus usuras ab usurariis non succurrunt, Advocati & Procuratores, qvi scienter defendunt usurarios, Notariiqve & testes, qvi

aut faciunt contractus usurarios, aut scientes usurariis fidem habent, ut & proxenetæ: *Videri etiam potest apud auctorem jam nominatum loco jam allegato.*

Leonis exe-cratio super usuram.

IIX. *Patrum autem allegare execrationes longum esset:* Fugienda est prorsus (*inqvit Leo Serm. 6. de jejunio decimi mensis*) iniqvitas fœnoris & lucrum, qvod caret omni humanitate, vitandum est. Multiplicatur qvidem facultas injustis & tristibus incrementis, sed mentis substantia contabescit: qvoniam fœnus pecuniæ funus est animæ. Qvid enim de hujusmodi sentiat Deus, sacratissimus Propheta David manifestat, qvi cum diceret, Domine, qvis habitabit in tabernaculo tuo, aut reqviescet in monte sancto tuo? Responso divinæ vocis instruitur, & eum ad æternam reqviem pertinere cognoscit, qvi inter alias piæ conversationis regulas pecuniam suam non dedit ad usuram: Et a tabernaculo Dei creditur alienus, & a sancto monte ejus extraneus, qvi dolosum qvæstum pecuniæ suæ captat usuris, & dum per aliena damna cupit ditari, æterna dignus est egestate puniri. *Hæc ille.*

II. Execrationem istarum occasio sunt inde seqventia damna & enascentia scelera.

II. Unde occasionem execrationum super usuras sumserint insignes viri in Ecclesia.

IX. Expenderunt hi jam cuncti nominati magnam qvidem avaritiæ sorditiem & erga proximum immisericordiam, ne dicam crudelitatem, qvæ omnis dilectionis proximo debitæ oblita, aliunde accipit, unde non oportet, & tantum accipit, qvantum non oportet, *sæpe* non sine ingenti alterius damno, saltem propter *mutuationis* officium, sive illud sit in nummis, sive in esca, sive in aliis.

Dicta Scripturæ.

X. Cum primis vero & ante omnia solicitis calculis computarunt qvidem sacrar. liter. Authenticas divinas, qvalis una insignis ista ab ipsis affertur, *Psal. 15, 5. Qvi non dedit pecuniam suam ad usuram.*

XI. Huic autem similes sunt aliæ ut, altera illa Ezech. 18, 8. 17. *Justus vir cognominatur, qvi vivendo vivet, nimirum si ad usuram non accommodaverit, & amplius non acceperit,* cum econtra morte mori debeat, qvi pecuniam dederit ad usuram, & amplius acceperit, ibid. v. 13. & ante omnia hæ illæ tres reliqvarum omnium fundamenta Exod. 22, 25. *Usuris non opprimes eum.* Levit. 25. vers. 37. *Ne accipies usuras ab eo, nec amplius qvam dedisti. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.* Deuteronom. 23. v. 19 *Non fœnerabis fratri tuo ad usuram, peccuniam, nec fruges, nec qvamlibet aliam rem.*

Usura in Hebræo sonat morsionem seu rosionem.

XII. Excusserunt etiam penitus in allegatis oraculis sacris lingvæ Hebrææ seu fontis vocabula, & ita acrius æstimant & exaggerant verborum

borum S.S. gravissima pondera. Nimirum utitur ipse verbo in hac materia, נֶשֶׁךְ Neschech a themate נָשַׁךְ Naschach, qvod ut plurimum de serpentibus dicitur & significat mordere vel arrodere.

XIII. Genes. 49, 17. *Dan Coluber in via, cerastes in semia,* mordens *ungulas eqvi vel calcaneos eqvi.* Num. 21, 6. 8. 9. *Misit Dominus in populum ignitos serpentes,* qvi momorderunt *populum ita, ut moreretur populus multus ex Israele. Et dixit Jehova ad Mosen, Fac serpentem aneum, & erit, qvicunq;* morsus *fuerit, & adspexerit illum, vivet. Et fuit qvando* momorderat *serpens qvendam, adspiciebat ad serpentem aneum, & vivebat.* Proverb. 23. vers. 32. (Vinum) *in fine sicut serpens* mordebit, *& veluti regulas venena diffundet.* Eccles. 10. vers. 8. & 11. *Qvi dissipat sepem,* mordebit *eum Coluber.* Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qvi oculte detrahit. Idem repetitur Jerem. 8. vers. 17. Ezech. 22. vers. 12. Amos 5. vers. 19. & 9. vers. 3. de serpendibus mordentibus.

XIV. De hominibus tamen nocentibus idem Thema habetur, Mich. 3. vers. 5. *Sic dixit Jehova de Prophetis, qvi errare faciunt populum meum, qvi* mordent *dentibus suis, & pradicant pacem.* Habacuc. 2. vers. 7. *Nonne repente consurgent, qvi* mordeant *te, & expergiscentur, qvi commoveant te, erisq; in rapinas illis.*

III. Qvibus aliis verbis Scriptura usuras circumloqvatur.

III. Usura descriptio in sacris extans.

XV. Et qvod ad materiam hanc attinet, Levit. 25. 36. 37. declaratur, unde sit talis arrosio, nimirum ex תַּרְבִּית Tharbith, videlicet qvando plus repetitur, qvam fuit proximo accommodatum sive mutuo datum. Sic enim habet Levitici textus: *Non accipies ab eo usuram & incrementum,* vel *non accipies* rosionem & excessum, *id est,* ad usuram & argumentum, רָבָה Rabbah enim significationem habet multiplicandi, radix Hebræa. Conjunguntur eadem duo vocabula Ezech. 22, 12. Rosionem & superabundantiam accepisti.

Usura in Scripturis sacris vocatur etiam incrementum, multitudo, excessus, in redditione scilicet mutui.

XVI. Aliqvi Theologi etiam tertiam vocem adjiciunt ex Proverb. 29, 13. תֹּכֶךְ Thachach, cui attribuitur doli & fraudis notio, sed illa in nativa sede præceptionum de usuris non extat. Vetus interpres redidit usuras, forsan mentem sectatus illius, qvod est apud *Ambrosium in prec. 2. admiss.* Avaritia in utroqve Testamento pari notatur execratione, in novo autem & avaritia, qvæ ist idolorum servitus, ex qva profecto septem neqvitiæ procreantur, sc. proditio, fraus, fallacia, perjurium, inqvietudo, violentia, & contra miseriam obduratio. *Hac ibi.*

Similia PP. qvibus usuras & usuras notant.

XVII. Ex verbo *rosionis* videntur Patres sua similia extruxisse. *Basilius super Ps. 14.* Dicunt viperas maternum uterum perrodentes pari: Et usura erosis & consumtis debitorum ædibus generantur. *Hæc ille.*

Basilius. *Chrysost.*

XIIX. *Chrysostomus in cap. 5. Matth.* Similis est pecunia usurarii morsui aspidis. Percussus enim aspide, qvasi delectatus vadit in somnium, & per svavitatem soporis moritur, qvia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit: Sic qvi sub usura accipit, sub tempore qvasi beneficium sentit, sed usura per omnes facultates suas decurrit & totum convertit in debitum. *Hæc ille.*

Ambros.

XIX. *Ambrosius lib. de Tobia c. 12.* Pecunia fœneratoris omnia mala sua concipit, parit, nutrit, atqve ipsa magis in sobole sua crescit tristi prole numerosior, non minus flexuosa, qvam serpens, atqve in orbem se totam colligens, ut caput servet, reliqvo flagellat corpore, illud solum producit ad vulnera spiris ingentibus, qvos comprehenderit, ligat, solo capite interficit, salvo capite, etiamsi reliqva pars ejus dilapidata fuerit, reviviscit. Diversa qvoqve serpentibus sunt conveniendi & parturiendi tempora. Pecunia fœnoris a die initæ conditionis crescentibus serpit usuris, qvæ parturire non novit, qvia dolores magis ipsa in alios transfudit, ibi dolores ut parturientis, unde etiam τόκȣς Græci appellarunt usuras, eo qvod dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Malorum parentum mala proles, hæc est generatio viperarum. *Hæc iste.*

XX. Hinc est qvod definiunt Patres usuram (qvod vocabulum alioqvin in genere qvemvis usum cujusq; rei indicare aliqvi putant) in hunc modum, qvem *Ambrosius his verbis complectitur:* Qvodcunq; accedit sorti, usura est, & qvod velis, ei nomen imponas, usura est.

August. *Usuram qvomodo Patres definiant.*

XXI. Item *Augustinus Psal. 36.* Si fœneraveris hominem, id est, si mutuo dederis pecuniam tuam, a qvo plus qvam dedisti exspectes, non pecuniam solam, sed aliqvid plus qvam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive qvodlibet aliud, si plus qvam dedisti, exspectes accipere, fœnerator es.

Hieron.

XXII. *Item Hieronymus in cap. 10. Ezechielis.* Alii por pecunia solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt, usuram appellari & superabundantiam, qvicqvid illud est, si ab eo, qvod dederint, plus acceperint.

Ambros.

XXIII. Ab illo exige usuram (*iterum inqvit Ambrosius*) cui merito nocere desideras, cui jure inferuntur arma: Huic legitime auferuntur usuræ, qvem bello vincere non potes: ab hoc usuram excerce, qvem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qvi usuras flagitat, sine gladio

se de

se de hoste ulciscitur, qvi fuerint usurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi jus usuræ. *Hæc ille.*

XXIV. Si exteriores legum (*inqvit Chrysost. in cap. 1. Matthæi hom. 5.*) conditores interrogare volueris, disces ab illis, qvia extremæ impudentiæ signum fœnus semper judicatum est. Qvare nec amplissimos homines, qvos Senatores appellant, hujusmodi emolumentis deturbari sinunt, sed lege prohibent, ne qvi Remp. gerunt, tali lucro maculentur. *Hæc ille.* *Chrysost.*

XXV. *Idem ibidem*: Nihil hujus seculi usura turpius, nihil crudelius, siqvidem hujusmodi fœnerator alieno cum incommodo rem suam auget & uberiores qvæstus ex amici calamitate captat, atqve insuper benignitatis præmium deposcit, ne velut metuens ac immisericors videatur.

IV. Tres Aphorismi Mosaici de Usuris prope ante omnia expendendi.

IV. Usurarum & qvalium a Deo præscriptio in Mosaicis tribus Aphorismis.

XXVI. Sed ut paulatim ad propositi oraculi *Psalm. 15, 5.* genuinum sensum aperiendum descendatur, & ita qvidem ut Psalm. 15. non declaretur nisi per verba alia planissima & simplicissima ipsarum sacrarum veterum Scripturarum, operæ precium est ante omnia, ut unice penitissime sub accurationem meditationem vocentur tres Aphorismi Mosaici, in qvibus & mentio usurarum extat, & qvid de usuris fieri velit, Deus ipse præscripsit; ex Mose enim Psalmus ipse lucem expectabit & accipiet.

XXVII. *Primus igitur Aphorismus Mosaicus extat Exod. 22, 25.* Si pecuniam mutaveris populo meo PAUPERI, qvi est tecum, non eris ei sicut fœnerator vel usurarius, non imponetis ei usuram. *Hactenus verba primi Aphorismi.* *I. Aphorismus Mosaicus de usuris.*

XXIIX. Sed qvia vox usuræ est ambigua apud Latinos, & in Hebræo fonte ambiguitas non continetur: iccirco de verbo ad verbum *ex Hebræo sermone in hunc modum hæc Authentica divina sese latina habebit:* Sic argentam mutaveris populo meo PAUPERI, seu afflicto, coangustato, presso, qvi est tecum, non eris ei sicut MORDENS vel RODENS vel ARROSOR: non ponetis super eum rosionem vel morsionem. *Nulla ambiguitas hic in fontibus.*

XXIX. *Secundus Aphorismus Mosaicus extat Levit. 25. versibus 35. 36. 37. hoc pacto:* Si ATTENUATUS fuerit & exaruerit frater tuus, & nutaverit manus ejus apud te, apprehendens illum, sicut peregrinus & advena vivet tecum. Ne accipias usuram ab eo & augmentum, sed timebis tibi *II. Aphorismus.*

a Deo tuo, vivetq; frater apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram nec cum augmento dabis escam tuam, Ego Jehova Deus vester, qvi eduxi vos e terra Ægypti, ut darem vobis terram Chanaan, ut essem vobis in Deum. *Hactenus verba secundi Aphorismi Mosaici.*

Ex fontibus lucidior deductio.

XXX. Ejusdem de verbo ad verbum sententia ex *Fontibus Hebrais fluet hac ratione:* Cum ATTENUATUS fuerit frater tuus, & nutaverit manus ejus tecum, & tenebis eum, & ut peregrinus & advena vivet tecum. Ne accipias ab eo MORSIONEM vel ROSIONEM & *incrementum*, & timebis a Deo tuo, & vivet frater ejus tecum, Argentum tuum non dabis ei ad MORSIONEM vel ad ROSIONEM & pro *incremento* non dabis ei cibum &c.

III. Aphorismus Mosaicus.

XXXI. *Tertius Aphorismus Mosaicus habetur Deuteronom. 23. versibus 19. 20.* Non fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ, fœnus cibi, fœnus cujuscunq; rei, qvæ fœnori dari solet, Extraneo fœnerabis, at fratri tuo non fœnerabis, ut benedicat tibi Jehova Deus tuus in cunctis, ad qvæ extenderis manum tuam super terram, ad qvam ingredieris, ut possideas eam.

XXXII. *De verbo ad verbum redditus/exhibiturus erit hunc sensum ex Hebræo:* Non MORDEBIS vel RODES fratrem tuum ROSIONE vel MORSIONE pecuniæ, ROSIONE aut MORSIONE cibi, ROSIONE omnis rei, in qva RODETUR, Extraneum RODES, vel MORDEBIS, sed fratrem tuum non RODES aut MORDEBIS, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnibus, in qvibus mittes manus tuas super terram, qvam tu ingressurus es ad possidendum eam.

XXXIII. Atqve hi sunt tres Aphorismi Mosaici de prohibitis usuris seu rosionibus, ex qvibus tribus rite æstimatis & explicatis, Psalmus decimus qvintus solidissime declarabitur.

IV. Usurarum expressa prohibitio.

V. Tres Aphorismi Mosaici expresse prohibent, ne sumantur usura a PAUPERIBUS, ut textus ipsi clare monstrant.

XXXIV. Qvam exactissime vero decet in his observare responsionem ad qvæstionem primo hanc: *A qvibusnam hominibus Spiritus sanctus usuras seu rosiones accipere & exigere expresse probibeat?*

Respondet igitur ad hanc ipsam qvæstionem authentica divina *prima* Exod. 22, 23. Populo PAUPERI non eris rosor vel mordens, vel non impones rosionem.

Respon-

Reſpondet ad eandem qvæſtionem authentica divina *ſecunda* Levit. 25, 35. 36. 37. Ne accipias roſionem, morſionem vel uſuram a fratre ATTENUATO, non dabis pecuniam tuam ad roſionem vel morſionem fratri ATTENUATO.

Summa legum ſacrarum hæc eſt, non accipies uſuras a PAUPERE.

Reſpondet deniqve ad eandam qvæſtionem Authentica divina *Tertia* Deuteronom. 23, 20. Non rodes fratrem tuum roſione.

XXXV. Et ſi vero in hac *tertia* Authentica expreſſe τοῦ PAUPERIS vel ATTENUATI fratris mentio non extat: Tamen non niſi PAUPEREM & ATTENUATUM in eadem a Spiritu ſancto intelligi & comprehendi, ſatis evidenter vocabulo CIBI indigitatur, qvia hac ipſamet CIBI (mutuo dari ſoliti) frater nobis determinatur, homo ejusmodi, qvi præ paupertate cogitur qvandoq; ſuſtentationis qvotidianæ varia mutuo petere adminicula.

XXXVI. In ſacris igitur hiſce oraculis PAUPER opponitur DIVITI, ATTENUATUS CRASSO vel PINGVI, INFIRMUS FIRMO, CIBUM a proximo MUTUANS alteri cibo mutuo qvotidiano *neqvaqvam ingenti*, ſed potius ex ſua abundantia MUTUO DARE VALENS, & claris verbis diſponitur atqve prohibetur, ne qvis uſuram vel Roſionem vel morſionem pecuniæ aut cibi aut cujuscunqve rei alterius, qvæ commodato & mutuo dari ſolet, accipiat a fratre paupere, a fratre attenuato, a fratre infirmo ſeu a fratre, cujus pedes nutant & ſunt imbecilles, a fratre deniqve, qvi propter indigentiam & neceſſitatem in anguſtiis ſuis qvandoqve cibum & tres ſimiles a proximis ſuis mutuo & accommodato petere cogitur.

Trium Aphoriſmorum Moſaicorum de uſuris genuinus ſenſus.

XXXVII. Et hoc præcipuum unum eſt, qvod in negotio de uſuris, ex verbo Domini & qvidem ex Moſaicis Scripturis diligentiſſime eſt penſitandum.

VI. Qvalis & proprie qvi ſint PAUPERES, a qvibus uſuras accipere prohibuit Spiritus ſanctus.

XXXIIX. Verum enimvero poſtqvam conſtat, hanc eſſe mentem prohibitionum divinarum, ne accipiatur roſio vel morſio vel uſura a paupere vel ab attenuato, vel ab afflicto; *jam* evolvenda eſt ambiguitas & explicandum venit ex ſacris literis, qvid intelligat Spiritus Sanctus hoc in loco ſub nomine PAUPERIS ATTEUNATI & AFFLICTI.

Attenuatus & Pauper qvid ſignificet in Scripturis.

XXXIX. Nam & Judic. 6, 6. populus Iſraeliticus dicitur *attenuatus* (ab hoſtibus, qvi terram devaſtaverunt, & 1. Paralip. 22, 14. de ſe dicit, qvod in ſua paupertate vel *attenuatione* præparaverit pro Domi-

Domini domo auri talenta centum millia; E contra Lev. 19, 9. & 10. præcipitur, ne in messe remanentes spicæ a domino accurate colligantur, sed relinqvantur *afflicto*, *attenuato*, *pauperi & peregrino*, sicut pauperrimi etiam apud nos spicas colligere ex gratia permittuntur. Et Esa. 58, 10. mandatur, ut animam *afflictam* (esurientem) satiemus.

XL. Itaqve qvod ad præsens negotium attinet, tum ex textuum eorundem trium penitiore excussione, tum ex cohærentium & cognatorum æstimatione fiet omnino satis evidens, & sole meridiano solstitiali æstivo clarius, a qvibusnam pauperibus non sit sumenda usura, & qvis debeat esse genuinus sensus istius dicti in scriptis Veteris Testamenti; qvod *mutuum debeat esse gratuitum.*

1. Qvalis PAUPER denotetur in primo aphorismo Mosaico de Usuris, nimirum intermedius.

XLI. *Primum* iterum aspiciatur *Primus Aphorismus* Mosaicus Exod. 22, 25. & in eo non tantum versus 25. sed & 26. versus expendatur. Nam Exod. 22. 25. versus cohæret cum versu 26. *idq; in hunc modum*, Si pecuniam mutuaveris populo meo pauperi, qvi tecum est, non eris ei sicut usurarius, non imponetis ei usuram. Si in pignus acceperis vestimentum proximi tui, anteqvam Sol occubuerit, restitutues illud ei. *Hactenus verba in Exodo*: Ex qvibus omnibus inter sese junctis, ut etiam ex posterioribus, seorsim consideratis patet, qvod mutuum sumere cupientes soliti & *coacti fuerint dare pignora.* Item patet hinc, qvod ipse homo, qvem hic primus Aphorismus Mosaicus prohibet rodere vel mordere usuris, 1. *non possit esse mendicus*, siqvidem iste, juxta legem eleemosynis fuisset sublevandus, non mutuo, pro qvo pignus dandum fuerat. 2. *Qvod non possit esse dives*, siqvidem iste alia habuisset pignora, qvam vestimentum unicum, qvod tamen ei ante solis occasum debebat restitui. 3. *Qvod necessario sit intelligendus intermedius*, qvi non abundet vel mediocriter saltem, nec etiam petat eleemosynis juvari, sed cui ad artificia & negotia sua, unde sustentationem suam qværere necesse habet expedienda, desunt necessarii & tenues sumptus.

XLII. *Clarius hoc ipsum de pignoribus* a paupere exigendis perspicitur ex conseqvente alio & cohærente textu Mosaico Deut. 54. v. 10. 11. 13. Cum mutuaveris proximo tuo mutuum aliqvid, non ingredieris domum ejus, ut capias pignus ejus, foris subsistes & vir, cui mutuaveris, efferet ad te pignus foras. Qvod si *Vir pauper* fuerit, non dormies cum pignore ejus. *Hæc in Deuteronomio. Sensus hujus axiomatis* Mosaici est, qvod mutuum dantes a mutuo accipientibus pignora postulent & accipiant, qvodqve legitimo modo illud fiat, ad declinandas hac in parte varias & multiplicis generis fraudes, PUBLICE, consciis & spectantibus vicinis mutuo sumentis, ut tandem emergente causa, & ita postulante necessitate,

Vir pauper mutuo sumere cupiens dat pignus juxta legem divinam.

tate, teſtimoniis ſufficientibus adverſum injuſtum mutuantem inſtructus eſſe poſſit pauperculus homo.

XLIII. Sed & ad ſpecialiores pignorum in hoc negocio præſenti circumſtantias circumſpicientibus adhuc clarior res evadet de pignoribus a paupere exigendis. Sic igitur de pignoribus, qvæ mutuum accipientes ipſis mutuum dantibus committunt, *ſacratisſimus textus Moſaicus habet* Deuteronom. 24, 6. Non accipiet qvisqvam pro pignore metam & catillum, qvoniam animam ipſe acciperet pro pignore. *Vetus Translatio habet:* non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam. Etenim in Judæa, ut ex hoc loco apparet, apud privatorum hominum cœtum ſingularem in uſu fuerunt molæ domeſticæ. qvibus frumenta aliis pro mercede molebant, & non niſi hoc ſolo duro labore victum ſibi ſuisqve comparabant.

Conditiones in pignoribꝰ dandis & accipiendis.

Mola domeſtica.

XLIV. Ex his ergo Deuteromii verbis iterum patet. 1. Qvod mutuum ſumere cupientes ſoliti & coacti fuerint dare pignora. 2. Qvod iſte mutuum accipiens in hoc Aphoriſmo non ſit mendicus, nec abundans, ſed intermedius; Mendicus eleemoſyna fuiſſet adjutus, non mutuo, pro qvo pignora dare debuiſſet. Abundans alia dare potuiſſet, qvam ſuperiorem & inferiorem molarem: Reſtat igitur intelligendus ſemper attenuatus, nondum tamen mendicorum claſſi inſcriptus.

XLV. *Sed & audiantur ex textu Exod. 22, 26. 27. plura verba:* Si in pignus acceperis veſtimentũ proximi tui, anteqvam occubuerit Sol, reſtitues illud ei, qvia ipſum ſolum eſt operimentum ejꝰ, illud indumentum cuti ſuæ, in qvo dormiat, & erit cum clamaverit ad me, & exaudiam, ſum enim miſericors. *Ex his etiam liqvet*, qvod mutuum ſumes pro pignore fuerit homo pauper, nondum tamen mendicans, ſiqvidem tenue pignus dare poteſt, nimirum unicũ indumentum cutis ſuæ, & mendicans debuiſſet ali eleemoſynis & ſingularibus decimis. Summatim mutuum accipientes, a qvibus uſuram capere *primus Aphoriſmus Moſaicus* prohibet, ſunt tales pauperes, qvi mendicare non permittuntur, cum aliis, licet tenuibꝰ modis poſſint ſeſe ſuſtentare, qviq; ad eos modos indigent aliorũ mutuo tenui vel exiguo, & qvi interim mutuantes pro pignore (non aurea vaſa, nec magni precii res alias, nec agros, nec domos, ſed vix) ſupellectilem domeſticam illam præbebant, qva neceſſario opus habebant ad opera talia facienda, ex qvibꝰ ſibi ſuisqve victum qvotidianum domeſticum comparabant, & acqvirebant.

XLVI. Pro perpetuo more ſuo diviniſſimus legislator Moiſes vel potius ipſe Sp. S. ſpeciem ponit loco generis, & ex uno caſu monſtrat dijudicationẽ infinitorum caſuum ſimilium, ideoqve exempli gratia nominat veſtem, ut paucitate legum diviſſimarũ omnibus ſtatibus viam vitæ ſanctæ in populo ſuo faciliorem præſcriberet, & omnem ignorantiæ palliationẽ præripe-

ret, & cujuscunq; conditionis judicibus ex uno exemplo monstraret rationem decidendi infinita alia.

Vestis cur nominetur, & per synecdochen omnia sine qvibus pauper alimenta sibi procurare neqvit.

XLVII. Ideoqve E.g. nominat vestem, qva pauper tegitur, vel in qva dormit, item molam inferiorem & superiorem, per qvam conjunctam homo sibi labore suo interveniente sustentationem vitæ conqvirit, INTERIM prohibens, ne creditor a Debitore accipiat qvæcunqve vestimenta, qvæcunqve instrumenta, arma, utensilia, libraria, κομμωτικὰ, nautica, rustica, vestiaria, fabrilia, in qvocunqve genere, statu, loco, sine qvibus pauper aliqvis necessaria alimenta sibi suisq; procurare & prospicere nullo modo potest.

II. Qvalis PAUPER in secundo Aphorismo mosaico de usuris innuatur.

XLIIX. *Deinde*, qvod ad *secundum Aphorismum* Mosaicum attinet, Levit. 25, 35 36. operæ precium est, ut totum caput Levitici istud sub attentiorem meditationem voceretur, inde a vers. 8. usqve ad finem ipsius. Agitur enim ibidem de anno Jubilæo magno, in qvo cum maxima lætitia servitute creditorum liberabantur, & in possessiones suas avitas restituebantur debitores.

XLIX. Ut autem hæc restitutio in pristinas hæreditates certius & commodius fieri posset, idcirco sapientissimus νομοθέτης vendendi & redimendi modum certum ipse præscripsit, ut & leges vendita in Jubilæo restituendi. Non enim poterant vendi possessiones nisi usq; ad annum Jubilæum, & idcirco in omni venditione habebatur ad annum eundem maximus & unicus respectus, ut qvanto vel plures vel pauciores restarent anni usqve ad Jubilæum, tanto majore vel minore præcio venderetur, aut potius impignoraretur avita possessio in annos illos plures vel pauciores secuturos, a tempore contractus usq; ad instantem proximum Jubilæum.

L. His præmissis v. 35. & seqq. annectit casus qvosdam de illis Israelitis, qvi nec in Jubilæo pristinas possessiones libere & citra onera recipere valent, sed infirmioresq; & infirmiores magis magisq; subinde subindeq; facti, jam saltem ut advenæ & peregrini (qvibus de terra Israelitica de jure divino nullæ debebantur possessiones) inter reliqvos fratres duriter vivere coguntur, imo qvandoq; ad extremum redacti semetipsos aliis Israelitis, vel etiam aliis advenis inter Israelitas habitantibus in servitutem vendere, iisqve suo labore acqvirere & lucrari necessum habent.

LI. *De his igitur ad extremam inopiam redactis legem illam promulgat*, si attenuatus vel emarcidus factus fuerit frater tuus, tum suscipies eum qvasi advenam & peregrinum, & vivet tecum: ne accipias rosionem ab eo, neqve amplius, qvam dedisti, pecuniam tuam non dabis ei ad rosionem, & frugum superabundantiam non exiges.

Nimirum ille, qvi cogitur vendere sua.

LII. Qvapropter etiam iste homo, qvem in hoc secundo Aphorismo S.S. usuris rodere probibet, est non qvidem eleemosynis juvari petens, aut ne-

u m

cessum habens, sed difficultatibus temporum jam tandem in eos angustiarum maximarum redactus angulos, ac cogatur ditioribus cognatis suis proximis concedere jus possessionis avitæ, qvia nimirum, ut loqvitur Scriptura, non poterat manus ejus invenire aliqvid, qvod sufficeret ad redimenda & retinenda bona vendita, & ad novam alimentationem inde sibi suisq; sufficientem præstandam, item talis homo, qvi jam tandem seipsum vendere aliis cogitur.

Qvalis PAUPER innuatur in tertio Aphorismo Mosaico de usuris.

LIII. *Deniq;* qvod ad *tertium Aphorismum Mosaicum* attinet, Deut. 23, 19. 20. non rodes vel mordebis fratrem tuum *rosione* pecuniæ, *rosione* cibi, *rosione* cujuscunq; rei, qva *rodi* potest, ut benedicat tibi Jehova Deus tuus in cunctis, ad qvæ extenderis manum tuam super terram, in qvam ingrederis, ut possideas eam: Hic *duo in sese diligenter sunt conferenda*; 1. Ne fiat rosio erga proximum, ne fiat ipsi aliqva, vel contingat ei aliqva crudelitas in exigendo pretio seu præmio pro mutuo datis, idqve ultra ipsius vires & insigne detrimentum suæ œconomiæ. 2. Qvod Deus misericordiam misericordia sit recompensaturus.

Mimiram qvi vitæ subsidia mutuo petit.

LIV. Et ostendunt etiam hæc duo, non agi de mutuo sumente divite, qvi per misericordiæ Dei mentionem necessum habeat implorare misericordiam hominis divitis alterius, nec etiam agi de mendico, qvi non mutuo sumit cibum, sed gratis eum accipit, sed agi de intermedio attenuato, *Qvi præ paupertate cogitur qvandoq; sustentationis qvotidianæ necessaria subsidia & adminicula mutuo petere* a proximis suis: *Item* Deum hac ipsa sententia sua erigere voluisse animos divitum, ut sese erga tales mutuo petentes clementer & misericorditer gerant, *itemq;* simul Deum omnibus clementibus & misericordibus promittere suam largissimam remunerationem, & qvidem adhuc in hac ipsa vita, seu in hac vita super istam terram, qvam Israeliticis erat daturus.

VII. Ἀνακεφαλαίωσις eorum, qvæ huc usq; sunt dicta de pauperibus.

Tres hominum gradus in sacra politica.

LV. Ergo tria consideranda sunt genera hominum in doctrina sacra de usuris.

Primus gradus, DIVITUM, der Reichen.

LVI. *Primo* enim sunt divites, (licet inter ipsos qvoq; sint diversi gradus secundum magis & minus) qvi nimirum habent juxta benedictionem Domini, unicuilibet sua dispensantem, plura vel pauciora, de possessionibus, domibus, fundis, servis, ancillis, pecoribus, auro & argento, &c (prout Scriptura de divitibus loqvitur, Gen. 13. v. 2. & 24. v, 35.) ita ut alieno auxilio ad necessariam vitæ sustentationem non egeant.

Secundus gradus, MENDICORUM, der Bettler.

LVII. *Deinde* sunt mendici, qvi juvantur eleemosynis, verbi causa, qvi ostiatim qværunt eleemosynam, qvales contra mandatum divinum temporibus

poribus Chriſti in his terris viſibiliter ambulantis etiam erant, ille nomine Lazarus, qvi jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, Luc. 16. v. 20. qvalis etiam erat ille, cum appropinquaret CHRISTUS Hiericho, Cœcus ſedens juxta viam & mendicans, Luc. 18, 35. qvalis item erat ille, Johan. 9, 8. de qvo dicebant, nonne hic eſt, qvi ſedebat & mendicabat, *& hæc omnia*, ut dictum eſt, fiebant contra Deuteronom. 15. ubi prohibetur, ne talis ſit mendicus in terra benedicta.

LIIX. *Deniqve* ſunt, qvi etſi ſine eleemoſyna publica vel privata vivere poſſunt, & ſuarum manuum operibus ſeſe ſuosq; ſuſtentare valent, tamen propter temporum difficultatem, & propter nimis anguſtam & curtam ſupellectilem ſubinde ſubindeq; ad continuanda ſua artificia manuaria, & ſua qvalia qvalia mercimonialia ditiorum beneficentiam implorare, & eorundem ſubſidia pecuniaria, cibaria, & alia petere neceſſum habent.

Tertiꝰ gradus, Der Haußarmen. INTERMEDIORUM.

LIX. Atqve ex illis, qvæ huc usq; dicta ſunt, ſatis apparet, in tribus aphoriſmis Moſaicis de non rodendo uſuris proximo unice eſſe ſermonem *non de mendicis, non de ditioribus*, ſed de mediis inter mendicos & divites, ſeu de tenuibus ad tantam anguſtiam redactis, qvi ſæpe aliorum opem cibariam, nummariam & aliam implorare coguntur, &, qvelle Deum, ut hujus ordinis hominibus mutuum detur, nec a fratribus afflictis *talibus* roſiones accipiantur, ſen uſuræ extorqveantur: item qvod reſpectu horum pauperum officium mutuationis debeat eſſe gratuitum, ſeu propter officium mutuationis nihil debeat exigi.

Prohibitiones Moſaicæ de uſuris non poſſunt niſi ad tertium genus hominum extendi.

LX. Etenim a divitibus, ſi qvis pro pecunia vel re qvacunq; alia mutuo data tantillum poſtulaverit, is adeo contra aliqvam harum legum divinarũ prohibitionem peccare cenſendus non eſt, 1. qvod divites (ſive illi in prima, ſive ſecunda, ſive tertia divitum claſſe ſederint) ex his aphoriſmis prorſus ſint excluſi æſtimandi, propterea, qvod textus ſacer non niſi de mediis inter mendicos & inter divites, hoc eſt, de attenuatis, expreſſe diſponat.

LXI. 2. Qvin & licitum fuiſſe divitibus, ratione jam indigitata, mutuo dare, annon analogice ſatis eruetur ex illo, qvod continetur *Deut. 15. a v. 1. usq; ad v. 11.* ubi agitur de anno Sabbathico, in qvo non licebat arare, non ſerere, non plantare, interim tamen, qvæ ſponte terra proferebat, concedebantur paupertati ſingulorum ordinum. Cum igitur tali anno pauperes illi, de qvibus hactenus ſermo fuit, ex agris nullos ſperare poſſent proventus: iccirco Deus mandat, non ut ipſis, de qvibus ibi agirur, mutuum remittatur, ſed ne ab iisdem illis pauperibꝰ eodem jam indigitato anno mutuum repoſcatur. Poſtea enim tergiverſantes cogebantur audire illud *Pſal. 37, 21.* Mutuum accipit impius, & non reddit: poſtea poterant ad redditionem compelli.

Prohibitiones Moſaicæ de uſuris ad primum genus ſeu gradum hominum non poſſunt extendi, videl. ad divites. Probatur 1. qvia illi ſunt ex his excluſi.

LXII. Qv.

LXII. Qvi igitur prohibet reposci mutuum anno Sabbathico a populo paupero illo, qvem hactenus inter mendicos & divites medium constituimus, *cur non certo credendus est concessisse, ut liceret repetere mutuum a populo divite, cujuscunq; ordinis divitum fuerit, eodem anno Sabbathico.* Sicut enim dives habet, unde dissolvat ipso anno Sabbathico; ita pauper eodem anno, unde mutuum reddat, non habet.

2. Analogice anno Sabbathico.

LXIII. Pari modo, sicuti pauperi est mutuo exponendum citra augmenti postulationem; ita diviti & est mutuo dandum, & si velis, augmentum postulandum, qvia per augmentum postulatum ipse non rodetur, sed citra dammum suum pro concessa interim re aliena, facile potest alteri talis homo præmium æqvivalens dare. Nec Deus interdixit ullibi in genere, ne fiat rosio, nec in specie, ne ab ullo divite aliqvid recipiatur supra sortem, *sed ne fiat rosio ab hoc, qvem descripsimus, paupere.*

LXIV. Ad miserrimos adqve ostiatim pro more nostri seculi mendicantes sese extendi authenticæ sacræ non patiuntur, siqvidem iis vel ex publicis vel ex privatis eleemosynis succurendum esse, aliæ leges sanctissimæ potentissime imperant Mosaicæ. Tertio enim qvovis anno decimas singulares reponere jubentur singuli pii pro peregrinis viduis & pauperibus, *Deut. 14, 28. 29. & 29, 11. 12. 13.* Et hinc postea natæ sunt Prophetarum *νουθεσίαι* admodum patheticæ, de qvibus infra dicetur. Ergo qvando mendicantibus pii eleemosynas largiter ex suo qvisq; tamen modulo facultatum conferebant, qvando etiam suis attenuatis pro pignore citra rosionem mutuo dabant, exiguas mutuationes iterum ex suo qvisq; modulo, (neq; enim unus sufficere potest omnibus juvandis) tum reliqvam pecuniam pro pretio licitissime elocare poterant.

Prohibitiones Mosaicæ de usuris non possunt extendi ad tertium gradum hominum, videlicet ad mendicantes.

LXV. His omnibus præmissis jam tandem ad Psalm. 16. v. 5. *Domine qvis habitabit in tabernaculo tuo, aut qvis reqviescet in monte sancto tuo? qvi ingreditur sine macula, & operatur justitiam, qvi pecuniam suam non dat ad usuram:* Responsio est facillima, videlicet hoc oraculum sacrum plenius esse interpretandum & supplendum ex prioribus Mosaicis Oraculis illis, ubi divinitus & primum de ista materia aliqvid est promulgatum: adeoq; in Psalmo subintelligendum esse istum pauperem, qvem hucusq; prolixe descripsimus, nimirum *is habitabit in monte sancto, qvi non dat pecuniam in usuram*, scilicet tali pauperi, & ad extremam inopiam redacto, nondum tamen mendicantium classi inscripto.

Sensus verus Ps. 15, 5.

LXVI. Verissimam esse hanc admonitionem & explicationem patebit ex simili. Ezechielis 18. v. 7. *Vir justus* inter alia definitur, *qvi pignus debitori reddit.* Hæc autem propositio, *vir justus reddit pignus debitori*, qvem sensum habere debeat, videndum etiam est in illa sede, ubi Deus legem tulit de pignoribus reddendis.

Probatur hic.

LXVII. Exodi 22. vers. 26. 27. *Si in pignus acceperis vestimentum proximi tui*, anteqvam Sol occubuerit, restitues illud ei, qvia ipsum solum est operimentum ejus, illud vestimentum ejus est cuti suæ, in qvo dormiat, & erit, cum clamaverit, tum exaudiam, sum enim misericors. Deut. 24. v. 10. 11. 12. 13. *Cum mutuaveris proximo tuo mutuum aliqvod*, non ingredieris domum ejus, ut capias pignus ejus, foris subsistes, & vir, cui mutuaveris, efferet ad te pignus foras. Qvod si *pauper vir* fuerit, non dormies cum pignore ejus, restituendo restitues illud, cum occubuerit Sol, ut dormiat in vestimento suo, & benedicat tibi, tibiq; erit justificia coram Jehova Deo tuo.

Ergo viro non pauperi non restituendum erat pignus.

LXVIII. Et ex his Oraculis sacris qvilibet videt, pignora a pauperibus accepta, ea esse reddenda iis ipsis, tempore magnæ necessitatis eorundem, ut interim eadem ad suæ vitæ sustentationem variam usurpare qveant.

LXIX. Cum igitur Ezechielis 18. v. 7. *Vir justus* dicitur, *qvi reddit pignus*, tunc ex Moyse necessario est supplendum, qvod *vir justus sit, qvi reddit* pauperrimo *pignus suum*, sine qvo vitæ suæ sustentationem non potest habere.

LXX. Penetissime est expendendum illud, qvod in Deuteronomio, ut jam modo innuimus, non obscure indicatur duorum generum proximos esse, qvibus alii dant mutuo: *unus* nimirum est vir pauper, qvi nihil nisi operimentum aut vestimentum unicum, qvod habet, in pignus dare potest; *alter* vero juxta contrarium evidentissimumq; hujus loci sensum, qvi plura operimenta & vestimenta, aut etiam qvi plura alia habet. Versus igitur 10. & 11. loqvuntur de utroqve, ut nimirum mutuo dans foris subsistat & petat sibi proferri pignus, ut cuncti vicini videre qveant, & tandem testificari possint, qvis & qvantum mutuum dederit & sumserit, qvo pacto multi ad labores extimulabantur, ne creditorum gratiam cum sua contumelia implorare tandem necessum haberent. Versus vero 12. & 13. loqvuntur tantum de paupere qvodam, qvi mutuo sumit, & monent huic mature ex mera misericordia suum pignus reddendum.

LXXI. Atqve ex hac rectissima facilimaqve consideratione satis patet, qvomodo etiam alia Ezechielis verba debeant exponi de usura: *Justus est, qvi non accommodaverit ad usuram*, Nimirum qvod aliqvoties habet S.S. in Moyse *Pauperi*. Ergo per invictam conseqventiam a contrario sensu petitam, *Justus es dives* (etiam Prophetæ Ezechieli (qvi a divite tamen usuram (licet ibi proprie usura seu *Rosio* non sit, sed potius aliqvid *amplius*) petit.

LXXII. Qvem-

LXXII. Qvemadodum igitur apud Ezechielem de pignore reddendo necessario subintelligimus, *Pauperi* esse pignus reddendum, non diviti, ita necessario aliqvid certi fuit subintelligendum, Psalm. 15. *Is habitabit in tabernaculo Domini, qvi non dederit pecuniam suam ad usuram, nimirum* Pauperi, *de qvo Spiritus Sanctus in Mosaicis scriptis dipositive & expressissime, ne rodatur, loqvitur.* E contrario autem inferri nullo jure divino, nullaq; conscientia humani ingenii ex his expressissimis & dispositivis textibus divinis potest: Non habitaturum in tabernaculis Domini, aut in monte sancto ejus, qvi dederit ad augmentum diviti, ditiori aut ditissimo.

LXXIII. His igitur tum de aphorismo Psalmi, tum de tribus authenticis Mosaicis, huc usqve dextre expeditis, jam ad dubia qvævis & omnia responpere plusqvam facillimum fuerit.

QVÆSTIO PRIMA.

LXXIV. *Qvæstio oritur* de usuris, "ut a nostris nominantur, num eas accipere potuerint *senes, literati,* in officiis politicis constituti, *viduæ & orphani,* & similes, a pauperibus & attenuatis fratribus. *Responsio* erit plus qvam expedita, sicut artifex manuarius pauper non potuit artifici manuario pauperi citra compensationis stipulationes dare mutuum in Politica sacra, nisi semetipsum rodere voluisset; ita qvoqve qvis non colliget, senes, literatos, viduas & orphanos, & alios aliis subsidiis & modis alimentariis destitutos non potuisse nec debuisse elocare pecuniam suam etiam pauperi, unde nihil recompensationis sperare licebat, nisi seipsos voluissent privare pane qvotidiano, his & non aliis rationibus divinitus sibimet dato & concesso.

Prima Qvæstio; *An senes, literati, & viduæ, &c. accipere possint a pauperibus.* R.

LXXV. Eadem fuisset ratio Xenodochiorum & Ecclesiarum, habentium bona Ecclesiastica, ex qvibꝰ alumnos & doctores suos alere debuissent. Ex taliqus igitur Xenodochiorum & Ecclesiarum thesauris cives pecuniam sine augmento non debuerunt exoptare. Ecclesiæ enim pro elocata pecunia cives cuncti idcirco augmentum reddere debueruut, ut ne unqvam destitueretur ipsa sumtibus, qvibus doctores & alumni alerentur.

LXXVI. Tota enim facies veteris Scripturæ testatur, hanc esse voluntatem Dei, ut ministerium honorificis sumtibus conservetur ob æternam infinitarum animarum salutem, licet interim privatæ familiæ ad paupertatem redigerentur.

LXXVII. Hinc est, qvod siclum æqve debuit dare pauper atqve dives, de illo non augere dives, non diminuere pauper, *Exod. 30, 15.* Item,

qvod in usum Sacerdorum cedebant partes qvædam Sacrificiorum, & qvod cogebantur non tantum divites & mediocres, sed etiam pauperrimi sacrificia afferre, si non de bobus, saltem de agnis & ovibus, aut de columbis, aut de farina, ut per priora Levitici capita passim animadvertere licet, Cap. 1. 2. & 3. & 4. & 5 & 12. &c.

LXXVIII. Ecclesiæ igitur suæ civis & pauper, pro mutuo data pecunia augmentum denegare non debuit, ob causas jam ex Exono & Levitico adductas, aut non mutuum ab Ecclesia, sed eleemosynam petere debuit.

Secunda Qvæstio. *Qvantum mutuum statuatur a Deo, qvod gratuitum esse debeat? R Nimirum tenue.*

SECUNDA QVÆSTIO.

LXXIX. *Qvæstio oritur alia*: Si Legis divinæ sensus est ille, pro circumstantiarum complexu mediocribus civibus ditiores debere dare mutuo pecuniam sine rosione, tum seqvetur, qvod licitum fuerit tenui Civi a viginti divitibus petere 2000. florenos, a singulis nimirum 100.

LXXX. R. *Verum enimvero* huic obstabant omnes ante allegati aphorismi, in qvibus tantum agitur de exigua mutuatione pauperibus hactenus sæpe definitis præstanda, nimirum tali, *pro qva pauperes pignora interponere possent.* Deinde qvi voluissent citra Dei ordinationem & providentiam *ditiorum numero imponi*, ii sustulissent ipsam divitum & pauperum rem & differentiam divinitus inter homines constitutam, adeoq; ipsi legi divinæ insertam, Deut. 15, 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ*, id qvod repetit Christus, Matth. 26, 11. *Pauperes semper habebitis vobiscum.*

LXXXI. Deus enim hunc fecit pauperem, ut hodie, ita olim, alium vero divitem pro infinitæ sapientiæ suæ consiliis adorandis, & qvia Dei consilio singulis seculis tum seqventibus, alii pauperes, alii divites erant futuri, idcirco in legibus suis talia promulgavit statuta, qvæ ostendunt, qva ratione singulis temporibus seqventibus erga pauperculos ditiores sese gerere debuere, Exod. 23, 3, Levit. 19, 15 *Ne corrumpantur judicia ob paupertatem*, Deut. 15. 14. *ut juventur* omnibus modis liberaliter egeni. Hinc etiam sunt splendidissimæ promissiones de compensanda misericordia & beneficentia erga pauperes, de qvibus postea videbimus,

Qvæstio Tertia. *Cur rosiones accipiendæ a peregrinis, non autem fratribus?*

TERTIA QVÆSTIO.

LXXXII. *Qvæstio oritur item alia*, cur Deus in genere voluerit usuras seu rosiones accipi a peregrinis, non autem a fratribus. Sic enim Deut. 23, 19 *Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec qvamlibet aliam rem, sed alieno, fratri autem tuo absq; usura, id qvo indiget, commodabis.*

LXXXIII. R. Agit hoc loco S. S. iterum de pauperibus indigentibus subsi-

subsidio pecuniæ, frugum, cibi & qvarumcunqve rerum, qvas dives emere potest facillime, upote, qvi nunqvam omni sese spoliat aut spoliare debet pecunia: & hos pauperes jam dividit in *fratres* & in *extraneos*, monetq; ut fratribus pauperibus mutuo detur sine ROSIONE. Concedit autem, ut ab extraneis pauperibus accipiantur pro mutuo ROSIONES.

LXXXIV. *Alienigena* seu *extraneus* dicitur a themate נכר *niccar*, & talis describitur in Sacris literis, qvod non sit de semine Abrahæ, *Gen. 17, 12.* item qvi non est de populo Israel, sed est ex terra longinqva, *Deut. 29, 22.* qvem regem facere non possunt, *Deut. 17, 18. 21.* qvi non est circumcisus, *Exod. 12, 43. Ezech. 44, 7. 9.* qvi non potest sacrificia offerre, *Levit. 22, 25.* qvi habet Deos alienos, *Deut. 31, 16. & 32, 10. Josua 24, 20. Judic. 10, 16. Malach. 2, 2. 11. Psal. 137, 4.*

Alienigena seu extraneus qvomodo describatur a S. scriptura.

LXXXV. *Interdum* tamen etiam post conversionem, tamen retinebant appellationem alienigenæ, *2. Paral. 6, 32. 1. Reg. 8, 41.* sed tunc adjectæ circumstantiæ facile indicant: esse qvidem alienigenam origien, sed tamen conversum, ut *1. Reg. 8, 41.*

LXXXVI. *Peregrinus*, qvi peregrinatur, & potest esse vel Israelita vel Ethnicus, a themate גור *gur*, sicut *Gen. 12, 10. Abraham* peregrinatur, & totum semen Abrahæ vel Israel dicitur peregrinum futurum in terra Ægypti, *Gen. 15, 13. Exod. 2, 22, & 18, 3. Ezech. 14, 7. Exod. 20, 10. Levit. 16, 29. & 17, 8.* Sic *Elias* peregrinatur seu habitat apud viduam, *1. Reg. 17, 20. In specie* peregrini & advenæ dicuntur, *qvi etsi non sunt de semine Israëlitico, tamen utebantur iisdem sacris, Levit. 16, 29. & 17, 15. Deut. 31, 12. Josua 8, 33. 35. Ezech. 14, 7.* Talibus etiam indulgebatur urbs refugii, *Num. 35, 15. Jos. 20, 9.* Talibus etiam paschalem agnum comedere concedit Deus, *2. Paral. 30, 25. Exod. 12, 43. & seq. usq; ad finem.*

Peregrinus qvomodo describatur in scriptura.

LXXXVII. Talium peregrinorum tempore Salomonis reperiuntur in terra Israelis 153600. ex qvibus pro ædificntione templi fecit alios bajulos, alios cæsores, alios perfectos, *2. Paral. 2, 17.* Vulgata versio vocat Proselytos. Poterat tamen ejusmodi advena, si volebat, liber esse ab aliqvibus ceremoniis *Deut. 14, v. 21. Non comedetis ullum cadaver,* peregrino, *qvi est intra portas tuas, dabis illud, & comedet illud, AUT vende* alienigenæ.

LXXXIIX. Jam vero res expedita est, qvod *fratri* de Israelitico sangvine prodeunti ad morsionem vel rosionem nihil dare debent. Expresse autem additur, qvod Ethnico alienigenæ, extraneo, (pauperi, *dives enim non rodebatur*) possint dare ad rosionem. Ne qvis enim hoc in loco vocem *Alienigena*, interpretetur etiam de peregrino & incola converso, qvasi illum licitũ fuerit mordere vel rodere, obstant alia cognata mandata, Exod 22, 21. *Peregrino non inferes vim, nec opprimes illũ.* Deut. 24, 14. *Non vim inferes mer-*

Alienigena & advena non sunt unum & idem in sacris.

cenario pauperi & egeno tam de fratribus tuis, qvam de peregrinis tuis, qvi sunt in terra tua, intra portas tuas Lev. 25, 35. 36. 37. Pauper Israelita debet censeri ut peregrinus. At a paupere Israelita non licet recipere cum *MORSIONE vel ROSIONE*. Ergo nec a peregrino tali licebit.

Sensus est, loqvi SS. de Ethnicis nondum conversis.

LXXXIX. His ita stantibus, dicendum est, qvod noluerit usuras acccipi ab Israelitis, & ab illis, qvi fide Israelitis erant pares, indulserit vero illis accipere ab Ethnicis non conversis, sive intra sive extra Judæam habitantib9, longe vel prope, inprimis vero propius habitantibus, & ut qvilibet facile videbit, tantum hanc ob causam, ut religioni veræ citius favere & adhærere ipsi qvoq; discerent.

XC. Etsi vero objiciatur ex Levit: 25, 44. 45. qvod Deus Ethnicos non conversos, & Ethnicos conversos sub eundem constituerit censum, adeo ut utrorumq; liberos emere possent Israelitæ in servos perpetuos, crm Israelitas non liceret in servos assumere perpetuos, tamen facile hic qvoq; nod9 dissolvitur. Nam ex gentilismo conversi sic perpetuo melius edocebantur, ut manerent constantes inter perpetua & ad finem vitæ continuata servitia Israelitica, & ne relaberentur inter Ethnica assumta servitia ad Ethnicismum; nondum etiam conversi sic melius convertebantur, spe & dulcedine liberalitatis gratiæ Israeliticæ in mutuo; E contra Hebræi jammodo exant confirmati in vera religione, ut patet de puella, 2. Reg. 5. nec opus habebant ejusmodi repagulis.

XCI. Sicut autem licebat rosiones ab alienigenis, extraneis, alienis, Ethnicis inconversis accipere; ita qvoq; a talibus licebat pignora promiscue & rigide postulare, immo etiam a sponsoribus ipsorum Israelitis, Prov. 20, 16. *Toll vestimentum ejus, qvia fide jussit pro extraneo, & qvia pro extranea fidejussit, pignus ab eo accipe,* Item Prov. 27, 31. *Tolle vestimentum ejus, qvin fidejussit pro extraneo, & qvi spospondit pro extranea, accipe pignus ab eo.*

Ratio legis.

XCII. In specie igitur Moses spectavit alienigenas istos, qvi intes populum *DEI* per terræ Chanaan tractus erant habitaturi, de qvibus mandatum divinum erat promulgatum Israelitis, ut illos interficerent. Si igitur interficere eosdem licebat, multo magis *ROSIONIBUS* eosdem premere, & omnia istorum etiam tenuiorum bona ad sese transferre Israelitis licitum fuit.

Peregrinus conversus tanqvam Israelita tractandus erat.

XCII. Qvando autem in ultimis etiam terminis sese convertebant ad veram religionem, ibi statim mitiorem sentiebant populum Israel juxta tenorem Exodi 23, vers. 9. Levitici 18, vers. 33. *Peregrino molestus non eris,* item *si habitaverit advena in terra vestra, & moratg fuerit inter vos, non opprimetis illum. Tanqvam indigena ex vobis erit vobis Peregrinus, qvi peregrinatur apud vos, & dilige eum sicut te ipsum &c.* Numerorum 15, vers. 14 Imo Deute-

Deuteronomii 14, vers. 27. tertio qvovis anno decima singularissima erat colligenda pro viduis, pupillis, peregrinis, Levitis, & reponenda in usum illorum: qvis igitur putabit concessos fuisse peregrinos *Rosioni*.

QVARTA QVÆSTIO.

XCIV. Si divitibus licebat a divitibus mutuas accipere compensationes, tum tamen pauperes rodebantur, *siqvidem* pauperes a divitibus petere & emere necessaria cogebantur. Qvando enim unus dives alterum divitem compensationibus istis gravavit, tum ille alter vice versa ex pauperibus arrosis damno suo medebatur. *Respondetur*, etsi negari non potest, illam esse humani ingenii malitiam, tamen eidem obviam procedere voluit Deus plurimis severissimis mandatis suis.

Qvarta Qvæstio. An recte Dives ex pauperibus arrosis damno suo medebantur.

XCV. Ut enim in sacra Politia Mosaica singuli divites magis extimularentur ad mutuum & ad alia pauperibus citra usuras & citra injustitiam in contractibus dandum, ecce ipsa sacra Scriptura demonstrat, & gratissimum Deo esse, & magnis remunerationibus compensari istam benevolentiam & liberalitatem & justitiam, nimirum erga qvovis pauperes, non tantum mendicantes, verum etiam alios mendicantes. Qvin & Deus eandem inculcat admodum patheticis verbis sæpenumero.

R.

XCVI. Sic igitur qvando Deuteronomii 15. præcipitur, *ut nemo audeat anno septimo, ubi omnes agri qviescebant, & pauper nihil proventuum sperare poterat, a paupere fratre & amico reposcere, qvod ei mutuum dederat, tantum ne sit mendicus in te, & ne cogatur ullus ostiatim mendicare. Et ne divites propter instantem annum septimum pauperum clamores adversarentur, ideoq; in dando mutuo fierent segniores & alieniores*, ibidem adducit Deus hæc verba minacia v. 9. Ne *clamet contra te*, ad Jehovam & erit tibi in *peccatum*. Præterea v. 10 promissionem apponit, *hujus rei gratia benedicit tibi Jehova Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in omni re, qvam tractaveris, aperiendo aperies fratri tuo manum tuam.*

XCVII. Sic ubi præcipitur: *Tertio qvovis anno decimas singulares reponas, a qvibusvis in usum peregrinorum, viduarumq; &c.* Deut. 14, v. 28. 29. & cap. 26, v. 11. 12. 13. additur iterum promissio. *Ut benedicat tibi Jehova Deus tuus in omni opere manus tua, qvod feceris*, Deut. 14, v. 29. *Item* in precatione, qva confitebantur se decimas rite solvisse, his verbis concludunt, ex qvibus patet, unde sit frumentorum copia & omnium rerum felicitas speranda pio homini.

XCIIX. *Verba sunt hac*, Extuli sanctificatum e domo, & dedi illud Levitæ, peregrino, pupillo, viduæ, respice de habitaculo sanctitatis tuæ e cœlo, & benedic populo tuo Israel, & terræ, qvam dedisti nobis.

99. Sic

XCIX. Sic qvando mandatur, ut justam mensuram, pondus justum, modu m justum habeant in contractibus, Deut. 25. v. 15. 16. *non erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, majus & minus, non erit in domo tua modus major & minor*, statim additur promissio, *ut prolongent dies tuos super terrã, qvam Jehova Deus tuus dat tibi*. Et contra Proverb. 11, v. 26. *qvi abscondit frumentum*, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium.

C. Ex his fontibus Mosaicis Propheticæ admonitiones plurimæ profluxerunt. *Psalmo 37. v. 27.* Vir justus inter alia dicitur, qvi tota die miseretur & commodat, *& de hoc qvoq; annectitur v. 26.* Junior fui & non vidi justum derelictum, nec semen ejus qværens panem, *Item Psalmo 41.* Beatus vir, qvi intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, Dominus conservabit eum & vivificabit eum & beatam faciet eum in terra, & non tradet eum in animam inimicorum ejus; Dominus opem feret illi super lectum doloris ejus, Der HErr wird ihm erqvicken auff seinem Siechbette/universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus, Du hilffst ihm auß aller seiner Kranckheit.

CI. *In Psalmo 112. v. 5. & 6.* Jucundus vir miseretur, commodat, disponit sermones in judicia, qvia in æternum non commovebitur, *Prov. 3. v. 9.* Honora Dominum de substantia tua & de primitiis omnium frugum tuarum, Da pauperibus & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Ecce lector suavissimas & certissimas pro missiones de beneficentia erga pauperes istos omnium duorum generum.

CII. *Audi adhuc* unum apud *Esa. 58, 7.* Frange esurienti panem tuum, egenos & vagos introduc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet qvasi mane (qvasi aurora) lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, ibitq; ante te justitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis; & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adsum. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & reqviem dabit Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribꝰ animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris qvasi hortus irriguus, & sicut fons aqvarum, cujus non deficient aqvæ, & ædificabuntur in te deserta seculorum fundamenta, generationes & generationes suscitabis.

CIII. A lia qvam plurima silentio præterie licet. E contra immisericordibus & injustis magna proponuntur tonitrua, ut *Amos 8, 4. & seq.* Audite, qvi conteritis pauperum, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: qvando transibit mensis & venundabimus merces? Et Sabbathum, & aperiemus frumentum? ut *1. imminuamus* mensuram, *2. & augeamus* siclũ, 3. & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes præ

calc

calceamentis, 4. & qvisqvilias frumenti vendamus. *Juravit* Dominus in superbiam Jacob, si oblitꝰ fuero usqve ad finem omnia opera eorum, num qvid super isto non commovebitur terra, & convertam festivitates vestras in luctum, &c.

Proverb. 12, 13. Qvi obdurat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Sed facillimum erit cuivis plura in hanc sententiam conqvirere.

QVINTA QVÆSTIO.

An Moysis aphorismis de usuris adversetur illud Christi, Mutuum dantes nihil inde sperantes.

CIV. V. An Christi oraculum Luc. 6, 35. *Mutuam dantes nihil inde sperantes*, habeat sensum alienum ab illis, qvæ huc usqve de genuina mente trium aphorismorum Mosaicorum, vel potius ipsius Spiritus Sancti sunt dicti, *Et respondetur*, qvod oraculum Christi cum illis ipsis huc usq; indigitatis pulcerrime congruat.

Qvinta Qvæstio; *An Aphorismi adversentur Christi dictis. R.*

CV. Etenim Spiritus Sanctus in Veteri Testamento in oraculis supra allegatis hunc habet sibi admonitionem suarum præfixum scopum, ut pauperi valde indigenti *etiam ante præstitam solutionem* restituatur pignus, qvo ad vitæ suæ necessariam sustentationem carere nulla ratione potest, adeoq; ut potius alter periclitetur de summa mutui, vel ex parte vel ex toto (qvod tamen *mutuum* in hoc casu semper exiguum fuisse supra patuit) qvam ut Dei admonitiones de juvando tali indigente temere spernere & negligere præsumat.

CVI. Eadem est Christi qvoqve mens, ut mutuum libenter demus, etiamsi incidere possit periculum de summa mutuo data, nimirum *indigentibus* talibus, qvales hactenus sunt nimis qvam sæpe depicti: non aliter atqve Matthæi 5. capite petenti unum milliare potius duo concedere debemus, qvam committere, ut ipse privatus nostra benevolentia omni in calamitates incidere qveat.

CVII. Non igitur Christus oraculo suo voluit illud hominibus Novi Testamenti præscriptum, qvasi omnes omnium contractuum mutuationes, inter omnes promiscue debeant esse gratuitæ, & qvasi nemo salva conscientia, pro certo precio pecuniam ullã elocare valeret: Etsi interim vult, ut qvoad exiguas mutuationes erga maxime indigentes supra toties depictos misericordiæ nostræ oculos ne claudamus.

QVÆSTIO SEXTA,

An Lutheri sententia de usuris discrepet a Mosis doctrina de usuris.

Qvæstio Sexta; *An Lutherg bos aphorismos ignoraverit, & omnem compensationem rejecerit. R. Distingvendo inter casus tempus certum vel non, respicientes.*

CIIX. Qvæstio item oritur alia, an Divus Lutherus hæc non animadverterit in V. T. ita sese habere, an vero omnino animadverterit, & num simpliciter omnem compensationem, ut qvidem proclamatur, damnaverit. *Et respondetur, qvod Lutheri sententia tota congruat cum istis*, qvæ huc usq; sunt disputata. Distingvit enim ille 1. inter *mutuo datum ad certum tempus*, ubi si debitor non reddit, creditor in magnas difficultates suæ rei familiaris incidit, ut pote qvi tum a creditore alio suo in jus trahitur, aut non habet amplius, unde emat necessaria pro suo continuando artificio. 2. *Et inter datum sive ad certum tempus sive non ad certum tempus.* Unde tamen creditori nulla.

CIX. *De priori* casu respondet, omnino teneri debitorem ad interesse, propter procrastinationem, qvæ proximo fuit detrimentosa; *de altero autem respondet*, propter solum officium mutuationis ultra sortem nihil esse petendum, nimirum qvia non indigebat alter. Et hac distinctione qvam proxime accedit Lutherus ad legum divinarum sensum. Non enim, inqvit, seqvitur, in qvadam mutuatione tenetur debitor ad interesse. Ergo in omni mutuatione promiscue qvivis tenetur cuivis creditori debitor ad interesse.

CX. *Verba ejus sunt post alia.* Summa, satis ante dictum est, in mutuo ultra sortem nihil accipiendum, ipsamqve mutuationem referendam esse ad EGENTIS commodum & utilitatem. *Hac ille*, una cum sacra Scriptura PAUPERUM rationem habendam svadens.

CXI Qvapropter propositio Lutheri per libellum de usura sæpius repetita hæc: *Qvi mutuat proximo suo, & supra sortem aliqvid accipit, aut plus sibi numerari vult, qvam mutuo dedit, is est usurarius & damnatus, non minus qvam fur, raptor & homicida:* etiam limitanda est juxta casus a Luthero jam ipsomet indigitatos, nimirum, qvi *pauperi* tali, & qvidem ut supra ex Mose vidimus, exiguum aliqvid dat mutuo, & plus petit &c. *Et addit*, talem usurarium non esse admittendum ad cœnam sacram, non usitato more sepeliendum.

1. Inter mutuo dantes & accipientes observata æqvitate, vel non.

CXII. Distingvit item propter ditiores potissimum in usum pecuniam dantes, & pro usu aliqvid petentes Lutherus inter eos, qvi qvinq; aut sex de centum accipiunt, qvi accipiunt uno mense duodecim, immo aliqvi de centum uno mense qvadraginta, *& de his addit in posterioribus;* De his locu-

tus sum præcipue; qvod sint tam vivi qvam mortui permittendi & tradendi Satanæ, nec qvicqvam Christianis commercii cum illis habendum.

CXIII. Deniqve distingit inter viduas, orphanos, senes, qvi non habent, unde se alant amplius, nec laborare ulterius possunt, nisi ex sic dictis usuris; & hanc vocant coactum usuram, duro necessitatis telo extortam, aut talem, qvam imposuerit URGENS NECESSITAS. Atq; iterum hoc pacto inclinat ad legem divinarum sensum antea datum, tenuiores & alios aliis modis alimentariis destitutos, non teneri tenuioribus cum damno suo mutuum dare. *Et iterum concludit*, posset hic disputari, num hic interesse aliqvid sit, cum non didicerint, unde se alere possint, essetq; valde inhumanum, redigere eos ad mendicitatem aut famem, cum id nulli homini prosit, cumq; sine damno proximi id fiat, tanqvam ex restitutione vaga. *Hæc idem, tomo 7. Germ. Jen.* *3. Inter viduas, senes, &c.*

CXIV. Immo tandem explicans dictum Christi: *Omni petenti da:* addit. Non aliis hic dandum esse Christus præcipit, sed EGENTIBUS tantum in ea civitate, in qva agis, aut qvi circa te sunt; sicut & Moyses docet, ut iis, qvi non possunt laborare, servire, & victum sibi parare, aut qvi sedulo suo labore tantum lucrari non possunt, ut inde se sustentent.

CXV. Et ut obiter inspergamus, hanc ipsam ex mente Spiritus S. veteribus & novis Scripturis contentam, & ex Luthero excerptam & collectam, adeoq; huc usq; expositam sententiam proposuit subditis suis, recordationis augustissimæ Princeps elector Augustus, in recessu Torgensi his verbis, sub titulo, Von wucherlichen Contracten und Partiten/ prorsus in conclusione hujus rubricæ, Wir wollen aber gleichwol durch diese unsere Nachlassung niemand das jenige/ was die Christliche Liebe von ihm erforderet/ weniger in Acht zu haben/ Ursach gegeben/ sondern vielmehr einen ieden gnädiglich und ernstlich erwarnet haben/ daß er hierbey fürnemlich den Armen und Dürfftigen wohl wahrnehmen/ und sich durchaus in Ausleihung seines Geldes und dieser Zinsforderung also erzeige/ damit er es in seinem Gewissen und bey Gott zuverantworten haben müge. *Hactenus verba Augusti Electoris Saxoniæ.* Sub dicti titulo, de Usurariis contractibus, &c. posita Germanico idiomate latine sonant in hunc modum: Nolumus autem concessione nostra ulli præbere ansam negligendi ea, qvæ ab unoqvoq; Christiano charitas reqvirit, sed multo magis severe singulos monitos cupimus, ut præcipue pauperum & egenorum rationem habeant, & simpliciter in elocatione pecuniæ, & censibus : eqvirendis ita sese gerant, ut in conscientia sua Deo rationem reddere qveant. *Hactenus illa verba.*

CXVI. Qvod attinet ad gentium execrationes, ad Patrum taxationes & ad alias de sic dictis vulgato & recepto, ambiguoq; vocabulo USURIS, censuras, unusqvilibet ex illis, qvæ ex verbo Domini huc usqve sunt prolata, easdem ipsas facillime conciliare aut judicare valebit.

CXVII. Et hactenus in hisce thesibus genuinum sensum non modo oraculi sacri Psalm. 15. sed etiam triam insignium aphorismorum Mosaicorum de USURIS (huc usq; aliqvoties in prælectionibus Mosaicorum librorum publicis breviter delibatum) prolixe proposuimus: Deo altissimo sit laus & gloria in æternitatum æternitates, AMEN.

Qvam autem hactenus proposui disputationem, ea Witteberga publice fuit instituta ad diem 4. April. anno Christi 1617.

Interea autem a qvibusdam proposita fuere qvæstiones aliqvæ, ad qvas hoc in loco respondebo.

1.

An verba Psal. 15, 15. Prov. 28, 8. Ezech. 18. & 22. *sint limitanda juxta Mosis tres aphorismos* Exodi 22, 25. Lev. 25, 35. 36. 37. Deut. 2, 19. 20. *an vero Mosis tres aphorismi sint ad generalitatem illorum reducendi, qvæ extant in Psalmo, Proverbiis, & in Ezechiele*; & Respondetur, qvod posteriora oracula sint concilianda ad tenorem priorum.

Qvod vero in contrarium afferri solet, qvasi plura prohibeantur in posterioribus, qvam in prioribus scriptis sacris, illud explicatum a me est sufficienter in libro de sacrificiis adversus Smalcium, disput. 20. thesi 109. 110. 111. ut nolim hoc loco actum agere.

Et in specie, ne qvem movere possit ταυτολογία sic visa Prov. 28, 8. iste similes reperiet phraseologias Prov. 10, 15. & 1. Reg. 2, 18. Optimus igitur est sensus Prov. 28, 8. qvi ex pauperum rosione colligit divitias, ille aliis pauperibus per Dei vindictam eas colliget.

2.

An hæc sit bona conseqventia a contrario sensu, Si divina lege Mosaica cogeris dare mutuum pauperi citra usuram, tum eadem non cogeris dare mutuum non pauperi, citra usuram. *Respondetur affirmate.*

Instantiam movere solent aliqvi ex his seqventibus oraculis sacris: Exod. 21. v. 17, de parentibus non maledicendis. Exod. 22, 28. Ne maledicas principi populi tui, Lev. 19, 14. maledicas surdo. Item Exod. 22, 21. 22. ne opprimas nec affligas peregrinum aut viduam. Deut. 24, 14. ne vim inferas mercenario pauperi.

Sicut ergo (inqviunt) *non seqvitur*, Maledictio & injuria, qvæ fit principi, parentibus, viduis & pauperibus, est peccatum. Ergo maledictio & injuria,

juria, qvæ fit conjugatis, potentibus, divitibus, & aliis non eſt peccatum, *ita qvoqve non poteſt concludi*, Moſes prohibet uſuras accipere a paupere, ergo non prohibet eas accipere a non paupere.

RESPONDEO, qvod in genere nemo ſit afficiendus maledictis aut injuriis, illud expreſſe in lege divina aliqvoties docetur. *Etenim* maledictiones illæ pertinent etiam ad ſpecialia peccata ſub nominibus Raca, & Fatuus, in qvinto præcepto. *Deinde* qvoad ſeptimum præceptum, Levit. 24, 12. Num. 15. v. 15. & cumprimus Levit. 19, 33. Non vim inferes proximo tuo, ubi primo generaliter omnis proximꝰ dives & pauper indigitatur, deinde vox Hebræa עשק ſignificat qvavis injuria & calumnia etiam afficere aliqvem. Vide ſaltem Lexica Avenarii & Schindleri. Deniqve Deut. 27, 24. Maledictus, qvi clam percuſſerit proximum ſuum, ubi 1. clandeſtinæ, multo magis apertæ injuriæ prohibentur. 2. Percutere promiſcue uſurpatur de omnibus vexationibus. Jerem. 18. v. 10. Percutiamus eum lingva. 3. itidem proximus in genere ponitur.

Qvod autem oracula pro inſtantiis data exprimunt parentes, principem, viduas, peregrinos, illud ideo fit, qvia his cumprimis debetur honor & defenſio, ſicut etiam ſæpius lædi ſolent pleriqve eorum.

Qvod ad uſuras attinet, *primo* negatur, divitem poſſe rodi uſuris, (etiam נשך Luther. vertit de uſuris Jerem. 15. v. 10.) *deinde* ſi Moſis oracula debent limitari juxta poſteriora ſcripta, tum citra exceptionem etiam illicite eccleſia, vidua, orphanus uſuras hodie ſic dictas, accipiunt, immo præterea licitum erit etiam diviti vel reddere vel non reddere mutuum, qvia & illud contra mentem Chriſti fieret generale, Luc. 6. v. 35. Mutuum dantes nihil inde ſperantes.

Divites non poſſunt rodi.

Hæc omnia cum Theologi attendunt, tandem deſcendunt ferme omnes in eam diſtinctionem, inter mendicantes, inter alios, pauperes cives & ruſticos, & inter divites, & *volunt juvari primos* eleemoſyna, *ſecundos* per gratuitum mutuum, ad *tertios* autem generaliter mutuum gratuitum extendere nolunt. Legatur inter alios Chemnitius in locis ſuis communibus.

Diſtinctio hominum.

Unice autem interea profiteor & proclamo, divites ſub extremis comminationibus monendos eſſe, ne per ullas practicas etiam ſub ipſorummet divitum lateribus pauperiores ullo modo in ciborum, veſtimentorum, & aliarum rerum emtionibus rodi patiantur. De qva re alio tempore plura. Et hactenus de illis cunctis Oraculis.

CONCLUSIO.

HActenus igitur per DEI gratiam, & pro solius DEI gloria, mumere meo demonstrandi pauculas regulas de interpretatione Scripturarum sacrarum genuina, & confirmandi regulas istas aliqvot exemplis gravioribus, defunctus sum. Sicut autem in præfatione prolixius, ita nunc denuo significo, & protestor, me ad hujus tractatus elaborationem faciendam nulla alia re, qvod novit ille, qvi omnia corda & omnes renes novit, commotum fuisse, nisi ptopter violentissimas detorsiones, qvibus sacra oracula pro absoluto decreto electionis & reprobationis stabiliendo contra Dei mentem φιλανθρωπίας infinitæ plenissimam abripiuntur. Unde iterum ut in præfatione memini, Helveticos, Archi-Palatinos, & Belgicos absoluti decreti defensores propter honorem Dei & Ecclesiæ, posterorumqve pacem speciatim exoratos cupio, ut omnia sub virgulam censoriam ducant acerrimam, si veritatem agnoverint, acceptent, sin contrarium videbitur, solide, & tunc ex verbo Dei refutent. Rationis enim humanæ arbitria hic plane nulla unqvam admittam. In reliqvis oraculis sacris, qvæ per occasionem postea cumulavi, iterum significo, qvod pro meis viribus itidem nihil omni aliud, qvam veritatem qværere & tueri sategerim, cum annexa declaratione, qvod hoc meo studio nullius orthodoxi Theologi vel scriptis vel explicationibus qvicqvam derogare vel detrahere conatus fuerim, ut ipsa etiam omnis omnium qvæ lenissime scripta sunt, facies evincet, & qvod multo minus qvenqvam, ut in meos sensus aut in mea Commentaria juraret, cogere præsumserim. Omnia enim totius Ecclesiæ orthodoxæ, & singulorum Theologorum Evangelicorum liberrimæ Censuræ, & fraternæ disqvisitioni, admonitioniqve porrigo & submitto, paratissimus amplecti ea, si qvæ mihi certiora, meliora, firmiora, sed non nisi rationibus, ut loqvuntur, decidendi ex scriptura adjectis prægnantibus commonstrabuntur, qvi novi, & laudo simile studium in Augustino, sed & qvi infimi generis studiosum contraria defendentem, patientissime & congratulantur inde ab omnibus vitæ meæ annis qvovis tempore audire consvevi, & ad vitæ meæ finem hanc consvetudinem nunqvam abjiciam. Dominus noster Jesus Christus hunc veritatis amorem piis singulis confirmet. Sermo ipsius est veritas. Ipsi cum Patre & Spiritu Sancto laus in æternas æternitates,

AMEN.

D. Mar-

D. Martini Lutheri Send-Brieffe/ vom Dolmetschen Anno 1530. geschrieben/

(gehöret droben zu der Præfation.)

Dem Erbarn und Fürsichtigen N. meinen günstigen Herrn und Freunde.

GNad und Friede in Christo/Erbar/Fürsichtiger/ lieber Herr und Freund/ Ich habe euer Schrifft empfangen mit den zwo Qvæsten oder Fragen/ darin ihr meines Berichts begehret. Erstlich/ Warumb ich in der Epistel Röm 3. die Wort S. Pauli/ Arbitramur hominem justificari ex fide absqve operibus legis, also verdeutscht habe/ **Wir halten/ daß der Mensch gerecht werde/ ohne des Gesetzes Werck/ allein durch den Glauben**/ Und zeiget darneben an/ Wie die Papisten sich über die massen unnütz machen/ Weil im Text Pauli nicht stehet/ das Wort/ Sola (Allein) und sey solcher Zusatz von mir nicht zu leiden/ in Gottes Worten/ rc. Zum andern/ Ob auch die verstorben Heiligen für uns bitten? Weil wir lesen/ daß ja die Engel für uns bitten/ rc. *Rom. 3.*

AUff die erste Frage/wo es euch gelüstet/mügt ihr euren Papisten von meinet wegen antworten/ also. Zum ersten/ Wenn ich D. Luther mich hätte mügen des versichern/ Daß die Papisten/ alle auf einen Hauffen/ so geschickt wären/ daß sie ein Capitel in der Schrifft künten recht und wohl verdeutschen/ So wolt ich fürwar mich der Demuth haben finden lassen/und sie umb Hülffe und Beystand gebeten/ das Neue Testament zu verdeutschen. Aber dieweil ich gewust/ und noch für Augen sehe/ daß ihr keiner recht weiß/ wie man dolmetschen oder Deutsch reden sol/ Hab ich sie und mich solcher Mühe überhaben. Das merckt man aber wohl/ daß sie aus meinem Dolmetschen und Deutsch lernen Deutsch reden und schreiben/ und stehlen mir also meine Sprache/ davon sie zuvor wenig gewust/ dancken mir aber nicht darfür/ Sondern brauchen sie viel lieber wider mich/ Aber ich günne es ihnen wohl/denn es thut mir doch sanft/daß ich auch meine undanckbare Jünger/darzu meine Feinde/ reden geleret habe.

Zum andern mügt ihr sagen/ daß ich daß N. Testament verdeutschet habe auf mein bestes Vermögen/ und auf mein Gewissen/ habe damit

niemand gezwungen / daß er es lese / sondern frey gelassen / und allein zu Dienst gethan / denen / die es nicht besser machen können / ist niemand verboten ein bessers zu machen. Wers nicht lesen wil / der lasse es liegen / ich bitt und feier niemand darum / Es ist mein Testament und Dolmetschung / und sol mein bleiben und seyn. Hab ich drinnen etwa gefehlet (das mir doch nicht bewust / und freylich ungern einen Buchstaben muthwilliglich wolt unrecht verdolmetschen) darüber wil ich die Papisten nicht zu Richter leiden / Denn sie haben noch zur Zeit zu lange Ohren darzu / und ihr Ika ika ist zu schwach / mein verdolmetschen zu urtheilen.

Ich weiß wohl / und sie wissen weniger denn des Müllers Thier / was für Kunst / Fleiß / Vernunfft / Verstand zum guten Dolmetscher gehöret / Denn sie habens nicht versucht. Es heisset / Wer am Wege bauet / der hat viel Meister / Also gehet mirs auch / Die jenigen / die noch nie haben recht reden können / schweige denn dolmetschen / die sind alzumahl meine Meister / und ich muß ihr aller Jünger seyn / Und wenn ich sie hätte sollen fragen / Wie man die ersten zwey Wort / Matth. 1. Liber generationis solte verdeutschen / So hätte ihr keiner gewust Gack darzu zu sagen / und urtheilen mir nun das gantze Werck / die feinen Gesellen. Also gieng es S. Hieronymo auch / da er die Biblia dolmetscht / Da war alle Welt sein Meister / Er allein war es / der nichts kunte / und urtheileten dem guten Mann sein Werck die jenigen / so ihm nicht gnug gewest weren / daß sie ihm die Schuch hätten sollen wischen. Darumb gehört grosse Gedult darzu / so iemand etwas offentlich guts thun wil / Denn die Welt wil Meisterklügling bleiben / und muß immer das Roß unter dem Schwantz zäumen / Alles meistern und selbst nichts können / Das ist ihr Art / davon sie nicht lassen kan.

Wie es S. Hieronymo gangen / da er die Biebel dolmetschet.

Art der Welt.

Ich wolte noch gern den Papisten ansehen / Der sich herfür thät / und etwa ein Epistel S. Pauli / oder einen Propheten verdeutschet / so fern / daß er des Luthers Deutsch und Dolmetschen nicht dazu gebrauchet / da sol man sehen ein fein / schön / löblich deutsch oder dolmetschen. Denn wir haben ja gesehen den Sudler zu Dresen / der mein Neu Testament gemeistert hat / (Ich wil seinen Nahmen in meinen Büchern nicht mehr nennen / So hat er auch nun seinen Richter / und ist sonst wohl bekant) der bekennet / daß mein Deutsch süsse und gut sey / Und sahe wohl / daß ers nicht besser machen kunte / Und wolt es doch zu schanden machen / Fuhr zu / und nahm für sich mein Neu Testament / fast von Wort zu Wort / wie ichs gemacht habe / und thät meine Vorrede / Glossa und Nahmen davon / Schreib seinen Nahmen / Vorrede und Glossa dazu / ver-

Sudler zu Dresen / Emser / etc.

verkaufft also mein Neu Testament unter seinem Nahmen. Wanne lieben Kinder/ wie geschach mir da so wehe/da sein Landsfürst mit einer greulichen Vorrede verdamt/ und verboth des Luthers Neu Testament zu lesen/ Doch darneben geboth/ des Sudlers Neu Testament zu lesen/ welches doch eben dasselbige ist/das der Luther gemacht hat. H. G. zu Sachsen/ in 4. Tom. Fol. 572. editione 2. 642.

Und daß nicht iemand hie dencke/ich lüge/so nimm beyde Testament für dich/ des Luthers und des Sudlers/ halt sie gegeneinander/So wirstu sehen/ wer in allen beyden der Dolmetscher sey/ Denn was er in wenig örtern geflickt und geendert (wiewohl mirs nicht alles gefället) So kan ichs doch wohl leiden/und schadet mir sonderlich nichts/so viel es den Text betrifft/ Darumb ich auch nie darwider habe wollen schreiben/ Sondern habe der grossen Weisheit müssen lachen/ Daß man mein neu Testament so greulich gelästert/ verdampt/ verboten hat/ Weil es unter meinem Namen ist ausgangen/ Aber doch müssen lesen/ weil es unter eines andern Nahmen ist außgangen. Wiewohl/was das für ein Tugend sey/einen andern sein Buch lästern und schänden/ darnach dasselbige stelen und unter eigenem Namen dennoch aus lassen gehen/ und also durch frembde verlästerte Arbeit/ eigen Lob und Namen suchen/ Das laß ich seinen Richter finden. Mir ist in des gnung/ und bin froh/ Das meine Arbeit (wie S. Paulus ruhmet) muß auch durch meine Feinde befördert/ Und des Luthers Buch/ ohn Luthers Namen/ unter seiner Feinde Namen/gelesen werden/ Wie künt ich mich baß rechen?. Wie im vierdten Theil zu sehen ist/ Folio 272. Edition 2. 542.

Und daß ich wieder zur Sachen komme/Wenn euer Papist sich viel unnütz machen wil mit Wort (Sola, Allein) So sagt ihm flugs also/ Doctor Martinus Luther wils also haben/ und spricht/ Papist und Esel sey ein Ding/Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Denn wir wollen nicht der Papisten Schüler noch Jünger/Sondern ihre Meister und Richter seyn/ Wollen auch einmahl stoltziren und pochen mit den Eselsköpffen/ Und wie Paulus wider seine tollen Heiligen sich rühmet/ So wil ich mich auch wider diese meine Esel rühmen/ Sie sind Doctores? Ich auch/ Sie sind Theologi? Ich auch? Sie sind Disputatores? Ich auch/ Sie sind Dialectici? Ich auch/ Sie sind Legenten? Ich auch/ Sie schreiben Bücher? Ich auch.

Und wil weiter rühmen/ Ich kan Psalmen und Propheten auslegen/ das können sie nicht. Ich kan dolmetschen/ das können sie nicht. Ich kan die heilige Schrifft lesen/das können/sie nicht. Ich kan bitten/das könen sie nicht. Und das ich herunter kome/ Ich kan ihr eigen Dialectica und Philosophia bas/ denn sie selbst allesampt. Und weis darzu fürwar/ Das ihr keiner ihren Aristotelem verstehet. Und ist einer unter ihnen allen/

len / der ein Procœmium oder Capitel in Aristotele recht verstehet / so wil ich mich lassen prellen. Ich rede jtzt nicht zu viel / denn ich bin durch ihre Kunst alle erzogen und erfahren von Jugend auff / weiß fast wol wie tieff und weit sie ist. So wissen sie auch wol / das ich alles weiß und kan / was sie können / Noch handelen die heillosen Leute gegen mir / Als wäre ich ein Gast in ihrer Kunst / Der allererst heut morgen kömmen wäre / und noch nie weder gesehen noch gehöret hette / was sie lehren oder können / So gar herrlich prangen sie herein mit ihrer Kunst / Und lehren mich / was ich vor zwantzig Jahren an den Schuhen zurissen habe / Das ich auch mit jener Metzen auff all ihr plerren und schreyen singen muß.

Ich habs vor sieben Jahren gewust / daß Huffnägel Eisen sind.

Das sey auff euer erste Frage geantwortet / und bitte euch / wollet solchen Eseln ja nicht anders noch mehr antworten / auff ihr unnütze Geplerre / vom Wort Sola, denn also viel / Luther wil es also haben / und Spricht / Er sey ein Doctor über alle Doctor im gantzen Bapstthum / da sol es bey bleiben / Ich wil sie hinfurt schlecht verachten / und veracht haben / so lange sie solche Leute (ich wolt sagen) Esel sind / Denn es sind solche unverschämte Tropffen unter ihnen / die auch ihr eigen / der Sophisten Kunst / nie gelernet haben / wie Doctor Schmid / und Docter Rotzlöffel / und ihres gleichen / Und legen sich gleichwohl wider mich / in dieser Sachen / die nicht allein über die Sophisterey / Sondern auch (wie S. Paulus sagt) über alle Welt Weisheit und Vernunfft ist. Zwar es dürfft ein Esel nicht viel singen / man kennet ihn sonst wohl bey den Ohren.

Sola. — Doct. Schmid. D. Rotzlöffel.

EUch aber und den unsern wil ich anzeigen / Warumb ich das Wort (Sola) hab wollen brauchen / Wiewohl Rom. 3. nicht Sola, Sondern solum oder tantum von mir gebraucht ist / Also fein sehen die Esel meinen Text an / Aber doch habe ich sonst anderswo / Sola fide, gebraucht / Und wil auch beyde Solum und Sola haben. Ich hab mich des geflissen im Dolmetschen / Daß ich rein und klar Deutsch geben möchte. Und ist uns wohl offt begegnet / daß wir 14. Tage / drey / vier Wochen / haben ein einiges Wort gesucht und gefragt / habens dennoch zu weilen nicht funden.

Sola-Sola.

Im Hiob arbeiten wir also / M. Philips / Aurogallus und ich / das wir in vier Tagen zu weilen kaum drey Zeilen kundten fertigen. Lieber / nun es verdeutschet und bereit ist / kans ein jeder lesen / und meistern / Läufft einer jetzt mit den Augen / durch drey oder vier Blätter / und stösset nicht einmahl an / wird aber nicht gewar / welche Wacken und Klötze da gelegen

Hiob in Deutsche Sprach zu bringē / hat viel Mühe und Arbeit gekostet.

gen sind/da er jetzt überhin gehet/wie über ein gehöffelt Bret/da wir haben must schwitzen/uñ uns ängsten/ehe denn wir solche Wacken uñ Klötze aus dem Wege räumeten/ Auff daß man künte so fein daher gehen. Es ist gut pflügen/ Wenn der Acker gereiniget ist. Aber den Wald und die Stöcke außrotten/und den Acker zurichten/da wil niemand an/Es ist bey der Welt kein Danck zuverdienen / Kan doch Gott selbst mit der Sonnen/ ja mit Himmel und Erden/ noch mit seines eigen Sohns Tod/ keinen Danck verdienen/Sie sey und bleibe Welt in des Teuffels Namen/ weil sie ja nicht anders wil.

Also habe ich hie Rom. 3. fast wohl gewust/ Das im Lateinischen und Griechischen Text/ (Solum) nicht stehet/ und hetten mich solches die Papisten nicht dürffen lehren. War ists/Diese vier Buchstaben Sola stehen nicht drinnen/ Welche Buchstaben die Eselsköpff ansehen/wie die Kühe ein neu Thor. Sehen aber nicht / Das gleichwohl die Meinung des Texts in sich hat/und wo mans wil klar und gewaltiglich verdeutschen/ So gehörets hinein/Denn ich habe Deutsch/nicht Lateinisch noch Griechisch reden wollen / Da ich Deutsch zu reden im Dolmetschen fürgenommen hatte. Das ist aber die Art unser Deutschen Sprache / wenn sich ein Rede begiebt/von zweyen Dingen/ der man eines bekennet/und das ander verneinet/So brauchet man des Worts Solum(allein)neben dem Wort(nicht oder kein)Als wenn man sagt/Der Bauer bringet allein Korn/und kein Geld. Item/ich hab warlich jetzt nicht Geld/ sondern allein Korn/Ich habe allein gessen/und noch nicht getruncken/Hastu allein geschrieben und nicht überlesen? Und dergleichen unzehlige Weise in täglichem Brauch.

Rom. 3.

Art Deutscher Sprach.

In diesen Reden allen / ob es gleich die Lateinische oder Griechische Sprache nicht thut / so thuts doch die Deutsche/ und ist ihr Art / daß sie das Wort(Allein)hinzu setzet/Auff daß das Wort(nicht oder kein)desto völliger und deutlicher sey / Denn wiewohl ich auch sage/Der Bauer bringet Korn und kein Geld/So laut doch das Wort(kein Geld)nicht so völlig und deutlich / als wenn ich sage/ Der Bauer bringet allein Korn und kein Geld/Und hilfft hie das Wort(allein)dem Wort(kein)so viel/ daß es ein völlige Deutsche klare Rede wird. Denn man muß nicht die Buchstaben in der Lateinischen Sprachen fragen/wie man sol Deutsch reden/wie die Esel thun / Sondern man muß die Mutter im Hause/die Kinder auff der Gassen/den gemeinen Mann auff dem Marckt darumb fragen/und denselbigen auff das Maul sehen/wie sie reden/ und darnach dolmetschen/ so verstehen sie es denn/und mercken/daß man Deutsch mit ihnen redet.

Recht Deutsch reden.

Ex abundantia cordis os loqvitur.

ALs wenn Christus spricht/ Ex abundantia cordis os loqvitur, Weñ ich den Eseln sol folgen/ die werden mir die Buchstabē fürlegen/ und also dolmetschen/ Aus dem Vberfluß des Hertzen redet der Mund. Sage mir/ Ist das Deutsch geredt? Welcher Deutscher verstehet solches? Was ist Vberfluß des Hertzen für ein Ding? Das kan kein Deutscher sagen / Er wolte denn sagen / Es sey daß einer allzu ein groß Hertz habe/ oder zu viel Hertzen habe/ Wiewohl das auch noch nicht recht ist / Denn überfluß des Hertzen ist kein Deutsch/ So wenig als das Deutsch ist/ Vberfluß des Hauses / Vberfluß des Kachelofens / Vberfluß der Banck/ Sondern also redet die Mutter im Hause und der gemein Mañ/ Wes das Hertz voll ist/ des gehet der Mund über/ Das heisset gut Deutsch geredt/ Des ich mich geflissen/ und leider nicht allewege erreicht noch getroffen habe/ Denn die Lateinischen Buchstaben hindern aus dermassen sehr gut Deutsch zu reden.

Ut qvid perditio hæc?

Also wenn der Verräther Judas sagt / Matth. 26. Ut qvid perditio hæc? Und Marci 14. Ut qvid perditio ista ungventi facta est? Folge ich den Eseln und Buchstabilisten/ So muß ichs also verdeutschen / Warumb ist diese Verlierung der Salben geschehen? Was ist aber das für Deutsch? Welcher Deutscher redet also/ Verlierung der Salben ist geschehen? Und wenn ers wohl verstehet/ so dencket er die Salbe sey verlohren/ und müsse sie etwa wieder suchen/ Wiewohl das auch noch tunckel und ungewiß lautet. Wenn nun das gut Deutsch ist/ warumb treten sie nicht herfür/ und machen uns ein solch fein/ hübsch neu Deutsch Testament/ und lassen des Luthers Testament liegen? Ich meine ja/ sie solten ihre Kunst an den Tag bringen/ Aber der Deutsche Mann redet also/ Ut qvid, &c. Was sol doch dieser Unrath? oder was sol doch solcher Schade? Item/ Es ist Schade ümb die Salbe. Das ist gut Deutsch / daraus man verstehet/ das Magdalena mit der verschütten Salben sey unrähtlich ümbgangen/ und habe Schaden gethan/ das war Judas Meynung/ Denn er gedacht bessern Rath damit zuschaffen.

Was sol solcher Unrath.

Avé Maria gratia plena.

Item / da der Engel Mariam grüsset/ und spricht / Gegrüsset seystu Maria/ voll Gnaden/ Der Herr mit dir. Wolan/ so ists bißher schlecht den Lateinischen Buchstaben nach verdeutscht/ Sage mir aber/ Ob solches auch gut Deutsch sey? Wo redet der Deutsche Mann also/ Du bist voll Gnaden? Und welcher Deutscher verstehet/ was gesagt sey/ voll Gnaden? Er muß dencken an ein Faß voll Bier/ oder Beutel voll Geldes / Darumb habe ichs verdeutscht/ Du Holdselige/ Damit doch ein Deutscher desto mehr hinzu kan dencken / Was der Engel meynet mit seinem Gruß. Aber hie wollen die Papisten toll werden über mich / daß ich den

Engel

Engelischen Gruß verderbet habe / Wiewohl ich dennoch darmit nicht das beste Deutsch habe troffen. Vnd hätte ich das beste Deutsch hie sollen nehmen / und den Gruß also verdeutschen / Gott grüsse dich du liebe Maria (denn so wil der Engel sagen / Vnd so würde er geredt haben / wenn er hätte wollen sie Deutsch grüssen) Ich halt sie solten sich wohl selbst erhenckt haben / für grosser Andacht zu der lieben Maria / daß sie den Gruß so zu nicht gemacht hätte. Gott grüsse dich du liebe Maria.

Aber war frage ich darnach / sie toben oder rasen? Ich wil nicht wehren / Daß sie verdeutschen was sie wollen / Ich wil aber auch verdeutschen / nicht wie sie wollen / Sondern wie ich wil / wer es nicht haben wil / der laß mirs stehn / und halt seine Meisterschafft bey sich / denn ich wil ihr weder sehen noch hören / sie dürffen für mein Dolmetschē nicht Antwort geben / noch Rechenschafft thun / das hörestu wohl / Ich wil sagen / Du holdselige Maria / du liebe Maria / und lasse sie sagen / Du voll Gnaden Maria. Wer deutschen kan / der weiß wohl / welch ein Hertzlich fein Wort das ist / die liebe Maria / der liebe Gott / der liebe Käyser / der liebe Fürst / der liebe Mann / das liebe Kind. Vnd ich weiß nicht / ob man das Wort Liebe / auch so hertzlich und gnungsam in Lateinischer oder andern Sprachen reden müge / das also dringe und klinge in das Hertz / durch alle Sinne / wie es thut in unser Sprache. Die liebe Maria.

Denn ich halte / S. Lucas / als ein Meister in Ebreischer und Griechischer Sprache / habe das Ebreische Wort / So der Engel gebrauchet / wollen mit den Griechischen / Kecharitomeni, treffen / und deutlich geben. Und dencke mir / der Engel Gabriel habe mit Maria geredt / wie er mit Daniel redet / und nennet ihn / Hamudoth und Isch Hamudoth, vir desideriorum, das ist / Du lieber Daniel / Denn das ist Gabriels Weise zu reden / Wie wir im Daniel sehen. Wenn ich nun den Buchstaben nach / aus der Eselkunst / solt des Engels Wort verdeutschen / Müste ich also sagen / Daniel du Mann der Begierungen / oder Daniel du Mann der Lüste / O das wäre schön Deutsch / Ein Deutscher höret wohl / das Mann / Lüste / oder Begierunge / Deutsche Wort sind / Wiewohl es nicht eitel reine Deutsche Wort sind. Sondern Lust und Begier / wären wohl besser. Aber wenn sie zusammen gefasset werden / Du Mann der Begierungen / So weiß kein Deutscher / was gesagt ist / Dencket / das Daniel vielleicht voll böser Lüste stecke / das hiesse denn fein dolmetschen. S. Lucas. *Vir desideriorum.* Mann der Begierung. *Dan. 10.*

Darumb muß ich hie die Bubstaben fahren lassen / Vnd forschen / wie der Deutsche Mann solches redet / Welchs der Ebreische Mann Isch Hamudoth redet / So finde ich / daß der Deutsche Mann also spricht / Du lieber Daniel / du liebe Maria / oder / du holdselige Magd / niedliche Jungfrau / *Isch Hamudoth.* Du lieber Daniel.

Wer dolmetschen wil/ muß grossen Vorrath von Worten habe.

frau/du zartes Weib/und dergleichen/Denn wer dolmetschen wil/muß grossen Vorrath haben/ daß er die Wahl könne haben/wo eins an allen Orten nicht lauten wil.

Was dolmetschen für Kunst sey.

Vnd was sol ich viel und lang sagen von Dolmetschen? Solt ich aller meiner Wort Ursachen und Gedancken anzeigen/ich müste wohl ein Jahr dran zu schreiben haben. Was doltmetschen vor Kunst/ Mühe und Arbeit sey/Das habe ich wohl erfahren/Darumb wil ich keinen Bapstesel/ noch Maulesel/die nichts versucht haben hierin zum Richter oder Tadeler leiden. Wer mein dolmetschen nicht wil/der laß es anstehen/der Teufel danck ihm / Wers ungerne hat oder ohn mein Willen und Wissen meistert / Sols gemeistert werden/ so wil ichs selber thun/wo ichs selber nicht thue / da lasse man mir mein dolmetschen mit frieden / und mache ein jeglicher was er wil/ für sich selbst/ und habe ihm ein gut Jahr.

Treue und Fleiß D. M. L. im dolmetschen.

Das kan ich mit guten Gewissen zeugen/ daß ich meine höchste Treue und Fleiß drinnen erzeigt / und nie kein falsche Gedancken gehabt habe / Denn ich habe keinen Heller dafür genommen noch gesucht/noch damit gewonnen/ So habe ich meine Ehre drinnen nicht gemeinet / das weis Gott mein Herr/Sondern habs zu Dienst gethan den lieben Christen/und zu Ehren einem/ der droben sitzt/ Der mir alle Stunde so viel guts thut/das/ wenn ich tausend mahl so viel und fleissig dolmetschet/Dennoch nicht eine Stunde verdienet hätte zu leben/oder ein gesund Auge zu haben/Es ist alles seiner Gnaden und Barmhertzigkeit/was ich bin und habe/ Ja es ist seines theuree Bluts und sauren Schweisses/Darumb sols auch (ob Gott wil) alles ihm zu Ehren dienen/mit Freuden und von Hertzen. Lästern mich die Sudler und Bapstesel/ Wohlan/So loben mich Christen/sampt ihrem Herrn Christo/und bin allzureichlich belohnet/ wo mich nur ein einiger Christ für einen treuen Arbeiter erkennet. Ich frage nach Babstesein nichts/Sie sind nicht werth/ daß sie meine Arbeit sollen erkennen / Vnd solt mir im Grund meines Hertzen leid seyn/daß sie mich lobeten/ Ihr lästern ist mein höchster Ruhm und Ehre / Ich will doch ein Docter / ja auch ein außbündiger Doctor seyn / Vnd sie sollen mir den Namen nicht nehmen/biß an den Jüngsten Tag/das weiß ich fürwar.

Sudler Papstesel.

Wie gefället euch das/ ihr Papstesel.

Doch habe ich wiederumb / nicht allzu frey die Buchstaben lassen fahren/Sondern mit grossen Sorgen/sampt meinen Gehülf-

fe

sen darauff gesehen/das/wo etwa an einem Wort gelegen ist/habe ich es nach den Buchstaben behalten/und bin nicht so frey darvon gangen/Als Johan. 6. da Christus spricht/ Diesen hat Gott der Vater versiegelt/da were wohl besser Deutsch gewest/ Diesen hat Gott der Vater gezeichnet/ Oder diesen meinet Gott der Vater / Aber ich habe ehe wollen der Deutschen Sprache abbrechen/denn von dem Wort weichen. Ach es ist Dolmetschen ja nicht eines jeglichen Kunst/ wie die tollen Heiligen meinen/ Es gehöret darzu ein recht/from/ treu/ fleißig/ furchtsam/ Christlich/ gelehret/ erfahren / geübt Hertz / Darumb hat ich / Das kein falscher Christ noch Rottengeist/treulich dolmetschen könne/ wie das wohl scheinet/in den Propheten zu Worms verdeutscht/dariñ doch warlich grosser Fleiß geschehen / und meinem Deutschen fast nachgangen ist / Aber es Es sind Jüden darbey gewest/die Christo nicht grosse Hulde erzeiget haben/ sonst were Kunst und Fleiß genug da.

Diesen hat Gott der Vater versiegelt.

Was zum dolmetschen gehöre.

Propheten zu Worms verdeutscht.

DAs sey vom Dolmetschen und Art der Sprachen gesagt/ Aber nu hab ich nicht allein der Sprachen Art vertrauet und gefolget/ Das ich Rom. 3. Solum (Allein) habe hinzu gesetzt/ sondern der Text und die Meynung S. Pauli foddern und erzwingens mit Gewalt/ Deñ er handelt ja daselbst das Häuptstück Christlicher Lehre/ Nemlich/ Daß wir durch den Glauben an Christum / ohn alle Werck des Gesetzes / gerecht werden / Und schneit alle Werck so rein abe/ Daß er auch spricht/ des Gesetzes (das doch Gottes Gesetz und Wort ist) Werck nicht helffen zur Gerechtigkeit.

Häuptstück Christlicher Lehre.

Und setzt zum Exempel Abraham / Daß derselbige sey so gar ohn Werck gerecht worden/daß auch das höheste Werck/ das dazumal neu geboten ward von Gott/für und über allen andern Gesetzen und Wercken / Nemlich/ die Beschneidung ihm nicht geholffen habe zur Gerechtigkeit/Sondern sey ohn die Beschneidung/ und ohn alle Werck gerecht worden/durch den Glauben/wie er spricht/Rom. 4. Ist Abraham durch die Werck gerecht worden/so mag er sich rühmen/Aber nicht für GOtt. Wo man aber alle Werck so rein abschneit / Da muß ja die Meynung seyn / daß allein der Glaube gerecht mache / Und wer deutlich und dürre von solchem Abschneiden der Werck reden wil / der muß sagen / Allein der Glaube / Und nicht die Werck machen uns gerecht / das zwinget die Sache selbst/neben der Sprachen Art.

Abraham hat die Beschneidung nicht geholffen zur Gerechtigkeit.

Allein der Glaub machet selig.

Ja

Ja sprechen sie / Es laut ärgerlich / und die Leute lernen draus verstehen / daß sie keine gute Werck thun dürffen Lieber / was sol man sagen / ists nicht viel ärgerlicher / das S. Palus selbst nicht sagt / Allein der Glaube / Sondern schüttets wohl gröber heraus / und stösset dem Faß den Boden aus / und spricht / Ohn des Gesetzes Werck? Vnd Galat. 2. Nicht durch die Werck des Gesetzes / und das vielmehr an andern Orten. Denn das Wort (allein der Glaube) möcht noch eine Glose finden / Aber das Wort (ohne Werck des Gesetzes) ist so grob / ärgerlich / daß man mit keiner Glose helffen kan / Wie vielmehr möchten hieraus die Leute lernen kein gut Werck thun / da sie hören mit so dürren starcken Worten / von den Wercken selbst predigen (Kein Werck / ohn Werck / nicht durch Werck) Ist nu das nicht ärgerlich / daß man (ohn Werck / kein Werck / nicht durch Werck) predigt / Was solts denn ärgerlich seyn / so man dis (allein der Glaube) predigt.

Gal. 2.

S. Paulus verwirfft des Gesetzes Werck.

Rom. 3.

Vnd das noch ärgerlicher ist / S. Paulus verwirfft nicht schlechte gemeine Werck / Sondern das Gesetz selbst. Daraus möchte wohl jemand sich noch mehr ärgern / und sagen / Das Gesetz sey verdampt und verflucht für Gott / und man solle eitel böses thun / wie die thäten Rom. 3. Last uns böses thun / auff dz es gut werde / Wie auch ein Rottengeist zu unser Zeit anfieng / Solt man ümb solcher Ergernis willen S. Paulus Wort verleugnen / Oder nicht frisch und frey vom Glauben reden.

Warum wir so starck lehren wider die Werck / und treiben allein auff den Glauben.

Lieber / eben S. Paulus und wir / wollen solch Ergernis haben / und lehren ümb keiner andern Vrsach willen so starck wider die Werck / und treiben allein auff den Glauben / denn daß die Leute sich sollen ärgern / stossen und fallen / Damit sie mögen lernen und wissen / daß sie durch ihre gute Werck nicht fromm werden / Sondern allein durch Christus Tod und Aufferstehen. Können sie nu durch gute Werck des Gesetzes nicht fromm werden / Wie viel weniger werden sie fromm werden durch böse Werck / und ohn Gesetz? Darumb folget es nicht / gute Werck helffen nicht / Darumb helffen böse Werck / Gleich

Gleich als nicht fein folget / Die Sonne kan den Blinden nicht helffen daß er sehe / darumb muß ihm die Nacht und Finsternis helffen / daß er sehe.

Mich wundert aber / daß man sich in dieser öffentlichen Sachen so mag sperren. Sage mir doch / ob Christus Tod und Aufferstehen unser Werck sey / das wir thun / oder nicht? Es ist ja nicht unser Werck / noch einiges Gesetzes Werck. Nun macht uns ja allein Christus Tod und Aufferstehen frey von Sünden und fromm / wie Paulus sagt / Rom. 4. Er ist gestorben ümb unser Sünde willen / und aufferstanden ümb unser Gerechtigkeit willen. Weiter sage mir / welches ist das Werck / damit wir Christus Tod und Aufferstehen fassen und halten? Es muß ja kein eusserlich Werck / Sondern allein der einige Glaube im Hertzen seyn / Derselbige allein / ja gar allein / ohn alle Werck / fasset solchen Tod und Aufferstehen / wo es gepredigt wird durchs Evangelium.

Christus Tod und Aufferstehen.

Was ists denn nun / daß man so tobet und wütet / ketzert und brennet / so die Sache im Grunde selbst klärlich da ligt und beweiset / Das allein der Glaube / Christus Todt und Aufferstehen fasse ohn alle Werck / Und derselbige Todt und Aufferstehen / sey unser Leben und Gerechtigkeit. So es denn an ihm selbsts öffentlich also ist / Daß allein der Glaube / uns solch Leben und Gerechtigkeit bringet / fasset und giebet / Warumb sol man denn auch nicht also reden? Es ist nicht Ketzerey / Daß der Glaube allein Christum fasset und das Leben giebt / Aber Ketzerey muß es seyn / Wer solches saget oder redet / Sind sie nicht toll / töricht und unsinnig? Die Sachen bekennen sie für recht / und straffen doch die Rede von derselbigen Sache für unrecht / Einerley zugleich / muß beyde recht unrecht seyn.

Allein der Glaube fasset Christum.

AUch bin ichs nicht allein / noch der erste / der da sagt / Allein der Glaube macht gerecht / Es hats für mir Ambrosius / Augustinus / und viel andere gesagt / Und wer S. Paulum lesen und verstehen sol / der muß wol so sagen /

und kan nicht anders / seine Wort sind so starck / und leiden kein / ja gar kein Werck. Ists kein Werck / so muß der Glaube allein seyn. O wie solt es gar eine feine / besserliche / unärgerliche Lehre seyn / Wenn die Leute lerneten / daß sie neben dem Glauben / auch durch Werck from möchten werden / das wer so viel gesagt / daß nicht allein Christus Todt unser Sünde wegnehme / Sondern unser Werck thäten auch etwas darzu / das hiesse Christus Todt fein geehret / daß unser Werck ihm hülffen / und kündten das auch thun / das er thut / Auff daß wir ihm gleich gut und starck wären. Es ist der Teuffel / der das Blut Christi nicht kan ungeschändet lassen.

Weil nun die Sache im Grund selbst foddert / Daß man sage / Allein der Glaube macht gerecht / und unser Deutschen Sprachen Art / die solches auch lehret also außzusprechen. Habe darzu der H. Väter Exempel / und zwinget auch die Fahr der Leute / daß sie nicht an den Wercken hangen bleiben / und des Glaubens fehlen / und Christum verlieren / Sonderlich zu dieser Zeit / da sie so lang her der Werck gewohnet / und mit Macht davon zu reissen sind / So ist es nicht allein recht / sondern auch von nöthen / daß man auffs aller deutlichste und völligst heraus sage / Allein der Glaube ohn Werck macht fromb. Und rewet mich / daß ich nicht auch darzu gesetzt habe / alle und aller / Also / ohn alle Werck aller Gesetz / daß es voll und rundt herauß gesprochen wäre. Darumb sols in meinem Neuen Testament bleiben / und solten alle Papstesel toll und thöricht werden / so sollen sie mirs nicht erauß bringen. Das sey jetzt davon gnug / Weiter wil ich (so Gott Gnade giebt) davon reden im Büchlein / de justificatione.

Allein der Glaube ohn Werck macht fromb.

INDEX

Index Primus ſuper Præcepta obſervanda interpreti Sacrarum Scripturarum.

Qvotnam præcepta interpreti auctor præſcribat. Pag. 19.
De primo præcepto. pag. 19.
De ſecundo præcepto. pag. 48.

Index ſecundus ſeu Catalogus Oraculorum ſacrorum, qvibus duo præcepta illuſtrantur.

I.

Act. 13. v. 48. Crediderunt, qvotqvot erant præordinati ad vitam æternam. p. 104.

II.

2. Theſſal. 3. v. 2. Non omnium eſt fides. pag. 115.

III.

Judæ v. 4. Subintroierunt qvidam homines, qvi olim præſcripti ſunt ad hoc judicium, impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam. p. 117.

IV.

1. Pet. 2. v. 8. Iis, qvi offendunt verbo, nec credunt, in qvo & poſiti ſunt. p. 119.

V.

2. Timoth. 2. v. 23. Ne qvando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem. p. 123.

VI.

2. Timoth. 2. v. 19. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, Cognovit Dominus, qvi ſunt ejus, & diſcedat ab iniqvitate omnis, qvi invocat nomen Domini. p. 126.

VII.

1. Joh. 5. v. 16. Qvi ſcit fratrem ſuum peccare peccatum, non ad mortem, petat: & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Et peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget qvis. p. 127.

IIX.

Matth. 12. v. 31. & 32: Ideo dico vobis: omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blaſphemia non remittetur.
Et qvicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qvi autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. p. 132.

IX.

Hebr. 6. v. 4. 5. 6. Impoſſibile enim eſt eos, qvi ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti.

Gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt.
Rursus renovari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. pag. 141.

X.

Matth. 11. v. 25. In illo tempore respondens Jesu dixit: Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, qvia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. Ita Pater, qvia sic fuit placitum ante te. p. 148.

XI.

1. Corinth. 1. v. 26. & 27: Videte vocationem vestram, fratres, qvia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.
Sed qvæ stulta sunt mundi elegit Deus. p. 150.

XII.

Matth. 11. v. 21. seqq. Væ tibi Corazim, væ tibi Bethsaida, qvia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, qvæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Et tu Capernaum, numqvid usq; ad cœlum exaltaberis, usq; in infernum descendes, qvia si in Sodomis fuissent factæ virtutes, qvæ in te factæ sunt, mansissent usq; ad hodiernum diem.
Veruntamen dico vobis, qvia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, qvam tibi. p. 152.

XIII.

Matth. 13. v. 11, 12, 13. 14. 15. Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum.
Qvi enim habet, dabitur ei, & abundabit: qvi autem non habet, & qvod habet auferetur ab eo.
Ideo in Parabolis loqvor eis, qvia videntes non vident & audientes non audiunt, neq; intelligunt.
Ut adimpleatur in eis Prophetia Esaiæ dicentis: auditum audietis, & non inintelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.
Incrassatum enim est cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne qvando videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & non vertantur, & sanem eos &c. p. 198.

XIX.

Matth. 18. v. 7. Væ mundo a scandalis. Necesse est enim, ut veniant scandala: veruntamen væ homini illi, per qvem scandalum venit. p. 208.

XV.

1. Sam. 2. v. 25. Si peccaverit vir in virum, placari potest Deus; si autem in Dominum peccaverit vir, qvis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: qvia voluit Dominus occidere eos. p. 213.

XVI. 2. Sam.

XVI.

2.Sam.12.v.7,8,9,10,11, 12. Dixit autem Nathan ad David, tu es ille vir, qvi fecisti hanc rem: hæc dicit Dominus Deus Israel, ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul.
Et dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, dediq; domum Israel & Juda: Et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora.
Qvare ergo contemsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.
Qvam ob rem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum, eo qvod despexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua.
Itaq; hæc dicit Dominus, ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis, in oculis solis hujus.
Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis hujus. pag. 222.

XVII.

2.Sam.16.v.10.& 11. Et ait Rex: qvid mihi & vobis est filii Sarviæ? Dimittite eum, ut male dicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: Et qvis est, qvi audeat dicere, qvare sic fecerit?
Et ait Rex Abisai & universis servis suis: ecce filius meus, qvi egressus est de utero meo, qværit animam meam, qvanto magis hic filius Jemini maledicet mihi? dimittite eum, ut maledicat, juxta præceptum Domini. p. 240.

XIIX.

Ezech.14.v.9. Et Propheta cum erraverit & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi Prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel. p. 244.

XIX.

1.Reg.11.v.14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qvi erat in Edom. p. 249.

XX.

2.Paralip. 25.v.20. Noluit audire Amasias, eo qvod Domini esset voluntas, ut traderetur in manus hostium propter Deos Edom. p. 252.

XXI.

Joh.12.v 31. Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. p. 254.

XXII.

Jud.9.v.23. Misit Dominus Spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem; qvi cœperunt eum detestari. p. 256.

XXIII.

Dan.10. v. 13. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus, & ecce Michael unus de principibus primis venit in adjutorium meum, & ego remansi ibi juxta regem Persarum. p.259.

XXIV.

Exod. 4. v. 21. Ego indurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum. 264.

XXV.

Hoc ex incuria est in nova editione XXVI. *sed corrigatur.*

Deut.2.v.30. Noluit Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: qvia induraverat Dominus Deus tuus Spiritum ejus, & obfirmaverat cor illius, ita, ut traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. 301.

XXVI.

Jos. 11, v. 18, 19, 20. Multo tempore pugnavit Josua contra reges istos.
Non fuit civitas, qvæ se non traderet filiis Israel, præter Hevæum, qvi habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit.
Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent: & non mererentur ullam clementiam ac perirent, sicut præceperat Dominus Moisi. 307.

XXVII.

Rom. 9. v. 18. Qvem vult, indurat. 310.

XXIIX.

Exod.33.v.19. Miserebor cui voluero, & clemens ero, in qvem mihi placuerit 318.

XXIX.

2.Pet.3. v.14, 15, 16. Propter qvod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inviolati, ei inveniri in pace.
Et Domini nostri JesuChristi longanimitatem salutem arbitremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.
Sicut & in omnibus Epistolis, loqvens in eis de his, in qvibus sunt qvædam difficilia intellectu, qvæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 333.

XXX.

Rom. caput nonum totum. 341.

XXXI.

Esaia 63. v. 17. Qvare errare nos fecisti Domine, de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te. p. 385.

XXXII.

Johan. 17. v. 9. Non pro mundo rogo. 390.

XXXIII.

Luc. 19. v. 42. Qvia si cognovisses & tu & qvidem in hac die tua qvæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 398.

XXXIV. *Prov.*

XXXIV.

Prov.16.v.4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoq; ad diem malum. 399

XXXV.

Matth. 20. v. 16. Multi sunt vocati, pauci vero electi. 401

XXXVI.

Matth. 22. v. 14. Multi sunt vocati, pauci vero electi. 405.

XXXVII.

De libris vitæ. 407

XXXIIX.

Hebr. 5. v. 3. Qvi in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qvi posset illum salvum facere a morte, cum clamore valido lacbrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. 411

XXXIX.

Matth. 17. v. 20. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. 415

XL.

Joh.14.v.12.13.14. Amen, Amen dico vobis: qvi credit in me, opera, qvæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet, qvia ego ad Patrem vado:
Et quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.
Si qvid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 419

XLI.

1. Petr. 4. v. 15. Nemo autem vestrum patiatur, ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. 423

XLII.

Proverb. 25. v. 28. Scrutator majestatis opprimetur a gloria. 429

XLIII.

Prov.25.v.21.22. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da ei aqvam bibere: Prunas enim congregabis super caput ejus, & Dominus reddet tibi. 431

XLIV.

Proverb.30.v.18.19. Tria sunt difficilia mihi, & qvartum penitus ignoro.
Viam aqvilæ in cœlo, viam colubri super terram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentula. 435

XLV.

Proverb. 9. v. 17. Aqvæ furtivæ dulces. 437

XLVI.

Proverb.24.v.16. Septies enim in die cadet justus & resurget. 442

XLVII

Jerem.48.v.10. Maledictus qvi facit opus Domini fraudulenter. 449

XLIIX.

XLIIX.

Gen.24.v.57.58. Vis ne cum homine isto? Quæ ait, vadam. 452

XLIX.

Phil.3.v.19. Qvorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qvia terrena sapiunt. 455

L.

1.Reg.14.v.24. Sed & effœminati fuerunt in terra, feceruntq́, omnes abominationes gentium, qvas attrivit Dominus ante faciem filiorum Israel. 460

LI.

1 Reg.11.v.1.& 3. Rex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam qvoqve Pharaonis & Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas & Sidonias & Cethæas.

Et fuerunt ei uxores qvasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ. 475

LII.

Num.30,11. caput totum cum variis & distinctis versionibus. 475

LIII.

2.Reg.25.v.8. Venit Nebuzardan princeps exercitus servus regis Babylonis in Jerusalem. 490

LIV.

Ezech.34.v.16. Qvod perierat, reqviram, & qvod abjectum erat, reducam: & qvod confractum fuerat, alligabo: & qvod infirmum fuerat, consolidabo, & qvod pingue & forte, custodiam: Et pascam illos in judicio. 494

LV.

Gen.47.v.21. Subjecit eam Pharaoni, & cunctos populos ejus a novissimis terminis Ægypti usq́, ad extremos fines ejus. 497

LVI.

Esaiæ 1.v.6. A planta pedis usqve ad verticem non est in eo sanitas. 500

LVII.

Esa.64.v.6. Et facti sumus, ut immundi omnes nos, & qvasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. 505

LIIX.

Exod. 22.v.1, 2, 3, 4. Si qvis furatus fuerit bovem aut ovem & occiderit: qvinq́, boves pro uno bove restituet, & qvatuor oves pro una ove.

Si effringens fur domum, sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sangvinis.

Qvod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit, qvod pro furto reddat, ipse venundabitur.

Si inventum fuerit apud eum, qvod furatus est, vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis: duplum restituet. 508

LIX. *Psal.*

LIX.

Psal. 37. v. 26. Juvitr fui, etiam senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus qværens panem, 524

LX.

Daniel. 4. v. 24. Et peccata tua eleemosynis, & iniqvitates tuas misericordiis pauperum & simul

Prov. 16. v. 6. Misericordia & veritate redimitur iniqvitas. Luc. 11, 41. 526. *seq.*

LXI.

Luc. 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, qvoniam multum dilexit, 541

LXII.

1. Joh. 3 v. 14. Nos scimus, qvoniam translati sumus de morte in vitam, qvoniam diligimus fratres. 543

LXIII.

Matth. 5. v. 46. Si diligitis eos, qvi vos diligunt, qvam mercedem habebitis? 545

LXIV.

Rom. 13. v. 46. Nemini qvicqvam debeatis, nisi ut invicem diligatis, qvi enim diligit proximum, legem implevit.

Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis est dilectio. 547

LXV.

Matth. 19. v. 17. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, 550

LXVI.

Psal. 119 v. 37. Averte oculos, ne videant vanitatem, 551

LXVII.

Matth. 5. v. 28. Omnis, qvi viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. 552

LXIIX.

Zach. 8, 19. Veritatem tantum & pacem diligite. 554

LXIX.

1. Sam. 25, 29. Fasciculus viventium. 555

LXX.

Exod. 12. De esu agni Paschatos. 555

LXXI.

Jud. 11, 30. & seqq. De filia Jephtæ. 556

LXXII.

Exod. 4, 25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui. 560

LXXIII.

Psal. 139, 1. Domine probasti me, & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam. 561

LXXIV.
Psal. 110, 3. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex utero aute Luciferum genui te. 562
LXXV.
1. Cor. 3, 15. Ipse autem salvus erit, sic tamen qvasi per ignem. 563
LXXVI.
1. Cor. 11, 10. Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum propter angelos. 567
LXXVII.
2. Cor. 3, 5. Non qvod sufficientes simus cogitare aliqvid a nobis. 571
LXXIIX.
2. Cor. 12, 7. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qvi me colaphizet. 571
LXXIX.
2. Cor. 12, 16. Dolo vos cepi. 574
LXXX.
1. Cor. 15, 29. Qvid facient, qvi baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut & qvid baptizantur pro illis? 576
LXXXI.
1. Cor. 15, 50. Qvia caro & sangvis regnum Dei possidere non possunt. 580
LXXXII.
1. Cor. 5, 12. Qvid enim mihi de iis, qvi foris sunt, judicare. 580
LXXXIII.
2. Cor. 6, 1. Audet aliqvis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniqvos, & non apud sanctos. 581
LXXXIV.
1. Tim. 1, 9. Lex justo non est posita. 583
LXXXV.
Matth 27, 8. 10. Vos autem nolite vocari Rabbi. Nec vocemini magistri. 599
LXXXVI.
1. Tim. 4, 13 Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ. 592
LXXXVII.
Prov. 18, 17. Justus prius est accusator sui. 594
LXXXVIII.
Prov. 17, 21. Qvi invenit mulierem bonam, invenit bonum. 595
LXXXIX.
Psal. 118, 26. Constituite diem solennem in condensis usq; cornua altaris. 597
XC.
Job. 13, 15. Etiam si occiderit me, in ipsum sperabo. 599
XCI.
Josuæ 24, 2. 3. Trans fluvium habitaverunt Patres vestri ab initio; Thara pater Abraham & Nahor: servieruntq; diis alienis.

Tuli ergo Patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan: multiplicaviq; semen ejus, & dedi ei Isaac. &c. 600

XCII.

Malach.3,6. Ego enim Dominus, & non mutor. 603

XCIII.

Eccles.11,3. Et si cecider it lignum ad Austrum, in qvocunq; loco ceciderit, ibi erit.

XCIV. 604

Esa.14,12. Qvomodo cecidisti de cœlo Lucifer. 606

XCV.

Luc.10,18. Videbam Satanam, sicut fulgur, de cœlo cadentem. 609

XCVI.

Prov.17,13. Qvia reddit mala pro bonis, non recedat malum de domo ejus. 610

XCVII.

Joel.1,15. Ah, Ah, Ah, diei: qvia prope est dies Domini, & qvasi vastitas a potente veniet. 610

Gen.47,9. Dies peregrinationis vitæ meæ parvi & mali. 612

XCIIX.

Jer.4,6. & 5,1. Malum ego adduco ab Aqvilone. 614

XCIX.

Apoc.17,15. Aqvæ, qvas vidisti, ubi meretrix sedet: populi sunt & gentes & lingvæ.

C. 615

Deut.28,18. Maledictus fructus ventris tui. 616

CI.

Gen.26,8. Isaac jocans cum Rebecca uxore sua. 617

CII.

Malach.1,11. Et in loco incensum oblatum nomini meo meo. 618

CIII.

Levit.22,16. Qvi blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. 622

CIV.

Jac.5,16. Confitemini alterutrum peccata vestra. 631

CV.

Eccles.9,1. Cescit homo, utrum amore, an odio dignus sit. 633

CVI.

Coloss.1,24. Qvi nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, qvæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, qvod est Ecclesia. 635

CVII.

Matth.19,12. Sunt Eunuchi, qvi seipsos castraverunt propter regnũ cœlorum. 657

Hic obiter inspergitur de sacrificio Judæ ex 2.Macc.12,43. 659

CIIX.

Psal.119,11. Omnis homo mendax. 663

CIX.
Jud.9,13. Vinum meum, qvod lætificat Deum & homines. 664
CX.
2,Sam.14,25.26. Sicut Absolom, vir non erat pulcher, in omni Israel, & decorus nimis: a vestigio pedis, usq; ad verticem non erat in eo ulla macula.
Et qvando tondebat capillum, (semel autem in anno tondebatur, qvia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillus capitis sui ducentis siclis pondere publico. 665
CXI.
Gen.17,14. Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, qvia pactum meum irritum fecit. 666
CXII.
Phil.1,18. Qvid enim? dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur: & in hoc gaudebo. 668
CXIII.
1.Cor.15,24. Cum tradiderit Christus regnum Patri. 670
Hinc inseritur tractatio ex Matth.21. Marc.11. Luc.19. Joh.12. de Christo ineqvitante in urbem Hierosolymam. 675
CXIV.
Matth.24,29.30.31. Marc.13,24.25.26.27. Luc.21,25.26.27. de signis ultimi diei. 688
CXV.
Matth.11,5. Pauperes evangelizantur. 696
CXVI.
De loco Nativitatis Christi. 713
CXVII.
De tentationibus Christi seu primo cum Diabolo certamine Matth.4,1. Marc.1,12. Luc.4,1. 716
CXVIII.
De novo & postremo acerrimo certamine Christi cum Diabolis. 723
CXIX.
De fragmentis residuis post aliqvot mille homines paucis panibus saturatos Matthæi 14,20. Marc.6,43. Luc.9,17. Joh.6,13. 735
CXX.
Joh.8,51. Amen, Amen dico vobis, si qvis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. 744
CXXI.
De Vetere Pentecoste Exod.32,34.&c. Deut.9. 745
CXXII.
De Pentecoste nova Actor.2. 757
CXXIII.
De homine descendente in Hiericho. 763

CXXIV.

De abominatione desolationis, Matth. 24. p. 765

CXXV.

1. Reg. 8, 27. Cœli cœlorum te capere non possunt. 780

CXXVI.

1. Sam. 8, 11. Et dixit, hæc erit lex regis, qvi imperaturus est vobis, filios vestros tollet, &c. 810

CXXVII.

2. Reg. 17, 5. 6. Ascendit Rex Assyriorum in universam terram, ascendit & in Samariam, atq; obsedit eam tribus annis, Anno autem nono Hosea cepit Rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israelem in Assyriam &c. 824

CXXVIII.

2. Sam. 6. v. 23. Ipsi Michol, filia Saulis, non fuit natus usq; in diem, qvo mortua est. 834

CXXIX.

Matth. 5, 22. Ego dico vobis, qvia omnis, qvi irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qvi autem dixerit fratri sua Raca, reus erit concilio: qvi autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. 837

CXXX.

Matth. 6, 31. Nolite ergo soliciti esse dicentes, qvid manducabimus? aut qvid bibemus? aut qvo operiemur? Hæc enim omnia gentes inqvirunt. 847

CXXXI.

Psal. 7, 10. Scrutans corda & renes Deus. 855

CXXXII.

Marci 14, 3. Venit mulier habens alabastrum ungventi nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput ejus. 861

CXXXIII.

Genes. 3, 19. Pulvis es, & in pulverem reverteris. 863

CXXXIV,

Gen. 5, 24 Enoch ambulavit cum Deo, postea esse desiit, qvia tulit eum Deus. 871

CXXXV.

Joh. 21, 25. Alia multa fecit Jesus, qvæ si scribantur, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qvi scribendi sunt, libros. 873

CXXXVI.

1. Sam. 24. De numeratione populi facta per Davidem. 879

CXXXVII.

Luc. 18, 14. Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo. 886

CXXXVIII.

Matth. 19, 24. Facilius est, camelum per foramen acus transire, qvam divitem intrare in regnum cœlorum. 890

CXXXIX.

Matth.27,24.Pilatus accepta aqva lavit manus. pag.894

CXL.

Matth.6,7.Orantes nolite multum loqvi, sicut faciunt Ethnici. 901

CXLI.

Exod.21.De servo marito egrediente,& relinqvente uxorem. 903

CXLII.

Jobi 23,12 In sinu meo abscondi verba oris ejus (Diligentius, qvam debui, servavi precepta.) 906

CXLIII.

Psal.86,2 Custodi animam meam, qvoniam sanctus sum. 909

CXLIV.

Mich.4,5. Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, anteqvam veniat dies Domini magnus & horribilis. 910

CXLV.

Esaia 53,7.Oblatus est, qvia voluit. 911

CXLVI.

Esaia 45,6.Rorate cœli desuper,& nubes pluant justum. 914

CXLVII.

Dan.6,17.Allatus est lapis unus, & positus est super os laci, qvem obsignavit rex annulo suo,& annulo optimatum suorum, ne qvid fieret contra Danielem. 915

CXLVIII.

1.Reg.22,38.Et laverunt habenas (wuschen ihn die Huren.) 918

CXLIX.

Genes.31,52.Deus Abraham,& Deus Nachor judicet inter nos. 921

CL.

Mich.7,9.Iram Domini portabo, qvoniam peccavi ei, donec caussam meam judicet. 923

CLI.

Genes.18,1.2. Apparuit ei Dominus, cumq; elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, qvos cum vidisset, adoravit in terram. 926

CLII.

Psal.15,5.Qvi non dedit pecuniam suam ad usuram. 932

(o)

TRETIUS INDEX ORACULORUM PRINCIPALIORUM,

Juxta ordinem

Librorum Biblicorum dispositorum.

CAP.	VERS.	ORAC.	FOL.
	Ex GENESEOS.		
3	19	33	863
17	14	111	666
18	1.3.	151	926
24	57.58.	48	451
26	8	101	617
31	53	149	921
47	9	97	612
	12	55	497
	Ex EXODI.		
4	21	24	264
12	11	70	555
12	2.3.&c.	141	903
22	1.2.3.4.	58	507
33	18	28	318.sq.
	Ex LEVITICI.		
24	16	103	621
	Ex NUMER.		
30	11	52	475
	Ex DEUTERON.		
1	30	25	301
28	18	100	616
	Ex JOSUÆ.		
11	28.19.20,	26	307
24	2	91	600
	Ex JUDICUM.		
9	13	109	664
	23	22	256
11	23.seq.	71	556
	Ex I. SAM.		
2	25	15	213
8	11	126	820
25	29	69	555
	Ex II. SAM.		
6	23	128	834
12	7.8.9.	16	228
14	25	110	665
16	10	17	240
24	1.seq.	136	879
	Ex I. REG.		
8	27	125	780
11	1.3.	51	463
	14	19	249
22	38	148	918
	Ex II. REG.		
17	5.6.	127	824
25	8	53	490
	Ex II. CHRON.		
25	20	20	252
	Ex JOBI.		
13	15	90	599
23	12	142	906
	Ex PSALM.		
7	10	131	855
15	5	152	932
37	25	59	524
110	9	74	562
116	11	108	661

PSAL.	VERS.	ORAC.	FOL.
118	26	89	597
119	37	66	551
139	1	63	560
	16	37	407
Ex PROVERB.			
9	17	45	437
16	6	526	50
	4	34	399
	13	96	610
18	17	87	594
18	22	88	595
24	16	46	442
25	21	43	431
	27	42	429
Ex ESAIÆ.			
1	16	56	500
14	12	94	606
45	60	146	916
53	7	145	911
63	17	31	385
64	6	57	506
Ex JEREMIÆ.			
4	6 }	98	614
5	15		
48	10	47	449
Ex EZECHIELIS.			
14	9	19	244
34	16	54	494
Ex DANIELIS.			
4	42	50	526
6	17	147	915
7	10	37	407
10	13	23	250

CAP.	VERS.	ORAC.	FOL.
Ex JEELIS.			
1	15	97	610
Ex MICHEÆ.			
7	9	150	923
Ex ZACHARIÆ.			
8	19	68	554
Ex MALACHIÆ.			
3	6	92	603
1	11	162	618
4	5	144	910
Ex II. MACCH.			
12	43		69
Ex ECCLESIASTICI.			
9	1	105	633
11	3	93	604
Ex MATTHÆI.			
4	1. seq.	117	716
5	22	129	837
	28	67	552
	46	63	545
6	7	140	901
	31. 32.	130	890
11	5. seq.	115	696
	21. seq.	12	152
	25	10	148
12	31. 32.	8	132
13	11.12.13.	13	198
14	20. seq.	119	735
17	20	39	415
18	7	14	208
19	12	107	657
	17	65	550
	24	138	890
20	16	35	401

21. 1. seq.

CAP.	VERS.	ORAC.	FOL.
21	1. ſeq.		675
22	14	36	405
23	8.10	85	589
24	29.30.ſeq.	114	688
27	24	138	890
	Ex MARCI.		
1	12	117	716
6	43.ſeq.	119	735
11	15		675
13	24	114	688
	Ex LUCÆ.		
4	1.ſeq.	117	716
9	17.ſeq.	119	735
7	47	62	541
10	30.ſeq.	123	763
	18	95	609
18	14	137	886
21	25.ſeq.	114	688
	Ex JOHANNIS.		
6	13		735
8	51	120	744
12	14		875
14	12 13.	40	419
17	9	33	390
21	25	135	763
	Ex ACTORUM.		
13	48	1	104
	Ex ROMAM.		
9.toto capite.		31	341
9	18	27	310
13	8.10.	64	458
	Ex I. CORINTH.		
1	26.27	11	156
3	15	75	563
5	12	82	580
6	1	83	581
11	10	76	56
15	24	113	670

CAP.	VERS.	ORAC.	FOL.
	29	80	576
	50	81	579
	Ex II. ad CORINTH.		
3	1	77	571
12	7	78	571
	16	79	574
	Ex Epiſt. ad PHILIP.		
1	18	112	668
3	19	49	455
	Ex Epiſt. ad COLOSS.		
1	24	10	635
	Ex II. ad THESS.		
3	2	2	115
	Ex I. ad TIMOTH.		
1	9	84	583
4	13	86	592
	Ex II. ad TIMOTH.		
2	25	5	126
	19	6	125
	Ex Epiſt. ad HEBR.		
5	7	38	411
6	4.5.6.	9	141
	Ex Epiſt JACOBI.		
5	16	104	631
	Ex I. PETRI.		
2	8	4	119
4	15	41	423
	Ex II. PETRI.		
3	14.ſeq.	29	333
	Ex I. JOHANN.		
3	14	61	545
5	16	7	127
	Ex JUDÆ.		
	4	3	117
	Ex APOCAL.		
17	15	99	615
20		37	408
21		37	408

QVARTUS INDEX DICTORUM
incidenter & breviter explicatorum.

Ex GENESEOS.

CAP.	VERS.	FOL.
2	8	20
8	7	21
9	19	778
13	1	22
15	17.18	353
19	6	26
	18	22
20	6	389
	16	23. in præfat.
	17	270
23	6	778
24	16	435
	17	270
	20	862
	32	23
25	6	472
	22.23	24
	30	270
26	12	738
27	33	24
31	20	70
	32	24
32	28	352.354
34	20	24
38	5	20
40	5	25
41	45	25
47	25	267
49	24.32	20
50	4.seq.	488

Ex EXODI.

CAP.	VERS.	FOL.
1	17	267
3	25	627
	19	271
5	16	31.58.59.60
	17	503
6	1.2.	624.647
7	10 11 12.	284
	16.22.13	285
8	6	285
	15 16	286
	17	287
9	7	188
	16	31. & 362
	a 13. ad finem.	288
10		292
12	37	742
14	48.17	293
16	19.20	268
20	5	251
21	15	516
22	25	937.940 941 (946
25		755
29	42.43	343
32	3	319
	10	272
	30.32	746
	32.33	410
34	28	764

Ex LEVIDICI.

CAP.	VERS.	FOL.
1	8	31
6	4	55
24	5	755
25	36	937.939.942

Ex

CAP.	VERS.	FOL.
	Ex NUMERORUM.	
14	34	235
15	30	668
21	23	271
22	13	271
36	6.7.seq.	27
	Ex DEUTER.	
1	36	787
2	28	270
6	20	32
9	18	746
13	12.13	519
15	6.8	32
17	8	510
21	18.seq.	516
23	13	5.19
	19.20.	938.943
24	10.11.13	940
29	19	71
30	1.seq.	204
31	6.8	269
	Ex JOSUÆ.	
2	13	267
5	13 14	308
9	15.20	268
	Ex JUDICUM.	
11	37	269
	Ex I. SAMUEL.	
14	36	266
27	9	267
	Ex II. SAM.	
6	23	834
8	2	267
12	1.6	509
15	12	70
16	11	272

CAP.	VERS.	FOL.
11	*compendiosa summa* 224. 225	
12		
13		
14		
15		
16		
17		
18		
19		
20		
24	1.seq.	228
	Ex I. REG.	
12	15	250
14	24	460
19	20	378
21		822
22	20	240
	Ex II. REG.	
6	8	680
11	15	270
17	18	832
25	9.seq.	492
	Ex I. CHRON.	
4	22	25
de 11. usq; ad finem cap. 21. summa		225
	Ex II. CHRON.	
2	6	780
2	17	880
6	18	780
13	3	880
18		241
25	5	880
	Ex ESDRÆ.	
1	15	833
	Ex ESTHRE.	
2	2.seq.	467

Ex JOBI.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
2	3	843
7	2	400
13	15	27
19	27	859
24	7	268
	12	271
27	18	740
42	7	908

Ex PSALM.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
1	1	778
6	9	778
17	1	778
20	2	778
22		193
26	2	818
37	25	537
40	8.9	912
41	2	537
68	23	25
69	29	410
71	11	269
81	13	388
105	14	272
110	4	25
112	5	539
118	8	890
119	31	269
127	12	818
132	15	26
138	3	412

Ex PROVERB.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
5	1.seq.	437
6		439
6	21.30.	513
7		440
14	1	73
16	6	538
20	4	428
2	4	740
24	16	26
25	27.28.	27

Ex ECCLESIASTÆ.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
5	15	272

Ex ESAIÆ.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
1		505
2	3	399
	20	372
2	20	778
6	10	201.203
10	22.24.25.	271
14	21	787
19		5.in præfat.
21	15	430
33	1	536
44	18	833
58	6	539
65	20	74
65	16	398
66	1	790

Ex JEREMIÆ.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
5	22	787
7	16	132
8	16	787
11	14	132
14	11	132
15	1	132
18	4.5.6	366
25	8.9.	791
36		504
49	14	389

Ex THREN.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
3	23	738
5	5	270

Ex EZECHIELIS.

CAP.	*VERS.*	*FOL.*
14	14.15	132

CAP.	VERS.	FOL.
18	2. seq.	251
	7	946
37	15	831
	Ex DANIELIS.	
2	2	503
4	5	25
1 2 3 4	*Summa*	917
	Ex HOSEÆ.	
6	6	890
11	8 9	68
13	12	399
	Ex AMOS.	
8	4. seq.	952
	Ex MICHEÆ.	
7	5	553
	Ex ZACHARIÆ.	
9	9	677
	Ex MALACH.	
4	1	612
	Ex BARUC.	
3	4	206
	Ex ECCLES.	
3	30. 31	518
15	*v. ult.*	185
29	15	538
48	10	910
	Ex MATTH.	
1	3	381
	25	671
5	39	582
5	22	778
11	27	316
12	20	852
17		414
18	21	443

CAP.	VERS.	FOL.
19	11	874
	16	401
	24	402
	28	382
24	14	26
24		15. *in præfat.*
25	64	759
27	9	836
	Ex MARCI.	
3	18	133
9	2	414
	19	418
13	32	693
	Ex LUCÆ.	
2	34	127
3	33	381
6	27	434
9	27	414
	41	418
10	22	316
11	39	537
12	10	133
12	29	853
16	89	778
17	3. 4	443
18	34	358
19	22	105
	8. seq.	536
	Ex JOHANN.	
6	37	317
	44	384
8	2. seq.	311
	44	191. 255
	77	874
12	9	203
14	12	422
	27. 28	725

CAP.	VERS.	FOL.
14 15 16	*brevissima paraphrasis*	392
16	23.seq.	421
17		392
	Ex ACTOR.	
4	27.28	196
5	3	312
	3.seq.	421
13	14.15.seq.	195
	15	593
	17	192
	27.28.29.	195
16	15	105
	Ex ROMAN.	
1	24.26	383
	29	457
3	21	351
7	24	778
8	19	62
9	10.11	24
	15.16	289
	31	778
11	1.seq.	378
12	19	85
15	19	788
	Ex I. ad CORINTH.	
1	21	778
3	1.seq.	567
4	2	105
	usq. ad v.7.	557

CAP.	VERS.	FOL.
5	5	313
9	9	434
10	7	320
14		*5. in præfat.*
	Ex II. CORINTH.	
2	10	316
3	3	208
7	2	874
7	12	316
1	9	778
	23	788
4	23	806
	Ex II. THESS.	
2	9	383
	Ex Epist. ad TITUM.	
1	14	584
3	9	584
	Ex Epist. ad HEBR.	
2	14. seq.	726
5	1.seq.	412
	17	48
10	27	323
	Ex I. JOHANN.	
3	7.seq.ad 13.	544
	18.19.20.22	545
	Ex APOC.	
3	4.5	410
12	10	227
13	10	235
19	12	629

(o)

Index Rerum & Verborum memorabilium.

A

Aron non contradicens vitulo aureo primarius Idololatra constituitur. 324
Abdiæ Prætorii liber de phrasibus sacris commendatur. 89
Abominatio desolationis qvidnam. 765 *seq. vera explicatio.* 778
Aqvila an abominatio desolationis. 765
Abrahami, negantis uxorem grave & periculosum peccatum. 389
Abrahamus an fuerit Idolatra. 601
Abraham, Isaac & Jacob per 200. annos habitarunt in tabernaculis extra oppida. 613
Abrahami & Lothi separatio qvalis 22
Abscond. Luc.19. qvid significet. 398
Absoluta electio & reprobatio scripturis ignota. 409
Absolutum decretum tam pugnat cum verbo Dei qvam ulla hæresis. 384
Abstinere ab aqva aliena, qvid in Proverb. Salom. 442
Accedentes ad Christum. 119
Accommodatio sensus principalioris ad alia qvomodo facienda. 612
cum adversariis aliter est agendum aliter cum auditoribus. 927
Accusatur Achab in parabola. 241
peccata ejus. 242
Achabus Rex fert sententiam contra se ipsum sicut David. 241
Actio una & eadem tribuitur Deo & Diabolo, sed diversissimo respectu. 263
Adam creatus fuit extra Paradisum. 20
Abjectiva qvomodo circumscribant Hebræi. 778
Admonendi tamen sunt illi, qvi renovari non posse putantur, ut dubitationem abjiciant. 144
Admonitio qvædam diligenter observanda omnibus interpretibus sacrarum paginarum. 212
Admonitiones Judaicæ non malæ de electione Bibliorum. 2
Adulterium Davidis solum num Deo blasphemiã apud Ethnicos peperit. 237
Ædificandi vocabulum qvid significet. 72.119
Ædificare domos qvid? ibid.
Ædificia magna. 532
Ægroti dicuntur pervenisse ad portas mortis. 77
Ægyptii vocula in toto Biblico Hebræo codice non extat. 81
Ægyptii plurimi una cum Israelitis ex Ægyptio exierunt in desertum 300
Ægyptii ante Christum natum didicerunt lingvam Hebræam, ut possent colloqvi tunc cum Ecclesia vera. 620
Ægyptii post captivitatem Babylonicam afferrent sacrificia. 621
Ægyptiorum pœnæ cur universales, cũ non nisi magnates peccarent. 300
Ætas hominum apta est ad diversa studia juxta Judæos. 2
Agnum Paschalem an comoderint stantes. 555
Ahasverus duas domus & duos præfectos habuit mulierem. 468.469
Alienigena qvomodo describatur & an differt ab advena. 949

Alle-

Allegoria qvid sit. 19
Allegoriæ non habent firmitudinem probationis. 605
Allegandi modus in N.T. a scriptoribꝰ usurpatus. 373
Allegoriarũ verus usus. 764. *judicium citatur Lutheri.* ibid. & 926
Ἀλλοτριοεπίσκοποι *apud Petrum qvi sint.* 425. *seq.*
Altare qvale fuerit in Israel. 598
Altare duplex. 598
ejus cornua pellucebant. 598
Altaria significant locum sacri conventus generaliter. 620
Amazia affert falsos Deos. 252
Ambulare in luce est innocentiam vitæ tueri constanter. 127
Ambula coram me & esto perfectus, Gen. 17. qvid. 357
Amorrhæi populi impii, tamen doctores pios habuerunt. 507
Amorrhæorũ posteri perrexerunt per annos 400. in peccatis antecessorũ. 302
Angelorum bonorum & malorum conflictus. 263
Angelus magnus pugnator apparet pro Judæis. 308
Angelus Tatan ad Corinth. qvid. 572
Angeli, qvi a nativitate Christo servierunt, in deserto eum deserunt. 721
Angeli vident faciẽ Patris cœlestis. 786
Animam ponere pro fratre qvid sit. 72 544
Anima plus est qvam esca. 849
Annonæ caritatis causa qvænam. 738
qvid in illa ditiores faciant. 738
Antecedentia & Consequentia, qvid sint. 7. *in præfat.*
qvomodo tractari debeat exercitiũ æstimandi antecedentia & consequentia. 9. *in præfat.*
studium antecedentiũ & consequentium præfertur lingvis. 11. *in præfat.*
qvomodo exordiri debeamꝰ eorundem lectionem. 544
An ad Antipodes in V.T. delata doctrina sacra. 178
Apostoli triginta annis Evangeliũ per totum orbem sparserunt. 26. & 181
Apostoli præparant pios ad gloriã. 370
Apostoli qvanto tempore totum orbem perlustrarint. 761
Apollinem Lactantius probat ex Apollinis propriis verbis esse Angelum malum. 79
Anti Christus tempore Pauli non ita notus. 338
Apostoli cur sortitione electi. 79
Apostolorum metamorphosis. 760
Apostoli qvibus similes. 761
Apostolus Hebræorum 6. alloqvitur Hebræos religionẽ Christianam antea amplexos firmius, nunc deserturos. idẽ facit qvoq; c. 2. & 3. & 4. 142. *seq.*
Aqvæ furtivæ, h.e. clandestini amores adulterorum svaves putantur. 442
Aqvæ qvid significent. 615
Aqvila vestigium in cœlo qvid. 435
Arabina versio commendatur. 39
Aristoteles accepit observationes annorum 1903. ex Babylone. 158
Aristotelis colloqvium cum Judæo. 157
ipsi nomen urbis Jerosolymæ difficile. 157
Ariani recentes cur maximi faciant veterẽ latinã Bibliorũ versionẽ. 29
de Astrologicis prædictionibꝰ qvid sentiendum. 263
Attributa divina qvomodo sint in Deo. 795
Atrium sacerdotum. 344

Atten-

Attendere lectioni qvid sit. 592
Auctoritatibus humanis nudis in sacris standum non est. 209
Avenarii Lexicon in qvibusdam corrigitur. 58
Augustinus colligit ex Saulo factū Paulum propter preces Stephani. 117
Augustinus multa minus considerate scripta retractavit. 507
Augustino non placet, qvod fortunam appellarit. 79

B.

Balaac cor indurarunt Diaboli. 309
Babyloniæ innotuit Hierosolyma & cum illis religio Judaica, 175. *ejus Rex lucifer.* 606
Balthasar Rex calamitatibus patriæ nō movetur, ut mutet cor suum. 205
Baptisare qvid significet. 579
Baptizari pro mortuis qvid sit. 579
Baptizare super mortuis. 578
Blasphemiā Davidis qvid pepererit, an adulterium an aliud peccatum. 237
Blaspemia in filium hominis qva. 134
Blasphemia in Spir. sanctum qvid. 136
Belial filii. 214
Bella non necessaria. 458
Bileā habuit Dæmonis suggestiones 309
Benedicere sibi qvid sit. 71
Beneficus habet Thesaurum in cœlis. 539
non male moritur. 525
Benefica fuit Thabita Joppe. 540
Benefaciendum etiam illis, qvos aliqvando putamus indignos. 695
Bestialitas gentilis. 456
Beza male vertit v. 22. c. 9. Epist. ad Romanos. 370
Bezæ sententia de Proverb. 25. 433
Biblia sunt legenda in teneris annis & vegeta ætate. 1
& qvidem matutino tempore. 3
qvo ordine. 3
qvantum qvotidie. 5
qvid faciendū cum difficillioribus. 6
in qva lingua. 7
Biblici codices novi non sunt comparandi multi. 8
Biblica oracula qvomodo recte intelligenda. 9
Biblia explicandi & vertendi præcepta duo. 26
Bibliorum Germanicorum Lutheri editio promovenda est. 412
Bibliorum versiones variæ ante Lutherum in præfat. 30
Biblia Ariæ Montani conjungi possunt cum Hutterianis Hamburgi excusis. 44
Brentius de dicto, qvotqvot erant ordinati. 113
Brentii erudita distinctio inter blasphemiam in filiū hominis, & inter blaspemiam in Sp. Sanctum. 137
Brentius ex Luthero scripsit suam distinctionem. 137
Bonus vir non timet rumorem malum. 539
Bona opera in nullo homine possunt esse perfecta. 548
Brocken und Brosamen *differunt.* 735

C.

Cain relegatus a patre magis versus Orientem exivit relicto ad occasum patre. 20
Calamitates faciunt sapere homines. 206
Cadere & stare opposita. 349

Caligulæ effigies an steterit in loco sancto. 786

Calvini abominanda explicatio super Job. 17. 397

Calvinianorum discors sententia de prædestinatione. 103

Camerarii cõmemorabilis historia. 262

Cantici canticorum mirus stylus. 456

Captivandis cur prædicatur pœnitentia. 247

Cameli varia explicatio. 891

Capita cohærentia. 51

Canaan non potuit capere omnes Israelitas. 106

Carbones qvid significent. 432

Captivi tractandi sunt ut fratres nostri. 76

Captivitates duarum tribuum qvatuor. 825

Carcer an pœna. 76

Carcerem durum scriptura cum morte aliqvatenus comparat. ibid.

simili declaratur. ibid.

Caro Christi est unita λόγῳ. 805

Carnis omnipræsentiæ modus. 810. *seq.*

non est putativus. 814

Caro Christi an omnipræsens. 804

fundamenta. ibid.

Caro sacrificalis pro peccato cur tantũ in loco sancto fuerit edenda. 218

Castrare seipsum qvid. 658

Causæ pertinacis impœnitentiæ in Judæis. 202

Causa cur in Græco Nov. Testamento aliqva discrepent a fontibus Vet. Test. 31

Causa una cur multis sacrarum literarum stylus videatur esse inconcinnus. 66

Ceremoniæ Israelitarum singulari consilio Dei instituta, non sunt inanes. 346. *seq.*

Chemnitii testimonium de irremissibili peccato. 140

Christiani debent sibi comparare notitiã Hebr. lingvæ in gloriam Dei. 41

Christiani debent animas ponere pro fratribus. 544

Ante Christum natum omnes anguli scatebant omni idololatria. 254

Christus subjicitur Patri, qvid sit. 673

Christi conciones ante passionem gravissimæ. 679

etiam miracula gravissima. 679

Christi corpus totum fuit in passione cruentatum, & tamen in uno momento sanatum. 726

Christi ardens precatio qvando in pentecoste elegit Apostolus Novi Testamenti. 757

Christi frugalitas & tenuitas in cibis. 736

Christum seqvi & omnia relinqvere qvid sit. 401

Christum in qvibus possimus imitari, in qvibus non. 636

Christus in negotio de salute divitum qvadam vocabula permutat. 137

Christi opera in statu exinanitionis & exaltationis. 197

Christus suspexit in cœlum. 419

Christo an major Propheta Paulo. 564

Christus vocatur sapientia Dei. 638

Christus alio modo qvam opera Judæorum potuisset mori. 188.

Christi lateris apertio. 39

Christus confortatur ab angelo de cœlo. 414

Christi

Christi preces desperantis an dolorem protestantis fuerint. 415
Pl9 fragmentorum reddidit communicantib9 panes, quā ipsi dederun. 741
in Christi passione aliud est, qvod Deg ex amore exeqvitur, aliud qvod Satan & Judæi. 190
in Christi traditione qvi tradentes Christum. 190. *seq.*
Quæ de Christo sint scripta in scripturis veteribus. 173
An Christus traditus se volente aut nolente. 194
Christi precandi ratio duplex, 393
Christus qvomodo parvulis revelaverit omnia, 148
Christus potuisset mori absq; Judæorum opera, imo cum ipsorum condolentia. 188. 189.
Christus qvomodo excæcet Judæos. 203
Christus vocat eos, qvi tandem tamen pereunt. 323
Christus veniet cum clamore & tuba. 338
Christus rogat pro tota Ecclesia crediturorum. 393
Christus specialiter dat discipulis potestatem adversus omnes morbos, & faciendi miracule. 416
Christus cur voluerit ineqvitare circa hoc tempus. 675. *super asino & pullo.* 676. 686.
Christus cur asinis invectus inter tantos exercitus. 670. *seq.*
Christus etiam primo anno ministerii ejecit ementes & vendentes, qvod omnium maximum miraculum. 686
Christus an uspiam dicatur natus in domo. 715
Christus in deserto primis 40. diebus fuit cum feris. 722
Christus resurgens vestes complicatas relinqvit. 7 7
Christus paucis panibus multos saturaturus precatur. 735
Christus qvomodo discipulorum liberalitatem compensarit. 741
Christus cur pro Spiritus Sancti missione Patrem orare voluerit. 758
orat cum eligit Apostolos. 757
Chrysostomi testimonia in Phil. 319. 460
Christi ineqvitantis miracula tria. 679. *seq.*
Christi miraculorum effectus qvalis debuisset esse apud Judæos, & apud nos debeat jam esse. 680
apud Judæos frustraneus. 686
Cicero an suo tempore aliqvid audierit de Messia. 160
Legit versus Sibyllæ. 161
Cicero potuisset converti, si voluisset. 170
Cicero scribit religionem Judæorum sibi notam. 174
Cicero mittit filium suum Athenas, nō Hierosolymam. 181
Ciceronis egregia gloriatio. 172
Socordia. 181
Cœlum qvomodo dicatur pluere. 86
instar palmi est. 801
Cognoscere dulpliciter sumitur. 671
Columma ignis tunc ablata in pœnam adorantium vitulum aureum. 328
Colloqviorum usus cum eruditis. 10. *in præfat.*

Columna nubis redditur Israel bis. 328
Columna nubis manente manet authoritas Israelitarum. 329
Cometa φόβητρον a Christo dicitur. 689
Cometæ an unqvam aliqvid boni portenderint. ibid.
Commentaria sunt utilia, sed eis non simpliciter inhærendum est. 48
Commiserationis recompensationes & promissiones terrenæ. 538. 539. seq.
Committere peccatum qvid sit. 311
Comparatio veterum Judæorum & pontificiorum nostrorum. 377
Concordantiæ particularum indeclinabilium magnifaciendæ. 224
Concordantiæ Græcæ variæ, 63
Concordantiis Hebrais qvo pacto utendum sit. 57
Concordantias qvi negligit, is multa testimonia sacra & multorum vocabulorum loca non attinget. 61
Concordantiarum usus maximus, 52 493
Concordantiarum Encomion. 61
Concordantiarum Hebræorum titulus. 61
Concordantiarum alius usus. 61
Concordantiarum plenior usus monstratur. 69
item in præfatione.
Confirmatio sententiæ de induratione Pharaonis ex contextu. 284
Confusiones tumulatuariæ interdum unde sint. 234
Conjugationes Piel & Hiphil accurate considerandæ. 265
Consideratio contextuũ facit eruditũ lectorem. 48. *& in præfatione* 7. 43
Consiliarii qvomodo puniti. 258
Consiliarii intimi vocantur amici Regum. 280
de Conjugatione Hebræa indurationis opinio. 266
Consilium Dei de Messia interficiendo variis aliis modis potuisset compleri. 188
Contextꝰ cõsideratio cur necessaria. 48 *in præfat.* 7. 43
Contextus & conciliatio 4. Evangelistarum de ineqvitatione CHSISTI. 979
Cor novum datur in calamitatibꝰ per calamitates. 206
Cordis vocabulum qvid in sacris significet. 69
toto corde & tota anima 71
Corda hominibus non DEO *furantur.* 72
Cordium incrassatio qvomodo Deo attribuatur & Esaiæ. 202. 204
Cordis mutatio ex miraculis. 205
Cor novum datur. 207
Cor novum jubentur facere homines. 287
Cor Deus aperuit Lydiæ. ibid.
Cordis operationes. 857
Cor significat consilia, judicium. 860
Cor dupliciter sumitur. 861
Corvus Noæ qvomodo exierit & redierit. 21
Creatio Dei diversa in Capillis viri & mulieris. 371
Creduli Judæi post interitum Hierosolymæ in gratiam recipiuntur. 368
de Crucifixione Christi. 194

CrucifixoresChristi nõ omnes damnati, sed qvidam conversi. 198
Crucis doctrina est omnium difficilima. 634
Currere Rom. 9. qvid. 362
Cura in biduum & biennium non prohibetur. 847
Cynops Magus. 876

D.

Damnati qvinam. 325
ad Damnationem descripti qvinam dicantur. 118
Daniel inculcavit Nabuchodonosori pœnitentiam, & Dei notitiam. 535
Dare locum iræ, qvid sit. 85
Decalogus fons omnium aliarum legum. 587
Decretum absolutum. 384
Deficientibus a religione an peccata remitti qveant. 144
Dei nomen ante Mosen fuit desumptũ a potentia creationis. 626
Dei essentia, sapientia, & potentia qvomodo sit infinita. 785
Dei patris facies qvid. 786
Dei essentia non est revelata, non potest comprehendi. 799
Democritus Ethnicus scribit de resurrectione mortuorum. 169
Deo Cur sæpe tribuatur id, qvod fecit Satanas in exemplo Jobi & Davidis. 230
Deorum Ethnicorum honesta mentio interdicitur. 78
Derelinqvere qvando de Deo dicitur qvid? 268
DescensusChristi ad inferos rectiq ad statum exaltationis pertinet. 727
Deus in præscribenda nobis sua voluntate attemperavit se ad naturæ infirmæ statum. 9
Deus incendia passis qvomodo retribuat. 22
Deus dicitur homines, qvos mori nos dicimus, interficere. 77
Deus semper & hodie factis loqvitur. 697
Deus verius cogitatur qvam dicitur, verius est qvam cogitatur. 801
Deus sæpe temporaneam pœnam etiã rogatus tamen remittere non vult. 131
Deus piscatores elegit Apostolos, per qvos confunderet Philosophos sapientes. 131
Deus dicitur ignis. 796. *lux. ibid. lumen.* 797. *caritas. ibid.*
Deus in suo verbo non permittit peccatum, sed potius probibet, ne unqvã fiat. 186
Deus variis modis interficit homines. 188
Deus cur voluerit Judæorum opere uti in interficiendo Christo. 189
Deus cur non violenter Judæos ab occisioni Christi avertat. 189
Deus odium Judæorum ergaChristum nunqvam voluit. 195
Deus fecit decretum de morte Christi ex charitate erga mundum. 196
Deus dat hominibus cor novum qvomodo. 207
Deus qvomodo apparaverit cor Lydiæ purpurariæ. 207
Deus sæpe filiis Belial abbreviat vitã, & cur. 216
Deus Mosen orantem pro indulgentia ingre-

ingrediendi terram Canaan non exaudit. 221

Deus qvomodo tradiderit Davidi uxores Domini sui. 230

Deus dat uxores Davidis Absaloni filio. 230

Deus cur propter peccata sæpe etiam puniat illos, qvi ipsa peccata non perpetrarunt. 229

Deus pœnã talionis ipsemet sæpe connivente magistratu exercet. 232

Deus an possit accusari, qvod peccata peccatis puniat, & qvomodo illud intelligendum. 232

Deus puniturus peccata sæpe Satanæ hoc officium commendat. 233

Deus immittens bellum an possit dici causa rapinarum & homicidiorum injustorum. 234

Deus non concedit Diabolum grassari in infinitum, sed certos terminos illi præscribit. 236

Deus facit decretum de pendendo Amazia. 252

Deus non tantum dicitur indurare Pharaonem, sed etiam Pharao ipse seipsum, & qvomodo DEUS. 287

Deus cur immiserit Ægyptiis tot plagas & legationes. 291

Deus minatur omnibus cultoribus vituli aurei mortem. 324

Deus scrutatur cor & renes. 72

Deus ab Abraham vocatur ab omnipotentia creationis. 625

vocabitur novo nomine tempore Mosis a novo opere eductionis. 625

Dei nomen schaddai. 648

Deus qvomodo visitet in terram & qvartam generationem. 251

Deus cognoscitur ex verbo. 645

Deus punit antesignanos ex cultoribus vituli aurei. 316

& proximos post antesignanos. 326

Deus etiam multitudini promiscuæ decernit pœnam, privationem sc. columnæ nubis. 327

Deus singulariter habitat in Sion. 334

ubi loqvatur. 534

Deus cur tam curiose describat materiam & formam tabernaculi. 346

Deus seducere Prophetas qvomodo dicatur. 246

Deus variis modis potest excitare adversarios. 250

Deus in Jerusalem alloqvitur omnes gentes. 345

Deus Satanæ traditos cupit converti. 384

Deus cujus misereatur ad Rom. 317. seq.

Deus juste impios tradit Satanæ. 345

Deus vult lugentis misereri, & vult nõ pœnitentem indurare in Exodo 33. 383

Deus semper & hodie factis loqvitur. 697

Deus cur hodie non violenter prohibeat peccata. 389

Deus cur in notatione hominum scribatur attendisse non fidem, sed opera illorum. 408

Deus qvomodo impleat cœlum & terram. 784. 790

An Deus sit omnipræsens. 793

Cur Deus dicatur in cœlis esse. 794

Qvo-

Qvomodo Deus dicatur egredi vel ingredi. 795
Qvomodo sit omnipræsens. 795
Non per protensionem. 803
Dextra Dei qvid. 805
Diaboli Reges incitarunt in Judæos. 308
Diaboli indurarunt cor Bileam & Balaack. 309
Diaboli ad sonitum companarum terrentur. 762
Diaboli crudelissimo reditus ad Christum. 723
Diaboli Christum revereri noluerunt. 721
Diaboli accuratissime observant uniuscujusq; hominis viventis faciem, lineamenta, nævos facierum, coll. &c. 720
Diabolo traditi qvomodo se gerre debeant. 312
Diabolus, ut obscuraretur Dei gloria, etiam inter Ethnicos ritus sacrificiales excitavit. 157
Diabolus sæpe futura prædixit. 165
Diabolus odit eos, qvi usurpant nomina Diaboli, Satan. 609
Diabolus qvomodo finita tentatione discesserit a Christo. 723
Diabolus imperiū mortis habens vincitur a Christo resurgente. 726
Diaboli congratulantur sibi de facinore. 262
Diabolus Christum in deserto interfecisset, nisi a Deo fuisset prohibitꝰ. 188
Dies ab egressu ex Ægypto usq; ad promulgationem Decalogi. 746
de Die extremo multa in Paulo. 337
vide ultimus dies.
Deis malus, & operari ad diem malū qvid sit in Prov. 400
Dicta sacra juxta Alphabeti ordinem ab autore collecta. 3.
qvomodo Dicta sint recte intelligenda. 11
Difficiliora in prima lectione scripturæ sunt differenda. 6
Diligentes Deum præparantur ad gloriam. 370
Dimittere, pro, hostes non delere. 388
Discipuli an montes transferre potuerint. 416
Discipuli ante passionem non tam fortes, qvam post pentecosten. 421
Discipuli cur dicantur parvuli. 148
Discipuli intra 30. annos converterunt totum mundum ab idololatria. 26. 422
Discipulorum Christi gloria in hac vita, post mortem. 403. fides eorum imbecillis. 417
Discipulorum Johannis missionis causa ad Christum. 696
Disputatio Theologica sine citatione scripturæ est scholastica. 15
De veris Theologicis disputationibus judicium Wigandi. 15. 16
Divitiæ, qvæ tempore famis consarcinantur, cur non stabiles. 739
Divitiæ male partæ faciunt sibi pennas aqvilarum. 740
Divites qvid deceat in caritate annonæ. 738
Divitibꝰ nulla fragmenta supererunt, nisi pauperes juverint. 739
in negotio de Divitum salute. 137
Dives sumitur pro impio. 913

Divites describuntur in scriptura. 943
Divides non possunt rudi. 957
Dominica dies benedicta est per primam pentecosten. 762
Dominus vobiscum & cum Spiritu tuo, ista collecta qvomodo intelligenda. 88
Dominus tonat. 85
Dominus pluit grandinem. 86
Doctores Theologiæ & Magistri sub Papatu pro iisdem. 590. *doctores vocantur patres.* 591
Donec vocabulum, qvid significet. 22
Donec, interdum denotat tempus certum & finitum, interdum non. 671
Drusius de nomine Jehova. 622
Drusius de Raca tantum ex Gramamticis disserit. 838
Drusius in omnibus scriptis suis semper solicitus de Grammaticalibus solis, non ita ut decebat de contextibus accurate æstimandis. 838
Drusii filius, qvi singulari ingenio præditus. 13

E.

Ecclesia qvid vocetur. 445
Ecclesia universalis & particularis qvid. 445
Eclipses qvales hodie fiunt, an in statu innocentiæ etiam contigissent. 692
Eclipses Physicæ qvomodo possit cognominari signa interitus mundi. 693
Eccius etiam de Augustana Confessione. 16
Eden an fuerit locus, an nomē hortizo
Eductio Israelitarum ex Ægypto maximum negotium. 623
Egredi notat servitutis communicationem. 905
Egredi & ingredi qvid sit. 68
Eli filiorum primum grande peccatum item & secundum. 218
Eli sacerdoti qvalis fuerit pœna annunciata. 220
Electi veri qvinam? 407.369.
Electi qvinam Matth.22,14. 407
Eleazar sacerdos adultus tertius, etiā terram sanctam ingressus. 321
Eleemosyna non justificat, sed prodit veram interiorem fidem. 535. *commendatur.* 952
Eleemosynæ qvomodo liberent a peccatis. 537 *qvomodoq; tegant peccata.* ibid.
Eloqventia divina omnē superat. 504
Enalage generis usitata in scripturis. 114
Enoch an fuerit in cœlum translatus. 77. *ambulat Deum.* 872
Erasmi Roterodami straminea argumenta pro æterna salute Ciceronis. 174
ERO TECUM qvid, 624
ERITURUS. 624
Esaias incrassat cor Judæorum, non Deus. 202
Esau non tanta habuit bona externa qvanta Jacob. 359
Esau & Jacob colluctantur. 381
An Esau damnatus, probatur potius qvod sit salvatus. 147
Essentia divina est nobis incognita. 785
Essentia Dei in sacris nullibi aperte revelata interior. 799
Essentia Dei infinita. 785
Ethnicorum nomina & phrases non adeo usurpandæ. 79
Ethnicorum solicitudo. 852

Ethnicorum in salutis negocio negligentia. 168
Ethnici in V. T. reqvirebant Prophetarum prædictiones. 170. *miracula, visiones, interdum ad exteros Reges transmissa.* 178
Ethnici cur sæpe gravissime a Deo puniti. 300
Ethnicorum Veterem impuritates. 458
Esther nubit Ahasvero. 468
Ethnicorum pietas pro fertilitate impetranda. 756
Ethnici habuerunt notitiam paradisi. 21
Eusebius de Cicerone. 160
Eusebius de Baptismo super mortuos. 579
Eusebius citat Philonis verba de statua. 774
Evangelium intra 30. annos per totum mundum prædicatur. 26. 422. *dicitur sapientia Dei.* 638
Exercituum copiosorum exempla. 684
Excommunicati cur voce Ecclesiæ traduntur Satanæ. 312. *debent pœnitentiam agere.* 313
Exactiones nimias vocat scriptura rapinas. 533
Exaudiri ad Hebr. 5. qvid? 411
Exploratores terræ Canaan ex 12. tribubus missi, nullus ex tribu Lev. 322
Ezech. 14, 9. agit contra homines vaticinia Diabolica proferentes. 245
Ezechiel certo abducendis in captivitatem tamen prædicat pœnitentiam agendam. 247
Ezech. 34. v. 16. an legendum Schamar an Schamad insigne exemplũ. 495
Ezechias post decem tribus abductas statim instituit magnum pascha, ad qvod vocantur & veniunt decem tribuum residui homines, unde judicandum, an X. tribus qvoad omnia abductæ fuerint. 828

F.

Facere, est non tantum velle videri, sed esse sanctum. 126
Facere mori & vivere qvid sit in Exod. 267
Facies Dei Patris. 786
Facio superesse & permitto vivere an sit unum & idem qvoad sensum. 260
Fabulæ Judaicæ & mandata hominum inania. 584
Fabula de Ur seu igne Chaldæorum cui fuerit destinatus Abrahamus. 602
Fabula Judaica de nomioe JEHOVAH. 627
Fames propter peccata. 730
Fames seu annonæ caritas etiam propter divitum peccata. 730
Familia & regnum Davidis maximis confusionibus obnoxium. 226
Fatuus de qvibus dicatur, & qvid sit Matth. 5. 840
Fatui dicentes fratri qvinam sint. 842
Fatui nominis objectio qvomodo occidat, Matth. 5. 842. 844. 845. *Non tam in voce qvam in re objicitur stultitia.* 845
Fervor olim in hominibus visitandi Hierosolyman ingens. 684
Ferre de Enocho peculialiter dicitur. 77
pro Fertilitate terræ & pecorum Deo vult sibi agi gratias. 755
Ethnicorum pietas pro Fertilitate. 756
Fertilitas agrorum & pecorum toto anno a Deo roganda est. 730

Festorum trium veterum in Levitico nomina & materia. 747. *seq.*
Festum tabernaculorum seu scenopœgia Levit.23. 754
Festum Calendarum. 756
Filii Belial qvi sint. 214
Filius pro Patre an simpliciter a Deo affligatur. 251
Filius cuicunq; voluerit revelare, qvid. 316
Fides miraculorum alia a justificante. 415
Fides datur per conciones. 199
Fides specialis discipulorum erga speciales sibi datas promissiones de faciendis miraculis ante Pentecosten admodum imbecillis. 417
Filius mortis cur statuatur, qvi Uriæ agnam erat furatus. 513
Filius pro patre punitur. 251
Fidem internam prodit externa sincera dilectio. 545
Filii hominis signum, Matth.24. 692
Flammeum incendiũ in ultimo die. 338
Frangi alabastrum Luc. 7. qvid. 862
Fontes scripturæ commendantur. 34 35. 36. 37. *ejus notitia in Ecclesia est necessaria.* 38
Foris in Apocalypsi significat extra cœlum. 409
Furor JEHOVÆ *vocatur etiam Satanas.* 230
Furum pœnam an unqvam in V. T. Deus voluerit arbitrariam. 509
Furum primus & secundꝰ casus a Deo expressi. 509
Furta majora ex bovis exemplo & minora ex ovis exemplo fuerunt judicata in politia sacra ad Dei manuductionem ipsam. 509
Furari cor alicujus qvid sit. 70
Furibus ullis, ut furibus bonorum an Deus capitalem in Mose statuerit pœnam. 510
Fures Judæi hodie puniuntur legibus regum, sub qvibus vivunt. 512
Fures terrentur magis labore qvam suspendio. 511
Furum pœna an Salomonis tempore fuerit mutata. 513
Furis & mœchi discrimen apud Salomonem. 513
Furtorum casꝰ duo a Deo expressi. 509
Furibus an pœna capitalis a Mose decreta. 510
Fur reddet septuplum in Salomone, qvid sit. 513
Fur, qvi non solvendo, qvomodo tractandus fuerit. 511
Fur, apud Salomonem, reddet septuplum, & omnem substantiam domꝰ Proverb.6,31. 514
Furum pœna vetus Mosaica an ex plagio fuerit æstimanda. 516
an ex miraculosis pœnis. ibid.

G.

Galenus vixit sub N. T. & tamen usq; ad finem vitæ mansit Ethnicus, 170
de Gemellis historia mirabilis. 382
Gentes non debuerunt ullo in loco totius mundi sacrificare. 157
Gentes alloqvitur in verbo suo Deus in Jerusalem omnes. 345
Gentes debent obedire fidei, ut sic præparentur ad gloriam. 369
Gentium conversio qvalis. 650
super Genua latificare qvid sit. 67
Gladiatoria certamina Ethnicorum qvæ. 418

Gladius qvodq; in N.T. stringendus est in noxios. 211
Gloria Dei. 350
Gloria discipulorum Christi qvalis. 403
Gloria in turpibus, qvid apud Apostolum ad Philipp. 3. 456
ad Gloriam praeparari. 369. *qvinam.* 370. *a qvo.* ibid.
Gottselige Leute gehen auch irre *post mortem.* 720
Graeca versio de induratione Pharaonis. 276
Graecia innotuit Hierosolyma, & religio Judaica. 176
Gramineus optat historiis stellarum Ethnicis potuisse substitui historias sacras. 81
Grammatica Hebraea & Lexica Hebraea unde plenius formanda 13. *in praefatione. &* 283. *non regat res, sed eis inserviat.* 11. *in praefat.*
Grammaticae tantum inhaerens citra contextũ saepenumero errabit. 440
Gratiarũ actio pro aegretis restitutis in integrũ, qvibus verbis formanda. 88

H.

Habitare in alicujus loci medio, qvid nominet scriptura. 328
Hebdomades Danielis 70. toto Oriente & Occidente notae fuerunt. 164
Hebraei adjectiva describunt per genitivum. 778 *exempla ex V.T. & N.T. ibid. est sola authentica in V.T.* 34.
Hebraei numero singulari saepe adjungunt nomen plurale. 601
Hebraea lingva Ecclesia nunqvam carere potest, utut adsint optimae Bibliorum versiones. 33. 37
Hebraearum vocum contrariae significationes. 36. *in praef.*
Heri & hodie qvid sit. 65
Heri & nudius tertius qvid in scriptura significet. 66
Herodes qvomodo Leges divinas de furtis mutare ausus fuerit. 512
Herodoti historia insignis de Mycerino Rege Aegypti. 217
Herodoti historia de Craeso digna lectione. 294
Hieronymus maximum putat Christi miraculum, qvod ejecit ementes & endentes citra omne impedimentum. 686
Hieronymus & Josephus unde sumserint opinionem de non reversis decem tribubus. 281
Hierosolymis celebrata Bacchanalia. 463
Hirci duo typus tentationis Christi. 734
Historia de providentia Dei aurea in N.T. qvaedam. 737
Homo mendax. 663
Homo qvomodo dimittatur suis inventionibus. 388
Homo ordinarie revertitur in pulverem. 863
Homo est esca vermium. 868
Hominis corpus an devoretur a vermibus. 868
Hominis spina an in serpentes, 867 *historia qvaedam hac de re.* 868
Homines qvinam ad damnationem descripti. 108. & 118
Homines qvomodo Rom. 9. aptentur ad interitum. 371
Homines jubentur sibi facere cor novum qvomodo. 207
Hominum curiositas in perscrutanda Dei majestate. 641
Hominum tres gradus. 943

Homicidia externa citra exceptionem puniri vult Deus. 846
Homicidiorum in bello utrum caussa Deus, qvia facit bella. 234
Hora Matth.20. qvid. 405
Hortus pensilis, excellens: sed stultum opus. 531
Hospitalis Patriachalis mos. 23
pro Hostibus cur orandum. 116
Humanum genus an fuisse redemtum, si Judæi non interfecissent Messiam. 187
D. Hunnius super locum Actor. 13, 48. 110. & 111.
Hunnius super locum 2. Petr. 3. 341
Hunnius testimonium de peccato qvodam an prorsus irremissibile. 140. *de usuris Judaicis.* 512

I.

Jacobi precum summa. 353
Jacob lucta maxima. 354
Jacob post calamitates in sua linea restauratus, Esau non item. 354
Jacob dilectus ante nativitatem suam. ibid.
Jacobi vulgo dictum Prot-Evangeliũ, licet non canonicum, allegatur. 134
Jacob dilexi, Esau odio habui, qvid. 359
sub nomine Jacob & Esau populi intelliguntur. 360
Janes & Jambres duo insignes Ægyptiorum magi. 295
Idololatria qvomodo cõmitti possit. 922
Drusius de vocabulo Jehova. 622
De vocabulo JEHOVAH *Drusii sententia.* 622. *an Nomen* יהוה *punctari possit & enunciari debeat.* 623
Ejus vocabuli Homonyma. 626
An patrib9 notum hoc nomen ante Mosen. 626. *de hoc nomine fabula Judaica.* 627
Hoc nomen cum contumelia non est exprimendum. 629. *concordare dicitur a Drusio cum Jovis Ethnico.* ibid. *non significat internam essentiam divinam.* 630. 797. *derivatur a* הוה. 630. *Brentii judicium.* 604. *vocis variæ interpretationes.* 641. 642. 643. *Brentius de Ero promissionis.* 645 *nominis institutio.* 644. *Scriptura & lectione.* ibid. *Etymologia.* 645. *significatione.* 643. *Respicitur non ad essentiam, sed voluntatem.* 646. *qvomodo hoc nomen non est manifestatum patribus.* 653. *in N.T. vertitur* κύριος. 655
Jehovæ furor, Satanas. 230
Jehova volebat occidere illos, qvid sit. 219
Jehova latine ERITURUS, *& est cognomen.* 624
Jehovæ tribuitur, qvod fecit Satan. 230
Jephtah filiam ex lege non sacrificare, at Jehovæ vovere poterat. 556
Jephtæ filia cur non videatur dicenda mactata. ibid.
Implere pro operari. 787
Implere cœlum & terram. 786. seq.
Jeremias prædixit Israelitis adventũ regis Babel, qvod etiam contigit, nec tamen crediderunt. 246
Jeremias probibetur a Deo, ne oret pro populo, qvia pœna temporalis seqvi certo debet. 246
Jeremias visionem divinam ad adversariis combustam iterum dictat. 504
Jerusalem domus Dei. 345

Qvo-

Qvomodo in medio gentium. 329
Jerosolyma innotuit omnibus Monarchiis. 175
Jerosolymæ destructionis signa. 688
Jerosolyma qvomodo impleta sit desolationibus. 791
Ignis 1. Cor. 13. qvidnam. 564
Imperfectio vulgatæ editionis. 20
Imperiorũ confusiones qvomodo Diaboli excitent. 262
Impii tamdiu non audiunt, donec seqvantur reales conciones 201
Impii faciunt desideria patris 255
Impius qvis. 441
an Deus ipsum fecerit ad potestatem ostendendam. 362
Implere pro completione corporea. 787
Impletio legis Rom. 13. 549
Impœnitentiæ Judaicæ Deus non est reus. 263
Incendia passis qvomodo retribuat Deus. 22
Incensa pro precibus. 619
Inderare qvid sit, & qvinam indurentur. 363. 383.
Index expurgatorius Pontificius. 931
Induratio Pharaonis luculenter æstimanda. 277
Induravit seipsum Pharao. 275. 287
Deus Indurat Pharaonem. 287
Indurationis Pharaonis genuinus sensꝰ 377
Hunc sensũ Indurationis confirmantes textus aliqvot 284. seq. usq; ad 293.
Indurationis mentio. 274
de Induratione Pharaonis sententia 1. qvorumdam in Conjugatione solutionem qværentium, qvæ refutatur. 266. seq. 2. Philippi, Pezelii, Zanchii de nuda permissione, qvæ itidem non acceptatur. 274. 280. 3. aliorum, qvos recenset Pererius. 297
de Induratione Græca versio LXX. 276
Induratio an fiat per simplicem permissionem. 388
Indurationem Pharaonis Deꝰ prædic t vice prima. 281
secunda vice. 282
τȣ̃ Indurare acceptiones in sacris. 283
Indurationis Pharaonis totum negotium expedit v. 15. cap. 8. Exud. 286
Inebriare apud Hebræos qvid sit. 66
Infantes pro patre affliguntur. 251
sine Sacramento discedentes. 667
Infinitum & immensum in Deo qvid sit. 784
Iniqvitatum mensura. 217
Injuria qvoties condonanda. 444
Inimici hominum dicuntur a Deo sanctificati. 451
Innocentem esse significat immunem esse a pœna. 440
Inobedientes atterentur a Christo. 120
Inter Judæos persecutores primas tenent Pharisæi. 311
Invenire præsupponit diligentissimam electionem. 596
Ineqvitationis Christi mira. 674. seq.
ad Interitum aptari qvid? 371
Interpretes LXX. vide Septuaginta in S.
Irenæus qvã diligentia suos libros describi curavit, exemplus hodiernis typographis unice notandum. 98
Job plus fecit, qvam debuit. 907
ob Iras Deus immittit pœnas. 845

Quæ in Job. c. 13, 14. & 16, 17. c. continentur maximam partem ad tempora Apostolorum pertinet. 421
de Johanne Evangelista historia Reuchlini de miraculis ipsius. 876. seq.
Irasci qvid. 841
In Jobo sydera sunt Has Chesil Chamim. 82
Ismael proseqvitur Isaacum, & objicit ei, qvod esset ipse primogenitus. 617
Ismael an damnatus. 357
Ismael externis aliis dignitatiqus fuit ornatus. 358
Israelitas non omnes potuit capere terra Chanaan. 106
Israelitæ subinde invitarunt publice gentes ad agnitionem veri Dei. 165
Israel cur primogenitus Dei filius. 278
Israeli terra Canaan qvo fine promissa. 278
Israelitarum gens deducitur ab Abrahamo. 601
Israelitæ an omnes in deserto addicti fuerint vitulo aureo. 319. 324
Israelitæ qvidam lugent propter commissam idololatriam. 330
Israelem esse qvid sit. nomen Israelis. 252. 354
Israelitæ ante Mosen an sciverint nomen Jehova 626
Israelitæ magis fidere debuissent Jeremiæ & Ezechieli, qvam Pseudo Prophetis. 246
Israelitarũ sustentatio in deserto qvã sumtuosa & mirabilis. 742. seq.
Israelitarum decem tribuum omnes homines nunqvã fuere abducti. 826
Israelitarum ex decem tribubus non tantum multi manserunt, sed & multi redierunt. 827.
Itinera Apostolorum & inprimis Pauli postremorum annorum. 404
Judæi cur Christo abalienati. 255
Judæi unde sumserint tantam copiam sacrificialium pecorum. 157
Judæi Romæ contra Ciceronem invecti sunt in negotio religionis. 173
Judæi si non interfecissent Messiam, an genus humanũ fuisset redemtũ. 187
Judæi ex prærogativa temporali ad æternam salutem concludere debuissent. 357. ad Messiam se invitari. 360
Judæi qvomodo impleverint Prophetias de morte Christi. 192
Judæi decernunt Christo mortem ex mero odio. 196
Judæi qvomodo ignorarint Messiã, & excusari potuerint, juxta scripturã. 197
Judæi qvomodo non ignorarint & excusari non potuerit, juxta scripturam. 197
Judæi indurantur concionibus. 386
Judæi qvinam a Deo indurati. 314
Judæi qvo impulsore Christum fuerint persecuti. 311
Judæi in genere commendantur Rom. 9. & qvomodo, ut etiam Rom. 11. 343
Judæis primum missus Messias. 343
Judæis an fœnerari liceat. 521
Judæis multum qvoad hanc vitam, sed nihil singulare datum, qvoad salutem æternam. 348
Judæi pii multi fuerunt tempore Pauli. 343. multi crediderunt. 371
Judæis omnibus cur Moses imputat, qvod attulerint inaures. 320
Judæi, qvib. Moses post vituli adoratiõnẽ misericordiã impetrat, lugent. 329 hoc petit Moses miraculis confirmari. 330. qvod fit ibid. instat Moses. 331

Ju-

Judaicæ fabulæ Scripturis qvid. 584
Judæis singulari modo cohabitavit Deus qvomodo & cur. ibid.
Judæi qvomodo alii salvati & alii rejecti. 341
Judæi tempore Christi qvam maxime abhorruerunt a Magistratibus Ethnicis. 425
Judas cur a Christo desciverit. 255
Judæus ex temporibus passiones Christi adhuc superstes. 29
Judicia humana de pœnis. 634
Judicium privatum probibitum. 582
Judicium sanctorũ in extremo die. 582
Judicare se indignum vita æterna. Act. 13. qvid sit. 108
Judicare duodecim tribus est compensatio non justificatio apud Mattherum Evangelistam. 540
Juramenta Pontificia. 931. 932
Justinus Ethnicus sacras historias Genesis describit. 165
Justinus Ethnicus Mosen nominat cognatum Josephi. 166
Justi qvinam specialiter indigitentur. Psal. 37. 524
Justus Jonas & Funcius utrum suos versus composuerint. 427
Justus qvis Proverb. 447
est interdum misericors. 534
A juramentis Ethnicis nobis cavẽdũ. 78
de Juramentis idololatra[illegible] qvid sentiendum. 922

K

Es Krehet kein Hahn darnuch. 258

L.

Lactantius existimavit, ultimum diẽ venturum anno Christi 536. 339
Lactantius probat ex Apollinis propriis verbis Apollinẽ esse malũ Angelum. 79
Lampadius præter omnes Lutheranos æqviparat Eutychianis & Swenckfeldianis. 817
Lapsus primorũ nostrorum parentũ an nullo modo a Deo fuerit impeditus. 184
Latronum speluncæ & receptacula. 685
Laurentii Fabricii partitiones Codicis Biblici commendantur. 45
Lectiones sacrarum litterarum ordinariæ in locum qvarundam concionum in Ecclesiis substituendæ. 47
Lex humana invertit legem divinam in qvonam casu. 511
Leges divinæ tres adversus liberos inobedientes. 517
Leges veteres qvænam repetantur a Christo in N. Testamento. 518
Leges de Pseudo Prophetis & de ducenda stuprata cur hodie nõ serventur, & hodiernorũ de stupris judicia. 519
Legũ principia dicuntur notitia practicæ. 587
Legis divinæ etiã forenses Mosaicæ tu. ante Mosen viguerunt, & qvænam. 588
Leges divinæ perpetuæ manarunt ad Chaldæos, inde ad Græcos & ad Romanos &c. 588
Lex qvomodo impleatur. 549
Lex qvibus nã sit posita vel maledic. 586
Leges humanæ aliqvot pugnant cũ legibus divinis ex Decalogo ortis. 588
Lenitas Dei inculpabilis. 284
Lenitas parentum qvando vitiosa. 284
Leves injuriæ potius ferendæ, qvam severe vindicandæ. 582
Levia damna ferenda propt. pacẽ. 434
Lexica perfecta qvomodo scribenda sint. 283
Lexica sæpe imperfecta. 61
Liberatio ex captivitate Babylonica, qvomodo cœperit fieri. 259

Lib-

Libri scripturarum sacrarum difficilimi qvinam. 541
in Lingvis qvomodo informandi sunt studiosi. 42
Liber vitæ qvid. 407.seq.
Adversus Libros inobedientes leges divinæ. 517
Liberalitas recompensatur. 741
Liga Pontificia. 931
Liber, ubi bonus dies, Deo gratias. 88
Literæ S. qva diligentia excudendæ. 47
Locus Rom. 9. v. 16. desumptus ex Exod. cap. 9. accurate inspiciendus. 289
Loci Exod. 9. versio accuratissima. 290
Loci similes de libro vitæ qvomodo explicandi. 407
Locus communis proprius qvinam in historia de duodecim & septem corbibus fragmentorum. 741
Lothi peccatum. 22
Lucifer pro Babyloniis. 606
Lucas Osiander super locum 2. Petr. 3. 340
Lucta Jacobi maxima. 354
Ludere in historia Ismaelis & Isaaci est persequi. 617
Lunaticum cur Apostoli non potuerint sanare. 417
Lutheri explicationes super Job. 17, 9. 395
Lutheri marginale in Bibliis German. super Habac. 1. & Actor. 13 v. 35. & seqq. optime notandum. 146
Lutheri propositiones primæ adversus Tezelium in valvis templi arcis Witebergensis affixe intra 14. dies pervolitarunt totam Germaniam. 181
Lutheri explicatio super Esa. 1. 505
super Es. 64, 4. 507
de Legibus Mosaicis 5. 19. super Es. 14, 12. f. 607.
de signis ultimæ diei. 693
de loco Matth. 11, 5. 709
de loco Esa. 53, 7. 912
de loco Mich. 7, 9. 924
de Gen. 18, 2. 3. 929
Lutheri commentarius sup. locum Habacuc. 1. v. 5. 373
Lutherus recte initium capitis qvinti fecit a v. 14. cap. 4. ad Hebr. 412
Lutherus optime declarat locum, Septies cadit justus. 515
Lutheri judicium de mulieribus Salomonis. 473
de Salomonis obitu. 475
Lutherus omnium rectissime vertit Num. 30. v. 11. 487
Lutherus in versione sua sæpissime ad suas Ecclesias sese accommodat. 599
Lutheri postilla domestica Jenensis interdum differt a Wittebergensi. 695
Lutherus nec unum admittere voluit Syllogismum, qvi fundamentum suum non superstrueret super scripturam. 15
Lutherus solo verbo Dei tantum Papistici status mutationem obtinuit. ib.
Lutherus adhuc in cappa degens totũ Psalterium, item Epistolam ad Romanos & ad Hebræos de verbo ad verbum manu sua glossavit. ibid.
Lutheri consiliũ de scholis erigendis. 17
ibidem Lutheri votum.
Lutheri de Pagnino judicium. 33
Lutheri judicium de sua Germanica versione. 35
Lutheri Psalterium Germanicum prius. 36

Lutherus vertit Exod. 5. v. 15. Dein Volck muß Sünder seyn. 60
Lutheri judicium de versione LXX. interpretum Græc. 61
Lutherus post reformationem cœptam mature particulares libros Biblicos convertit in Germanicum idioma. 99
Lutherus anno 1534. junctim edidit omnium librorum Bibliorum versionem, quæ dicitur correctio prima. 90
Lutheri Bibliorum Germanicorum secunda correctio prodiit an. 1541. 90.
Lutherus qvænam præcepta interpretandi Biblia in Germanicam lingvam fuerit secutus. 92
Lutherus qva forma & qvanta diligentia excudi procurarit Biblia Germanica. 93
Lutherus non potuit proferre tertiam correctionem. 96
Qvidnam post secundā seu ultimam correctionem observandum. 96
Lutherus unam vocem per multum temporis inqvisivit. 929
Lutheranorum qvorundam explicationes super c. Joh. 17. v. 9. item B. Lutheri. 385
an Lutherani Eutychianismi jure accusari qveant. 815
Lufft krieget *Pharao.* 286

M.

Mactatio & jugulatio etiam est urbium & hominum, qvorum Lanii milites sunt. 492
Mactandi verbum Hebræum. 556
Magister laniorum 2. Reg. ult. mittitur in bellum. 491
an illa versio sit justa. ibid.
Magistratus politicus ut excitat homicida lictorem ad puniendum, sic Deus etiam impiis & transgressoribus legis exsuscitat adversarios ad affligendum. 249
Magistros sive inventores novorum dogmatum damnat Christus, dum non vult ut nominemur Magistri vel Doctores. 591
Magister & Doctores optima conscientia in Academiis creantur. 591
Magi ubi invenerint Christum. 718
Magnates qvomodo puniti fuerint & puniantur adhuc a Deo. 258
Majoris Theologi scriptum de vita S. Pauli allegatur. 404
Maria putatur bibisse aqvam probationis, sed incertum est. 135
Marsupium in qvo Christi discipuli colligunt. 848
Masoretharum commendatur catalogus. 300
Mater pia nescit qvomodo geniti in ipsa filii. 850
Masculos cur Pharao jusserit submergi. 67
Materia difficilis non anguste sed late inqvirenda. 489
Matrimonia sine consensu liberorum irrita. 452
Matutinum tempus est commodissimum ad legenda Biblia. 3
Medicorum eruditorum votum. 83
Me Christe an recte dicatur? 78
Melanchthon simplicissimam promissionem docuit. 266
Memoriæ tenacis exempla. 681
Mensura iniqvitatum nondum completa. 217
Mēdici qvinā sint ex sensu scripturæ. 945

Merces pro compensatione laborum Apostolorum, non fidei. 546

Mercedis vocabulum qvid significet. 545

Messias vocatur David. 831

ejus Patres dicuntur Filii Dei. 378

Meyen in templis. 597

Michol sterilis. 834

Michol habet qvinqve filios. 834

Milites ut locustæ & vermes perreptant omnes provincias, pagos, domos. 611

Ministri Dei N. T. Græco sæpe dicuntur Angeli. 570

Ministerium vetus cum precibus inchoatum. 755

Milites sunt lanii urbiũ & hominũ. 492

Miracula cur in Tyro & Sydon nulla facta. 153

Miracula Apostolorum pertinent etiam ad miracula Christi. 875

Miracula Christi ultima ante passionẽ fuerunt gravissima, ut & cõciones. 679

Miraculorum Christi effectus Judæis frustraneus. 686

Miraculum Christi primũ qvodnã. 717

Miserebor cui miserebor, principaliter in Exodo refertur ad bona temporalia. 333. 361

Miseretur cujus vult Rom. 9. nimirum credentium. 362

Molæ domesticæ. 941

Monarchiæ omnes qvatuor habuerunt exoptatas occasiones discendi veram religionem. 175

Monarcharum potentia cum potentia Christi collata nulla est. 648. 687

Mons oliveti distat septem stadiis ab Hierosolyma. 675

Montes trãsferre potuerũt discipuli. 416

Moralia præcepta an omnia in N.T. repetantur. 523

Morbi maligni non incommode dicuntur umbra mortis. 76

pro Morbosis qvomodo gratiarum actiones in templo formandæ. 88

Mors significat internetionem, qvam Deus exercet. 77. 187

Mores ante extremum diem. 338

Mors æterna qvid. 408

Mors significat graves plagas. 510

Mortis filius. 513

Mortuorum preces qvænam sint Baruch. 3. 206. 510

Mortui judicantur ex libris. 409

Mosis concio prima ad Pharaonem. 279

Mosis concio secunda & tertia ad Pharaonem. 278

Moses coram Pharaone comparuit cum senioribus populi Israelitici. 280

Moses impetrat Exodi 33. ne auferatur columma nubis. 328

Moses pro more suo petit confirmari pluribus miraculis Exodi 34. 330

Moses instat etiam post promissionem sibi divinitus revelatam; nos semper orare decet. 331

Moses qvid petierit videre in monte & cur. 332

redit ad Israelitas. ibid.

Moses frustra orat. 221

Mosis negotium in educendo populo Israel maximum. 62

Moses in exitu ex Ægypto Genesin scripsit. 2

Moses vere mortuus. 871. a Deo & Christo excitatus. 872

Mosaica capita Exodi 32. & seq. conjungenda, 319

Motus non naturales infantum. 381

Mulier Prophetæ dono ornata tamen virũ suũ caput suũ agnoscere debet. 568

Mulier non debet nudaui vel radi. Ergo nec docere, illatio Apostolica. 569
Mulieres principes qvid. 469
Mulier imago & gloria viri. 569
Mulier debet velari propter Angelos qvid sit. 570
Mulier circumdabit virum qvid sit. 75
Multiplicatio divina magna. 741
Multitudo generis humani an caussa caritatis annonæ. 738
Multitudo auditorum Hierosolym. 642
de Mycerino Rege Ægypti. 217
Mundi vocabulum qvid. 390. *freqventissimum Joh.* 874. *& qvomodo capiatur.* ibid.
Mundus per fidem constructus. 743

N.

Nabuchodonoseris peccata qvanã. 528
Nabuchodoneseris insania ædificãdi. 530
ejusdem Horti pensiles. 531
Nabuchodonoseris Bella. 530
Nabuchodonoseris pœna. 533
Nabuchodonoseris pertinax impœnitentia. 534
Nabuchodonosor qvomodo potuerit pœnam avertere. ibid.
Narratio historica de occisis multis sacerdotib. Turcicis in qvæstione, a Turcis proposita, Utra religio verior. 182
Nativitas Christi est omnium festorum Metropolis. 713
Nativitas Christi paupertatis plena. ib.
Nativitatis locus qvidam adhuc monstratur extra Bethlehem secundum Patres antiqvos. 714
Necesse qvid significet in eo, necesse est, ut veniant scandala. 209
Ceronis libido. 459
Nestorianorum errores proprii. 818
Nomina dierum septimanæ Ethnica a qvibusdam piis non usurpantur. 79
sunt immutanda. 632
Nomina stellarum & constellationum Hebrææ inqvirenda erant. 80
Numerationes populi Israel jussu Dei facta. 880. *citra indignationem Davidis.* ib.
Nocturni turbatores occidendi qvomodo. 511
Nosse qvid sit. 399
Notitia de vero Deo an ante diluvium omnibus hominibus patuerit. 154
Notitia Dei an post diluvium cunctis patuerit. 156
Novi Test. notitia facit patere vetus ti. in præfat.
Nov. Test. Syriacum præ aliis versionib9 purissimum. 46
Sed & Arabicum non minus. 39
Numenus pecudum Deo notus. 680
singularis Numeri nomini adjungitur nomen plurale. 601
Numerus pluralis sæpe pro singulari ponitur. 470
Numerum Dualem non facit terminatio sola. 513

O.

Obstetrices Exod 1. possunt facere mori & vivere masculos & qvomodo. 267
Obscura dicta qvomodo tractanda. 50
Odisse in Malachia & ad Romanos non significat odio perseqvi. 359
Odia qvanta & qvantorum exercituum erga unum Christum ineqvitantem in Hierosolymam. 682
Og & Sihon Reges Amorhæorum malitiose impii fuerunt. 303
Oliveti mons. 675
Opera Christi in statu exinanitionis & exaltationis qvomodo & cur distingvenda. 197

Operarii in parabola Christi qvinam Matth.20.conducti, qva mercede, & qvali hora, an non principaliter Apostoli. 405
Opera majora qvomodo faciunt discipuli qvam Christus. 422
Opera non sunt necessaria ad salutem. 548
Ophir seu Peru provincia novi orbis hodie qvoq;. 179
Opponens qvomodo se debeat præparare ad disputationem. 493
Opulenti & reges caussa caritatis annonæ. 738
Opulentorum officium tempore caritatis annonæ. 738
Oracula sacra de aliis proprie loqventia, certo modo ad alia possunt applicari, in qvibusnam causlis. 423
de Oraculis Biblicis recte intelligendis. 9
Orationes qvotidianæ de tentationibus qvomodo instituendæ. 236
Orationes mortuorum. 206. 510
Oratione & jejunio qvomodo ejiciantur dæmonia. 458
Orandum pro qvibus non sit. 130. 132
Orare 1. Cor. 11. est in publico publicas preces facere. 568
in Oratione verba ne repetas. 902
Orbi toti innotuerunt prædictionis Propheticæ & externi ritus. 180
Ordinari ad vitam æternam qvid sit. 108
Origenes optime explicavit dictũ Exod. Ego indurabo, cur Pharaonis. 62
Item: super cap. 8. ad Rom. legatur idem Origenes. 62
Origenis verba de induratione Pharaonis. 296
Orion qvid significet in Hebræa lingva. 82
Orionis apellatio in fontibus non extat. 80
Osiandri verba super Prov. 25. 27. 431
super Proverb. 5 17. 441
de reconciliatione Matth. 18. 446
Otiosi Polypragmones qvi, & cur olim puniti juxta Petrum Apost. 428
Ovidius primas suas fabulas qvibus sacræ res admiscentur, habet ex suis majoribus. 155
Ovidius & Lucretius scribunt mundũ interiturum, & unde hoc ipsimet didicerint. 155. 156

P.

Paralleli textus maxime juvant. 380
qva Pœna magnates & principes pro peccatis a Deo plectantur. 258
Pagnini versio latina commendatur, & tamen interdum errat. 31
Pagninus in eadem materia duplicem habet versionem. 492
de Pagnino judicium Lutheri. 35
Panes propositionum. 755
Panibus novis ante festum messis, seu Pentecosten vesci non licitũ fuit. 475
Panno menstruato an comparetur peccatum originis. 506
sub Papatu errores originem habent ab autoritate Papæ, & qvos ille approbat. 49
Papistæ parem tribuunt autoritatem verbo Dei & conciliis. 16
Paracletus qvid sit. 761
Paradisus qva ratione dicatur creatus, etiam cognitus Ethnicis. 21
Paradoxũ Theologicũ, qvod caritas annonæ noceat etiã plurimũ divitibus,

Theu-

Theure Zeit bekömt den Reichstē nicht oder gantz selten. 739
Passiones sufferendæ pro doctrina non pro peccatis. 637
Paras Princeps an sit Rex Persiæ, an diabolus Persiæ. 261
Parisiensis laniena. 725
Parvuli cur dicantur discipuli Christi. 148
in Paschate qvid qvotannis præcipue ruminandum. 727
Paschatis veteris ceremonia. 748. 750
Paschalis textus non congruus cantatur. 561
Passus centum sunt unum stadium. 675
Pater sustinet pœnas corporales propter filios immorigeros non acriter objurgatos. 220
Paterna providentia qvid. 185
Patientia Dei cui similis. 131
Patriarchæ stellis procul dubio aurea & convenientissima nomina imposuerunt. 81
Patriarchæ sunt primi inventores Philosophiæ. 10
de Patrum lectione. 62
Patres non semper autoritatibus clarioribus usi. 563
Patres Messiæ dicuntur Filii Dei. 378
Patrum lectio interdum perutilis, 62
Patrum sententia de præsepi Christi suburbano. 714
Patrum scripta vitiarunt Papistæ. 931
Paulus gratuito docuit Corinthios. 575 *fuit sedulus in officio.* 576
Pauli concio est medium divinum per qvod hominibus datur via ad salutem. 107
Itinera Pauli postremorum annorū 404
Pauli infirmitates qvanam fuerint. 572
Paulus non simpliciter dicit; cupio dissolvi, 669
Paulus multa scribit de extremo die. 337. *qvomodo accommodet Exod: 33. ad spiritualia.*
in Pauli epistolis qvædam difficilia. 336
Paulinarum Epistolarum materia explicanda ex erroribus Ethnicorum. 457
Pauperes evangelizantur qvid. 697
Pauperes qvomodo sint Christi discipuli. 699
Pauperibus non promiscue mutuandū, qvantum volunt. 948
Pauperum oppressores. 536
Peccantes in viam reducere beneficium. 445
Peccare aliam interdum, qvam primo sonitu videtur, importat significationem. 75
Peccata peccatis puniuntur. 232
propter Peccata puniuntur, qvi peccata non perpetrarunt. 229
Peccata cur non semper cito puniantur. 216
Peccati definitio. 75
Peccati Spir. S. tres sunt notæ a Christo indigitatæ. 138
Peccatores a diabolo incitati an sint excusati. 234
Peccatoribus pro pertinacibus an orandum. 127
Peccatorum stipendia. 76
Peccata cur non semper impediantur a Deo. 389
Peccantes faciunt desideria sui patris, 255. *ipsis appropinqvat.* *ibid.*

Peccatum ad mortem qvomodo alias appelletur in sacris. 129
Peccatum cui nihil excusationis potest pretexi. 129
Peccatum in Sp.S. qvomodo sit irremissibile. 137
Peccatum peccare ad mortem qvid sit. 128
Peccatum manens qvale. 130
Peccatum regnans qvale. 130
Peccatum superans hominem. 130
de Peccato irremissibili verba Chemnitii. 140. Hunnii. 140
Peccatum committere qvid sit. 311
Peccatis servire & in peccatis mori qvid. 130
qvi Peccent ad mortem, & qvi non. 129
Peccatum ad mortem, pro qvo non orandum. 127. 130
Peccata cur nou cito puniantur. 216
Pelagianismus & semipelagianismus qvomodo declinandus Act. 13. 110
Pentecoste an fuerit celebrata in deserto. 756
Pentecoste an tum fuerit, qvando Decalogus fuit promulgatus. 746
Pentecoste celebratur tantum uno die. 753
Pentecoste nova est prima omnium dies dominica. 751
& qvid in ea qvotannis recolendum. ibid.
In veterem Pentecosten qvi textus inciderint. 762
Pentecosten veterem fuisse institutam in memoriale legis promulgatæ, nusqiam legitur in sacris. 746. 751
at pro festo messis, ubiqve legitur. ibid.
Pentecostes ad populum prima mentio. 746
Pentecostes veteris Ceremonia, nomina & materia. 747. 748. 753
Pentecostes veteris in monte mentio. 746
Pentecoste vetus cujus rei gratia fuerit instituta. 752
Pentecoste vetus & Pascha vetus Levit. 23. 748. in Deut. 750
Peregrinationes certa patrum. 613
Pererius recenset varias interpretationes τȣ̃ indurationis Pharaonis. 297
de his judicium ejus. 298
Perfecti toto corde. 549
Perjuria Ethnicorum qvusnam Deus puniverit. 923
Permissio nuda cur locum in induratione Pharaonis habere non possit. 274. 388
Permissio nuda non habet locum Es. 63. 388
Persiæ innotuit Hierosolyma & religio Judaica. 176
Personaliter in mysterio unionis an idẽ qvod imputative. 714
Peregrinus qvomodo | describatur. 949
Pertinaces valde a Deo traduntur, ad preces presertim Ecclesiæ potestati Satanæ 125
Pertinacibus pro peccatoribus an orandum. 130
Petrus cur commendet honorem magistratibus imprimis habendũ. 424
Petrus cur dicatur incredulus. 417
Petrus pro Apostolicis laboribus postulavit

lavit etiam terrenam mercedem. 405
Petrus Tbabitam suscitat a mortuis. 540
Peucerus de carmine Sibyllino dubitat. sed male. 193
Pharisæorum traditiones. 380
Pharisæi primas tenent inter persecutores Christi. 311
Pharisæus cum publicano confertur prolixe. 886
Pharao convocatis omnibus suis consiliariis auscultavit Mosi. 280
Pharao cur tantum in Ægypto masculos præceperit submergi. 67
Pharao extrusit Israelitas postqvam sumserunt vasa, dicit Ethnicus. 166
Philip. Melanchth. juxta ordinem Alphabeticum postulavit a comitibus versus profanos. 2
Philippi Melanchthonis judicium de editione V.T. græca. 30
Pqilippi Nicolai liber de regno Christi commendatur. 151
Philippus Melanchthon brevitati consulturus in explicatione dicti; Ego indurabo cor pharaonis, confugit ad permissionem nudam. 274
Philippus, in loco de persona Christi Luthero ὁμόψηφος. 819
& cur tandem sententiam immutarit. ibid.
Philippi judicium de reali communicatione qvam plurimos decepit. ibid.
Philosophia Pauli qvid? 637
& ne te decipiat, qvid ergo. 638
Philosophica studia homini Theologo decus conciliant & sunt donum Dei. 10. *apud qvos populus primitius fuerint inventa.* ibid.
Phrases Biblicæ a Theologis in scriptionibus imitandæ. 65
Phrases Hebrææ recte considerandæ. 64
Phrases sacræ ad Ethnicos dimanarunt. 86
Phrasis, Qvem vult, usitata scripturis in sensu qvo. 316
Phrases Poeticæ Ethnicorum non adeo usurpandæ. 78
Phraseologias sacras scripserunt autores. 89
Pictura exitus ex Ægypto non recta, & qvomodo in tabulis corrigenda. 244
Pii an possint dici constituti ad salutem, impii ad interitum. 121
Pii qvomodo ad Christum lapidum angularem accedant. 122
Pius in qvæ mala incidat. 448
Piscatores elegit Deus Apostolos. 151
in Pignoribus dandis & accipiendis conditiones. 941
de Pilato Fabula. 895
Pilatus αὐτόχειρ. 897
Pilati varia enarrantur supplicia. 898. 899. *seq.*
Pilatus an Francus. 895
Pilatus in conscientia Christianus. 896
Pilatus Berg in der Schweitz. 899
Pilati mentio qvotidiana in symbolo qvos & qv id monere debeat. 900
Pluit, non dicendum; scriptura dicit, Jehova pluit. 83
Pluit igne & perdidit omnes, qvo die exit Loth, in Luca. 85

Pluralis

Pluralis numerus sæpe pro singulari sumitur. 470
Plutarchus in N. T. manet Ethnicus. 167
Pluvia unde? 84
Quomodo cœlum pluat. 86
Domini Pluit super una civitate, supra altera ratio. ibid.
Pluviarum materia & nubium unde sit copiosior materia. 84. sunt miranda Dei. 743
Pœna temporalis interdum non remittitur a Deo. 131
Pœna talionis ex jure divino. 231
Pœnarum divinarum genera. 243
Pœnitentiæ tempus Deus non tenetur prolongare ad centum annos. 386
Pœnæ tarditatem Deus gravitata recompensat. 387
Pœnæ num crescere debebant crescentibus delictis. 583
Pœna opprimentium pauperes. 536
Pœnitentiam non agunt qui contra conscientiam aliena retinent. 535
Poëtæ sæpe miscent carminibus talia, quæ sapiunt aliquid doctrinæ sacræ. 159
Politicorum sapientia. 896
Politianus sectam quovis tempore habet amplissimam. 502
Politica Imperio Romano nocuit, quod non citius factum est Christianum. 866
Πολυπράγμων quid? 428
Pompejus in quo sapientius egerit quam Cicero. 172
Pontificii dicunt scripturam vix a paucis posse intelligi propter mentium nostrarum infirmitatem. 9
Pontificii dicunt consentientia patrum de una aliqua scriptura testimonia esse habenda pro genuina sacræ scripturæ sensu. 63
Pontificii falso dicunt cum Bellarmino Hebræum sacrum textum esse corruptum. 47
Pontificii Malach.1. per incensum intelligunt Missam 619
item: Pontificii Concilium Nicenum quomodo corruperint. 931
Pontificiorum comparatio cum Judæis veteribus. 377
Pontificii quomodo Patres castrarint. 931
Pontificius index purgatorius. 931
Populus punitur in numeratione Davidis. 883. 884.
de Præsepi Christi Patrum opinio. 714
Potentia & sapientia Dei quomodo sit infinita. 785
Potestas data Satanæ in Christum. 718
Potestas cœlorum movebuntur. 690
Porta acus. 894
Prædictiones Prophetarum olim innotuerint toti orbi. 180
Præparatio ad gloriam durat toto vitæ tempore, unde constantia requiritur in piis. 370
Prærogativa externa Judæos ad Messiam adducere debuit. 357
Præceptum novum Salomoni sapientia. 437
in Precationibus reiteratio quænam concessa. 28. 901
quid sit βαττολογεῖν. 28
Preces hostes etiam convertunt exemplo Stephani. 117

Precationem de remissione cur seqvatur precatio de non tentando. 258

Precationes pro fertilitate annonæ per totum annum singulis diebus dominicis præsertim urgendæ. 756

Precationibus nostris conditionales promissiones sunt datæ. 422

Precibus domesticis debet interesse tota domestica Ecclesia. 736

ad Preces domi tota familia convocanda. 736

Primi erunt ultimi, qvid? 404

Princeps mundi judicatus est. 726

Princeps Paras in Daniele an sit Rex Persiæ, an Diabolus Persiæ. 261

Principes sunt monendi. 885

Principes mulieris opponuntur inferioribus. 469

Processus cum fratre septies in die peccante. 444

Profecto non habet Lutherus, qvod sæpe Pagninus habet. 289

Prolapsi renovari impossibile est, qvomodo intelligendum. 145

Prophetæ acerrime invehuntur in nimias exactiones. 533

Prophetæ conciones suas ita scribunt, ac si coram cum affectibus ad populum easdem pronunciarent. 203

Prophetæ futura prædicentes cur loqvantur in præterito. 450

Prophetæ multi alii fuere ab initio mundi præter illos, qvorum paucorum scripta hodie habemus. 178

Prophetæ non tam scribunt, qvam agunt in concionibus. 501

Prophetare, loqvi, orare est Prophetare, loqvi, orare aliis, non sibi. 568

Prophetarum conciones & scripturas non habemus omnes, plures enim isti scripserunt. 37

Prophetarum prædictiones innotuerunt toti orbi. 180

Prophetiæ potentiores omnibus aliis casibus. 504

Propheticarum visionum potentia. 503

Prophetico dono multi & multæ ornabantur extraordinarie in primitiva Ecclesia. 569

Propositum significat gratiam. 360

Proverbia Salomonis commendatissima debent esse scholis. 539
& in scholis proponenda pro distichis Catonis. ibid.

Providentia paterna qvid. 185

vox Pruna qvid significet. 432

Prunas congregare super caput alicujus qvid? 424

Psalterium Lutheri primum commendatur, & ubi extet inqviri non potest. 36

Psalterium Mariæ. 915

Publicanus Luc. 18, 4. 888

Puerorum vox qvid sibi innuat in epist. Johannis & alibi. 74
sæpe pro adultis. 74

Pullus asinæ etiam fuit ligatus & solutus. 677

Punctorum notationem antecedentia & consequentia monstrant. 497

Purgandum prius qvod intra poculum, qvam qvod extra. 536

Purificat se. 127

Q.

Qvantum qvotidie in S. Bibliis legendum. 5

Qvem vult, phrases in sacris. 316

R.

Rabbini qværunt in scripturis qvid nominis, non qvid rei. in præf. 12

Raca pro Tu *nimis tenuiter exponitur.* 838

Raca qvid significet inqviritur ex contextibus. 809

Raca qvi dicunt fratri suo, qvi sint. 842

An & qvomodo per Raca interficiatur homo. 844

Radix Rick significat spuere. 840

Rapinæ seu exactiones nimiæ. 533

Rationibus standum in scripturis. 209

Rationibꝰ tanqvam armis inter disputandum & docendum uti docet FERREIS, *non* LIGNEIS, *ut vocat Lutherus.* 927

Rebecca est Haalma, qvia non cognovit virum. 435

Rebecca qvare Jacobo procurarit benedictionem. 24

Rebecca qvomodo consensum suum dederit in nubendo Isaaco. 454

Rebeccæ consensum continet enunciatio Labani. 454

Rebeccæ discessus. 455

Reconciliatio fraterna. 445.446. seq.

Redimere peccata qvid sit. 534

Reformatio Lutheri totum orbem personuit. 181

Regis jus. 822. *non est divinum sed consuetudinarium assumptum.* ibid.

Regis Orientis qvomodo a Satana dementati. 309

Reges Orientis non debuissent Satanæ credere. ibid.

Reginæ Esthcræ electio. 468

Regnum Christi æternum. 674

Regno se abdicavit pater. 673

Regnum Patris æternum. 674

Regnum cœleste dat Deus cui voluerit. 317

Regulæ duæ pro interpretandis sacris literis.
prima. 29
secunda. 48

in Religionis puncto sacerdotes Turcici occisi. 182

Relinqvere, finere qvid sit. 268. seq.

Remittere in die septies, utrum pertineat ad latrocinia & similia delicta. 445

Renes dicuntur cogitationes. 858

Renum scrutator Deus. 855.856.858

Reqvies seu accubitus justi. 448

Responsiones breves supra obscura dicta non semper rem satis expediunt. 226. 385

Reprobos Deus dat in peccata. 253

Resurgentium ordo, corporum mutatio, præmia & pœna, transfiguratio. 337

Resurrectionis tempore rapiuntur vivi in nubes. 338

De circumstantiis Resurrectionis disputationes. 339

Res furtivæ putantur vulgo felices. 441

Retinere aliena non licet in pœnitentia. 535. seq.

Revelationum Prophetarum violentia. 504

Rex qvos vult occidit. 317

Rex Ammorrhæorum Sihon magnalia Dei in deserto cognovit, & tamen non advertit. 304

Reges an habeant absolutum jus a Deo. 822.823

Ridicula avidius excipiuntur, & citius longiusq; disseminantur. 156

Ritus externi V.T. innotuerunt toti orbi. 180

Rom. 9. Judaeorum temporales prarogativa. 360

Romanorum cades qvalis respexit Paulus. 457

Romanae nec Dii nec homines circa nativ. Chisti volunt ferre regem, teste Cic. 164

ad Romanos Epistola scripta, cum omnia plena Judaorum impiorum. 513

Epistola ad Romanos dispositio. 342

cap. 9. occasio. ibid.

Rustici multi specialioribus & magis piis verbis pluvias a Deo petunt, qvam multi alii. 87

S.

Sabbathi profanatores cur hodie non interficiantur. 522

Sacrificia Malachia 1. an de propriis, an de Metaphoricis. 659

Sacrificia in magnis festis multiplicata. 598

in Sacrificiis unde tanta copia pecorrm. 157

Sacrificiorum doctrina in 7. capit. prioribus Levit. 51

Sacrificari Deus voluit tantum uno in loco. 599. & qvid. 556

Sine Sacramento decedentes infantes. 667

Salomon fuit sapientissimus Philosophus. 11

Salomon sæpe unum bonum praceptum vocat sapientiam. 437

Salomon qvasdam mulieris amavit, qvasdam saltem habuit. 471

Salomon an conversus fuerit. 474

Salomonis magnificentia. 470

Salutationes & resalutationes qvales esse debeant. 88

Samuel qvisnam sit qvi Saulo apparuit. 669

Sanctificatio hostium qvid. 451

Sanctificare & purificare alicubi idem. 127

Sanctum & sanctum sanctorum in una domo. 344

Sapientes mundi nō sunt deputati prædicationi Evangelii. 151

Satan Angelus vel Angelus Satan. 572

Satanæ traditos vult converti Deus. 384

Satanæ potestas in Christum tradita. 718

Satanæ suggestionibus non credendum. 309

Satanas qvos gubernat, revera sunt filii Satanæ & Belial. 216

Satanas autor omnium confusionem in regno Davidis. 227

Satanas est accusator fratrum nostrorum. 227

Satanas fuit unicus autor Davidi, ut numeraret populum. 229. 230

Satanas accurate in tentationibus spectat ad pœnam talionis. 231

Satanas agit in impiis sibiq; a Deo traditos excæcat. 253

accusat & petit vindictam adversus Israelitas. 238

Satanas, Sacerdotes, Judas, Pilatus & ejus milites peccant in crucifigendo Christo. 191

Satanas qvando homini maxime appropinqvet. 255. nempe observata occasione. ibid. & 388. petit licentiam a Deo in homines. 256. conatur abalienare discipulos. 723. excitat furorem contra Christum in Judæis. 724

Saturari in siccitatibus. 539
Saul factus fuit filius Belial. 215
Scandala qvid & unde sint. 211
Scandala cur necesse sit ut veniant. 212
Scenopegia festum in Levit. & Deut. 749. 750. 754
Scissio Regni facta tempore secuto mortem Samuelis. 827
Scotus bis mortuus, semel sepultus. 864
Scorta mascula an idola. 463
de Scholis erigendis Luth. 17
Scripta veterum & recentiorum non unde propter dicentium autoritatem sunt arripienda. 62. 63
Scriptura qvando legenda. 1. & 3
Qvo ordine. 3
Qvantum qvotidie. 5
Qvi faciendum cum difficilioribus. 6
in qva lingva. 7
ob Scripturæ lectionem neglectam damnorum experimenta. 2
Scripturæ sensus habetur in qvavis lingva. 34
Scripturæ sensus αὐθεντίαν in sua originali lingva. 34
Scripturæ lectio in locum concionum freqventium substitui debet. 47
pro Scriptura legenda duo præcepta. 29
primum. ibid. secundum. 48
commendatur hac methodus experientia autoris. 50
difficilis locus late inqvirendus. 489
Scripturæ interpretandæ modus breviter proponitur. 9. 10. 11. & 13. 18. 20. 50. seq. in præfat. qvid reqviratur in hoc studio. 14. præcepta duo de intelligentia & explicatione Bibliorum. 26. in præfat.
Scripturæ sententia perpetua est attendenda. 12. in præfat.
ad interpretationem Scripturæ immensus labor reqviritur. 23. in præfat.
Sctipturæ sacræ qva diligentia excudendæ. 47
Scripturæ sensus unus. 18. in præfat.
Scriptura qvanam testetur de Messia.
Scripturam Deus fecit non tam scribi, qvam agi. 501
Scrutator majestatis opprimetur a gloria, in fonte aliter sonat. 430
Seducere Prophetas significat a Propheta auferre gratiam suam. 248
Selecti in Christo debent etiam audire Christum. 369
Selecti opes gratiæ accipiunt, non operum debita. ibid.
Selecti sint imitatores Dei. ibid.
Semen Dei manet in eo, qvi etiam lapsus, tamen iterum resurgit, nec continenter volutas se in magnis peccatis. 127
Septies significat sæpius. 515
Septuaginta sic dicti interpretes varios commiserunt errores. 50
Qvæ editio versionis commendetur. 30. cur versio eorundem citetur ab Apostolis. 30
judicium Lutheri de LXX. 61
vide in U Versio.
in Sepulcris apertis qvidnam reperiatur. 864. seq.
Sepulchra Judæorum in montibus lapidosis. 29
Sebultia xxi. — 913.
Serpentis vestigium. 436
Servare mandata est studere innocentia constanter pro virili. 127

SerPi

Servi in scripturis multoties appellantur consiliarii & præfecti regum. 279

Servitutes Israelitarum in sacris recensentur variæ. 825

Sibyllæ Erythrææ versus allegantur. 162

Siclus Ciceroni pro Flacco fuit ille, de qvo Exod. 30. & ita Ciceroni notus. 171

Signum filii hominis. 692

Signa destructionis Jerosolymæ & ultimi diei. 688

Signa destructionis qvando impleta. 689 magis propinqva. ibid.

Signa dicta Luc. 21. immediate præcedent ultimum diem. 692

Significationes variæ vocabulorum qvo pacto investigari qveant. 52

in Sinu jacens mulier qvæ vitanda. 553

Sodoma cum aliis tribus urbibus interiit. 23

Soar prius dicta Bera. 23

Sihon potuisset mitigationem pœnæ a Deo impetrare. 307

Sinere. 268. seq.

Sihon impius. 303. magnalia Dei scivit 304. ejus terra non fuit promissa patribus. 306

Solem stetisse præter Josuæ tempora statuit Torniellus. 25

Speluncæ latronum qvid. 685

Spiritus S. impulit Christum ad tentationes subeundas. 718

Spir. S. in qva domo super Apostolos. 759

Similis historia non accurrit. 759

Spiritus S. effusio visibilis in Pentecoste. 759

Spiritus soporis in Judæis ante captivitatem. 387.

Spiritualia non mensurantur loco & substantia vel majore vel minore. 787

ex Spectrorum apparitionibus non temere judicandum de incolis. 720

Stadium unum centum passus. 675

Stancari sententia, & judiciũ de Lombardo & Luthero. 49

Stare & cadere opposita qvomodo. 349

Sellarum Hebræa nomina. 80

Stilus Propheticus est omnium stilorum grandissimus. 506

Stilum sacrum Pastores & Studiosi Theologiæ diligenter imitari debent in Germ. etiam. 76

Stimulus carnis in epistola ad Corinthios an sit affectio erga rem amatoriam. 573

Strabo Ethnicus commemorat multas historias sacras. 167

Studiosus Theologiæ non potest deserere studium Hebrææ & Græcæ lingvæ. 13

qvorundam Studiosorum præpostera Methodus. ibid.

Studiosi Theologiæ statim a primo ingressu in Academiam horas Academicas ita partiri debent, ut explicationem sacrarum literarum una cum artium liberalium declarationibus audiant. 11. seq.

Studium cognoscendi veritatem est ex gratia. 109

Stylus scripturæ qvibusdam videtur inconcinnus. 6

Stylus lingvæ sanctæ inprimis discernẽdus & observandus. 50

Stylus Prophetibus superat omnem eloqventiam humanam. 502
Subditi cur luant qvandoqve peccata principum. 885.300
Svetonius Christum vocat Chrestum. 165
Svetonio an habuerit gustum 70 hebdomatum Danielis. 164
Sustentatio huminum divina miraculosa. 742. seq.
Sum qvi sum, in Exodo qvidnam. 641
Summa precum, qvas Jacobus Patriarcha misit ad Deum in summis angustiis. 353
Syllogismus nullus recipiendus est nisi ex scriptura desumtus. 15
Syriaca versio commendatur. 38.39.
Syriaca editio charactere Hebræo scripta. 46

T.

Tabernaculi Mosaici forma & materia. 346
Tabernaculum in qvo habitavit Deus. 344
Tarditatem Deus gravitate compensat. 387
Templum Mosaicum in parte maxime sacra nullum habet fenestram. 345
Templum Salomonis tabernaculo Mosaico qvam maxime respondet. ibid.
Tempus ætatis qvodnam Bibliis legendis aptissimum. 11
Tempus omne post Messiam ultimum. 340
Tentatio Christi prima duravit per 40. dies & noctes, post secuta sunt tres aliæ. 717
Tentatio prima verbis non satis potest exprimi. 720
Tentationis primæ gravitas per 40. dies qvomodo æstimanda. 717.719
Tentationis tempus, item qvid sit tentatio. 717.718
Tentationū Christi in deserto qvatuor modi. 717
Tentationum Christi finis continuit tres tentationes. 716
Tentationum Christi finis, & qvod non tantum tentatus ab uno Diabolo. 718
Christus diebus 40. primis fuit cum feræ. 722
Diabolus molitur eum vincere. 721
sed cogitatur discedere, & qvomodo. 723
Tentationes Christi sunt repræsentatæ per duos hircus emissos in desertū. 734
contra Tentationes Diabolicas qvomodo orandum. 236
Terra Sihonis initio non fuit promissa Patribus. 306
Terram promissam an tantum duo adulti fuerint ingressi. 321
Eleazar Tertius est. ibid.
Terræ promissæ limites. 306
Ee V. T. editione Græca judicium Philippi Melanchthonis. 30
in N. T. cur qvædam in Græca lingua discrepent a fontibus V.T. 31
Textus sacri sunt applicandi ad hodiernos passim locorum mores. 457
Textus integri cur in hoc tractatu adducti. 573
Thamar non ex libidinis æstu, sed ex pietatis affectione expetebat semen Judæ. 381

Thesaurum habere in cœlis qvid? 540
Theologizandi ratio vetus non observatur. 14. 15
Theologiæ Doctores & Magistri qvi sint olim & nunc. 590
Therah. 600
Tiberius an Christianus. 896. de Christo certus redditus. ibid.
Tiberii effigies an steterit in loco sancto vel sancto sanctorum. 767
Torniello stetis sol præter Josuæ tempora. 25
Ttrahitur qvi vocatus audit. 317
Tribꝰ Levi non misit exploratorem. 322
Tribuum decem captivitates duæ. 825
Tribuum decem peccata. 827. qvidnam manserunt, qvidnā redierunt. 827. seq.
Tribus duæ qvibus nominibus appellentur. ibid.
Turbatores nocturni qvomodo puniantur qvandoq;. 511
Turca an per Poloniam sit venturus. 614 an Calonia delendus. 615
Turca jussit suos explorare fidem Christianam. 182
An Tyrannis major tyranide Papali. 932

V.

Vasa gloriæ & ignominiæ qvomodo aptata. 367. 368
Ubiqvitas carnis. 807
Velle, currere, operari unum & idem. 362
Vendentes & ementes a Christo bis ejecti. 685. 686
Venti & pulviæ unde sint. 80
Veniæ impetratio in agone mortis non metuenda. 221
Verbum Dei qvid Rom. 9. 349
qvomodo audiendum. 219. seq.
multi audiunt, sed sine mente convertendi 201
Venus mascula. 461
Vestis a capite an concionatori tellenda. 571
Verbum Dei ex veteri scriptura. 349
explicatur ab Apostolo Paulo in V.T. ibid.
Verbum Dei facies Dei. 643
Verba in oratione tua iterare nō debes. 902
Versio LXX. 30. 31
Versiones scripturarū qvid sint, & qvid de iis judicandum 34. & 21. 22. 26. 29 in præfat.
Versio vulgata imperfecta. 28
Versio Pagnini errat. 31
Veritas ex gratia Dei cum verbo Dei nobis porrigitur. 109
Vestigium aqvilæ in cœlo & serpentis in petra. 457
Vestigium viri in virgine qvid. 456
Vinum & oleum qvomodo lætificent Deum & homines. 664
Vir qvomodo gloria & imago Dei. 569
Vir primo creatus Doctoris vicem obire debet & imperantis. 569
Vir accipitur pro infante. 74
Vir & mulier creati tamen ad imaginē Dei. ibid. & 570
Virtutes cœlorum qvid sint. 690
& qvomodo moveri debeant. 503. 691
Visionis Propheticæ sunt fortissimæ. 451
Visitatio in generationes qvid sit. 258
Vita æterna qvid. 408. dicitur merces. 547
Vitulus aureus in deserto. 319
Vitia opponuntur sanæ doctrinæ. 380
qvalia. 586

Vivere

Vivere permitto an idem sensu cum facio superesse. 266
Viventium suaviter in terra qvanta voluptas. 76
Vivificare aliqvem qvid. 267
Ultimo dies singulis seculis fuit inqvisito, a Lactantio putatur anno. 536. 339 signa ejus. 688. 690
Universalitatis restrictæ exemplum. 320
Universalis hominum vocatio qvovis tempore fuit. 154
Vocabula habent interdum contrarias significationes. 36. *in præfat.*
Vocabulis dubiis contextus accurate considerandus. 495
Vocabulorum significationes qvomodo æstimandæ juxta concordantias. 214
Vocibus in scripturis non simpliciter semper inhærendum. 212
Volentis & currentis qvomodo non sit. 362
Voluntas Dei neqvaqvam est ut non omnes credant, sed qverela Apostoli est quod non omnes credant. 116
Voluntas Dei est ut omnis credat. 317
Votum & ita juramentum liberorum Pater, uxores & familiæ maritus an retractare posſit. 481. *seq.*
de Ur seu igne Chaldæorum fabula. 602
Urbes qvatuor perierunt in incendio Sodomitico. 23
Usuræ cur non a fratribus, sed ab Ethnicis licite acceperint Judæi. 521. 522
Usurarum execratio apud omnes gentes. 932. *istius execrationis occasio.* 934 *vocatur Hebr. morsio seu rosio. ibid. incrementum.* 935. *similia patrum qvibus describunt.* 936. *de usuris tres aphorismi.* 937. *a qvibus accipere prohibitum.* 937. *qvi sint illi pauperes.* 939. *seq. usq; ad* 945. *istæ prohibitiones Mosaicæ non extenduntur ad divites* 944. *non simpliciter ad mendicantes* 945. *sed ad intermedios* Haußarmen 944. *an senes, literati, viduæ accipere posſint usuras a pauperibus* 947. *qvantum mutuo dandum gratuito.* 948
Vulgata versio latina purior habetur Græca LXX. 31
Cur rosiones sumendæ a peregrinis non fratribus. 948
An recte divites ex pauperibus arrosis damna suo mederi posſint. 951
An aphorismi Mosaici adversentur Christi dictis. 853
An Lutheri sententia discrepet a Mosaicis Aphorismis. 954
An verba Psal. 15, 5. *Prov.* 28, 8. *Ezech.* 18, 22. *sint limitanda juxta Mosis Aphorismos.* 956
Uxor adolescentiæ. 438
Uxor comparatur cervæ & capreæ. 539
Uxores Davidis dat Deus Absoloni. 227

X.

Xerxis copia. 684

Z.

Zacharias Propheta in Spiritu vidit Christum sedentem super asina & pullo. 676
Zanchius explicat Philippi & Pezelii permisſionem. 275

INDEX

INDEX V.
Vocabulorum Hæbræorum citatorum.

אב	601	יעל & יעל	214	ערך	107
איש	465. 488.	כך	438	חעלמה	435
אלם	599	כבר	265. 276. 430	פלגשים	467
אנש	465	כול	781. 782	פרק	528
אנוש	466	כי	214.	פרר	32
אשך	855	כימה	82	פרר	667
את	42. in pref.	כלות	857	פתרה	240. 441.
בנה	73	כלה	855. 856.	פתח	862
בוס	440	כסיל	82	קדש	462
בית	487	כרת	667	קשרה	265
בעל	400	לקח	872	ראש	592
ברא	37. in præfat.	מות	187	רק	839
גחל	432	מלא	787	ריק	840
גלל	64	נכר	949	הרציא	270
גבל	893	נפל	605	רפרה	269
דבר	290	נפש	667	שגרה	439
טבח	491	נשים	465	השביר	270
זנה	919	נתן	270	שבט	832
חטא	57. 527	עבר & עבר	499	שלח	269
חמה	80	עברה	598	שמר & שמר	495
חסר	909	עוה	528	שנא	916
חזק	265	עץ	605	שקר	240
חקר	430	עלם	627. 628.	שרורה	467
יהוה	630	עולם	628		
ינה	272	עש	82		
יסף	239	עמר	42		

Oooooo INDEX

INDEX VI.
Vocabulorum Græcorum citatorum.

ἀδολεσχεῖν Fol. 902
ἀλλοτριοεπίσκοπος 424.425. seq.
ἀνάγνωσις 593
ἀκολουθεῖν 401
ἀπὸ 411
ἀρσενοκοῖται 461
ἄτακτοι 105
ἀφιέω & ἀφίημι 273
βαττολογεῖν 28. 902
δυνάμεις τοῦ οὐρανοῦ 690
ἐάω 273
ἐξουσίαι 691
ἐνυπνιαζόμενοι 118
ἐπιτρέπειν 273
ἐτιμάζω 903
εὐαγγελίζομαι active & passive sumitur. 699. seq.
εὐλογεῖν 735
εὐλάβεια 411.413
εὐχαριστεῖν 735. 736
ἤ 890
ἠχέειν 691
Κάμηλος 892
καταλυμα 715
κόσμος οὐρανοῦ 690
κλάσματα 735
κράτος θαλάσσης 690
κρίνειν 804
κρύπτειν 398
κρίσις 846
λύτρον 72
μεριμνᾷν 854
μετεωρίζεσθαι 853
μὴ 124
μήποτε 123
μωρὸς 841
νομικὸς 589
νήπιος 74
νουνεχῶς &
νοῦς 3. in præfat.
οἰκοδομεῖσθαι 119
οἰκία 715
ὀλιγολογεῖν 28
ὀργίζεσθαι 841
ὅτι Luc. 7. 543
οὐ & οὐχὶ 224
παραδίδοσθαι 190
παράκλητος 420.761
περίεργοι 427
περιεργίζεσθαι 427
προσέχειν 208
πληρόω, πλήρωμα 788.789
πολυπράγμον & πολυπραγμοσύνη 427
πτωχοὶ 698
παῖς 74
πῶλος νέος υἱὸς τοῦ ὑποζυγίου. 676
σαλευθήσονται 691
σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ 689
τεταγμένοι 106
τάττομαι. 105
ὑπερνεκρεῖν 577
ὑποζύγιος 676
φόβητρα 689
χωρεῖν 874
ψιχία 735

INDEX

INDEX AUTORUM IN HOC LIBRO CONTENTORUM.

Ambrosius *de scriptura interpret. fol.4.praf. de omnipraf. carnis. 807. de usuris.* 936

Avenarii *Lexicon.* 57

Augustinus *in 47. Genes.26.in prafat. de vocabulis Ethnicis.* 79. & 632. *de magnitudine Dei.* 800. *de omnipraesentia Dei.*802.*de omnipraesentia carnis.*808. *de juramentis.* 923. *de usuris.* 936

Basilius *de usuris.* 936

Bellarminus *in 1.Cor.15,29.* 579 *de omnipraf. carnis.* 811

Bernhardus *de interpret.scriptura.* 9. *in praf. de omnipraesentia carnis.*809

Brentius *in Act. 13.f.* 113. *de blasphemia distinctione.* 136. *seq. de vocabulo Jehova.* 650

Bugenhagius *in Coloss. 1.* 639. *de vocabulo Jehova.* 650

Calvinus *de scandalis.*213. *in c.17.Job.* 397

Camerarius *de anguibus cadaveris humani.* 866. 867. *seq.*

Cochlaei *liber de actis & scriptis Lutheri.* 29

Chemnitius *de blasphemia.* 139

Chrysostomus *in Phil.3,19.* 460 *de omnipraesentia carnis.* 808 *de usuris vide C.* 937

Cicero *vide in indice rerum.*

Cynops *magus.* 876

Cyprianus *de Pilato.* 895

Cyrillus *de intelligentia scriptura.* 9. *in prafat.*

Danaeus *de omnipraf.* 803

Democritus *de resur.* 169

Drusii *proverbia & adagia.*65.89. *sententia de Samuele resuscitato.* 641

Eusebius *de carmine Sibyllino.* 161 *de baptismo super mortuos.* 578 *de signo abominationis.* 774

Fabricius *eruditus Hebraeus.*21. *in praf. ejus partitiones.* 45

Jacobus Faber *de magnitudine Dei.* 800

Georgius Fabricius *de cadaveribus.* 865

Matthiae Flaccii *clavis.* 89. *de vocabulo necessarii.* 203. *de voc. impleo* 792

Formula Concordiae *de descensu Christi ad inferos.* 627. *seq.*

Frantzii *de sacrificiis disputationes.*134

Galenus. 170

Aretius Helvetius *in cap. Matth.* 27. 898

Hilar. *de interpret.scriptura.*4. *prafat. de Disputationum usu.* 28. *in praf.*

Hieronymi *de omnipraf. carnis.* 807 *in c.23. Ezechielis.* 824. *in Matth. 27,9. f.*836.*de usuris.* 936

Hofmeisterus *de omnipraesentia carnis.* 809

Hugo *de omnipraesentia carnis.* 809

Ægidius Hunnius *in Act. 13.* 110 *in Matth. 12.* 140. *in Heb. 6.* 140. *in c. 9. Rom.*341. *in Coloss. 1.* 640 *vide H.*

Eliae Hutteri *Biblia.* 44

Johann Friedrich Churfürst zu Sachsen *diploma* über die erste Deutsche Bibel. 90

Josephus *de Setho.* 10. *in prafat. de Abrahamo. ibid. &* 602. *in 1. Reg. 11,3.* 474. *de aqvila aurea.* 769

Irenaeus *de scribendis suis libris.* 98

Kirste-

Kirstenus *de versione N.T.Arabica.* 39
Timoth. Kircherus *in 2. Pet. 3, 14.* 340.
Justinus *Ethnicus sacras historias descripsit.* 166
Lutheri *sententia de antec. & conseq. studio.* 11. *seq. in praef.*
Lutherus *in c. 47. Genes. 26. in c. 1. Pet. 2, 8. 120. 122. in c. 17, 9. Job. 395. in Exod. 22, 1. 515. in Coloss. 1, 24. 639. in Es. c. 45, 6. 514. vide L.*
Lepusculi Basiliensis *admonitiones Judaicae.* 2. *in praef.*
Lyra *in 2. Thess. 3, 2. 116. supra Matth. 24. 775. de Camelo.* 894.
Geoigius Major *de itineribus Pauli.* 404. *in Coloss. 1.* 639
Petrus Matyr *de omnipraes.* 803
Phil. Melanchthonis *de versione Lutheri.* 36
Münsteri *Dictionarium.* 857
Oecumenius *de omnipraes. carnis.* 809
Lucas Osiander *in 1. Pet. 2, 8.* 120 *in 2. Petr. 3. 14. 340. in 2. Sam. 21, 8. 834. in Es. 45, 6.* 514 *in Gen. 18, 2, 3.* 926
Ovidius *de mundi fine.* 155
Pagninus *Hebraeus praeclarus.* 58
Paschasius *de omnipraesentia carnis,* 809
Pausanius. 865
Peucerus *de carmine Sibyllino.* 161
Pezelius *de causa peccati.* 274
Philo Hebaeus *de Abrahamo.* 602 *de Cajo.* 774
Plutarchus. 169
Sixtus Senensis *de versione Latina.* 19
Schindleri *Lexicon.* 857
Sigfridus Misnensus *presbyter.* 865
D. Barthol. Schônbornius. 2
Johannes Scotus *bis mortuus.* 864
Strabo *commemorat historias sacras.* 167
Svetonius *de 70. hebd.* 164
Suidas *de Abrahamo.* 602
Tacidus. 774
Tertullianus *de juramentis.* 78
Theophylacti *de omnipraesentia carnis.* 808
Greg. de Valentia *de scripturae obscuritate.* 9. *in praefat. de patribus.* 63
Vives *de Abrahamo.* 602
Johannes Wigandus *de verbo Dei.* 15
Hieronymus Zanchius *de induratione.* 275
Joach. Zechneri *adagia.* 89
Zwingeri *thear.* 429. *poena otii.* 429
Wigandus *de implendi vocabulo.* 792

Errata Benevolus Lector ipse corriget.

FINIS.

Bayerische Staatsbibliothek München

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Franz, Wolfgang,

Tractatus Theologicus Novus & Perspicuus De Interpretatione Sacrarum Scripturarum Maxime Legitima Duabus constans regulis essentialibus & perspicuis illis, quae B. Luthero, ad felicissimam Papatus Romani destructionem, in Versione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, praeter morem antea sub Papatu consuetum, explicatione, unice usitatae &

Wittebergae 1708

4 Exeg. 307
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10353759-8
VD18 10504192